QVINTILIANI MANDOSII ROMANI,

IVRISCONSVLTI CLARISSIMI,

IN REGVLAS CANCELLARIAE APOSTOLICAE, COMMENTARIORVM,

Tomus Secundus.

In quibus, præter Regularum ipſarum Interpretationem, multa Iudicibus, Patronisq; cauſarum vtiliſſima reperiuntur.

Indice primo titulorum, altero deinde ſententiarum, atque verborum copioſiſſimo adiecto.

CVM PRIVILEGIIS.

Venetijs, Apud Franciſcum Zilettum.
M D LXXXIIII.

PHILIPPO REGVM POTENTISSIMO,

veræ Religionis aſſertori.

QVINTILIANVS MANDOSIVS.

PLATONIS ex ſententia, inuictiſſime Rex, vrbem aliquam inſtituere volens, in initio leges illi conferentes proponat. Tu, qui nuper Luſitaniæ Regnum glorioſè debellaſti, ſi illud proſperè partum, perpetuò tibi, tuisque deuinctum voles, legibus, maximè ſacris, Pontificiisq; Decretis, populos illos inſtrui iube, vt exemplo aliorum tuorum Regnorum, ſedem ipſam Apoſtolicam vti matrem, & magiſtram venerentur, illiq; colla ſubiiciant. Te verò Regem, & merum Dominum agnoſcant. Inter leges Pontificias, quæ illis indies vſui erunt, præſertim pro ſacerdotiis, illæ præcipuæ ſunt (quas Cancellariæ Apoſtolicæ Regulas vocant) & quas declaratas, ac explanatas in hoc ſecundo Tomo Regularum inuenient, quem Catholicæ Maieſtati tuæ omni ex ratione dicaui. Et ſi Gneus ille Flauius ſcriba Libertini filius, ſubreptum librum, actiones quaſdam continentem, populo Romano tradens, ob munus gratum honorificos magiſtratus, ac Senatorium ordinem aſſecutus fuit: & qui libro nihil adiecerat; & qui nec ſudauerat, nec alſerat, nec noctes inſomnes duxerat. Tu, Princeps optime, & in quo uno virtus omnis Romana, ac vera Religio refulget, ſi fortunatis Regnis tuis hunc meum libellum prodeſſe poſſe cognoſces, illi, & mihi faue, meq; inter tuos admitte. Illud polliceor, quot Regna debellabis, totidem libros ſuper legibus victis populis condecentibus, tuis ſub fælicisſimis auſpiciis me æditurum.

Regulæ Cancellariæ, quæ in hoc ſecundo Tomo continentur.

Regula 21 de beneficio impetrato per obitum viuentis, continet quæſt. 12. fol. 1.
Regula 22. de vnionibus & unionum confirmationibus, continet quæſt. 14. fol. 10.
Regula 23. de mendicantibus tranſeuntibus ad alios ordines, continet quęſt. 5. fol. [illegible]
Regula 24. de male promotis, continet quæſt. 6. fol. 28.
Regula 25. de moneta, continet quęſt. 3. fol. 35.
Regula 26. de vacaturis ad promotionem ad ecleſias vel monaſteria, continet quæſt. 6. fol. 38.
Regula 27. De non iudicando iuxta formam ſupplicationum, continet quæſt. 28. fol. 43.
Regula 28 de regulis Cancellarię producend continet quæſt. 3. fol. 62.
Regula 29. de ſubrogan. col litigant, continet quęſt. 15. fol. 64.
Regula 30. de veriſ. notitia obitus, continet quæſt. 9. fol. 74.
Regula 31. Quòd commiſ. cauſ. lit. non expedit. continet quæſt. 16. fol. 82.
Regula 32. de impetr. beneficia vacant. per obitum famil. Card. continet quęſt. 32. fol. 100.
Regula 33 ſignatura per. fiæ, præfertur alteri per conceſſum, continet quæſt. 14. fol. 132.
Regula 34. de Annali, continet quæſt. 90. fol. 140.

QVINTILIANI MANDOSII, ADVOCATI ROMANI IN REGVLAS CANCELLARIAE APOSTOLICAE COMMENTARIORVM,

Tomus ſecundus.

REGVLA VIGESIMAPRIMA.

De beneficio impetrato per obitum viuentis.

ITEM ſi quis ſupplicauerit ſibi de beneficio quocunque tanquam per obitum alicuius, licet tunc uiuentis, uacante prouideri, & poſtea per obitum eius uacet, prouiſio, & quæuis alia diſpoſitio, dicto ſupplicanti per obitum huiuſmodi denuo facienda nullius ſint roboris uel momenti.

ITER aliquod longum facturis; conſueuit illud eo breuius, leuius, & ſecurius uideri, quo plures grati, & dulces comites ipſis aſsiſtunt. Verum ſunt nonnulli, qui fortunatos illos uiatores exiſtiment, quibus contingit totum ſuum progreſſum placidis ſermonibus, ſeu uniſonis uocibus, uel cantibus conſumere. Ego uerò fortunatiſsimos putauerim eos, qui diſputationibus, opinionum uarietatibus, contradictionibus, argumentis, propoſitionibus, & replicationibus ſecum uiciſsim contendentes, ad alicuius magni quæſiti diſcusſionem, ueritatiſque indagationem proceſſerint, & peruenerint. Cum igitur in iſto longo, aſpero, atque ancipiti tramite perueniēdi ad finem optatum commentandi Regularum Cancellariæ. ut plurimum hactenus, uel mihi neminem habere contigerit, cum quo, dum ultra procederem conceptus meos conferre poſſem, uel aliquando cum uno tantum Domini Sarnenſi diſſerere licuerit, interque nos nullus eſſet Paris, nullus Palemon. Et partem operis, diſputationumque confectæ uiæ typographo excudendam iamdiu tranſmiſiſſem, occurrit nobis, ac ſe ſe comitem dedit, præclariſsimus noſtræ ætatis ex partibus Galliarum, tum in theoria, tum in praxi Dominus Petrus Rebuffus, qui primo congreſſu ſonitu ſui cognominis nos increpuit, quòd huic aſperæ ſemitæ ſic eo inſalutato nos accinxerimus. Itaque benigne illum excepimus, tandemque ſe ſe ipſe obtulit in parte huius grauis itineris non abfuturum. Pactique ſumus, ut duo noſtrum ſemper contraria argumenta, contrariaſque opiniones in medium afferrent. Tertius uerò nunc uni, nunc alteri, nunc neutri, nunc utrique aſſentiretur: Sic igitur felicius iter, quod ſupereſt perficiemus, ad ueritatemque ipſam perueniemus. Et ſeſe primo offert præſens Regula, de impetrantibus beneficia uiuentium, quam in duas partes diuido. In prima ponitur prohibitio. In ſecunda, quæ eſt ibi prouiſio, & quæuis, &c. apponitur pœna in contrafacientem, ſeu actus in contrarium faciendus annullatur. Et hæc regula addit antiquis illa uerba, uidelicet, & quæuis alia diſpoſitio, quæ ſapienter appoſita fuere, ad euitandum plura dubia, quę ſine illis uerbis oriri poterant. Diſpoſitio enim beneficiorum comprehendit omnem modum de illis ordinandi. c. licet. in princ. de prębend. libro. 6. ubi ſub uerbo diſpoſitionis, uenit etiam collatio omnis, immo etiam tributio iuris de futuro, & idem ſonat, quod ordinatio. c. cum tibi. ibi alterius diſpoſitionem, de teſta. Archid. in c. cum in illis. & ibi Ioan. And. col. 2. uer. item quia uerbum, &c. & Gem. in §. illis uero. num. 7. uer. ſed quid importat uerbum diſpoſitio. de præbend. lib. 6. & poſtea ſubdit, ꝙ diſpoſitio poteſt comprehendere, quando fit prouiſio ex iure deuoluto. Et miror, ꝙ D. Sarnen. tex. huius regulæ ſine hac additione annotauerit. cum etiam tempore fœ. re. Paul. III. quo ipſe commentarios ſuos conſcripſit eademmet eſſet regula, etiam cū hac eadem additione.

SVMMARIVM.

1 *Regula hæc an ſit iuri, & rationi conformis.*
2 *Hæreditas uiuentis uendi non poteſt.*
3 *Sollicitus de hæreditate uiuentis, a lege improbus reputatur.*

4 *Pacta ſuper hæreditate viuentis reprobantur etiam iu-
ramento uallata.nu. 5.*
6 *Prouiſiones,& ſucceſſiones, in beneficijs viuentium o-
dioſæ,& prohibitæ.*

1 PRIMO quæro,† an regula iſta ſit iu-
ri,& rationi conformis? & omiſſa di-
ſputatione conſenſu omnium con-
cludendum eſt pro parte affirmati-
ua. Nam ſiue loquamur de iure ci-
2 uili, uidemus † hæreditatem uiuentis uendi non
poſſe, non aliter atque id, quod in rerum natu-
ra non eſt.l.1.ff. de hæredi. uel actio. uendi. nec
de hæreditate uiui, quis lucrum facere poteſt
Cicero. in Rhetor. ad Herenn.libr.4. cum de ex-
peditione tractat, ibi,hæreditate tibi me uiuo
mea pecunia uenire non potuit, nec de hæredi-
tate uiui mandari poteſt.l. ſi quis mihi bona.
uerſicul.Sed an nominatim, de uiui hæreditate.
ff.de acquirenda hæreditate, pro hæredeque ne-
mo ſe gerere poteſt uiuo eo, in cuius bonis ge-
rendum ſit.l. neminem pro hærede. ff.eod.& ui-
uentis nulla eſt hæreditas l. qui ſuperſtitis.ff.de
acquirenda hæreditate. Pariſi. conſil.4. Petrus
de Albano nume.3. uolum.3. Immo ante om-
nia hæreditatem, uel bonorum poſſeſsionem pe-
tere uolens, de obitu certus eſſe debet. l. qui hæ-
3 reditatem.ff.eodem.& † de hæreditate uiuentis,
ſollicitus improbus a iure reputatur.l.2.§.inter-
dum.ff.de uulgar.& pupilla.l. in cui.§.ſi ex duo-
bus,cum glo.in uer.uiuo.ff.ut in poſſeſ.lega.l.ſta
tius,quæ eſt.48. in fin.iunct.glo.fina. in princip.
4 ff.de iure fiſci. & † pacta omnia ſuper hæredita-
te, ſeu ſucceſsione uiuentis, reprobantur.l.fina.
C.de pact. Quæ amplianrur, etiamſi iuramen-
5 tum interueniat † pacta enim ſuper re,bonis, ſeu
hæreditate uiuentis iuramento firmata ineffica-
cia ſunt prout concludunt Petr. de Ancha. conſ.
403.uiſo diligenter tenore, circa medium,Raph.
Fulgoſ.conſil.73. paterfamilias, colum. 2. num.
2.uerſicu. conſtat autem. Præceptor meus Do-
min. Philipp. Decius.conſil. 502.ex duobus.nu.
10. uerſicul. præterea, ut ſupradictum fuit. De
iure diuino uidemus prohibitum deſiderium
erga uxorem uiuentis, quam tamen uiro mor-
tuo, quis legitimè conſequi poteſt, prout om-
nia iſta probantur in Epiſtol. Paul. ad Roman.
cap.7. in princip.& in 2. lib. ad Corinthi. cap.7.
ante finem. Nec Epiſcopatus nefandiſsimi Iudæ
Scariothis uiui collatus alteri fuit, ſed poſt eius
obitum ſors cecidit ſuper Matthiam, Actuum
cap.1.ad fin. De iure etiam Canonico uidemus
6 prohibitas † prouiſiones beneficiorum uiuen-
tium, & ſucceſsiones in eccleſiis, ſeu beneficiis
eorum, qui uiuunt, cap. Nouatianus Epiſcopus
non eſt. 7. quæſtio. 1. cap. in primis. column. 1.
ibi, Is Epiſcopus, qui eo ſuperſtite peruerſè, &
contra Canones in eccleſia eius ordinari præſum
pſerit, ſacerdotio priuatus,&c. & poſtea uerſic.
hi uero qui contra,ibi. ipſe autem,qui eo uiuen-
te locum eius temerariè ambiuit, priuatus ſacer-
dotio,&c.2.q.1.c.non furem.ibi qui uiuentis,qd
non licuit,locum non timuit uſurpare, &c. ſicut
alterius.in prin. & in ſi.7. q.1.c.1.& 2.de conceſſ.
præb.c. deteſtanda, & c.ne captandæ, eod.libr.6.
Anch.conſ.397.apparet ex narratis. ante num.3.
uerſic.& aduertendum,quia ut prædixi,&c. Inſu
per quo ad iſtam prohibitionem impetrandi be
neficia uiuentium regula noſtra habet conformi-
tatem cum aliis regulis,puta cum illa de ſubro-
gandis colligantibus,circa mediū,ibi.Cupiens
eorum fraudibus obuiare, qui uiuentium benefi
cia,&c. Item cum regula 30.de ueriſimili,quæ eſt
infra,quæ pluſquam iſta requirit,licet quo ad pœ
nam illa ſit mitior,nam illa non ſolum requirit,
ſeu ſupponit aliquem obiiſſe, per cuius perſonā
beneficium impetratur. Immo plus uult, quòd
inter obitum, & impetrationem præceſſerit tem
pus congruum, ſeu ueriſimile, alioquin nullitas
impetrationis inducitur,In regula autem noſtra
ultra nullitatem talis actus, reſultat etiam inha-
bilitas ad beneficium uiuentis impetratum, ite-
rum poſt obitum forſan impetrandum. Inſuper
regula hæc improbando impetrationes benefi-
ciorum uiuentium,optima nititur ratione, quæ
eſt ut tollat uotum captandæ alienæ mortis,cum
optando, & ſperando beneficium morte adue-
niente, & ſubſequente, morte ipſa lætabitur.
Immo quod peius eſt, ut citius, & certius eius
uotum effectum ſortiatur, ueriſimiliter machi-
nabitur in uitam beneficiati huiuſmodi,& hæ ra
tiones conſideratæ fuere a iuriſprudentibus,
prout in allegat.l.fina. C.de pact. cap.2.de con-
ceſſ. præbend.cap.deteſtanda,& c. ne captandæ,
eod.lib.6.& per doctor.ubi ſupra. Et quòd be-
neficium plenum,& ab alio poſſeſſum, & ſic ui-
ui nulliter impetretur,poſt Rota.739. not. quòd
beneficium, in anti. concludit Pariſi. conſil. 84.
gratia, numero 45. uolum. 4. Quod etiam col-
ligitur ex uerbis Hoſtienſ. in ſumma,titul.de con
ceſſ. præbend. & eccleſ. non uacan.§.& utrum.
uerſicu. ubi uerò. Sequitur igitur, quòd regula
noſtra omni iuri, & rationi etiam naturali con-
formis cenſenda ſit fauorabilis, amplianda, &
quo ad fieri poſsit extendenda. Verum Regulæ
iſti ſæpe ſit fraus, qui enim ſperant aliquem de
proximo moriturum, ſeu per tabellarios intel-
lexerunt aliquem in extremis laborare, quoti-
die accipiunt paruas datas ſuper uacatione per
obitum, illaſque penes ſe retinent, demum cer-
ta die obitus comperta, utuntur ea, quam uo-
lunt, & quæ ſibi expedit, & propterea opportu-
num eſſet aliqua uerba, huic celebri & rationa-
bili regulæ addere.& ego aliqua excogitaui,quæ
huic fraudi, & pleriſque aliis occurrerent, il-
laſque penitus tollerent, ſed quia ad alios (ut
in prohem. regularum præmiſi) hæc cura ſpe-
ctat, ipſi uiderint.

SVMMARIVM.

1 *Hæc Regula an procedat in gratia facta motu proprio.*
2 *Motus proprius hodie ad inſtar ſuplicationum, & reſcriptorum obtinetur.*
3 *Motus proprius non tollit defectum intentionis.*
4 *Motus proprius diſpenſationem non inducit.*
5 *Reſcripta ſecundum ius interpretanda ſunt.*
6 *Beneficium principis ne iniquitatem contineat, interpretatione adiuuatur.*
7 *Motus proprius non extenditur ad incognita principi, & in facto conſiſtentia.*

1 SEcundo quæro † an regula iſta, in gra
tia facta, Motu proprio, procedat?
Gloſſator antiquus concludit pro
parte negatiua, ponderando uer-
bum ſupplicauerit. Prouiſio enim
facta motu proprio non eſt ſupplicatio, ergo &c.
Domin. Sarnenſ. arguit ad partes, poſtea uide-
tur ſentire pro parte affirmatiua, tanquam æ-
quiore: ſed de iure ſibi uidetur firmior opin. ne-
gatiua, ſubdit tamen in ultimis verbis, quod utra-
que opin. eſt diſputabilis. D. Petrus Rebuf. ſuper
concor. in forma manda. apoſto. in gl. motu pro-
prio. in 2. effectu. pag. 575. & in ſua praxi benefi-
ficiaria nuperrime in lucem edita, ſub tit. de re-
pro. bene. uiuen. impetratione in 2. limi. numer.
49. tenet pro negatiua, limitando regulam non
procedere quando collatio fit motu proprio, &
ſic cum gloſatore, ſed numer 50. diſtinguit, aut
loquimur ante acceptationem, & prædicta eius
opin. procedat, ſecus concurrente acceptatione
eius, in cuius fauorem motus proprius emana-
uit. Pro opin. negatiua faciunt etiam quæ uo-
luit And. Barba. in capitu. 2. in 1. not. de reb. ec-
cle. non alie. ubi inter alia, quòd ille text. non uen
dicet ſibi locum in motu proprio. Verior mihi
uidetur pars affirmatiua contra gloſatorem. &
Dom. Rebuff. & hæc pars affirmatiua firmatur
tribus fundamentis, quorum quodlibet omnia
contraria ſubuertit, Primum igitur erit, arguen
do a conſuetis, ſeu ſolitis, ad. l. non ſolum. §. a
barbaria. ff. de re. milita. Pariſ. conſil. 151. numer.
13. libr. 4. & de conſuetudine Summi Pontificis
loquitur idem Pariſ. conſil. 5. numer. 182. eo. lib.
2 4. † Motus autem proprius noſtris temporibus
ita obtinetur ab ipſis impetrantibus, ſeu ſup-
plicantibus, ſicut ceteræ ſupplicationes, alia-
que reſcripta, prout etiam notat gloſſ. penult.
in l. fi. C. de fructi. & lit. expen. ubi tex. loquitur de
propria uoluntate principis, & gloſ. ſupplet po-
ſtulatione tamen præcedente. Idem not Cardi.
conſil. 142. punctus quæſtionis. in fin. uerſicul. &
quanquam in literis papæ, Deci. in capitul. ex
parte in 2. nota. de reſcr. & per Dom. Sarnenſ. hic
quæſt. 1. numer 4 Secundum fundamentum erit
3 † Motus proprius non tollit defectum intentio-
nis. gloſ. in clem. ſi Romanus. in uer. ualidam. de
præbend. & ibi docto. Ioann. Andr. & alii in cap.
ſi motu proprio. de præbend. lib. 6. Rot. Belle-
me. 475. præmiſſæ tres. Abb. in capitul. cum olim
numer. 15. de re iudi. Alex. conſil. 215. non obſtat
poſt princ. uolum. 7. Et Pariſi. conſil. 1. uolum. 5.
num. 74. uerſi. & licet ſecundum quoſdam tollat
4 ſubreptionem &c. † Nec etiam inducit diſpenſa
tionem cap. ſi motu proprio. de præbend. libr. 6.
cum glo. 2. in uer. ob hoc, & ibi Ioann. And. poſt
prin. Roc. 312. dicebant domini Inno. ante fi. ibi
cum motus proprius talium diſpēſationem non
inducat, & 444. nota licet motus proprius. io an-
ti. ante fin. ibi nec diſpenſationem &c. Gemini.
conſil. 104. pro huius dubii. in prin Feli. in c cau
ſam quæ el. 2. col. 2. num. 3. de teſti. & idem Fel. in
c. cum eccleſiaſticæ. ante fi. uerſ. reſcriptum firmi-
ter. de excep principe igitur concedente mo-
tum proprium, cum non cēſeatur niſi expreſſe di
catur uelle diſponere contra iura, & diſpenſare:
5 † reſcripta enim ſecundum ius interpretanda ſūt
l. reſcripta. & l. nec damnoſa. C. de preci. impe. of
fe. l. ſi quando, in prin. C. de inoffic. teſta cap. cau-
ſam, quæ. de reſcr. Io. Andr. in c. cum dilectus. col.
3. poſt medium, uerſic. cum enim reſcripta, de iu-
repatro. Bald. in l. bonorum. C. qui admit. Deci.
conſil. 114. & pro tenui .num. 3. uerſ. confirmatur
hoc &c. Interpretari debemus eius intentionem
non fuiſſe huic regulæ, omni iuri, & rationi con-
formi præiudicium inferre, eamque abſque cau-
ſa tollere, & ſic propter in ueriſimilitudinem
principis concedentis, Motus proprius non ope
ratur. Io. And. in præalleg. cap. ſi motu proprio,
de præbend. libr. 6. Rot. Belleme. 292. motus pro-
prius. Tertium fundamentum rationabile, & in
conuincibile erit, quòd cum regula iſta, ut plu-
ri ſupra in 1. quæſt. ſic omni iuri, & rationi conſo
na, & ad fraudibus, ac ſiniſtris, impiſque cogita
tationibus, ac nefandis deſideriis obuiandum,
& pro animarum ſalute emanauerit, in omni, &
quocunque caſu procedere debeat; alioquin mo
tus iſte proprius inuitaret ad delicta, & illud,
quod omnia iura, & natura ipſa abhorrent, per
indirectum, & per clauſulas ut plurimum men-
dicatas concederetur, quod dicendum non eſt,
6 & † interpretatio taliter fieri debet, etiam impro
priādo verba, ne beneficium principis iniquum
fiat, iuxta tex. in l. ex facto. uerſ. nam ſi furioſo, ibi
Etenim iniquum incipit fieri beneficium princi
pis &c. ff. de uulg. & pupil. Io. And. in c. cum di-
lectus col. penul. ante medium. uer. Item effuſa ſu
ſpenſio eſt reprehenſibilis, de iu. patro. D. meus
Phi. Dec. conſil. 386. licet. colum fi. poſt princ. Ex
præmiſſis concludendum eſt non obſtante uerbo
ſupplicauerit, in prin. Regulæ poſito, idē etiā con
cludendum eſſe in obtinente Motu proprio, etiā
ex paritate rationis, cum iſta clauſula, motus
proprii, non tollat ambitionem, & uotū captan-
7 dæ mortis, † nec operatur in his, de quibus prin-
ceps non eſt plene informatus, & in iis, quæ ſunt
facti. Bald. in l. fin. C. de crimi. ſacrile. uer. ſed in
iis, in quibus princeps non habet plenam noti-

tiam Motus proprius &c.ſequitur Feli.in c. cau-
ſam. quæ 2. nume.7. in 4.nota. de teſti. ſequitur
igitur quo ad noſtram regulam idem dici debe-
re de Motu proprio, quod de aliis ſupplicationi-
bus. Immo ſecundum communem uſum loquen
di etiam, Motus proprius appellatur ſupplica-
tio,& quicquid ſit, magis attendi debet mens &
ratio, quàm uerba, ſtãtibus iis, de quibus ſupra.

SVMMARIVM.

1 *Hæc regula an ſibi locum uendicet in ordinarijs?*
2 *Apud epiſcopos non debet eſſe acceptio perſonarum ſup
plicantium, ſed bonitas, & merita præualere de-
bent.*
3 *Ordinarius non prohibetur conferre beneficium ſub con-
ditione, ſi uacet per obitum.*
4 *Ordinarius impunè beneficium uiuentis conferre poteſt.
Vagabundus qui, & ubi conueniendus.*
5 *Pœna a iure non expreſſa non incurritur, præſertim ubi
ſit diuerſa ratio.*
6 *Collatio ordinarij, naturalis, legitima, & fauorabilis.*

1 TErtio quæro,† an regula iſta habeat lo
cum in ordinariis? Pro parte negati
ua facit, quia ubi uerba nõ conueniũt,
nec diſpoſitioni locus eſſe debet. l.4.
§.toties. ff. de damno infecto. l. hoc
accuſare, §.omnibus. ff. de accuſa. l. cum hic ſta-
tus, §. ſi ſponſus. ff. de donat. inter uirum & uxo.
l.1.§.non dixit prætor. ff. de acquire. hæredi. Ver-
ba autem illa in princip. ſi quis ſupplicauerit ſi-
bi prouideri &c. non conueniunt ordinariis. Er-
2 go nec diſpoſitio: minorem probo nam† ordina-
rius non debet reſpicere ad ſupplicationem, ſeu
preces alicuius, ſed ad dignos & benemeritos, ta
libuſque prouidere. capitu. graue nimis. de præ-
bend. Dec. conſilio 168. Reuerende pater. colum.
ſecunda. poſt medium. uerſicu. tertia qualitas,
ubi contra prælatos, qui indignis conferunt. Feli.
in cap. cum adeo. nume. 6. de reſcript. ubi quòd
melioribus conferri debent beneficia, declaran-
do quòd epiſcopus non tenetur conferre melio-
ri ſimpliciter, ſed meliori quo ad prouiſionem ta
lis beneficii. Et contra ordinarios indignis con-
ferentes inuehit, & exclamat doctiſſimus Domi
nus Petrus Rebuff. in nouiſsimo, & pulcherrimo
tracta. praxis beneficiariæ ſub Rub. requiſita ad
collationem bonam. in fi. nume. 62. ubi quòd ip
ſe iam ſexagenarius, nunquam uidit prouideri
per epiſcopos ſua ſponte doctioribus, & meliori
bus, & uerba illa ab intimis cordis emanaſſe cre-
diderim, cum præclara eius ſtudia iam ſenior fa-
ctus irremunerata uiderit, unde de eo illud dici
poteſt, uirtus laudatur & alget. Inſuper modus
porrigendi, & ſignandi ſupplicationes eſt apud
Summum Pontificem, non autem apud ordina-
rios, & ſic loquendo de modo ſupplicandi, de-
bet fieri reſtrictio ad eos, coram quibus ſupplica
tur, & ſic ordinarii excludendi. Secundo concor-
dando regulam noſtram cum iure communi in
3 quantum fieri poteſt, cum † ordinarius de iure
non uideatur prohibitus conferre beneficium
ſub conditione, ſi uacet per obitum Semptonii,
Glo. in capitulo ſecundo. in uerſic. incerta, & ibi
docto. de electio. libro 6. quam gloſſ. etiam appro
bat, & ad eam ſe remittit Abba. in capitu. ſigni
ficaſti. numero quinto. uerſicu. ubi diſcutitur an
ualeat collatio beneficii. eo. Ioan. And. in capit. ſi
tibi abſenti. colum. 1. nume. 3. uerſ. ſecus in colla-
tione præbendę. de præben lib. 6. ſequitur Bal in
l. hæc ſententia. in 1. lect. ante fi. verſi. quæro quid
ſi executor. C. de ſenten. quæ ſine cer. quanti. Lap.
alleg. 6. in hac ſexta. colum. 1. uerſicu. In collatio-
ne autem ualet ſi dicat, confero ſi uacat per mor-
tem Sempronii &c. Felin. in cap. cum contingat.
nume. 17. in 6 conclu. de offic. delegat. Deci. in l.
actus legitimi. nume. 12. ff. de regu. iur. uerſicu. &
ideo ualet collatio beneficii facta ſub conditio-
ne ſi uacat &c. Ioan. de Selua de beneficio. par. 3.
quæſtio. 20 Et ratio ualiditatis huius collationis
conditionalis eſt, quia conditio eſt de præſenti,
& quia tacitè ineſt, prout per Ioan. Franci. de Ri-
pa in l. ſticum qui meus. colum. 1. nume. 3. ff. de
lega. 1. qui etiam allegat Roma. conſilio 501. ut
declarationem. nume. 5. qui loquitur in ſenten-
tia interlocutoria conditionali. Tertio uidemus,
4 quòd † ordinarius confert beneficia uiuentis, &
licet ex poſt facto talis collatio inualida redda-
tur, tamẽ nec ipſe collator, nec ille qui obtinuit,
incurrit pœnam aliquam, glo. ſing. in capitu. non
oportet. 1. in uerſ. proficiſcor. de conſec. diſtinct.
5. Anto. Corſet. in ſuis ſingu. in uerſicu. uagabun-
dus in princip. & per Domi. Rebuf. hic num. 21.
Et uagabundus dicitur ille, qui non habet cer-
tum domicilium, ſeu habitationem, quotidie-
que per uarias ciuitates uagatur. gloſſ. in l. eius
qui manumiſit. §. finali ff. ad municipa. Bartol. in
l. dies cautioni §. prætor ait. ff. de damno infect.
Abba. in capitulo, quoniam frequenter. §. porrò,
poſt numerum 10 cum addi. ut li. non conteſt.
Hyppol. de Marſil. conſilio 86. Et tales ubique
conueniri, & puniri poſſunt. l. 1. cum gloſſ. in
uerſicu. reperiuntur. C. ubi de crimi. agi opor. §.
ſi uerò quis comprehenſorum. in authen. ut nul.
iudic. & Lap. allega. 91. poſt numerum 2 De eo
qui uagatur per orbem terrarum, & quòd eum
libertus ſequi non teneatur, habemus text. in l.
quod niſi. quæ eſt 20. ff. de oper. liberto. Vaga-
bundi connumerari etiam poſſent ſub illa pri-
ma ſpecie peregrinorum, de qua Plato Dialo-
go. 12. de legibus, ſub iis uerbis. Primum eorum,
qui æſtiuales ſunt, & quaſi aues per mare, ut
plurimum acquirendæ pecuniæ gratia æſtatis
tempore ad alias deuoluat ciuitates. Quarto
5 & ultimo † pœna non incurritur niſi expreſ-
sè caueatur, uel niſi identitas caſus, & ratio-
nis concurrat l. & ſi quis. §. idem labeo. in fi. ibi
pœna tamen in eum ſtatuta non eſt. ff. de religio.
& ſum. funer. & ad hoc eſt text. melior in iure

in §. cum igitur. uerſicul. ſin autem, ibi. Nec quælibet eſt lex, aliquid tale dicens. in authent. de non eligend. ſecund. nuben. Bald. in authent. ex teſtamento. colum. fin. uerſic. iſta allegatio ſundatur in materia priuatiua. C. de ſecund. nup. c. is, qui. 1. reſponſo. in fin. de ſenten. excomm. lib. 6. ſed in hac regula, uerbum nullum de collatione ordinariorum, & differens eſt ratio diſpoſitio-
6 num illorum, ab illis Summi Pontificis, † Ordinariorum enim collationes ſunt naturales, legitimæ, & fauorabiles. ca. peruenit. in fin. 11. quæſt. 1. c. ad hæc. uerſ. ſic quæ ſit. de reſcrip. glo. in capi. 1. in uer. proceſſua. ante fi. uerſ. item iuriſdictio ordinaria fauorabilis. eod. lib. 6. clemen. fin. in 2. reſponſ. quæ facit in ratione ſui, & ibi glo. penul. in uer. uolumus, expreſsè hoc firmat. de officio ord. quæ glo. communiter approbatur per docto. ibi, & de communi teſtatur Deci. conſil. 128. licet in caſu. colum. 1. uer. tertio facit. Belleme. Dec. 116. ſi petens, circa medium. uerſicul. uel expunitur canonicè, &c. Caſſador. 6. de præbend. nume. 9. ſequitur, quòd ordinarij, & ab eis prouiſi non comprehendantur ſub pœna huius regulæ. Præmiſſis non obſtantibus pars affirmatiua eſt uerior, & tenenda. Tum quia regula eſt fauorabilis, & ampliãda, & ad fraudes, & ſiniſtras machinationes tollendum, & pro ſalute animæ, ut pluries dictũ fuit, emanauit, & eadem ratio inhiandi alienæ morti, militat in prouiſis ab ordinariis, & pro hac parte affirmatiua concludit Decius conſil. 398. in cauſa Domi. Benedict. in fin. loquens etiã in fortioribus terminis, quando regula loquitur ſolum in ſummo Pontifice, & licet ibi loquatur, de regula, de ueriſimili, tamen in princip. præmiſit de eo, qui impetrauit beneficium uiuentis, ultra quod eædem rationes militant in una regula, quæ in alia quo ad hunc effectum, & pro hac opinio. concludit etiam Domin. Sarnen. hic quæſtio. 2. & idem ſentit Domin. Rebuff. hic nu. 54. ubi quòd collator debet eſſe certus de morte, antequam conferat. & num. 6. ubi quòd non ualet collatio ordinarii facta ei, cui ſemel collatum fuerat beneficium uiuentis. Ex præmiſſis poteſt colligi reſponſio ad contraria, ſpecialiuã tamen ea diſſolui poſſunt. Et ad primum negari poteſt, quòd uerba non conueniant ordinario, nec text. regulæ loquitur de ſupplicationibus, nec quis prohibetur ſupplicare ordinario, quòd ſibi beneficium conferat. Immo iuxta Euangelium, petentibus dabitur, & pulſantibus aperietur. Et in oratione Dominica, etiam panem quotidianum petere monemur, meritò & beneficiũ, ex quo elicere debent panem altari inſeruientes petere poterunt, & quòd ſupplicare liceat ordinariis concludit Rot. Caſſado. 2. de Simon. num. 2. ubi ſubdit, quòd per hoc ordinarius non cogitur tali ſupplicanti prouidere, & hoc patet ad ſenſum, neque enim aliud eſt ſupplicare, quàm aliquid ex benignitate, & gratia ſibi concedi humiliter petere, & ita accepit Cicer. in 4. lib. Rhetor. ad Herenn. ſuper figurã, quæ nominatur ſermocinatio: ibi, At ille in extremo uitæ tempore etiam ſententioſè loqueris? neque ei, quem uides dominari, uis ſupplicare? Tum mulier immo quidem iſte rogat, & ſupplicat. Ad ſecundum reſpondetur, quòd etiam, quòd planè procederet dicta opi. quòd ordinarius ſub dicta conditione conferre poſſet, tamen non ſupponimus, quòd ſub ea conditione contulerit, nec ſub ea conferre ſolet, immo cum, & ſub eadem etiam poſſet conferre Papa, & multo magis prout ſupponunt Doct. ſupra allega. in contrarium, hæc regula non per hoc excludet ordinarios. Ad tertium ille caſus eſt ſpecialis, & in odium uagabũdi, & in fauorem beneficii, ut bene procuretur, & quia propter diuturnam abſentiam beneficiati a ſua eccleſia, poſſet præſumi obitus. Ad quartum verba ſunt apta etiam ordinarios comprehendere, & fauore animæ, & ad euitandum fraudes, & propter alias rationes, de quibus ſupra, debet fieri latiſſima interpretatio etiam ordinarios comprehendens.

SVMMARIVM.

1 *Hæc regula, an afficiat impetrantem beneficium viui, quem mortuum credebat.*
2 *Ignorare, & neſcire ſinonima ſunt.*
3 *Credulitas vbi certitudo requiritur non excuſat.*
4 *Pœna licet culpa, attamen cauſa carere non poteſt.*
5 *Validum eſt argumentum a carnali ad ſpirituale matrimonium.*
6 *Incertus de obitu alicuius viri non poteſt cum eius vxore contrahere matrimonium, & econuerſo.*
7 *Vbi diligens inquiſitio requiritur, ignorantia qualibet non excuſat.*
8 *Ignorantia non in lucro captando, ſed in damno, nos adiuuat.*
Lucrũ non conſequi, & damnum pati valde differunt.
9 *Beneficium aſſequi volens, lucrum captat.*
10 *Impetrans beneficium eius, quem viuere ſciebat, efficitur improbus, & quaſi adulter.*
11 *Ignorantia regulariter aſſertione, vel iuramento probatur.*
12 *Ignorantia dilatoriarum exceptionum, iuramento probatur.*
13 *Suſpitio falſi pro falſitate habetur.*

1 QVARTO quæro, † an impetrans beneficium viui, prætextu credulitatis, quòd beneficiatus eſſet mortuus, euitet pœnam huius regulæ? D. Sarnen. & Domin. Rebuff. hic ponendo quæſtionem, de ignorantia irrationabili, uel ſupina, concludunt negatiuè, & in hoc cum eis teneo. Immo eſt de indubitabili. Si uero ignorantia ſit rationabilis, Dominus Sarnenſ. uariat, & primo concludit pro negatiua, poſtea diſtinguendo uidetur mutare ſententiam. Domin. Rebuff. hic nume. 51. & ſeq. in 5. limit. tenet non eſſe locum regulæ

vbi ſupponatur probabilis, ſeu iuſta ignorantia.
Quod & ſentire uidetur idem Rebuff. ſuper pro
hem. concor. in uerſi. fali. uerſic. Sed conferri non
prohibetur quando eſt fama de morte beneficia
ti. Idem Rebuf. in ſimi. materia, in tracta. nomi-
na. quæſtio. penul. poſt numerum 23. uerſic. Vige-
ſimo opponi poteſt. Omiſsis his quæ uideri poſ-
ſunt, ego ueriorem puto partem negatiuam, quod
pœnam regulæ non euitet, & ſic locum eſſe regu-
læ, pro qua plura ultra omnes hic adducam, & ad
uertendum imprimis eſt, quòd hic non proprie
2 cadit ignorantia. †Ignorare enim aliquid, eſt ne-
ſcire. l. 1. in princ. ubi ignorare, uel neſcire aliquẽ
deceſsiſſe, pro eodem capitur, & poſtea uerſicu.
Item ſi quis ſciat alii quidem bonorum poſſeſsio
nem delatam. ff. de iur. & fac. igno. l. penul. C. eo.
& ita accepit Plaut. in Amphitr. in prolo. Quip
pe illi iniqui ius ignorant, neque tenent. Ignora-
re igitur ut in locis ſupra alleg. ad facta affirmati-
uè applicatur, puta ignorat aliquem adiuiſſe hæ-
reditatem, uel aliquem mortuum, hic autem me-
lius cadit credulitas, dicendo quòd credens ali-
quem mortuum impetrat illius beneficium, uel
ſi dicamus, ignorans aliquem eſſe uiuum impe-
trat beneficium illius, tanquam ſi mortuus eſſet,
unde impropria uidetur iſta locutio, & conſe-
quenter iura, & doctri. quæ de ignorantia loquun
tur, non bene huic dubio adaptantur. Quòd ſi
ignorantiam philoſophicè definire uellemus, ad
Platonem in Sophiſta, uel de Ente, recurrendum
eſſet, ubi poſt quartam definitionem Sophiſtæ in
quit, ignorantia quidem eſt demencia quædam
animi, quæ dum ad ueritatem mititur, intelligen-
tia ipſa præuaricatur. Si igitur loquimur de cre-
dulitate ut premiſi, concludendum eſt pro parte
3 negatiua, †credulitas enim ubi certitudo, ſeu ue-
ritas requiritur non excuſat, Innocen. in capitulo
fina. de iura. calum. nume. 1. uerſicu. reſpondent
quidam. Bald. in Marga. in uer. credulitas non ex
cuſat. Nel. de S. Gemini. in forma ad teſtes, in uer.
ſi teſtis interrogatus. uerſi. credulitas in teſte non
excuſat, in tracta. de teſti. nume. 178. ſed dato, quod
dubium etiam procedere poſſet, ſecundum ter-
minos ſcribentium hic, loquentium de ignoran-
tia adhuc in eadem ſententia remaneo. Et pri-
mo conſidero rationem potiorem regulæ, quę eſt,
ut omnes homines uel uirtutis amore, uel formi
dine pœnę, iuxta ſententiam Ennii, de qua etiam
per Horatium. libro 1. epiſto. ad Quintum, abſti-
neant ab hac actione de ſe illicita, & ſic ut om-
nes caueant a tanto facinore, ab omni iure pro-
hibito, impetrandi beneficia uiuentium, quocun
que igitur modo, uel qualitercunque quis impe-
tret, coerceri debet, & ſibi imputet talis impe-
trans, debet enim quis iuxta aureum dictum Cæ
ſaris, de quo etiam in l. 2. C. de fur. non ſolum cri
mine, ſed & criminis ſuſpitione carere. Secun-
4 do †licet pœna non imponatur ſine cauſa; impo-
nitur tamẽ multoties ſine culpa prout in l. quiſ-
quis. C. ad leg. iul. maieſt. Canonizata 6. quæſtio.

1. ſi quis cum militibus. ubi filii ſine eorum cul-
pa, non tamen ſine cauſa puniuntur. Facit capit.
quoniam frequenter. §. ſi autem de carnali, in fin.
ibi in quibus coniuges ſine culpa, ſed non ſine
cauſa continere coguntur. glo. 1. in cap. 2. ante ff.
de conſtit. Lap. alleg. 120. Fulcinius, colu. 2. uer.
conſiderauit enim Glo. pragma. titu. de electio.
c. licet. §. uerumtamen. in uer. reiecta. Barth. Caſ-
ſen. conſil. 1. in 5. præſuppo. nume. 79. Do. meus
Philip. Dec. conſilio 64. & diligenter. colum. 1. nu
me. 4 prout etiam uidemus filios canonicorum,
ſeu presbyterorum, & pleroſque corpore uitia-
tos ab eccleſia Dei repelli. capitulo ſecundo de
corpo. uitia. & in infinitis iuribus, cum autem ap
pareat de pluribus cauſis regulæ noſtræ, prout ſu
pra in 1. quæſtio. latè oſtendi, non debet reſtringi
diſpoſitio noſtræ regulæ per Deci. in præallega.
conſilio 64. ante nume. 5. qui loquitur in fortio-
rib. terminis, uidelicet in ſtatuto pęnali, & exorbi
tanti, at nos ſumus in materia fauorabili. Tertio
5 †arguendo a matrimonio carnali ad ſpirituale.
ad tex. in capitu. in unaquaque. 21. quęſtio. ſecun
da. capitu. quoniam frequenter. §. porrò. in prin.
de elect. c. inter corporalia, poſt princ. de transla.
Epiſco. c. cum inter canonicos. de electio. authen.
niſi rogati. & ibi Cyn. Saly. & alii. C. ad Trebel. c.
ſicut alterius. & ibi Gemi. notat. 7. quæſtio. 1. Ho-
ſtien. in cap. cum inter canonicos. col. penul. ante
6 fi. de electio. ſicut† matrimonium quis contrahe-
re non poteſt, niſi ſit certus, uel certa de obitu ui-
ri, uel uxoris priorum, alioquin adulterium com-
mittit. auten. hodie. C. de repud. c. 1. in præſentia.
de ſponſa. capitu. ſecundo. de ſecun. nupt. Pariſ.
conſi. 57. ſtante priori matrimonio. num. 16. uerſ.
nec dubietas primi excuſat. uolum. 4. Ita igitur
dicendum eſt in matrimonio ſpirituali, quod niſi
quis fuerit uerè certificatus de obitu prioris be-
neficiati, & ſic prioris ſponſi beneficii, ſeu eccle-
ſiæ, talis impetrans ut temerarius, & adulter om-
7 nino repelli debeat. Quarto †ignorantia in his, in
quibus diligens inquiſitio præcedere debet, non
excuſat, eſt tex. apertus, in capit. ad falſariorum.
poſt princip. ubi quòd uti uolentes literis apo-
ſtolicis, eas primo diligenter examinent, quoniã
ſi falſis literis ſe uſos dixerint ignoranter, eorum
ſera pœnitentia pœnas euitare nequibit. de cri-
mi. falſi. cap. cum illorum. uerſ. circa reliquos. de
ſenten. excommu. Lap. alleg. 56. dicebamus. nu.
17. Pau. de Caſt. in l. 1. §. non autem. num. 5. uerſic.
Item aliàs conſului. ff. de exercito. Pariſ. conſi. 57.
8 num. 24. uol. 4. Quinto †Ignorantia nihil prodeſt,
nec excuſat, ad lucrum conſequẽdum, ſed ſolum
ad damnum uitandum. l. qui autem. uer. Simili-
que modo 2. ibi, nec uidetur in iuria affici, is, qui
ignorauit, cum ei lucrum extorquetur, non dam
num infligatur. & l. ſi fraudatur. in princi. uerſicu.
Si uerò ignorauerit. ff. de his, quæ in frau. credit.
l. ſi ſeruum ſticum, & ibi per Alex. poſt Bar. colu.
1. nume. 3. uer. quod ultimum fallit in herede. ff.
de uerb. obli. Bar. in l. qui fundum. §. ſeruus meus.
uerſ.

uer.uel dic quòd.ubi facit ſimilem diſtinctio. ff.
pro empto. Alex. in l.pereg.in priu.nume. 2.uerſ.
intellige tamen bic,quòd licet præſumatur igno
rantia &c.ff.de acqui.poſſeſſ.Dec.in l.qui in alte
rius.col.2.nu.4.uerſic.Secundo iſta regula intelli
gitur ff.de reg.iur.Tiraq.in tract. utriuſque retra.
glo.4 §.35.num.26.uer.quintum quòd ignoran
tia nihil prodeſt &c.pag.mihi 718. Et indiſtincte
videmus magnam eſſe differentiam,an quis cer-
tet de lucro non aſſequendo, ſeu eo perdendo,
an uero de damno ſuſtinendo. ad l. proſpexit.ff.
qui,& a quibus.iun.iis quæ tradit Bartol.in l.om-
nes populi.in 2.quæſtio.6.quæſtio. princip. poſt
numerum.53.ff.de iuſti.& iu. cum Barto. tranſit
Alexan.conſilio 101.ſuper eo,poſt numerum 15.
& nume.17.libro 3.dicens opin.Barto. commu-
niter teneri.idem Alexand.conſilio 111. uidetur.
num.11.uolum.7.Sic etiam dicimus lucri amiſ-
ſionis præiudicium non eſſe conſiderabile. Bart.
in repe.l quominus.in 11.quæſt.in fi.ff. de flumi.
Signoro. inter conſi. Bald.conſi.71.caſus talis eſt
commune.colum.2.poſt medium,& toto conſil.
lib.1.Albe.de Roſa.in l.manifeſtè.ad fi.C.de ſer.
& aqua.ubi quòd non dicitur damnificari, qui
lucrum perdit.Alex. conſi. 194. conſideratis.nu.
11.uer.& licet.lib.2.ubi quòd non eſt conſidera-
bile,quòd molendinum vnius propter aliud con
ſtructum minus frequentetur. Sequitur Iaſ. in re
pe.dictæ l.quominus.num 48.& 85.& ſeq. Aymo
9 de antiq.tempo:par.4.nume:242.& 250.†Bene-
ficium autem aſſequi uolens lucrum captat.cap.
dudum.colum.penul.ibi quæ in hoc caſu. ubi de
lucro dicti.G.tantum agitur, & non de præiudi-
cio &c.& ibi no.Gemini.colum.2.nume.9. uerſi.
no.quòd ubi agitur de lucro, & ibi Franci. in 10.
nota.de præben.lib.6.And.Tiraq.in præalleg. tra
cta.utrius.retra.glo.10.§.1.nu.122. uerſicu. Sed &
uidemus quòd qui certat de beneficio, is de lu-
cro captandoq certat &c.pag.mihi 258.patet igi-
tur quòd in caſu noſtro nihil prodeſſe dēt igno-
rantia,quia talis qui prius impetrauit beneficiū
uiuentis,& ſic nulliter,denuo impetrans,conten-
dit de beneficio acquirendo,& ſic de lucro captā
do, quo caſu ignorantia nullo modo conſiderari
debet.Immo iſta non eſt merè pęna, alioquin ſe-
queretur quòd illegitimis,& corpore uitiatis,eſ-
ſet pęna non poſſe ſine diſpenſatione promoue-
ri, ſeu beneficiis pręfici, quod non eſt,& quate-
nus admitterem quòd eſſet pęna,eſſet ſatis leuis,
& reſtricta ad illud beneficium tantum, at illa il-
legitimorum & corpore uitiatorum eſt generalis
ad omnia beneficia. Sexto dato & non conceſſo,
quòd ignorantia in caſu noſtro excuſaret,id con-
tingeret ſolum antequam quis certior reddere-
tur de ueritate ſuperueniente, ſtatim autem
10 † quòd iſte ſciuit, & ſic ante ſecundam im-
petrationem (ſi enim ponamus quòd nun-
quam ſciat,nunquam de nouo impetrabit) effi-
citur improbus & quaſi adulter, prout in ſimili
dicit text.in capitulo.cum per bellicam.ante fin.
uerſicu.ſin autem aliquæ mulieres. ubi quòd eo
ipſo quòd mulier habita notitia uitæ prioris ma
riti,cum ſecundo commoratur,incontinens & in
excuſabilis redditur,oſtendens ſibimet per ſuam
incontinentiam placuiſſe, quod iuſta remiſſio
poterat expiare:ſic in caſu noſtro,licet aliqua ex-
cuſatio circa præteritam impetrationem pro-
pter ignorantiam competere potuiſſet, eo ipſo,
quòd iſte ſcit uitam beneficiati, & ſic certior de
mala impetratione redditur, omnem ignoran-
tiæ,& excuſationis fauorem amittat, & malæ mē
tis,& conditionis iudicetur.ad idem etiam facit
glo:in capitu.2.de ſecun.nupt.in uerſic.adulteri-
nis.& gloſſ.in cap.ad falſariorum.in uerſic. dixe-
rint. ibi, quia non uidetur teneri niſi poſtquam
ſcit de falſitate. Iſte igitur humiliter confiteri de-
buit reatum, & diſpenſationem quærere, ante-
quam beneficium de nouo impetraret, argumen
to cap.innotuit. uer. multa. in fi.ibi qui ſponte,
ac humiliter &c.de electio.cap.cum illorum.an-
te fi.uer.circa reliquos uerò.de ſenten.excommu.
& ille,qui ignorans.& putans cum uxore dormi-
re ſororem cognouit, pœnitentiam facere tene-
tur.cap. in lectum. 24. quæſtio. 2. Septimo cum
11 †ignorantia regulariter per aſſertionem,ſeu iura
mentum probetur,cum ſit quid in animo conſi-
ſtens.cap.ſi uero.2. uerſ. vel ſi hoc dubium fuerit.
12 capitu.paſtoralis.in fi.de excep.ubi† Iuramento
quis probat dilatorias exceptiones non prius ſci
uiſſe:approbat Rot.502.no. exceptiones. in an-
tiq.& 30.fuit dubitatum.in fi. in no. Et pro præ-
miſſis facit præalleg.c.in lectum.34. q. 2. ibi per
ſecuritatem veram.iun.glo.in uer.per ſecuritatē.
glo in c.propoſuiſti.in uerſic. non probatur.poſt
medium. uerſi.ſed qualiter probat quis ſe igno-
raſſe.82.diſtinc.Dec.conſi.452. uiſa inſtructione
ante fi.uerſ.& ſi ignorantia deberet probari.Abb.
& latius Feli.in c.quoſdam.ou. 5. uſque ad fi. de
præſumptio.Roma.in l.admonendi.colu.8. ff.de
iureiur.Alexan.conſi.71.uidetur prima conſi.col.
ult.libro 1.Iaſ in l.non erit.§ dato. quam legit cū
l.3 §.iurari.in 3. nor. ff. de iureiuran. Dulcedine
autem beneficiorum, & ad euitandum inhabili-
tatem per regulam inductam, quaſi omnes ta-
liter impii impetrantes,aſſererent, imo iurarent
ſe ignoraſſe,uel crediſſe,ita ut excuſarentur, &
ſic non abſtinerent a talibus impetrationibus
omni iure reprobis: immo tanquam leones ru-
gientes, & lupi rapaces,iſti igitur inhumani, &
cacodæmonibus peiores, abſtinebunt ne a tali-
bus aſſertionibus,ſeu iuramentis, ſeu quibuſuis
ſiniſtris & tortuoſis confictionibus, & palliatio-
nibus?Meritò igitur neceſſum fuit hac pœna re-
gulæ tales reprimere, quos ſi ſub prætextu cal-
lidæ credulitatis, ſeu ignorantiæ excuſaremus,
Summus ipſe Princeps regulam hanc conden-
do,iuxta adagium,operam, & impenſam perdi-
diſſet.Immo nec hoc ſufficit, prout enim in fi.pri
mæ quæſtio. dixi, iſti improbi impetrantes uia
paruarum datarum pęnas huius regulæ, & aliorū

iurium plerunque effugiunt, & deludunt. Contra hos igitur rei de ſe illicitæ operam dantes, omnis ſiniſtra ſuſpitio capienda eſt, & ſola ſuſpitio ſufficere debet, præſertim ad hanc debilem pœnam, ſeu potius inhabilitatem infligendam, & inducendam, prout etiam uidemus,
13 quòd ciuiliter agendo † ſuſpitio falſi pro falſitate ipſa habetur. l. iubemus. C. de probatio. Archidiacon. & Geminian. in capit. in memoriam. 19. diſtinctio. ſequitur Alexand. conſil. 77. in cauſa accuſationis. columna final. numer. 6. uerſicul. corroborantur prædicta. uolum. 1. Abb. in capit. porrecta. de confirma. util. uel inutil. Marian. Socin. iunio. conſil. 61. inſpectis. numer. 3. lib. 2. Dominus meus Philippus Deci. conſil. 189. lætatus ſum. nume. 1. & num. 2. concordat opiniones diſtinguendo, aut ſumus, in ciuilibus, aut in criminalibus, & primo caſu procedere dicit opinio. Archidiacon. & Domini. Curt. iun. conſil. 64. præſupponitur in facto. numero 5. & conſili. 132. habita diligenti. numero 10. & Pariſi. conſil. 158. ſi ius commun. nume. 33. uolum. 4. in iſto igitur inhumano, & monſtruoſo abuſu impetrãdi beneficia uiuentium, falſitate pernitioſiori, & deteſtabiliori, dum ciuiliter agimus ſuſpitio ſat ſuperque ſufficere debet. Octauo & ultimo, pro hac opinio. faciunt nota. per Abb. in capit. 2. de conceſſione præbend. ibi, & non poteſt amplius illud beneficium obtinere. & poſtea ſubdit, & ex hoc credo, quòd ſi is, qui occupauit beneficium uiuentis, maximè ſcienter, faciendo ſe inſtitui, &c. dum igitur dicit maximè ſcienter, ſupponit quòd idem etiam ſi ignoranter, quam ponderationem firmando in indiuiduo hanc opinio. facit Præceptor meus (noſtra ætate omnium Iuriſtarum, & Canoniſtarum facilè princeps) Domin. Philipp. Deci. conſil. 398. in cauſa Domin. Benedicti. ante numerum 3. uerſi. & iſta concluſio, uidetur procedere etiam quando quis ignoranter, &c. Et in l. fina. C. de pact. nu. 17. uer. alia etiam pęna ſtatuitur, &c. Et licet D. Sarn. in præall. q. 3. quærat mordere dict. deciſ. proximè alleg. quia tamen eutem nimis duram, & munitam reperit, dentes illico retraxit, ſententiamque mutare uiſus eſt. Et hæc opi. etiam pro anima eſt tutior, pro qua in dubio interpretatio facienda eſt. Ex præmiſsis colligi poterit ſolutio ad omnia contraria, quæ adduci poſſent ſuper quibus ne longior ſim non inſiſto ulterius.

SVMMARIVM.

1 *Regula hæc, an omnia beneficia, omnesq; uacationes beneficiorum viuentium comprehendat.*
2 *Vniuerſale omnia comprehendit.*
3 *Limitata diſpoſitio, limitatum producit effectum.*
4 *Beneficium viui de ipſius conſenſu impetrari poteſt.*
5 *Item ex iuſta, & rationabili cauſa.*

1 QVINTO quæro † an omnia beneficia, omnesque vacationes beneficiorum uiuentium, comprehendantur sub hac regula? Iſta quæſtio. poteſt duobus modis intelligi, vno an quælibet beneficia, tam ſimplicia, quàm curata, & dignitates, ac tam ſecularia, quàm regularia hic contineantur? & reſpondeo affirmatiuè. Tum propter identitatem rationis, tum quia regula eſt conformis omni iuri, & rationi, ut ſupra in prima quæſtion. probatum fuit, tum etiam propter dictionem, quocunque, in principio regulæ po-
2 ſita, † quæ uniuerſalis eſt, omnia comprehendens & nihil excipiens. l. quacunque. cum ibi nota. ff. de procurat. l. hoc articulo. ff. de hæredi. inſtituen. cap. 2. ibi, quacunque ſuper hoc ſit auctoritate munitus, de præbend. libro. 6. cap. ſolitæ. ante finem. uerſicul. quodcunque ligaueris, de maioritate, & obedient. capit. ſi tibi abſenti, ubi Archi. in uer. quæcunque. de præbend. lib. 6. cap. quamuis, & ibidem Archid. in uer. quocunque, de offici. ordinar. lib. 6. Signorol. de Homod. conſil. 110. teſtator, colum. 1. uerſicul. tertio. per dictionem, quodcunque. Luc. de Pen. in l. fi. in prin. C. de exacto. tribu. lib. 10. And. Barb. cõſi. 47. clemen. colu. pen. lib. 2. Socin. conſi. 10. quamuis, num. 9. lib. 1. & conſi. 276. præmiſſa, num. 3. ac conſil. 297. uiſo, col. penul. lib. 2. Dom. meus Phil. Dec. conſi. 529. Philippus. colum. 1. Gozad. conſi. 88. ſtante in princ. Ludou. Roman. conſi. 31. uiſis his. num. 2. glo. in clem. 1. de priuil. in uerb. quemquam. glo. in extra. execrabilis. in §. qui uerò deinceps, in uer. quacunque, de præben. & iſta dictio, eſt adeo potens, ut ampliet iura, quæ alias ea nõ adiecta, ſtrictè, & limitatè intelligenda eſſent, prout exemplificat Iaſ. in l. quædam. §. nihil intereſt. num. 3. uerſicu. limita quatuor modis. ff. de edend. ſequitur Pariſ. conſil. 9. Sereniſſimum, num. 8. uerſicu. ſicuti. in ſimili dicimus. uolum. 1. Sequitur igitur, quòd omnia, & quæcunq; beneficia in regula ueniant. An autem etiam Epiſcopatus diſcutiemus in proxima ſequen. q. Altero modo quæſitum propoſitum intelligi poteſt, uidelicet: An quæcunq; impetrationes beneficiorum uiuentium quorumcunque ſub regula comprehendantur, adeo quòd eo ipſo, quòd quis ſupplicat de beneficio cuiuſuis uiuẽtis ſibi prouideri, incidat in pęnam regulæ huius. Et uidetur dicendum, quòd regula limitet, & declaret ſeipſam, ibi tanquam per obitum alicuius, quaſi inferat, quòd ubi beneficia uiuentiũ impetrantur aliter quàm
3 per obitum talium non ſit locus pœnæ † limitata igitur diſpoſitio limitatum producere debet effectum. l. in agris. ff. de acquirend. rer. domin. l. ſi unus. §. ante omnia. ff. de pact. l. militis codicillis. §. 1. ff. de mil. teſt. l. cancellauerat. ff. de his, quæ in teſta. delen. l. age cum Geminiano. C. de tranſact. Et tanto magis iſta procedere debent in caſu noſtro, cum regula ſit pœnalis. In contrarium tamen uidetur facere, quòd mens, & intentio,

& fauor

& fauor regulæ, ac rationis identitas ſuadeant, quòd omnis via, omniſque modus alienæ mortis captandæ, alienæque vitę inſidiandi, per regulam ſublati eſſe cenſeantur. Impetrantesque quicunque beneficia a uiuis obtenta, reprimantur. & talis interpretatio habet conformitatem cum ratione. l. fi. C. de pact. cum capit. non furem. & c. ſicut alterius 7. quæſtio. 1. cap. 1. & 2. de conceſ. præben. & cum aliis iuribus. Breuiter regula ſit, quòd omnia beneficia quorumcunque uiuentium, quomodocunque, & per quãcunque uiam, tum de iure communi, tum ex regula noſtra, prohibentur obtineri, prohibeturque pro illis obtinendis ſupplicari. Ampliatur dicta regula, etiam ſi de proximo beneficia huiuſmodi uiuentium ſperentur uacare, Ancharan. conſil. 397. apparet num. 3. uerſ. unde quantumcunque ſubſit ſpes proximę uacationis, interim titulus non extinguitur &c. & late per D. Rebuff. hic nu. 42. uerſicul. 12. procedit. Limitantur prædicta
4 duobus modis, uno † niſi ſupplicatio, uel impetratio beneficii uiuentis, fiat de conſenſu ipſius. capit. ex tranſmiſſa, de renunci. ubi confertur beneficium uiui de illius conſenſu, nec auditur poſtea pęnitens. cap. ſicut alterius. poſt princ. ibi, abſque eius conſilio, & uoluntate. 7. quæſtio, 1. c. beneficium. uerſ. niſi ad id ipſius accedat aſſenſus, de regul. li. 6. facit preallег. l. fi. C. de pact. quæ limitat, niſi ipſe forte, de cuius hęreditate pactum eſt, uoluntatem ſuam accomodauerit, Pet. de Anchar. conſil. 403. uiſo diligenter, ante numer. 3. Raph. Fulgoſ. conſil. 73. paterfamilias, colum. 2. num. 2. uerſic. quando factum eſt ei uolenti, & conſentienti de cuius ſucceſſione quæritur, tale quippe pactum non eſt plenum periculoſi, & triſtis euentus, cum is, de cuius bonis agitur conſentiat: & poſtea ante num. 3. uerſ. Cęterum. ubi huiuſmodi pactum. Socin. conſil. 53. miror quòd in præſenti, nume. 1. uolum. 3. Eſt uerũ quòd ex ſupra alleg. una differentia colligi poteſt, inter impetrationem beneficiorum uiuentium, & pacta ſuper talium ſucceſſionibus. Primo enim caſu mutatio uoluntatis ex poſt facto nihil operatur: ſecus in ſecundo caſu, in quo uoluntas debet ſemper durare, ut colligitur ex iuribus, & doctri. ſupra allegat. Ex dicta limit. ſequitur, quòd ſiquis infirmus reſignauerit beneficium in fauorem alicuius, & infra 20. dies deceſſerit, & ſic reſignatio inualida redditur propter regulã, quòd ſi denuo reſignatarius impetret per obitum, non obſtabit ſibi hæc regula, quia in eius pœnam non incidit præcedente con-
5 ſenſu illius iam uiui reſignantis. † Limitatur ſecundò regula prædicta, niſi quis impetret beneficium uiuentis, etiam eo inſcio, ſeu inuito, ex iuſta, & rationabili cauſa, puta per priuationem, & depoſitionem. cap. ex literis, &. c. grauem. de exceſ. prelato. item per adeptionem ſecundi incompatibilis. c. de multa. de præbend. extra. execrabilis, co. per non promotionẽ infra annum habentis parrochialem. ca. licet canon. & c. commiſſa. de electio. libr. 6. & per alios modos, de quibus per Staphi. ſuper ſignatura in uer. ſecundus principalis modus uacationis. fol. mihi. 69. cum pluribus ſequen. & nouiſſimè per Dom. Rebuff. in praxi benefici. ſub tit. requiſita ad collationem bonam, nu. 51. & ſequen.

SVMMARIVM.

1 *Regula hæc an procedat in Epiſcopatibus, Archiepiſcopatibus, & Patriarchatibus.*
2 *Anima fauor operatur vt conſtitutio omnes indifferenter liget.*
3 *Peregrini militum priuilegijs gaudent.*
Pęnę molliendę ſunt.
4 *Epiſcopatus & Archiepiſcopatus beneficiorum appellatione ſub quacunque generalitate in materia pęnali non venire.*
5 *Diuerſus eſt modus prouiſionis Epiſcopatuum, ab alijs beneficijs.*

1 SEXTO Quæro † An regula iſta procedat in Epiſcopatibus, Archiepiſcopatibus, & Patriarchatibus, & pro parte affirmatiua concludit hic D. Rebuff. numer. 44. uerſicul. decimoquinto habet locum etiam iſte text. in quocunque beneficio, ſiue ſit Epiſcopatus &c. pro iſta parte facit ponderatio de qua in proxima præcedenti quæſtio. ubi quòd propter dictionem, quocunque, iunctam termino beneficio, debet fieri ita lata extenſio, ut omne, qualecunque ſit beneficium, comprehendatur, etiam ſi aliud de iure (dictione huiuſmodi non adiecta) diſponeretur. Sed quia negari non poteſt, quin lato ſumpto uocabulo beneficii appellatione, ueniant Epiſcopatus, & aliæ dignitates maiores: ergo ſub hoc uerbo generaliſſimo, illas contineri conſonum erit. Secundo facit quòd regula iſta eſt fauorabilis, & iuri communi conſona, ut in 1. quæſtio. probatum eſt. In materia autem fauorabili, etiam ſine iſta dictione, quacunque, appellatione beneficiorum ueniunt Epiſcopatus, & maiores dignitates, ſecundum ueriorem opin. capit. 1. & ibi gloſſ. in caſus poſitione, de reg. iur. libr. 6. gloſſ 1. in clem. uni. de cau. poſſeſ. & propri. latè per. Io. de Syl in tractat. de beneficio par. 1. quæſtio. 3. numer. 6. & ante numer. 8. ibi, & ſic app. beneficii, in materia fauorabili uenit Epiſcopatus &c. Tertio facit rationis identitas, eodem enim modo quo quis inducitur ad deſiderandum, & quærendum expiſcari beneficia uiuẽtium, eodem deſiderabit, & impetrabit Epiſcopatus, & alias dignitates maiores. Immo & multo magis, ubi enim maius eſt lucrum, maiorque dignitas, eo plus quis maiorem curam, artem, & diligentiam ponet, ut patet ad ſenſum: cũ igitur ſit eadem ratio in epiſcopatibus & maioribus, quæ in aliis beneficiis, eadem iuris di-

ſpoſitio

ſpoſitio reſultare debet, argumēto.l.ſi poſtulaue
rit.§.ratio.ff.de adulte.l.1.§ hoc interdictum eā
dem habet.& ibi Bar.ff.de fonte.l.illud.cum gloſ.
magiſtra, quæ dat concordantes in uer.ęſtimari.
ff.ad leg. Aqui. c.translato.cum gl.fi.de conſtitu.
imò maior cura adhiberi debet circa epiſcopa-
tus conferendos, quàm circa alia beneficia.iuxta
tex.in c. cum in cunctis. de elect. Quarto Regula
iſta concernit animarum fauorem, & ſalutem:re
frenat enim deſideria, & ſiniſtras artes aucupan
di, & furandi beneficia uiuorum, uiuorumque vi
tis conſequenter inſidiandi, quæ etiam iura gen
2 tilium abhorruerunt.† Animæ autem fauor facit,
ut conſtitutio omnes liget indiſtinctè.cap.omnis
utriuſque ſexus.de pœni.& remiſ.iun.his quæ no.
Io.And.in c.ſignificaſti ſuper uer.Iuriſdictioni,
& ibi Abb.in.7.col.de fo.compe.præpo.in.c.non
licet, in prin.10.diſtin.Pet.de Ancha.in repe.ca.
1.in 2.oppo.& ibi Feli.num.24.& ſeq.& Ioann.de
Syl.in tractat.de beneficio.par.1.quęſt.3.num.8.
& prædicti doct.concludunt quòd etiam Papa li
gatur conſtitutione animæ fauorabili, & pulchre
concluſit Ioan.And.in.c.ex tenore.colum.ſecun-
da.uerſ.dic ergo. qui filii ſint legi.quòd conſtitu
tio licet uideatur odioſa, quia pœnalis, tamen
fauorabilis eſt quando in fauorem animarum in
ducta, eſt ideo ipſius pœna non ſit reſtringenda,
ſed dilatanda, glo.in.l.omnes dies.in uer. apoſto-
licæ, in fi.C.de fer.quæ fauore animæ extendit cō
ſtitutionem illam ad feſtum beatæ uirginis. Bar.
in auten.ſacramenta puberum.numer.19.C.ſi ad
uer.uendi.Alex.conſ.63.ſtantibus iis col.2.num.
8.ibi & maxime, quia ibi fauetur animæ etiam in
correctoriis, & uol.4.& de effectu diſpoſitionis in
fauorem animæ per Soc.conſil.192.licet difficul-
tates.colum.fi.num.7.uolum.2.per Ancha.conſi.
46.prima facie, num.2.Dec.conſil.504.num.8.&
ante fin.conſil.pulchrè conſil.Mar.Mant.174.ca-
ſus eſt, num.21.ubi ad plura infert. Hinc dicimus
peregrinos militum priuilegiis gaudere, authen.
omnes peregrini.& ibi Ange.C.commu.de ſuc-
ceſ.Paul.Caſtren.in l.nutritoribus. eo.ti idem An
ge.in §.quod autem.in authen.de non alie.ubi q
peregrinus Romam ueniens pro indulgentiis ſi
in itinere teſtatur coram duobus teſtibus, quia
plures habere non potuit, & moritur, teſtamentū
ualet, quia ſi milites in expeditione degentes poſ
ſunt coram duobus teſtibus teſtare, tertiò id li-
cere debet in peregrinatione ad ſalutem animæ,
ſequitur Soci.conſil.85.circa articulum.nume.4.
uol.4.Quinto habemus tex.clarum hoc deciden
tem in.c.ſicut alterius.7.quæſtio.1.ubi epiſcopa-
tus uiui non debet alteri concedi:& in fi.dicitur
diſpoſita ibi in epiſcopis, habere locum etiam
in quibuſuis eccleſiarum miniſtris, ne in locum
uiuentium obrepant. Sicut igitur text.ille pariſi-
cat in caſu noſtro epiſcopos, & alios, ita & regu
la noſtra ut in quantum fieri poteſt, iuri commu
ni conformis ſit, ſecundum eandem pariſicatio
nem intelligenda erit. Pro parte uerò negatiua

adduci poteſt, quòd regula iſta eſt pœnalis, un-
de cum non diſponat expreſſe, quòd epiſcopa-
tus, & maiores dignitates ſub iſta pœna ueniant,
3 interpretatio facienda eſt taliter, ut † penæ po-
tius molliendæ ſint, quàm exaſperandæ, iuxta
tex. in l.penul.ff.de pęn.& in.l.in teſtamento.1.&
ibi no.Bal.ff.de cond.& demon.&.c.pœnæ.de pœ
nit.diſtin.1. Bal.in.c.1.col.fi.quali.domi.propri.
feud.princ.Alex.con.33.uiſo themate, uol.2.Dec.
conſil.406.licet. num.437.quæritur.nu 4.&.452.
uiſa.nume.1.&.2.Caſſado.dec.1.de conſtitu.Se-
4 cundo quòd † epiſcopatus, & archiepiſcopatus
beneficiorum appellatione ſub quacunque gene
ralitate in materia pœnali non ueniant, proba-
tur per.c.2.§.cum uerò.iun.c.dilectus. de conceſ.
præben.c.ſtatutum.de electio.li.6.& ibi Io. And.
& alii.c.inquiſitores.& ibi no.glo.penul.etiam q
adeſſent uerba expreſſa generalia, puta contra
quoſcunque cuiuſcunque conditionis, dignita-
tis &c.de hæreti.eo.lib.glo.in.c.felicis.§.quod ſi-
quis.in uer.pontificalem.de pœn.eo.libr.6.Rom.
qui loquitur in fortioribus terminis: uidelicet.in
caſu non merè pœnali, conſil.340.circa primum
5 num.4.uerſic.Circa ſecundum. Tertio † diuer-
ſus eſt modus prouiſionis epiſcopatuum, & ſupe
riorum dignitatum, ab aliis beneficiis.de illis e-
nim conciſtorialiter prouidetur.Lap.alle.84.ad
Papa.col.penul.ante.num.12.uerſicul.item de il-
lis expeditur &c.D.Pet Rebuff.ſuper concor.ſub
rub.de reg.ad præla.nom §.1.in uer. conciſtoria-
liter, pag.148.D.Sarnen.in.14.quæſtio.regulæ de
infir.num.2.& ſeq.ubi plura ad rem noſtram, &
quòd tales propoſitiones faciunt ceſſare omnem
ſiniſtram ſuſpitionem, q tales propoſitiones fiūt
coram toto ſenatu Cardinalium, præuiis infor-
mationibus, & formatis proceſſibus, & approba
ta perſona, cui prouiſio eſt facienda. Cum igi-
tur prouiſiones huiuſmodi conſiſtoriales, fiant
ex certa ſcientia, cauſa cognita, & cum ſumma
prouidentia, diuerſa cenſeri debet ratio talium
prouiſionum, ab aliis ordinariis, quæ paſſim ad
mittuntur. faciunt tradi.per eundem D.Sarnen.
quæſt.5.de Publican.ubi quod concluſum fuit
regulam illam non procedere in beneficiis conci
ſtorialibus, & tamen in principio dictæ regulæ
aderat dictio uniuerſalis, quæcunque, prout in
hac noſtra regula. Quid tenendum? poſſet di-
ſtingui ut infra, uidelicet aut Papa iuxta ſolitum
morem in conciſtorio prouidit de aliqua cathe-
drali, præuiis informationibus, & proceſſibus
requiſitis, delato ad eum falſo rumore obitus
prioris Epiſcopi, Archiepiſcopi, ſeu Patriar-
chæ, iuxta tex.in ſimi.in.l.fi.ff.de hæredi.inſti.Ar-
chidi.in.c.cum in illis, col.1.in uer.prouideri, &
ibi Fran.num.2.de præben.lib.6.& hoc caſu niſi
quid prouiſo imputari poſſit, ſtante certa ſcien
tia Papæ, & actibus conciſtorialibus, qui pur-
gant omnem maculam, & ſuſpitionem, ac habi-
litant. Et ſtante clauſula ordinaria in prouiſioni-
bus epiſcopatuum uacantium per obitum, uide-
licet.

ſicet Nos uacatione huiuſmodi fide dignis relationibus intellecta &c. & poſſet dici pœnę huius regulæ locum non eſſe, eo magis ſi concurrunt literæ ciuitatis, ſeu uniuerſitatem regentium, per quas Papæ ſignificetur eorum Epiſcopum, ſeu Archiepiſcopum defunctum eſſe, ſupplicetur que ipſi Papæ in fauorem alicuius, ſeu illiusmet qui poſtea prouiſus fuit. uel in genere petatur de ueloci & digna prouiſione futura, prout ſæpe accidit. Aut ad ſuggeſtionem eius qui poſtea prouiſus fuit, ſubſecuta fuit diſpoſitio conciſtorialis (ut plerumque uiſum fuit) credebat enim iſte Epiſcopum quem forte ægrotum intellexit, iam mortuum fuiſſe, & nimis præcurrit, a pernitioſa ambitione forſan impulſus, repleuit que palatium apoſtolicum, & totam curiam hiſce nunciis, aliis lugubribus ſibi uero placidis, & optatis, quo fit ut factis proceſſibus, & facta propoſitione cõciſtoriali iſtoque in Epiſcopum proclamato, ſeu pronunciato, apparet tali tempore priorem Epiſcopum uixiſſe, licet poſtea obierit. quo caſu dicam hunc pœnas regulæ incurriſſe, & pro hoc adduco tex. quaſi in terminis extraua. diſpendiis. Io. 22. ſub tit. de poſtu. prælato. inter extra. communes poſita. ubi ante fi. concluditur ſatis notabiliter, quòd ſi poſtulati, de quibus ibi, negotium poſtulationis de ſe factæ in publico, uel priuato cõciſtorio proponi fecerint, contra prohibitionem de qua ibi, omnia pro infectis haberi debent, & talis punitur, idem igitur dicendum erit in caſu noſtro.

S V M M A R I V M.

1 *An hæc regula procedat in officijs.*
2 *Beneficiorum appellatione in materia fauorabili uenit etiam officium.*
3 *Officia eccleſiaſtica prout theſauraria, & ſimilia beneficia nuncupari poſſunt.*

1 Eptimo quarto † An regula iſta procedat in officiis? D. Rebuff. hic num. 39. uerſic. undecimo procedit etiam in officiis. concludit quòd ſic, loquens de officiis regiis. poſtea num. ſequen. uidetur contrarium ſentire. Pro parte affirmatiua facit, quòd appellatione beneficii lato ſumpto uocabulo, in materia fauorabili ue-
2 nit etiam † officium. Paul. de Roma. in tract. penſio. in 7. quæſito. ubi an penſio poſſit pro officio uel beneficio permutari. fol. mihi. 20. nume. 10. & ſeq. uerſicul. talia multa ſunt beneficia in Curia Romana, quæ tantum laicis conferuntur, ut mareſcalcos &c. Io. de Syl. in tracta. beneficii part. 1. quæſt. 3. ante num. 7. uerſic. in materia fauorabili: & ampla dico quod appellatione beneficii, non ſolum ueniant beneficia ſimplicia, perſonatus, officia &c. quod autem nos ſumus in materia fauorabili & amplianda, patet; quia in diſpoſitione omni iuri conſonni, & pro ſalute animæ, ac ad reprimendas fraudes, & tanto magis iſta procedere debent in caſu noſtro propter relatiuum, quocunque, additum dictioni beneficio, ut fiat latiſſima interpretatio. Inſuper pro hac parte facit identitas rationis, eadem enim ratio quæ conſiderari poteſt in beneficiis, eadem prohibitionis cauſa, eademque ambitionis, & fraudis ſuſpitio militat in omnibus officiis, ergo idem ius, argumento l. illud. ff. ad leg. Aquil. l. uni. ff. de fonte. §. hoc interdictum eandem habet utilitatem. Oldra. conſil. 21. ad propoſitum num. 4. uerſic. circa primum. Vltimo quaſi in terminis noſtris, quòd diſpoſitio, ſub ſtatutum eodem modo reguletur circa officia etiam prophana, dum agitur de iuribus uiuentis, ſicut in aliis beneficiis, & ſicut prohibetur expectatiua ad beneficia uiuentis, eodem modo etiam ad officia ſecularia, concludit Socin. conſil. 53. mirror quod in præſenti, uolu. 3. & ibi parificat officia, & beneficia, & gloſa pragma. ſub titu. de Annatis, in uer. eccleſiaſticis beneficiis, & officiis parificat quo ad prohibitionem receptionis, ſiue exactionis, reſpectu prouiſionis collationis &c. beneficia, & officia eccleſiaſtica, ac officia ſecularia, præſertim iuridictionem annexam habentia, unde regula noſtra eandem parificationem recipiat. Pro parte uero negatiua conſiderari poteſt quòd regula iſta eſt pœnalis, unde non plus exigendum quàm lex exigat. l. Gallus. §. nihil enim addidit, & ibi Bald. in 5. nota. ff. de libe. & poſthu. & Bal. in. l. uniuerſa. col. 2. ibi quia ubi lex non imponit onus &c. C. de preci. impe. offe. unde cum propriè loquendo maxima ſit differentia beneficiorum eccleſiaſticorum, ab officiis præſertim ſecularibus, non debet de illis ad iſta inferri. Accedit quòd diuerſa eſt ratio impetrationis officiorum ab impetratione beneficiorum, illa enim potius hereditati, quàm beneficiis eccleſiaſticis æquiparantur, ac pactum hereditatis uiuentis, ualet ſi perſona ſit incerta, ſecus in beneficiis, prout omnia iſta firmat Dec. in. l. fi. C. de pact. num. 3. ubi limitat dicta Soc. de quib. ſupra. Quid tenendũ? Cõſiderandi ſunt tres caſus, unus eſt quando loquimur de officiis mere temporalibus, prout ſunt hic in Vrbe Mareſcalcus, Cuſtos ſacri hoſpitii, Bullatores, Regiſtratores, Curſores & alii de quibus per Paul. Roma. in tracta. penſio. in. 7. quæſito. num. 10. & ſequen. & illi qui talia officia aſſequuntur, poſſunt eſſe tam laici, quàm clerici, ut ibi per eum, & ſunt plerique alij, puta milites S. Petri S. Pauli, Abbreuiatores, Secretarii, Cubicularii, Scutiferi, Archiuiſtæ, Portionarii, & alii qui dicuntur de numero participantium, nec ab iſtis excludo habentes iuriſdictionem, & ad tempus deputari ſolitos, puta Conſeruatores, Senatorem, Collaterales, Capitaneum appellationis, Magiſtros uiarum, magiſtros iuſtitiarios, quorum alter hodie eſt D. Marſilius Caphanus Interamnas ciuis Romanus, coram quo iuſtiſſimo iudice pendet cau

ſa con-

ſa confinium meæ uineæ, & ſimiles. Secundus ca-
ſus erit ſi ſentiamus, de officiis mere eccleſiaſti-
cis, eandem naturam, & qualitatem, ac requiſita
quaſi in omnibus cum beneficiis eccleſiaſticis
3 habentibus, & quæ etiam † beneficia nuncupari
poſſunt, prout ſunt theſauraria, ſacriſtia, & ſimi-
lia officia. c. 2. §. cum uero de conceſſ. præbend. &
cap. cum acceſsiſſent. uerſicu. quo circa, ibi ne ul-
terius in Tullenſi eccleſia primiceriatus eſſet of-
ficium, &c. de conſtitutio. glo. in clemen. 1. in ver.
officiis de deci. & in clement. 1. in uer. officia. de
regula glo. & Archidiacon. in c. 1. de cunſue. lib.
6. & ibi. colum. 2. num. 3. uer. ſed quòd officium,
declarat quid ſit, & in quo differat a dignitate, &
perſonatu. Alexand. conſi. 77. in cauſa. & lite. vol.
2. num. 5. ubi de primiceriatu. Pau. de Roma. de
penſio. in 7. quæſi. fol. 24. a ter. uerſicul. poſtquam
uiſum eſt. per Rotã. 173. de theſauraria, an ſit di-
gnitas: in no. Ioann. Franc. Paui. in tracta. de offi.
& poteſta. cap. ſed. uacan. in 2. præludio. num. 8.
uerſic. tertio modo agnoſcitur officium, qui etiã
alleg. Rotã. ubi ſupra, ſed corruptè. Syl. de benefi.
par. 1. quæſt. 2. num. 46. uerſicu. decimum benefi-
cium ſunt perſonatus, & officia. Tertius caſus cõ
ſiderari poteſt intelligendo de officiis mixtis, &
ſic partim ſpiritualibus partim temporalibus,
puta de Camerariatu Papæ dignitatem etiam
habente, prout per Archid. in præallegat. cap. 1.
de conſuetu. lib. 6. colum. 2. uerſicu. ſi autem ha-
beret iuriſdictionẽ cum adminiſtratione, ut Ca-
merarius, &c. de hoc etiam loquitur Paui. in præ
allegat. tracta. de offic. & poteſt. capi. ſed. uacan.
in 2. prælud. nu. ſeptimo. uerſic. ſi autem, cum of-
ficio iuriſdictionem haberet, &c. Idem de Celti-
cis, & Auditore Cameræ Apoſtolicæ, de Protho-
notariis, de numero participantium, & de aliis
ſimilibus officiis curiæ Romanæ, quoſdam ſacros
ordines, ſeu caracteres requirentibus, partimque
in ſpiritualitate, partim in temporalitate conſi-
ſtentibus, & quorum aliqua reſignari, & uendi
permittuntur, unde officia mixta iudicari poſ-
ſunt. Concludo regulam iſtam illiusque pœnam
habere locum in ſecundo caſu, non autem in pri
mo, & tertio: & ſic ſolum in officiis, quæ uerè, &
propriè beneficiorum naturam habent, & pro ta
libus iudicantur: ut ſunt theſauraria, ſacriſtia, &
ſimilia. & hac diſtinctione etiam uſus eſt Dom.
Sarnen. quo ad effectum illius regulæ, in 22. quæ-
ſtiu. de infirm. reſignan. licet in ſi. uariet, uel con-
fundat. Pro præmiſſis uide etiam per eundẽ Sar-
nenſ. in 6. quæſt. regu. de Trien. & per Pet. Rebuf.
in prohœm. concor. in uer. ſati, uerſi. fuit tum hoc
anno, & per eundem Rebuf. ſuper regu. de uerifi.
gloſſ. 3.

SVMMARIVM.

1 *An regula hæc procedat in feudo.*
2 *Inueſtitura ſuper feudo uiui.*

1 OCTAVO quæro, † an regula hæc pro-
cedat in feudo? Pro opin. affirmati-
ua pondero quod feudum propriè be-
neficium nuncupatur, prout ex eius
definitione apparet. feudum enim
eſt beneficium, quod ex beneuolentia ita datur
alicui, ut proprietas rei immobilis beneficiatæ
penes dantem remaneat, uſusfructus uerò illius
rei ad recipientem tranſeat, &c. iuxta text. in c.
Obertus de Orto. In qui. caſi. feud. amitt. & ibi-
dem, & in alio c. Obertus de Orto de feud. cogni.
& alibi, feudum, & beneficium pro eodem accipi
tur, uerba regulæ noſtræ conueniunt feudo: ergo
etiam in feudo regula locum ſibi uẽdicabit. Bre-
uiter negatiua uerior eſt. Aliter enim beneficiũ
in materia feudorum accipitur, aliter hic: eſt be-
ne uerum, quod de iure communi, ſeu ex obſeruan-
tia feudorum non ſecus impetrans feudum uiui,
ſeu de feudo uiui inueſtitus feudo priuabitur, in
habilemque ad illud ſe reddet, quàm prouiſus
de beneficio uiui, prout arg. l. fi. C. de pact. & eorũ
quæ uoluit Bart. in l. cum dans. in ſi. ff. de pecu le-
ga. ponderat Afflict. in cap. 1. §. præterea. num. 2.
uerſ. Nam hic ſit pactum, inter iſtos fratres, de feu
do uiuentis. & in §. item ſi quis. nu. 94. qui. mod.
feu. amit. & contra inueſtituras ſuper feudis ui-
uorum inuehit Andr. de Iſern. dicens eſſe contra
iura, & bonos mores. in c. 1. num. 13. qui ſucceſſ.
2 tene. Quod autem † ſub conditione inueſtitura
ſuper feudo per regem fieri poſſit, adduci con-
ſueuit tex. in c. moribus, ſi de feu. conten. ſit in-
ter dom. & agna. de quo latè pro opin. affirmati-
ua, deciſio. Neap. Afflict. 292. fuit ſupplicatum,
ubi etiam, quod ita concluſum fuit. Et hãc affirmat
communem Paris. conſi. 22. Illuſtriſs. nu. 41. li. 1.

SVMMARIVM.

1 *Pœna huius regulæ, an vendicet ſibi locum, ſi quis ſup-
plicationem ſignandam porrexerit, quæ tamen in to-
tum ſignata non fuerit.*
2 *Supplicare eſt preces porrigere.*
3 *Supplicare, obtinere, ſeu gratiam impetrare, pro diuer-
ſis ponuntur.*
4 *Supplicationis oblatio de ſtilo, & de iure ſit referen-
da.*
5 *Conatus ad delinquendum punitur; præſertim quando
ultra deuentum fuit ad actus exteriores, & pro-
pinquos.*
6 *Supplicans principi pro re vetita, pro temeritate quam-
uis infructuoſa punitur.*
7 *Dictio, poſtea, actum perfectum, non pendentem oſtendit.*
8 *Dictio, denuo, idem ſignificat, quod rurſus.*
9 *Supplicatio capitur pro reſcripto ſignato, & obtento.*
10 *Impetrare pro obtinere.*

1 NONO quæro, † an ſi quis ſupplicationẽ
ſignandã ſuper beneficio uiuentis por-
rexerit, quæ tamen ante illius obitum
in totum expedita non fuerit, ſit locus pœnæ hu-
ius

ius regulæ, noua eſt quæſtio iſta, & quæ ſæpiſſimè
accidere poteſt, ideo diligenter diſcurienda erit.
Pro parte affirmatiua facit text. regulæ in princ.
2 ibi ſiquis ſupplicauerit:† ſupplicare.n. eſt preces
porrigere. l. fi. in princ. C. quan. libel. ptin. da. ſup
ponendo quòd ſupplicatio, ſeu petitio libellus
nuncuparetur. l. r. ubi Luc. de Pen. in uer. libello-
rum. C. de proxi. ſacro. ſcrini. Et quòd ſupplicare,
& præces porrigere idem ſit, probant tex. in l. fin.
& ibi docto. C. de preci. impe. offe. Innoc. in ca. ex
literis. nume. 3. uerſi. Item ſupplicatio dicitur lar-
gè, quælibet precum porrectio. & ibi Abba. in ul
timo nota. ubi etiam ponit ſtilum Romanæ Cu-
riæ, qui eſt quòd in qualibet ſupplicatione dica-
tur, ſupplicat S. Veſtræ, & licet poſtea ſubdat, hãc
non eſſe propriè diffinitionem, ſed deſcriptionẽ,
tamen etiam in ſua diffinitione, ſupponit ſup-
plicationem eſſe quandam præcum porrectionẽ
factam principi &c. cuicunque autem competit
diffinitio, competere debet & diffinitum. Bartol.
in l. ſi quis ſeruo. in 2. nota. C. de fur. Felin. in ca.
quærelam. colum. tertia. ante numerum 8. de iu-
re iur. prædicto igitur ſupplicationem porrigen
ti de quo in noſtro quæſito, competit diffinitio,
ſeu deſcriptio huiuſmodi, uerbaque regulæ in eo
uerificantur: ergo regulæ, & illius diſpoſitioni ſit
locus. Secundo quòd ſola ſupplicatio ante illius
conceſſionem, ſeu petitionis impetrationem,
ſufficiat ad incurrendum pœnam regulæ, proba-
3 tur†. Supplicare enim & obtinere, ſeu gratiam im
petrare, pro diuerſis ponuntur; ut patet ad ſen-
ſum, nec ſupplicare infert obtinere, & quando
lex utrunque requirit, ſeu de utroque ſentit, utrũ-
que exprimit, text. eſt in l. fina. C. de preci. impe.
off. & in l. fin. in princip. C. quan. libel. princ. dat.
ubi utrunque exprimitur, & ſupplicatio, & re-
ſponſio Principis, pro diuerſis ponuntur. idem
in auten. de non eligen. ſecun. nuben. poſt princ.
uerſic. Gregoria enim ſupplicauit &c. iuncto po
ſtea uerſicu. proſpeximus itaque non confuſum,
ubi manifeſta apparet differentia inter ſupplica
tionem Gregoriæ, & reſponſionem, intentionem,
ac deliberationem principis reſpondentis. & ſta-
tuentis. l. & attilicinus. ff. de ſer. ruſti. prædio. ubi
petitio, ſeu poſtulatio a conceſſione pro diuerſis
ponuntur. & in auten. de referenda. ſac. pala. ibi,
neque impetrauit petita. ubi Bartol. in ſecunda
nota. per illum textum dicit, quòd aliud eſt pe-
tere, aliud impetrare: facit. l. 2. in fin. ff. de preca.
ibi quòd preces adhibuit, & impetrauerit preci-
bus. Princeps igitur in caſu noſtro unum tan-
tum iſtorum duorum expreſſit, ergo de uno tan-
tum ſenſit, unumque tantum requirit. nam ſi
utrumque uoluiſſet, utrumque expreſſiſſet, di-
cendo ſi quis ſupplicauerit, & impetrauerit uel
obtinuerit. ſufficit igitur ipſa precum porrectio,
4 & †ſupplicationis oblatio, quæ de ſtilo Romanæ
Curiæ fit referendariis, immo etiam de iure pro-
ut in auten. de referenda. ſacr. pala. & in auten.
ut litigan. iurent. §. quia uero. ibi iubemus ſpe-
ctabiles referendarios. eſt uerum quòd in dicto.
§. poteſt fieri interpretatio de aliis referendariis
quibuſcunque. auten. quæ ſupplicatio. in uerſic.
introducentibus. quæ exponit. l. referendariis. C.
de preci. impe. offe. Innoc. in præallega c. ex lite-
ris. nume. 3. ibi & quidem libellus ſupplicationẽ
continens porrigitur referendariis, & cauſas intro
ducentibus. De referendariis latè per Dominum
Samen. in tracta. ut ſigna. nume. 26. cum pleriſq;
ſequen. Tertio geminatio, ſeu repetitio eiuſdem
uerbi, ſeu dictionis, uel actus ultra ſolitum, ope-
ratur, maioremque uim, & deliberationem oſten
dit. Barto. in l. ſcimus. per illum tex. C. de agri. &
cenſi. lib. 11. inferens ad confeſſionem geminatã.
latè Felin. in cap. ſi cautio. nume. 14. & 29. de fid.
inſtrum. Cum autem in regula, in princip. dica-
tur, ſiquis ſupplicauerit, alio non adiecto, & po-
ſtea ſimiliter ante fi. dicatur, dicto ſupplicanti, & ſ
ſiue alio adiuncto, deliberata colligitur uolun-
tas, quòd ſola ſupplicatio ſufficiat. Quarto, quia
eadem ratio ambitionis, & ſiniſtræ machinatio-
nis militat in ſupplicante, & obtinente, ergo ea-
dem iuris diſpoſitio reſultare debet, præſertim
propter odium in eum qui operam rei illicitæ
dat. argum. c. continebatur. cum glo. fi. poſt prin.
uer. ſolu. hic dabat operam illicitæ rei &c. de ho-
mi. & iſte fecit quantum in ſe fuit, nec plus po-
tuit. Quinto cum hæc regula (ut pluries dixi) ten-
dat ad fauorem animarum, & ſit fauorabilis; la-
tiſſimè erit interpretanda, ut in dubio etiam ca- 8
ſum iſtum comprehendat, cum in dubio in iſtis
ſpiritualibus culpa timeri debeat; etiam ſi fortè
non ſit, nec quis excuſandus erit, ex quo diſpenſa
tione ſuperioris dilui, ſeu tolli poterit; prout in
hac regula no. D. Samen. in 3. quæſt. nume. 4. per
tex. in c. 1. in fi. de ordi. ab epiſ. qui epi. renun. Sex
to dato, & nõ conceſſo, quòd intentio regulæ eſ-
ſet reprimere ſupplicantes, gratiam impetratu-
rus, & tunc punire, tamen ſupplicationis porre-
5 ctio ad minus dici poſſet conatus. At † conatus
ad delinquendum regulariter punitur, præſertim
quando ultra deuentum fuit ad actus exteriores,
& propinquos. l. ſi quis non dicam rapere. & ibi
Bal. C. de epi. & cler. l. is qui cum telo. C. de ſica.
Bal. in l. non ideo minus. in 6. quæſtio. uerſicu. re-
ſpon. quòd ſolus tractatus, & ſola ordinatio non
punitur de iure, niſi ſit proceſſum ad alium actũ
ordinatum de per ſe ad ipſum factum. C. de accu
ſatio. Felin. in tracta. quan. cona. punia. in princi.
Pariſ conſilio 120. regulariter. numero 14. uolu-
mine 4. ſatis autem dici poteſt in caſu propoſito
deuentum fuiſſe ad actus propinquos, & ordina-
tos ad ipſum factum, cum (ut præmiſi) iſte fecit to
tum id, quod potuit, & quod in ſe erat. Septimo,
& ultimo, ſiue dicamus regulas iſtas eſſe conſtitu
tiones, ſiue ſapere naturam ſtatutorum, interpre-
tatio facienda eſt ſecundum ius commune. Imo. 9
in l. ſi uerò. §. de uiro. col. 4. ff ſolu. matrim. Roma.
conſi. 318. quæritur. ante fi. Feli. ſuper rub. de præ-
ſcript. uerſicu. reſponde ex doctrina &c. de iure
autem

6 autem habemus tex. clarum, q † ſupplicans pro
re uetita principi, pro temeritate quamuis in fru
ctuoſa punitur. l. eis quidem. verſic. & qui ſuppli-
candum de re uetita nobis exiſtimauerint &c. C.
qui mili. poſ. libr. 12. & ibi gloſ. in uer. in fructuo-
ſa, notat puniri affectum, & ſi non ſequatur effe
ctus, facit. glo. in. l. 1. C. de peti. bono. ſubla. lib. 10.
in uer. legis, ubi quòd ex ſola ſupplicatione, licet
infructuoſa, quis punitur, & licet corruptè di-
cat ex ſola ſuſpitione, non ita, ſed ſupplicatione
legendum eſt, ut colligitur ex. l. quam alleg. Pro
parte uero negatiua primum fundamentum e-
7 rit, ponderando dictionem † poſtea, quæ actum
perfectum, & non pendentem oſtendit, ſeu ſup
ponit. Alberi. in. l. 1. §. qui præſens. numer. 4. ff.
de uerb. oblig. per text. in. l. nam, & poſtea. ff. de
iureiur. & in. l. ſiquis poſtea. ff. de ind. & per An-
dre. Tiraquel. in tractat. utr. retract. gloſſ. 11. §. 1.
nume. 50. uerſic. ſicuti & de dictione poſtea pag.
272. cum igitur præmiſerit, ſiquis ſupplicauerit
prouideri &c. ſubdendo, & poſtea per obitum
&c. uidetur innuere quod actus non eſſet in ſu-
ſpenſo; ſed ſupplicatio obtenta, & ſic gratia
iam facta, etiam quia dictio, poſtea, denotat lon-
gum interuallum. Corſet. hoc uer. in ſuis ſingula.
& Cagno. in. l. 2. num. 22. & num. 58. ff. de ori. iur.
Secundum erit, & fortius, ponderando dictio-
nem denuo; ante ſi. regulæ, nam uerba dicunt
prouiſo, & quæuis alia diſpoſitio ſupplicanti de
8 nouo faciendæ, ſint nullius roboris, † dictio illa
denuo, græce [illegible] idem ſignificat, quod
rurſus, ab integro, ſeu de integro, ſupponens idē
factum, ſeu eandem, uel ſimilem rem, cui adii-
citur ſemel praceſſiſſe, & ſic inducit reiteratio-
nem eiuſdem, uel ſimilis actus, ita accepit Li-
uius 10. ab urbe condi. decadis primæ, Fabius
in Hetruria rebellante denuo, quatuor milia, &
quingentos Peruſinorum occidit; & Plaut. in
Amphitri. actu. 4. Sce. 2. Niſi hinc actutum fu-
gias, ſi denuo pulſaueris, ſi minuſculo digito
increpuerint fores, hac regula tuum diminuam
caput. dicens igitur, prouiſio denuo facienda eſt
dicto ſupplicanti, ſupponit alteram prius fa-
ctam fuiſſe prouiſionem eidem ſupplicanti, &
ſic ſecundum terminos latinos, non ſolum ſup-
ponitur præceſſiſſe ſupplicationis porrectionem,
ſed & prouiſionem ſubſecutam, illa igitur non
ſubſecuta, non ſit locus pœnæ huius regulæ.
Tertium adduci poterit, quòd uerbum, ſuppli-
cauerit, de quo in regula, ſecundum commu-
nem intelligentiam, communemque uſum lo-
quendi, qui attendi debet. & præferri etiam pro
priæ ſignificationi, ad. l. labeo. ff. de ſupelle. leg. l.
librorum. §. quod tamen Caſſius, uerſicul. nemo
enim. ff. de leg. 3. cap. quamquam. 2. quæſt. 7. cap.
quamuis. & ibi Abb. de uerb. ſign. accipitur pro
9 petierit, & obtinuerit. & ipſa † ſupplicatio capi-
tur per reſcripto ſignato, & obtento, & ita acce
pit Rot. 620. nota ſumptum de regiſtro ſupplica
tionum, & 680. nota, quod ſumptum. in antiq.
Belleme. 252. ſumptum de regiſtro ſupplicatio-
num. tritiſſimum autem eſt ſupplicationes non
regeſtrari, nec tranſumptari, niſi ſint in totum
ſignatæ, & expeditæ, & ſic gratiam, ſeu conceſ-
ſionem obtentam contineant. Ita etiam intel-
ligitur regula infra. 27. de non iudicando iuxta
formam ſupplicationum. ſ. ſignatarū in totum,
& expeditarum, alioquin eſſet de caſu indubi-
tabili; cui enim dubium, quòd ſupplicatio nō
ſignata, & expedita, fidem non faciat? ſic etiam
10 † impetrare pro obtinere accipimus. Cice. in o-
ra. pro. Q. Ligario, ſi nemo impetrauit arro-
ganter, ſi plurimi tu idem fer. opem. idem in. L el.
Quòd ſi rectū ſtatuerimus, uel cōcedere amicis
quicquid uelint, uel impetrare ab iis quicquid
uelimus, perfecta quidem ſapientia ſumus. Te-
rent. in prologo Hecyrę, ſinite impetrare me.
Et impetrare orando habemus apud Terent. in
Andria, ſcena 3. Quaſi hoc a te orando, a me im-
petrare oporteat. l. 2. ad ſi. ibi, adhibuit præces, &
impetrauit. ff. de præca. l. quidam relegatus. ibi
ſiue quis alius reſtitutionem mihi impetrauerit
ab Imperatore. ff. de reb. dub. §. ſed & ſi alio. q. queſt.
9. ff. ad trebel. uerſ. planè ſiquis petierit ad delibe
rationem tempus, & impetrauerit. l. filiis quę eſt
22. ibi. Niſi ſpecialiter hoc impetrauerit. ff. ad mu
nici. l. etiam uerſ. idem & ſi a principe. ff. de bo. li-
berto. c. ſi. de excep. & c. cæterum & ibi Doci. nu.
1. de reſcr. bonus tex. in. l. 3. §. quid ergo, ibi ſi ue-
rò hoc deſiderauerit nec impetrauit, & ibi glo. in
uer. quid ergo, exponit nec impetrauit. i. obtine
re non potuit. ff. de contra. actio. tute. c. 2. de de-
ci. lib. 6. ibi, impetratum uel obtemptum. & præ-
dicta tria argumenta tanto magis procedent, cū
ſimus in pœnalibus, unde fiat interpretatio per
quam pœna euitetur. Quid tenendū? Mea quidē
ſententia utraque opin. poſſet ſuſtineri, prima
tamen uidetur tutior, pro anima, & pro frau-
dibus reprimendis. poſſet etiam diſtingui ut in-
fra, uidelicet; Aut ante obitum illius de cuius be
neficio agitur fuit ſolum porrecta ſupplicatio ſi-
gnanda referendario, uel etiam ab ipſo referen-
dario ſignata, & non ab aliis. & tunc non ſit lo-
cus regulæ. Aut fatis ultra proceſſum fuit, etiā
quòd non ſit diſtributa, uel regiſtrata, uel a Data-
rio miſſa, ſed tamen ab omnibus ſignata, & da-
tata ſit, & tunc dicerem locum eſſe pœnæ huius
regulæ. & pro primo membro conſidero quòd
officiales, ſeu referendarii non cognoſcunt, ſeu
ſtatuunt, ſed referunt. ratio quia inferior non po
teſt ſe ingerere in facto ſuperioris. c. cum inferior
de maio. & obedi. & per gloſſ. 1. & Iaſ. in terminis
noſtris in auten. quæ ſupplicatio. numer. 3. C. de
preci. impe. offe. & propterea dicuntur referenda
rii a referendo, non autem a ſtatuendo, ſeu con-
cedendo, quia ipſi ſoli non poſſunt, ſed bene
præparare uiam conceſſioni futuræ, & cum uo-
luntas iſtius ſupplicantis, hactenus non peruē-
nerit ad aures ipſius Summi Pontificis, vel ab eo
ad ſignandum præfecti, iſte reſilire potuiſſet, vel
negli-

negligere. iuxta nota. per Innoc. in c. quidam. in uer. compellendos. de renunc. Si uero ultra proceſſum fuerit, ut in ſecundo membro, diſtin. uide tur actus conſummatus, uel conſummationi proximus, & ſatis deliberatus. pro quibus etiam faciunt tradi. per Abb. in d. c. quidam. poſt mediũ, ubi ante obtentam licentiam reſignandi uult locum eſſe pœnitentiæ, ſecus facta præſentatione Papæ, & habito reſponſo. & ratio poteſt eſſe, quia in primo caſu non illuditur Papæ, nec offenditur eius uoluntas, ſeu deliberatio. Secus in ſecundo caſu, in quo ſatis ultra proceſſum eſt. Si a rubro in regulis Cancellariæ (quod hic non proſequor) capi poſſit declaratio, omnis difficultas ceſſaret, rubrica. n. dicit, de beneficio impetrato per obitum uiuentis. Qui curam habet regularum condendarum unico uerbo addito, omnem hãc hæſitationem tollere poſſet. ſed quia meum non eſt, & ne mihi illud, Sutor ne ultra crepitam, quod alias ab Apelle, obiectum fuerat obiiciatur, ad alia tranſeo.

SVMMARIVM.

1 *Ratihabitio, declaratio, vel reſignatio in fauorem impetrãtis ſuperueniens, an excuſet a pœna huius regulæ?*
2 *Furtum quid?*
3 *Furtum domini conſenſu accedente ceſſare.*
4 *Ratihabitio retrotrahitur.*
5 *Amplia etiam in requirentibus ſpeciale mandatum.*
6 *Pœnitentia non purgat, nec tollit pœnam iam incurſam.*
7 *Pœna fiſco debita propter furtum commiſſum, non tollitur ſuperueniente conſenſu, ſeu aſſertione domini.*
8 *Ratihabitio non operatur in actibus, qui a principio ſunt omnino nulli, ſed bene in iis, qui ſunt in ſuſpenſo.*
9 *Ratihabitioni non eſſe locum æquitate ceſſante.*
10 *Fictio ceſſat, ceſſante æquitate.*
11 *Ratum quis habere non poteſt, quod ipſius nomine geſtum non eſt.*
12 *Papa eo ipſo, quòd ſcienter indigno, vel inhabili confert, diſpenſare cenſetur.*

1 DECIMO quæro † quid ſi poſt impetrationem beneficii uiuentis, ante eius obitum, ſuperueniat ratihabitio, declaratio, uel reſignatio in fauorẽ eiuſdem impetrantis, an ſit locus regulæ? Pro parte negatiua eſt quaſi in terminis doctr. Bal. in l. ſi. C. de pact. col. ſi. ante fin. num. 2. uerſic. credo tamen, quòd ſuperueniens conſenſus domini firmet pactum, &c. & poſtea ſubdit, nam licet contra bonos mores a principio, fingitur non fuiſſe, nam fictione per quam conſenſus retrotrahitur uitium purgatur. ſequitur Salyce. ibi. colum. penul. ante nu. 11. & D. meus ante nu me. 16. uer. & notandum eſt, quòd ſi cõſenſus domini ſuperuenitet, pactum confirmaretur, & ceſſaret pœna. ſi igitur ceſſat pœna illius. l. fin. ſimilis noſtræ regulæ, imimo & a qua, ſeu ab illius rationi bus, & iſta & iura Canonica originem traxerũt, pariformiter ceſſare debet pœna huius regulæ. & aduertendum eſt, ꝙ dum Bald. allega. l. fin. ff. ad Macedo. quę tamen in cõtrarium facere uidetur; deciditur. n. ibi filiumfamilias pecuniam mutuo accipientem, factum poſtea maiorem, errore ſe denuo obligantem, poſſe excipere, & ſic ibi ratihabitio non tollit pęnam, conſiderandum eſt, ꝙ text. ille facit a contrario ſenſu, uel in ratione ſui, nam propter ignorantiam facti, noua promiſſio non excuſat à pęna, ratio: quia ubi eſt error, non eſt conſenſus, ergo remoto errore, ratihabitio operabitur ſublationem pęnæ, nec erit locus illi exceptioni, & hoc apertè probatur per. l. ſed Iulianus, eodem titulo. §. ſi. ubi ſi paterfamilias pecuniam, quam dũ eſſet filiusfamilias mutuo acceperat, ſoluerit, ceſſat ſenatuſconſulti pœna, pro præmiſſis etiam adduci poteſt conſi. Socin. 84. uiſa conuentione. ante fin. nume 5. uol. 4. ubi, quòd licet prima conuentio propter dictã l. ſi. C. de pact. fuerit nulla, poſteriore confirmatur. Inſuper cum impetrans beneficium uiui dicatur fur, et latro; c. non furem, & latronem. 7. q.
2 1. † furtum autem nil aliud ſit quàm contrectatio rei alienæ inuito domino fraudoloſa, lucrifaciendi gratia, uel ipſius rei, &c. l. 1. & l. qui iumenta. ibi inuito domino quæ eſt. 41. ac l. falſus. quæ eſt. 44. §. falſus procurator, ibi: Et inuito domino. ff. de fur. l. fugitiuus. quæ eſt. 225. ff. de uer. ſign. Inſti. de obl. quæ ex deli. naſcun. §. 1. c. pœnã le. 14. quæſt. 5. ubi quòd omnis illicita uſurpatio rei alienæ, furtum eſt. cap. meretrices. uer. ſed fur ti nomine. 32. quæſt. 4. Nec refert an contrectatio fiat uerè, uel ex interpretatione. præall. l. falſus §. ſi is. ff. de fut. Aegid. Boſſ. in prax. crim. tit. de fur.
3 nu. 46. At † furtum ceſſat accedente domini conſenſu, prout colligitur ex ſupra adductis. Si igitur domino uolente, nõ erit furtum, nec pęnæ locus erit. l. inter omnes. §. rectè. l. q. uas, quę eſt. 49. uer. quis enim uoluntatem, domini habens fur dici poteſt? l. ſi quis. quæ eſt. 53. uer. non enim ex uoluntate. a contrario ſenſu. & l. qui re. in prin. ff. eo. §. placuit. Inſti. de obli. quæ ex deli. naſcun. Lap. alle. 71. Martinus. uer. unde ille qui uadit, ut fur etur. ita igitur in caſu noſtro, ceſſat pęna furti, uel furto ſimilis, propter beneficiari, ſeu domini beneficii conſenſum. Vltimo nos habemus, ꝙ beneficium uiui eiuſdem accedente conſenſu obtineri poteſt. c. ſicut alterius. poſt princip. ibi, abſque eius conſilio, & uoluntate. 7. quæſtio. 1. c. ex tranſmiſſa. de renunciatio. c. beneficium. uerſicul. niſi ad id ipſius accedat aſſenſus. de regula. lib. 6. & latius firmo ſupra in 5. quæſt. nume. 4.
4 regula autem iuris eſt † ratihabitionem retrotrahi, & mandato comparari. l. 1. §. deieciſſe. uerſi. ſed & ſi quod alium deiecit ratum habuero. ff. de ui, & ui arma. l. uero procuratori. in fine. ff. de ſolutio. l. fin. C. ad Macedonia. ubi ſi filiuſfamilias recipit pecunias mutuò, pater conueniri nõ põt, niſi approbat poſtea contractum, unde

unde ipſe pater conueniatur, ac ſi a princi-
pio mandaſſet.cap. cum quis, de ſeuten.excom.
lib.6.ubi excommunicatio ratihabitione iniuria
rum in clericum illatarum incurritur ac ſi ipſe ra
tum habens mandaſſet.l.licet ff.de iudi.l.hoc iu-
re.§.deiecit.ff.de reg.iur.cap.ratihabitionem.eo.
libr.6.cum ſimi. Et ſi quis dicat q.c.beneficium
de reg.libr.6.& alia iura ſupra allega.requirunt
mandatum expreſſum pro conſenſu, adhuc re-
5 ſpondeo † regulam de qua ſupra procedere etiã
in requirentibus ſpeciale mandatum.l.quod ſi
de ſpeciali.C.manda.c.fi.uerſic.idem fit ſi te ex-
preſsè mandante, uel etiam ex poſtfacto ſcien-
te, ac ratum habente.de iureiur. lib.6.Bald.in.l.
ſi maritus.ibi, quia ubi requiritur ſpeciale man-
datum habet locũ ratificatio &c.C.manda.Alex.
conſ.78.uiſo & diligenter. uolum.5.nu.19.uerſic.
nam etiam in caſibus requirentibus ſpeciale mã
datum &c.Fel.in.c.ſicut tuis.ante fi.de ſimo.Ra
tihabitio igitur retrotrahatur in caſu noſtro, &
ſic fingatur conſenſus a principio interueniſſe.&
ſic ceſſet omnis pœna, & ualeat actus, ſeu impe
tratio, uel per ratihabitionem, uel conſenſum
ſuperuenientem, iuxta regulas iuris ualidetur.
Pro parte uero affirmatiua, quam teneo, facit re-
gula iuris, non firmatur tractu temporis, quod
ab initio nõ ualuit.l.quod ab initio.ubi late Dec.
ff.de reg.iur.c.non firmatur. eo.titul.lib.6.gloſ.in
c.dudum ei.de electio.in uer.electionis tempore
& D.Rebuff.hic.numer.64.decidens pulchrum
dubium, quod ſuperueniente obitu non conua
leſcat collatio facta de beneficio uiuentis. Secun
do facit quòd eo ipſo, quòd quis impetrauit be
neficium uiuentis, iam incidit in pœnam regu-
6 læ, † pœnitentia autem non purgat, nec tollit
pœnã iam incurſam, per actum conſummatũ.l.
qui ea mente. & ibi Bar.& alii.ff.de fur.l.non pro
deſt.ff.ui.bono.rapto.l.1.§.ſi rem depoſitam.ff.de
poſiti. Pariſ.conſi.21.omne ius, numer.45.& ſeq.
uerſi.nec poteſt capitulo prodeſſe.libr.4.& tanto
magis iſta procedunt in caſu noſtro, quia partes
ipſæ non diſpenſant, nec habilitant, ſed ſolus
Papa, præſertim in terminis noſtræ regulæ. Ex
præmiſsis patet ſolutio ad contraria, quibus e-
tiam ſigillatim reſpondebo. Non ob.doctri.Bald.
& aliorum in præalle.l.fi.C.de pact. quia pœna il
la eſt diuerſa a noſtra, diuerſum habent ortum,
diuerſum ſubiectum, & ad diuerſos fines ten-
dunt. Inſuper ratio eſt diuerſa, prout etiam ui-
dere eſt, quòd ibi conſenſus licet a principio inter
ueniat, requiritur uſque ad finem. & ſic uſque
ad obitum, in caſu autem noſtro conſenſu uiui
a principio accedente, uiuus non poteſt pœni-
tere, renuncians enim ſemel repetere non poteſt
c.ex tranſmiſſa, ibi prædictum abbatem, & ſo-
cios eius ad receptionem &c de renunci.cum ſi-
mi. Inſuper dici poteſt, quòd iſta beneficialia ut
de ſe patet, a prophanis ſatis diſſona ſunt. Ad
conſil.Soci.ſimiliter reſpondeo, quòd loquatur
in diuerſo caſu, diuerſaque pœna. nec ibi deci-
dit de pœna fiſci, ad ea quæ infra dicam. Inſu-
per in caſu ſuo interuenit noua confirmatio, quæ
etiam in caſu noſtro prodeſſet poſt obitum, acce
dente tamen authoritate, ſeu conſenſu Summi
Pontificis, qui in illo non requirebatur. Ad illud
de furto rei prophanæ, ad caſum noſtrum diſfor
mis etiam eſt ſimilitudo, & incongrua illatio,
præſertim quia furtum eſt delictum priuatum,
toto tit.ff.&.C.de fur.delictum vero impetrantis
beneficium uiuentium, eſt peius, & deteſtabi-
lius delictis publicis. Immo in omnem caſum
7 † quoad pœnam fiſci, ſuperueniens conſenſus,
ſeu aſſertio domini, cui furtum factum fuerat,
non releuat, nec pœnam tollit, prout concludit
Bar.contra Iac.Butri.in.l.inter omnes.§.rectè nu.
2.uer.iuxta hoc quæro, Iudex inquiſiuit.ff.de fur.
Saly.in.l.ſi non conuicii.col.ſi.num.5.C.de iniur.
uerſ.quæro ad declarationem.ubi pulchrè diſtin
guit Bal.in.l.falſus col.3.nu.7.uerſ.ſed quid ſi ip-
ſe dominus dicat, quòd ſi ſciuiſſet conſenſiſſet
&c.C.de fur.& Iaſ.in.l.tranſigere.col.penul.ante
nume.18 ibi ex iſtis apparet non eſſe uerum &c.
C.de tranſactio. Ad ultimum de ratihabitione
pluribus modis reſponderi poteſt, & inter alios
8 quod † ratihabitio non operatur in actibus, qui
a principio ſunt omnino nulli, ſed bene in iis,
qui ſunt in ſuſpenſo.l.qui in aliena.in princ.ff.de
acqui.hæredi.l.ſeruo inuito in prin.ff.ad Trebel.
Inno.in.c.prudentiam.colum.2.numer.5.& ante
de offi.de lega.Io.And.in.c.ratum, ante fi.verſic.
Ad tertiam reſpondebat Iac.& uerſic.ſequen.de
reg iur.lib.6.Bart.in.l.obſeruare.in.1.oppo.ff.de
offi.procon.pulchrè per Anchara.conſ.123.unus
ex procuratoribus, col.1.uerſic.præſuppoſita igi-
tur nullitate laudi.Fran.Areti.conſil.128.eximie
D.Collateralis.colum.1.& ſeque.nume.2.& ſeq.
Rot.Bellem.624.proceſſus nullus, circa medium
uerſ.ſciendum eſt, quòd inter ea, quæ ſunt a ſui
principio nulla &c.Præceptor meus D.Philipp.
Deci.conſil 367.uiſo puncto. numer.4.ubi quòd
actus nullus ratificari poteſt, ut ualeat ex nunc,
non autem prout ex tunc.& conſi.645.præſuppo
ſita ualiditate, in fi.& in.l.ſemper qui non prohi
bet. nume.16.uerſ.quarta regula.ff. de regu.iur.
tanto magis prædicta procedunt quando actus,
qui ratificatur non pendet ſolum a conſenſu ra-
tum habentis. Bellem.dicta.Dec.624.poſt prin.
& ſi quis dicat, ſi tu ſupponis reſignationem, er-
go eo modo quo fieri debet, & ſolet, ergo acce-
dente authoritate ſummi Pont. replicari poteſt,
etiam in hoc caſu idem iuris eſſe. ratio, quia ſi
Papa ſciuiſſet hunc prius impetrantem incidiſſe
in pœnas iurium & regulę, reſignationem non ad
miſiſſet, uel ſaltem difficilius, ergo ſuccedit di-
ſpoſitio.cap.ſuperliteris.de reſc. & nota.per Fel.
poſt alios in.c.In noſtra, in.2.corre.& in.c.poſtula
9 ſti.ante fi.eo.Secundo regula †.prædicta non pro
cedit, ubi æquitas ceſſat, quia ratihabitio proce
10 dit ſecundum fictionem, quæ † fictio ceſſat ceſ-
ſante æquitate, omnia hæc probantur per Alex.
in alle.

in alleg. conſi. 78. uiſo, uolum. 5. num. 21. uerſ. ſed fictio. & per Dec. in dicta. l. ſemper qui non prohibet. in fi. ff. de regu. iur. Andr. Tiraquel. ubi plura adducit. in tracta. utr. retra. §. 1. glo. 10. nume. 69. uerſicu. præterea, quod dicitur ratihabitionē. pag. mihi. 242. In caſu autem propoſito non ſolum ceſſat æquitas, immo iniquitas reſultaret, fauendo talibus beneficia uiuentium piſcantibus, & ab omni lege, & a natura ipſa reprobatis. Vltimo, cum impetratio de qua inquæſiro, ſupponatur per obitum alicuius, licet tunc uiui, non poteſt dici actus factus nomine illius, quod dici poſſet ſi per ceſsionem, uel reſignationem primo impetratum fuiſſet, clara eſt autem iuris re-
11 gula † ratum quem habere non poſſe, quod ipſius nomine geſtum non eſt. l. ſi ſeruus. ff. de præca. ubi ſi filius meus ſuo nomine rem præcario rogauit, ratum habendo, non plus teneor quàm prius, uidelicet de peculio. l. ſi pupilli. §. ſed ſi ego. & ibi Barto. ff. nego. geſto. capit. 1. cum glo. magna. circa medium. uerſic. item quod meo nomine. 9. quæſtio. 2. cap. ratum. & ibi gloſſ. Dyn. & Ioan. And. de regu. iur. lib. 6. glo. in uerſi. ratum, in l. 1. §. deieciſſe. ff. de ui, & ui arma. Innoc. in ca. prudentiam. nume. 6. de offic. delega. Anchara. conſi. 123. uniuſ. column. 2. uerſic. ex qua regula. nume. 4. & ſeq. Rot. Belleme. 29. ſententia lata. Feli. in ca. ſicut tuis. colum. 3. in 1. & 9. fallen. de ſimo. latè Dec. in alleg. l. ſemper qui non prohibet. uer. prædicta regula intelligitur. num. 10. & ſeq. ff. de reg. iur. Poſſet pro noſtro quæſito applicari infraſcripta diſtinctio. Aut enim ſumus in ſola ratificatione, ſeu declaratione illius, cuius beneficium impetratum fuit, & ſit locus pœnæ, nec per huiuſmodi actus, uel ſimiles, illa purgetur, ſeu tollatur, eo præſertim, quia ut ſupra dictum eſt, ſumus in actu non dependente ſolum ab ipſo ratificante, ſeu approbante, ſed ab ipſo, & Papa authorizante. Aut loquimur de effectuali reſignatione ſuperueniente, & per Summum Pontificem admiſſa, & tunc ſubdiſtinguo, aut iſte cuius beneficium impetratum fuerat, infirmus reſignat, & moritur infra uiginti dies, a die reſignationis, & tunc indiſtinctè omnia corruent, obſtabit enim altera regula. de Infir. reſignan. de qua ſupra. Aut ultra ſuperuixit, uel ſanus reſignauit, & nulla eſt facta mentio de præcedenti impetratione inualida, & locus erit huic regulæ, ut ſupra dixi. unde ſtante etiam inualiditate reſignationis, illiuſque admiſsionis, nec aliæ clauſulæ, Siue præmiſſo, ſiue alio quouis modo: nec noua impetratio per obitum, tali prodeſſent. & pondero uerbum, diſpoſitio, additum in noſtra regula, ibi, prouiſio & quæuis alia diſpoſitio: comprehendit enim omnem modum ordinandi de beneficiis. cap. licet. in princip. de præbend. libro 6. ubi uenit omnis tributio iuris, etiam de futuro, ut latius ponderaui ſupra in præfa. Aut in reſignatione, uel in impetratione per obitum de nouo ſubſecuta, eſt facta expreſſa, & clara, ac ſpecificamentio prioris impetrationis, illo uiuente factæ, & hoc caſu ceſſabit omnis pœna, & ualida erit reſignatio, ſiue noua impetratio
12 per obitum †: Papa enim eo ipſo, quòd ſcienter indigno, uel inhabili confert, ſeu prouidet, diſpēſare cenſetur. Bar. in l. quidam conſulebat. in 2. nota. ff. de re iudi. Roma. conſi. 216. electio. num. 6. & ſeq. Pariſ. conſi. 44. pro D. Hieronimo. nu. 15. & ſequ. lib. 4. & latius probo in 5. quæſtio. regulæ de Idio. nume. 4. & ſequen. & faciunt ea quæ tradit hic D. Rebuf. num. 22. ubi concludit, quòd Papa poterit iterum eidem conferre, dum tamen Papæ fuerit expreſſa prima improba impetratio. ſed inquantum ibi ſubdit quòd non ualeret collatio Papæ beneficii uiuentis ſine cauſa facta, hic non proſequor, quia extra quæſitum: ego tamen ſemper cauſam in Summo Pontifice præſumam, & conſequenter ualiditatem collationis. Papam enim iuſtitia mouere ſolet, non autem carnalitas. prout notat glo. penult. in cap. 1. de conceſſ. præbend. lib. 6. Non tamen negauerim aliquos carni nimis indulſiſſe, & propterea a recto tramite deuiaſſe, nec mirum, quia contra illud Beatus es Simon Bariona, quia caro & ſanguis non reuelauit tibi &c.

SVMMARIVM.

1 *Pœnæ huius regulæ, an ſit locus ſi quis non obtinuerit, nec ſupplicauerit, ſed de facto occupauerit.*

2 *Pœnalis conſtitutio non debet extra caſum in ipſa expreſſum extendi.*

3 *Pœna etiam generalis nouiſſimè per legem inducta, non pertinet ad caſus, in quibus ſpecialis pœna appoſita eſt.*

4 *Occupantes beneficia priuantur omni iure, quod in illis, ſeu ad illa habent.*

1 VNdecimo quæro † ſi quis nō obtinuerit, nec ſupplicauerit ſibi de beneficio uiuentis prouideri, ſed de facto occupauerit beneficium uiui, an inciderit in pœnam huius regulæ? Pro parte negatiua facit, quòd uerba ubi non conueniunt, nec diſpoſitioni locus eſſe debet. l. dies cautioni. §. toties. & ibi not. Barto. ff. de dam. infec. l. ita autem. in princ. & ibi Bar. ff. de admin. tuto. cap. indemnitatibus. §. pen. de electio. lib. 6. Dec. conſi. 438. accuratè, num. 7. & 466. ſtante ſtatuto. nu. 16. uerba autem regulæ ſunt, ſiquis ſupplicauerit ſibi de beneficio, tanquam per obitum alicuius tunc uiuentis uacante prouideri &c. ſed iſte de quo in quæſito, nec ſupplicauit, nec obtinuit prouideri, neque ab aliquo beneficium tanquam uacans petiit, ergo non comprehendatur in regula, cum uerba regulæ ſibi nō conueniant, nec contra eum dirigi, ſeu ponderari poſſint. In-
2 ſuper † pœnalis conſtitutio non debet extra ca-

ſum in ipſa expreſſum extendi. l. 3. in fine. ff. de præuarica. §. cum igitur. uerſic. ſin autem non ualuerit, ibi nec quelibet eſt lex aliquid tale: dicẽs, in auten. de non eligen. ſecund. nuben. glo. fina. in fi. de iure patrona. quam omnes ſequuntur. gl. in clemen. 2. in uer. in eiſdem. de æta. & quali. Lu du. Roman. conſi. 129. licet. colum. 1. ibi. Dum ta men non ſit pœnalis. Cur. Iun. conſilio 119. pro clara. nume. 9. & conſilio 137. habita. nu. 17. Dec. in cap. 1. nume. 6. de offic. deleg. & ſuper rub. de iudi. colum. 1. & conſilio 90. & pro tenui. colum. 1. in fi. conſi. 466. ſtante ſtatuto. nume. 8. & 581. nume. 10. Tho. Gramma. Dec. 27. nume. 8. & Dec. 46. nume. 4. cum igitur caſus iſte occupantis beneficium uiui ſupplicatione, ſeu impetratione non præcedente, non ſit in regula expreſſus, rema neat in diſpoſitione iuris communis. ad l. ſi cum dotem. in princip. ff. ſolu. matrimo. l. ſi extraneus. ff. de condictio. ob cau. Pet. de Ancha. conſi. 288. prima ſubſtitutio. nume. 3. uerſic. ſed caſus omiſſus D. meus. conſilio 334. Agitur. colum. fina. in
3 princ. uerſic. & caſus omiſſus. Vltimo † pęna etiã generalis nouiſſimè per legem inducta, non per tinet ad caſus, in quibus ſpecialis pœna appoſi ta eſt. Nec delictum unum uariis pęnis puniri de bet, hæc omnia probantur in l. ſanctio legum. ff. de pœn. l. ſenatus. ff. de accuſa. Pariſ. conſilio 2. & ſi eſſe. nume. 204. uolum. 4. ſed nos habemus con ſtitutionem punientem occupantes de facto. uidelicet. cap. cum qui beneficium. de præben. lib.
4 6. in 2. reſpon. ubi † occupantes quæcunque bene ficia, priuantur omni iure, quod in illis, ſeu ad il la haberent. concordat. cap. placuit. 16. quæſtio. 6. immo etiam ius ciuile. l. ſi quis in tantam. C. unde ui. Sufficiat igitur contra iſtos occupantes pęna antiquitus ſtatuta, abſque eo, quòd hæc de qua in regula eos afficiat. Qui tamen uellet partem affirmatiuam tenere, poſſet illam fundare in identitate rationis, quæ identitatem interpretationis inducit. ad l. ſi poſtulauerit. §. ratio. ff. de adul. l. illud. ubi glo. magiſtra, quæ dat concordã. in uer. extimari. ff. ad leg. aqui. Iaſ. in l. 1. numero 80. ff. de offic. eius. eadem autem ratio ambitionis, & ſiniſtræ machinationis concipi poteſt in oc cupante de facto beneficium uiui, quæ in illud impetrante, uel pro illo obtinendo ſupplicante, immo maior in illo qui plus delinquit, cũ plus, & peius ſit occupare beneficium, quam pro illo ſupplicare. Inſuper adducere poſſem, quòd mẽs, ſeu ſenſus legis potius attendi debet, quàm cortex, ſeu ſuperficies uerborum. ad l. contra legem. in 2. reſpon. & l. ſequen. ff. de legi. l. ſcire oportet. uerſic. Sed & ſi max. uerba legis hunc habeant in tellectum, tamen mens legislatoris aliud uult. ff. de excuſa. tuto. l. nominis, & rei. in 2. reſpond. ff. de uerbor. ſignifica. & in materia regularum per Caſſado. Dec. 52. ſuper regulis. nume. 9. mens au tem regulæ uidetur fuiſſe, reprimere omnes aſpirantes ad uiuorum beneficia, non ſolum per uiã ſupplicationum, ſeu impetrationum, ſed & quæ cunque alia, & quia frequentior eſt uſus impetra re beneficia uiuentium, quàm ea ſine impetratione de facto occupare, exprimit caſum frequen tius accidere ſolitum, non per hoc alios excludẽs, immo ſub illo ſaltem tacitè includens. Ad contraria quòd uerba non conueniant, & quòd pœna extra caſum expreſſum uenire non debeat, ex ſupradictis reſpõſio colligi poſſet. Si enim ratio, & mens id ſuadent ſat ſuperque eſt. Ad aliud quòd duplex pœna imponi non debeat, & quòd iſta lex non pertineat ad caſus, ſuper quibus ſpe cialiter prouiſum eſt. replicari poſſet, quòd iſta pœna regulæ ſit diuerſa ab aliis, immo iſta ſpecialis in caſu ambientium beneficia uiuentium, illa uero, capitu. cum qui. de præben. libro 6. eſt indiſtinctè, contra omnes beneficia occupantes, uel etiam dici poteſt, quòd ſint diuerſæ, illa enim in cap. cum qui. in ſecundo reſpon. eſt contra uio lentos occupatores, prout etiam ibi not. gloſ. in uerſic. uiolenti. at occupatio de qua in meo quæ ſito, poteſt eſſe ſine uiolentia, unde nec ab illo ca pit. cum qui. coercetur, ſed bene a diſpoſitione huius regulæ.

S V M M A R I V M.

1 *Regula de Trien. an defendat impetrantem beneficium uiui?*

1 DVodecimo quæro † an impetrans beneficium uiui defendatur Regula de Trien. Samen. ſuper illa Regu. quæſtio. 44. diſtinguit. Aut ille impetrans triennio poſſedit ante obitum illius cuius beneficium impetrauit, & negatiuè reſpondet, duas rationes adducens, prima eſt quia non adeſt aliquis titulus coloratus, nec beneficium uacauit. capit. 1. de regu. iur. lib. 6. Et poſſeſſio eſt a iure improbata, prout per Docto. in capit. 1. & 2. ac in capitu. literas, de conceſ. præ ben. & per Rot. 439. Si agenti. uerſicu. præterea in beneficialibus, & poſtea magis ad rem uerſicu. At in caſu noſtro titulus allegatus, ſiue productus a iure eſt reprobus, ſiue infectus a iure, quia in beneficium uiuentis ſe intruſit. in no. Altera ratio eſt, quia non poſſunt duo eandem rem eodem tempore inſolidum poſſidere, quæ ratio in ſe uera eſt, & indubitabilis, uulga. l. 3. §. ex contra rio. ff. de acquir. poſſeſ. Verum hæc ratio Samen. non poteſt caſui noſtro, imò ſuo applicari, cętera enim habilia ſupponere debemus, argumen. tex. in l. ut gradatim, uerſic. & ſi lege. ff. de muner. & hono. l. furioſum. in fi. ibi. & ſi omnia alia. C. qui teſtam. face. poſ. Pariſ. conſi. 3. in cauſa. numero 1. uol. 4. Vnde ſi diſputamus, an ſit locus Regulę de Trien. omnino ſupponere debemus triennalem pacificam poſſeſſionẽ in fauorẽ impetrantis beneficium uiui. Alterũ uerò diſtinctionis mẽbrum

ipſius

ipſius Sarnenſ. eſt quòd poſſeſsio triennalis ſit
poſt obitum illius cuius beneficium impetrane-
rat, & hoc caſu regulæ de Triennali locus ſit.
Ego in utroque caſu teneo locum non eſſe re-
gulæ, & ſic in ſecundo caſu contra Sarnenſ. con-
tra quem etiam concludit Rebuff. de paci. poſ-
ſeſſ. poſt numerum 260. uerſicul. præterea non
iuuatur hoc decreto qui eſt inhabilis. De quo
latius tractabo ſuper regul. de Trien.

REGVLA XXII.

De vnionibus, & vnionum confirmationibus.

Item uoluit, quòd petentes bene-
ficia eccleſiaſtica aliis uniri: tenean
tur exprimere uerum annuum ua-
lorem, ſecundum communem æſti-
mationem, tam beneficii uniendi,
quàm illius, cui uniri petitur, alioquin unio
non ualeat. & ſemper in unionibus commiſsio
fiat ad partes, uocatis quorum intereſt, & idem
uoluit obſeruari in commiſsionibus unionum
factarum.

Regvla iſta in tres partes diuiditur,
in prima, diſponit circa ualorem exprimen-
dum ſuper utroque beneficio uniendo, annul-
lans ſi ſecus fiat. In ſecunda, quæ eſt ibi, & ſem-
per, prouidet circa duo, uidelicet, quòd commiſ
ſio fiat ad partes, & quòd ibi uocentur intereſſe
habentes. In 3. quæ eſt ibi, & idem uoluit, exten
dit ad confirmationes unionum. In ſecunda par
te, ibi, Commiſſio fiat ad partes. aliqui tex. re-
gularum antiquarum habent, conceſsio fiat ad
partes. In 3. parte, ibi obſeruari in confirmatio-
nibus. tex. regularum antiquarum communiter
ita dicunt, tex. uero noſtræ regulæ, & regulæ Pau-
li tertii, dicit, in commiſsionibus, prima lectura
mihi magis placet, quæ etiam approbatur per
Fel. in c. ad aures. col. fi. nu. 16. de reſcr. ubi loqui-
tur de hac regula, uerſic. & idem uidetur uelle in
confirmationibus unionum factarum. hæc lectu
ra etiam approbatur hic per Do. Rebuff. in ult.
gl. & quia utiliter, & pulchrè ſuper hac regula ſcri
bit, poſita prima, quæſt. quæ erit baſis nonnulla-
rum ſequentium, in aliis eius ordinem ſequar.

SVMMARIVM.

1 *An regula iſtæ ſit fauorabilis, & amplianda?*
2 *Valoris expreſſio de iure non eſt neceſſaria.*
3 *Vniones ſunt odioſæ, & ſtricti iuris.*
Beneficia inſtituta, vt conferantur.
4 *Fauor publicus operatur, ut diſpoſitio, quæ aliàs odio-
ſa reputari deberet fauorabilis cenſeatur.*

1 Primo pro fundamento plurium
quæſtionum ſubiiciendarum quæro,
† an regula iſta ſit fauorabilis, & am
plianda? Pro parte negatiua facit,
2 ꝙ de iure † ualoris expreſsio non eſt
neceſſaria. glo. in uer. diſpenſantes, ante mediū,
in clem. 1. de præbend. uerſic. non enim habetur
in iure expreſſum, ibi ſicut, nec habetur in iure,
quòd teneatur exprimere qualis ordo ſit anne-
xus beneficio, uel quantitatem redditüum, quā
habet ex uno beneficio, uel pluribus. & illam
gloſ. ſequuntur ibi Cardinal. & Imol. Abb. in c.
ad aures. colum. 3. poſt princip. & ibi Felyn. col.
3. poſt princip. in 1. conclu. Ruin. conſi. 70. quia
id. num. 7. uol. 5. & ſic nullius ex beneficiis unien
dis eſt de iure neceſſaria ualoris expreſsio, & mul
to minus illius, cui ſit unio. Rot. 292. licet impe-
trans, circa medium. Innocen. uerſicu. ego uero
dicebam me non legiſſe, quòd impetrans tenere
tur de ualore, uel quacunque alia qualitate be-
neficii obtenti facere mentionem, &c. Rot. 235.
no. ſecundum opin. in anti. Io. de Sel. de benefic.
par. 3. quæſti. 12. nume. 2. in 2. qualita. & ſic iſtud
facit contra illa uerba regulæ, quàm illius cui uni
ri petitur. Aliæ etiam duæ partes regulæ uiden-
tur diſſonæ a iure communi, prout per glo. anti-
quum hic, dum proſequitur rationes dubitandi.
Prouiſiones igitur, ſeu cautelæ, de quibus in re-
gula, cum iuris fomentum, & conformitatem nō
habeant, uidentur rigoroſæ, & ſuperſtitioſæ, ut
meritò regula illas cōtinens, ultra, quòd aliàs de
ſui natura eſſet ſtrictè interpretanda, tanto ma-
gis conſideratis præmiſsis, ſit odioſa reputanda,
& ſtrictiſsimè interpretanda inſtar ſtatutorum,
aliquid contra, uel præter ius diſponentium, &
rigoroſorum. Pro parte uerò affirmatiua, quæ
tenenda eſt, faciunt rationes decidendi hic per
gloſ. ſuper unaquaque partium adductæ, & di-
ſtinctius, & clarius procedendo ſupponendum
3 eſt, † uniones eſſe odioſas, exorbitantes a iure cō
muni, & ſtricti iuris, ac facile impediendas, &
coarctandas, ac limitandas. Cum de iure quæli-
bet eccleſia ſuum rectorem habere debeat, qui re
ſideat in eadem: & hæc omnia probat Oldr. conſ.
260. ꝙ unio facta. poſt prin. & optimè per Cald.
conſ. 13. an unio facta per Papam. ante medium.
ſub titu. de rebus eccleſi. non alienand. Cardina.
conſi. 96. uidetur unio. colum. 1. num. 5. uer. nūc
uenio. ubi dicit, quòd eſt iuri odioſum, quòd fiat
unio, ſi eccleſię poſſunt de per ſe ſufficere ſuis prę
latis, & quòd eſt iuri odioſum, ꝙ fiat unio, per
quam diſſoluatur religio eccleſiæ. Dec. conſ. 233.
uiſo themate. nume. 4. & conſ. 275. uiſo. nume. 6.
quod eſt quaſi idem. unio etiam aduerſatur di-
ſpoſitioni iuris, iuxtà quod dicimus beneficia in
ſtituta, ut conferant. c. fi. & ibi nota. de offic. Ar-
chipreſ. glo. fi. & ibi docto. in c. relatum. de præ-
ben. Pariſ. conſ. 12. in iſto iudicio. num. 11. uol. 4.
Meritò igitur in concedendis unionibus ſum-
mus Pontifex in hac regula ſtatuit, illa requi-

ri.adhibuitq́ue temperamentum,ne paſſim,& it
rationabiliter uniones concederentur? effectui-
q́ue te indiſcuſſa, & temerè demandarentur, &
hæc conſideratio reſpicit omnes partes huius re-
gulæ,& ſic tollitur omne contrarium fundamen-
tum . Accedit, quòd prouiſiones de quibus in
regula concernunt fauorem eccleſiarum , immo
& fauorem publicum , ne una eccleſia fiat ancil-
la alterius, & cultus diuinus minuatur , populuſ-
q́ue ſub eccleſia,quæ unitur exiſtens priuetur cõ-
modo, & facultate, diuina officia audiendi, &
participandi: quæ omnia,& alia inconuenientia,
ut ex ſupra adductis, & ex diſcutiendis infra, ſu-
per qualibet parte ipſius regulæ facilè eueniret,
ni ſapienter regula noſtra prouidiſſet, quæ licet
aliquo reſpectu odioſa reputari poſſet, & ſtrictè
4 eſſet interpretanda, † propter fauorem tamen
publicum fauorabilis reputari deberet, & am-
pliãda ueniret.l.hoc modo,quæ eſt.63.ff. de cõd.
& demonſt.& l.ſi quis in graui.§.utrum.uerſicu.
ij quoque, ibi potuerunt propter hoc, quòd in
commune utile eſt, & ibi Bartol.ff.ad Sillanian.
Bartol.in l.2.§.exercitus.ff.de his, qui notan.in-
fam.& in l.quemadmodum. num.4.C.de agric.
& cenſit.lib. 11. Alexand. conſil.34.uiſis, & pon-
deratis. num.9.uol.5. Deci.conſil.352.uiſo pun-
cto.num.1.362.uiſo, & diligenter. nume.8. 520.
in cauſa piſtorienſi.colum.pen.ante numerum.
10.uerſicu.ſexto,& ultimo. Rui.conſi.60.in cau-
ſa quæ uertitur. num.5.uerſicu. ſexto, & ultimo.
uolum.5. Fabia. de Mon. in tracta.emptio.co-
5 lumn. ſecunda, & quòd † uniones reprimere,
& refrenare ſit publica utilitas, probatur, quia
detractio rectorum, ſeu ſacerdotum lædit ius pu
blicum, cum quanto plures ſint, tanto plus de-
leant peccata apud Deum. cap. ſicut. de pœnit.
diſtinctio.1.uerſicu. Amat enim,ut pro uno mul
ti rogent. & quòd ſit publica utilitas firmat Io.
Andr.in cap.qui contra. colum.penult. uerſicul.
tertio Inducitur, & Alexand. conſi.70.in cauſa,
inter.num.3. uolum.3. Poſtremò, quia utilis eſt
expreſſio ualoris in quibuſuis prouiſionibus be
neficialibus, prout dixit Abb. in cap. ad aures,
de reſcrip.colum.3.ante num.5.ſubdens etiam,
quòd neceſſarium eſt, ut princeps ſciat quomo-
do,& qualiter prouidere habeat. & quod ſit be-
neficium pingue,quod exiguum,& quia ſtilus ſe
habet,q; ualor exprimatur,ut atteſtatur Abb.ubi
ſupra. uerſicul.puto tamen quòd circunſcripto
ſtilo curiæ, &c. & de hac conſuetudine curiæ ex-
primendi ualorem loquitur Card. conſi.31.cum
inter. poſt nu.4.uerſ. ſed contrarium. Fel.in c.fi.
nu.4.de præſump.latè Io.de Sel.de benef.in alle.
q.12.poſt nu.2.& Ruin.conſ.70. quia id, de quo.
nu.7.uol.5.cum ſtilus curiæ habeatur pro iure.c.
q̃ graui. de crimin. falſi.ſequitur,q; regula iſta in
omni ſui parte ſit rationabilis, iuri etiam confor
mis,reſpiciens utilitatem publicam, ac cultũ di-
uinum,unde meritò fauorabilis,& amplianda.

SVMMARIVM.

1 *An hæc regula procedat in gratijs motu proprio factis.*
2 *Valoris taciturnitas non vitiat gratiam motu proprio factam.*
3 *Vnio ſubreptitia etiam motu proprio facta eſt nulla.*

1 SECVNDO quæro, an † regula iſta
procedat in gratiis factis motu pro-
prio? glo. antiquus hic in fin. & Do.
Rebuff.in glo.1. tenent partem nega
tiuam, ponderantes uerbum, peten-
tes, in princi. poſitum, ergo ſecus quando gratia
fit non petentibus, cum magna ſit differentia, an
fiat uno modo, an alio.l.1.C.de peti. bono.ſubla.
lib.10.cap. ſi motu proprio. &.c.ſi pluribus. de
præbend.lib.6.clem.ſi Romanus.eod.titul.Rom.
conſi.327.iſtæ ſunt. colum. fina. num.9. & ſequ.
ubi quòd motus proprius excludit ſubreptionẽ,
inducit tacitam diſpenſationem, & operatur a-
lios effectus, de quibus ibi. Cardin.in clemen.ne
conceſſione, in 1.nota. de rerum permutatio. &
conſil.61.ad dubia præmiſſa.colum.1.ante num.
5.Fel.in cap.cauſam, quæ. ante num.8.uerſicul.
item limita de reſcri. Et pro hac opin. negatiua
idem Rebuf. ſuper concor.in for. mand. apoſtol.
in glo. motu proprio. in 31. effe. motus proprij.
Anchar.conſi.295.pro clariori.& Ioan.de Sel.de
benef.par.3.q.12.num.4.Inſuper cum hic tracte
tur de ualore annuo exprimendo, nos habemus
2 † ualoris taciturnitatem non uiciare gratiam fa-
ctam motu proprio, prout concludit Ancha. con
ſil.138.de natura in 1.dubio. & præalleg. conſil.
295.pro clariori, loquens ſuper regula, de ualo-
re,& cum eo. Fely.contra Abb.in c.ad aures. col.
4.in 5. conclu.nume.6.firmans, quod ubi gratia
fit motu proprio, non ſit neceſſaria aliqua men-
tio ualoris, & ita limitandam fore ordinationẽ
Vrbani Papæ,& regulam de ualore, & Deci. ibi-
dem num.11. ubi contra Abb. contrarium te-
nentem concludere uidetur. Pro parte uerò af-
firmatiua, quam contra utrunque gloſatorem
hic teneo, facit conſi. Abb.101.in quæſtio. quæ
uertitur, uolum.1.colum.3.num.7.ibi, quod di-
co procedere etiamſi Papa unionem motu pro-
prio feciſſet, quia motus proprius licet exclu-
dat ſubreptionem, non tamen firmat gratiam
contra intentionem ſcribentis, &c. & ſic con-
3 cludit † unionem ſubreptitiam etiam motu
proprio interueniente eſſe nullam. Idem con-
cludit Cardina. conſi.96.Papa uniuit.in primo
dubio, & ibi ponit expreſsè bullam unionis mo-
tu proprio conceſſam, quo motu proprio non
obſtante, firmat propter non ueras expreſſio-
nes ualoris,& propter alias ſubreptiones, unio-
nem non ſubſiſtere. Sequitur Fely.in cap.poſtu-
laſti,num.3.uer.poteſt etiam inferri,& in cap.ad
aures.colum.5.ante fi.nu.9. ibi, & pulchrè dicit
Card.&c.de reſcrip.Staphil.ſuper ſignatura in 7.
effectu motus proprii.fol.90. a tergo. ſecundum
primam

primam impreſſionem. uerſ.& ideo dicit notan-
ter Cardi.&c.& Dec.conſ.233.uiſo tenore. num.
4.ibi,& dicit hoc procedere etiam ſi motu pro-
prio facta ſit.idem repetit conſ. 275. uiſo tenore
bullarum.nume.6.Non obſt. adducta in contra-
rium,quia illa loquuntur in aliis terminis, cum
autem in caſu propoſito habeamus ſpecificam
concluſionem doctorum præclarorum, illi ſtan-
dum erit.Inſuper non mirum ſi aliter teneant re-
ſpectu unionis,quæ eſt odioſa.& de facili reſtrin-
genda,& coarctanda,& ſic regula noſtra fauora-
bilis,ut in præceden.quæſtio. dixi, aliter uerò re-
ſpectu regulæ de ualore.quæ eſt odioſa,& reſtrin-
genda,ut meritò in ea motus proprius ad illam
deſtruendum multum operetur,& quòd motus
proprius non immutet naturam unionis,parum-
que in unionibus operetur, firmat Pet. de Vbal.
in tracta.reuoca.unio.c.4.num.3.uerſic.de tertio
uero caſu,ubi quod legatus poteſt reuocare unionē
a Papa motu proprio factam, per rationem de
qua ibi,& dum ſubdit,proprius ergo motus Pa-
pæ reſtringit poteſtatem legati quoad reuocatio
nem vnionis &c.ante uer.reſtringit, addenda eſt
dictio non,alioquin ſibi ipſi contradiceret,& ra-
tio eſſet diſſimilis a dicto.

S V M M A R I V M.

1 *An regula iſta in epiſcopatibus,& archiepiſcopatibus lo*
cum ſibi uendicet?
2 *Duo epiſcopatus ſimul uniri poſſunt.*
3 *Fauor publicus concurrente identitate rationis æquitatis,*
operatur ut lata fiat interpretatio.
4 *Amplia etiam in materia de ſe non extendibili.*
5 *Conciſtoriales prouiſiones, & conceſſiones omnem ſini-*
ſtram machinationem excludunt.
6 *Conciſtorium dicitur tribunal ipſius Papæ.*

1 TErtio quæro† an regula iſta procedat
in unione epiſcopatuum, & archie-
piſcopatuum? puta uniuntur duo
archiepiſcopatus ſimul, uel duo epi
ſcopatus. D.Rebuff.in 2.glo.conclu-
dit pro parte affirmatiua, quia dicendo benefi-
cia,propter indefinitam locutionem de omnib.
intellexit,& quia unio eſt odioſa,quaſi uelit infer-
re prout latius in 1.quæſtio.deduxi, quòd ſtante
unionis odio,omnia,quæ concernunt illius reſtri-
ctionem, & modificationem ſint fauorabilia. ſi
igitur unio epiſcopatuum eſt etiam odioſa, er-
go reſtrictio,& limitatio erit fauorabilis,ergo di-
ſpoſitio reſtringens quaſcunque uniones erit fa-
uorabilis &c. Adde tu in fauorabilibus, benefi-
ciorum appellatione uenire epiſcopatus, & ar-
chiepiſcopatus.capitulo primo,iunc.gloſ.in poſi-
tione caſus.de regu.iur.libro 6.glo.1. in clement.
uni.de cauſa poſſeſſ. & propri.Sylu. de beneficio.
par. 1. quæſtio. 3. numero 6.ante nume. 8.ibi,&
ſic appellatione beneficii in materia fauorabili
uenit epiſcopatus &c. Inſuper quum de iure ex-
2 preſſum habeamus duo† epiſcopatus ſimul vni-
ri poſſe,& unitos pluries fuiſſe, prout eſt text. in
capitu.decimas.in fin.& capitu.ſequen. 16.quæ-
ſtio. 1. capitu. ſicut unire. in princip. de exceſſ.
prælato.capitu. primo.ne ſede vacan.Caccialup.
in tracta. unio. articu. quarto. in princip. regula
noſtra indiſtinctè loquens debet interpretari de
omnibus,& quibuſcunque beneficiis,qualiacun
que ſint, quæ tamen uniri poſſint & ſoleant, &
tanto magis,quia eadem ratio concurrit in di-
ſpoſitione, & prouiſione, ne uniones epiſcopa-
tuum,& archiepiſcopatuum fiant ſine cauſa, &
re indiſcuſſa, quæ concurrit in vnionibus alio-
rum quorumcunque beneficiorum, ut patet ad
ſenſum,immo maior,cum maior cura de epiſco-
patibus, & archiepiſcopatibus haberi debeat,
quàm de aliis beneficiis. capitu. cum in cunctis.
de elect. Cum autem regula noſtra tendat etiam
ad fauorem publicum, publicuſque ſit fauor, vt
in unionibus hic expreſſa requirantur,& ſeruen-
tur,& ne irrationabiliter, & abſque cauſa unio-
nibus ſit locus,ad conſil. Alexand.70.in cauſa in-
ter.numero 3.uerſicu.adducit ad hoc. uolumi.3.
concurrente fauore publico, & identitate ratio-
3 nis,ac æquitatis† interpretatio lata facienda ue-
nit, etiam quòd aliàs eſſemus in materia ſtricta,
4 & odioſa,& talis interpretatio etiam † facienda
eſſet propter huiuſmodi fauorem publicum, li-
cet aliàs materia de ſe non eſſet extendibilis:om-
nia hæc probantur per gloſſ. in uerſicu. mariti.
poſt princip.in l.ſi conſtante.ff.ſolu. matrimon.
& ibi per docto. Barto.in l. quemadmodum.nu-
mero 4.C.de agrico. & cenſi. libro 11. Alexand.
conſilio 68.uiſo proceſſu. numero 6.uerſiculo, &
conſtat.uolum.3 & conſil.34 viſis.nume.9.uolu-
mi.5.latè Corſet.in ſuis ſingula.in uerſicu.exten-
ſio.& faciunt ea,quæ adduxi ſupra in 1.quæſtio.
nume.5.Et no.Bald.in l.iubemus.1.num.2.C.de
ſacroſan.eccle.quòd priuilegium generaliter in-
dultum non includit caſum publicæ utilitati cō
trarium,& ſi includeret,non ualeret. Pro parte
negatiua contra Domin.Rebuff.faciunt ea, quæ
ipſe not. ſupra de unionibus beneficiorum. nu-
mero 4.ubi dicit in definitione,ſeu deſcriptione
unionis, ſe ultra terminum beneficiorum addi-
diſſe,eccleſiarum,ne fortè ſub nomine beneficio-
rum non uenirent epiſcopatus, & archiepiſcopa
tus, quia ſunt culmina dignitatum, quæ regu-
lariter non ueniunt appellatione beneficiorum,
prout ultra eum probatur per text. in capit. di-
lectus. de conceſ.præbend.ubi quòd Canon La-
teranen.concilii contra negligentes,non extendi
tur ad archiepiſcopatum, uel epiſcopatum,& ad
hoc no.ibi illum tex. Abb.facit tex.in cap. quam
uis.§.quamquam.de præbend. libro 6. ubi aſſi-
gnatur ratio.& tex.in cap. quia periculoſum. de
ſenten.excommu.eod.lib. ubi epiſcopi, & ſupe-
riores præſeruantur a conſtitutione, ſeu manda-
to interdicti, uel ſuſpenſionis. Sed ad iſtud re-
ſponderi poſſet,quod cum regula noſtra ſit fauora-

bilis ut probatum fuit ſecundum communem opi. appellatione beneficiorum ueniunt epiſcopatus & archiepiſcopatus, p ſupra adducta, ante nu. 2. Secundo cõtra D. Rebuf. adduci pñt illud, quod immediatè ſupra in ſua glo. 2. firmauit, regulam non procedere in motu proprio, ſeu uniones epiſcopatuum, & archiepiſcopatuum fiunt motu proprio, ergo regulæ non ſit locus. Ad iſtud reſponderi poteſt ꝙ non eſt neceſſarium quòd uniones epiſcopatuum fiant motu proprio, & licet hoc ſit in communi obſeruantia, tamen ipſe intelligat quando aliter fieret. Verum quia ego ſupra ſin 2. qõ. probaui regulam etiam in motu proprio procedere, iſtud fundamentum, indiſtinctè corruet. Ego contra Dominum Rebuff. concludo unico fundamento, omiſſis aliis, & iſtud erit, epiſcopatuum, & archiepiſcopatuum, quæcunque diſpoſitio ſit, & fieri ſolita eſt conciſtorialiter, cauſa cognita, formatis proceſſibus, præuiis probationibus, & diſcuſſionibus, ac accedente præſentia, & conſenſu Cardinaliũ,
5 unde nihil ultra requiri debet. † Conciſtoriales enim prouiſiones, conceſſiones, ſeu confirmationes, omnem fraudem, & ſiniſtram machinationẽ excludunt, omnemque cognitionem includunt, nec eſt quid contra eas obiici poſſit, nec ulteriorem cognitionem, ſeu diſcuſſionem põſt ſe expectant. prout omnia præmiſſa probantur per tex. in cle. uni. uer. præfatis itaque. & uer. nos eodem. de iureiu. per Bal. in l. fi. vbi quòd ſatis differt inter negocia conciſtorialia, & alia quæ Papa ſolus in camera expedit. uer. & ideo Vrbanus. C. de diuer. reſcr. Lap. alleg 84. d. Papa. col. pen. ante nu. 12. uerſi. item de illis expeditur, & pronunciatur in conciſtorio latè D. Sarn. in 14. q. regulæ. de inſir. nu. 4. & ſeq. & dixit Rot. 83. nota quod quando aliqua. de reſcrip. alias. 669. in antiq. quòd cauſæ per commiſſionem conciſtorialem cõmiſſæ, ſunt aliis magis periculoſæ, ſi in eis ordo iuris debitè
6 non ſeruetur. Immo † conciſtorium dicitur tribunal ipſius Papæ, glo. in uer. conciſtorium. in §. ad hęc. in auten. de appella. Archidi. in c. Roma. col. 1. nu. 2. de appel. lib. 6. qui licet a Ioã. Montaigne, ſeu potius a Nic. Boe. in tracta. de aucto. concil. col. 5. in uer. tertio in partem dictorum conciliatiorum. uer. item appellatur propriè conciſtoriũ principis. ubi latè de conciſtorio, mordeatur in eius diſtio, dum uoluit conciſtorium tantum eſſe Papæ, auditorium uero Imperatoris, facilè tamẽ defendi poteſt, tum quia poſtea ſubdit ipſe Archid. vel dic, quòd etiam Imperatoris dicitur auditorium, & conciſtorium. Et quòd conſiſtorium dicatur etiam Imperatoris, & regis, probari poteſt ex tex Heſter 5. in prin. Sedebat ſuper ſolium ſuum in conſiſtorio palatii. in l. 1. in fi. ibi. In noſtro conſiſtorio. C. de ſilentia. li. 12. in l. quiſquis. in prin. C. ad leg. iul. maie. in l. humanum, ibi. In ſacri noſtri nominis conſiſtorio. C. de legib. in l. fi. C. de offi. diuer. iudi. in ſuperſcriptione. l. decurionum. uidelicet, Impera. Dio. ex Mani, in conſiſtorio dixerunt. & in cle. paſtoralis. §. nunquid, & ibi glo. in uer. conſiſtorii. de re iudi. Immo etiam quòd Archidia. perſtitiſſet in ſua diſtinct. adhuc non malè locutus eſſet, quaſi antonomaſicè, & per excellentiam conciſtorium ſit ipſius Papæ, quod (pace omnium ſit dictum) auctoritate, grauitate, ordine, negociorum & rerum pondere, ſummorum prælatorum præclara corona, immo & ipſius ſummi Pontificis, ac terreſtris Dei præſentia, longè omnia imperatorum & regum conciſtoria, & auditoria antecedit, & quòd auditorium ſit propriè ipſius Imperatoris probat text. in l. minor autem magiſtratus, ibi, in auditorio eorum, & poſtea, in auditorio ſuo. licet litera corrupta dicat adiutorio. ff. de minorib. Ad rem igitur noſtram, ſi & ipſa iura gentilium, nephas putarunt, geſta, tractata, & decreta in conciſtorio principium redarguere, uel in dubium refricari, quis tam audax, ſeu potius temerarius erit, ut diſcuſſa, cognita, trutinata, tandemque decreta, & ſtatuta in ipſo ſummi Pontificis conciſtorio credat non integra, & non valida, ſed potius ab aliorum iudicio, & diſcuſſione etiam hominum illarum partium, ubi cathedrales unitæ ſunt pendere? nil inquam pendet, iam omnia ſunt cognita, omnia diſcuſſa, Papa, & Senatus iam audiuere, & cognouere cauſas, propter quas unio fieri debebat, iam plenè informati erant, de utriuſque eccleſiæ ualore, de hominum qualitate; de commodis, de neceſſitate, iam exiſtimarũt quid intereſſe putantes adducerent, iam animos omnium, omnium uoluntates perceperunt, ſupererat pronunciare, ſeu unire pronunciarunt, & hoc eſt quod uoluit Lap. dicta allega. 84. ante numero duodecimum; quòd de iſtis expeditur, & pronuncietur in conciſtorio, quaſi ibi detur ſententia: idem etiam uoluerunt omnes ſupra adducti, ſi enim conciſtorium eſt tribunal Papæ, quod decretum, & pronunciatum eſt in eius tribunali, nunquid approbationem, vel reprobationem ab inferioribus, & diſſonis tribunalibus expectabit? Vniuit etiam ipſe Papa cum ſuis Cardinalibus, & iſta unio conciſtorialis in forma gratioſa nihil, inquam, poſt ſe requirit, nõ expectationem, non cognitionem, non tractatum, nullumque ex requiſitis contentis in regula. & hoc idem uidetur, etiam ſenſiſſe Dominus Rebuff. infra gloſ. 102 licet non apertè loquatur, immo cauda a capite; & ratio, ſeu illatio a dicto, ſeu ſuppoſito diſcordare uidetur, & ante ipſum ponit Domin. Samen. in tracta. manda. de proui. numero 147. uerſicu. ſed caſus dubitabilis eſt quando Papa non uniuit a principio, ſed uniri mandauit &c. Vltimo arguendo ab uſu patrisfamilias. ad l. ſi ſeruus plurium. §. finali. ibi, ante omnia ipſius patrisfamilias conſuetudo. ff. de legat. primo. l. ſed Iulianus. §. finali. ibi ad eam quantitatem, quam pater ſolebat &c. ff. ad Macedonia. l. 3. §. finali. ibi, quòd ſi merces ſolebat comparare &c. ff. quod certo loco. l. nummis. ff. de lega. tertio. Conſuetudo,

do, & uſus ſummi Pontificis eſt, quòd quando uoluit intelligi, de actibus conciſtorialibus, id expreſſit, prout ſupra in 11. regula reuocatoria expectatiuarum. ubi exprimuntur etiam conciſtorialiter conceſſa; et etiam ſupr. in 12. regula reuocatoria unionum non ſortitarum effectum, cõceſſionumque, & mandatorum ſuper illis. & ibi additur clauſula etiam conciſtorialiter proceſſerant. & infra in regula, ꝙ commiſſioni poſt concluſionem non ſtetur. num. 39 ſecundum numerum modernum, ubi loquens. de commiſſionibus, ſeu mandatis, addit etiam conciſtorialibus, ita credendum, immo interpretandum eſt, quòd etiam in hac regula addidiſſet, ſi de conciſtorialibus intellexiſſet, ſeu intelligi uoluiſſet. Ad omnia contraria unico uerbo reſpondeo, uidelicet, quòd ratio, & uia diſpoſitionum, & conceſſionum conciſtorialium eſt ſatis diuerſa ab aliis. Vnde ex diuerſis non fit illatio. Item in iſtis ceſſant rationes regulæ, ergo & ipſa regula ceſſare debet. Inſuper conciſtorium ſupplet omnia requiſita, ut ſupra probatum fuit: regula igitur ceſſet.

S V M M A R I V M.

1 *An hæc regula comprehendat applicationes, ſeu annexiones partis fructuum.*
2 *Beneficium duo in ſe continet, uidelicet ſpiritualitatem, & temporalitatem, nec vnum ſequitur ad poſitionem alterius.*
3 *Regulæ de expreſſione valoris non extendenda ad expreſſionem valoris penſionum, ſeu fructuum.*
4 *Cauſæ vniendi beneficia plures allegantur.*
5 *Nigrum dubium a rubro interpretari.*
6 *Rubrica ſtatuti generalior nigro, non debet a nigro reſtringi.*

1 QVARTO quæro, ibi eccleſiaſtica, †an regula comprehẽdat applicationes, ſeu annexiones, partis fructuum? puta, quòd pars fructuum unius parrochialis, uel alterius beneficii diuitis, applicetur, & annectatur alteri parrochiali, uel beneficio pauperi? ſimilem. q. poſui ſupra, ſuper. 12. regula reuocatoria vnionum. uerum quia regula illa aliò tendit, quàm iſta, diuerſaque ſunt uerba unius ab altera, ſub diuerſis etiam fundamentis eam hic inſerere expediens putaui, & pro parte negatiua facit concluſio D. Rebuff. glo. 3. & 4. vbi in effectu uult, quòd regula non habeat locum in temporalibus, ſed eccleſiaſtica beneficia, eccleſiaſticis uniri debeant, & ponderat dictionem, aliis, quæ ſimilitudinem denotat; ad. c. ſedes. de reſcr. Arguo igitur ſic, regula noſtra diſponit ſuper beneficiis eccleſiaſticis, fructus beneficiorum non ſunt beneficia eccleſiaſtica. Item fructus huiuſmodi non ſunt beneficiis eccleſiaſticis ſimiles; Rurſus, fructus iſti ſunt temporales, ergo in regula non comprehendantur. Iſtas tres minores probo: aliud ſunt fructus, aliud beneficium eccleſiaſticum, ſi enim idem eſſent non diuerſis nominibus nuncuparentur, argumento l. ſi idem. C. de codicill. §. eſt & aliud. ibi, conſequentia. &c. Inſtitu. de donation. ubi glo dat concordan. uocabulorum igitur diuerſitas in caſu noſtro inferet diuerſitatem rerum, & ſubſtantiarum. Secundo beneficium duo in ſe continet, uidelicet, ſpiritualitatem, & temporalitatem, ſiue introitus ſuper rebus, ſeu poſſeſſionibus prophanis,
2 †nec unum ſequitur ad poſitionem alterius. cap. ſanctorum. §. ſi quæ, ibi & tam de poſſeſſionibus, quàm de eccleſiaſticis capellarum officiis, &c. 70. diſtinctio. cap. eos. qui. 81. diſtinct. Anchar. in c. 1. num. 4. uerſi. quo ad tertium, de regul. iur. li. 6. Oldr. conſi. 166. thema ordinarius ad inſtantiam. col. 1. numer. 2. uerſicul. ad ſecundum. ibi, præterea beneficium ipſum duo habet in ſe, ſcilicet fructus temporales, & ſpiritualitatem, & quidem potentior pars eſt ſpiritualitas ratione dignitatis, &c. Calderin. conſil. 6. ſub titul. de præben. ubi plura ad rem noſtram. Sylu de beneficio par. 1. quæſt. 1. num. 5. uerſi. quo ad tertium. Hinc dicimus poſſeſſorem beneficii, uel eum cui fructus reſeruati ſint, citari debere, aliàs iudicium factum contra beneficiatum non afficiet illum qui poſſidet, uel fructus ſibi reſeruatos percipit. poſt Innoc. Rot. 478. in cauſa. oum. 5. uerſ. ubi uidetur. & Dec. ſeq. in no. l. a diuo pio. & l. ſæpè, ubi omnes. ff. de re iudi. Ludo. Goz. conſ. 103. uidetur. nu 10. & ſequ. quum igitur beneficiũ ex iſtis duobus conſtet, ſi ſeparemus unum, præſertim dignius, non erit beneficium: interpretatio enim fieri debet de uero, integro, effectuali, ac in potiori ſignificatu. ad l. 1. §. qui in perpetuum. ff. ſi ager uectig. uel emphit. peta. Soci. conſ. 304. aliàs ult. uiſo ſtatuto. lib. 2. colum. 1. uerſic. tertia, & ultima ratio, &c. Dec. conſil. 522. in cauſa. numero 1. & in l. ſemper in obſcuris. numer. 7. ff. de reg. iu. ſequitur igitur, ꝙ iſti fructus temporales nec ſunt, nec uocari poſſunt beneficium, nec beneficio ſunt ſimiles. Tertio, regula hæc, requirit expreſſionem ualoris beneficii, tam uniendi,
3 quàm eius cui fit unio: †regulæ autem loquentes, de expreſſione ualoris beneficiorum eccleſiaſticorum, non debent extendi ad expreſſionem ualoris penſionum, ſeu fructuum aſſignatorum. Fel. in cap. poſtulaſti. colum. 11. in 6. declaratio. uerſicul. non obſtat, ſtilus curiæ ſecundum quem per conſtitutionem Vrba. & ſucceſſorum debet fieri mentio ualoris, quia loquitur de ualore beneficiorum &c. de reſcr. Caccialup. in tracta. penſion. quæſtio. 26. nume. 6. qui licet poſtea uideatur ponderare uerba regulæ in contrarium, tamen non facit contra hanc concluſionem, quia in regula a ſe ponderata aderant uerba generalia: uidelicet. uel aliorum quorumcunque beneficiorum, quæ in noſtra non ſunt. Hier. Gig. in tracta. penſio. quæſtio. 67. num. 10. Sequitur ꝙ regula noſtra de expreſſione ualoris loquens, non

debeat extendi ad fructuum applicationem. Pro
parte uero affirmatiua cui magis adhæreo, pro
qua etiam ſentit Dom. Rebuff. gloſ. ultima. ante
fin. quam tamen non probat, pondero quòd ra-
tio regulæ requirentis expreſsionem utriuſque
beneficii, eſt, ut remoueatur omnis occaſio frau-
dis, & deceptionis uniendi abſque legitimis cau
4 ſis, † quæ licet plures allegentur, & per Hoſtienſ.
quatuor in ſumm. titu. de religio. dom. §. cui ſub-
eſt, uerſi. ſunt autem, & per Pet. de Peruſ. in trac.
unionum. c. 3. nu. 1. & 2. in tracta. de reuo. unio. c.
1. & per Caccialup. in eo. tracta. Vnionum. art. 5.
in prin. tamen in effectu ad duas reducuntur, ui-
delicet, ad euidentem neceſsitatem, uel utilita-
tem, c. expoſuiſti. uer. ſi euidens neceſsitas, uel uti
litas. de præbend. Oldrad. conſil. 261. in unione
requiritur in princip. ſequitur Pariſi. conſil. 36.
quod prætenſa unio, numer. 8. uolum. 4. uerſicu.
prout fuit nulla, &c. Verum, quia principalior
utilitas, uel neceſsitas conſideratur reſpectu in-
troituum. ideo ne inconſideratè uniones fiant,
& ſine cauſa, uel cum iactura beneficiorum pro-
uiſum eſt uerum ualorem exprimi, & ſic appa-
rebit an unionem facere expediat, in propoſito
autem quæſito hoc itidem fieri neceſſariò conue
niet nam ſi totum beneficium alteri uniretur ex
uerbis regulæ, & hoc eſt clarum, de beneficii unié
di annuo ualore mentio fieret, modo arguendo
de toto ad partem. ad l. quæ de tota. ff. de rei uen
di. Iaſon in l. a iudice. in 3 colum. C. de iudi. &
in l. iuriſgentium. §. adeo. in 1. nota. ff. de pact. cũ
negari non poſsit, quin iſta portio fructuum ap-
plicandorum, ante applicationem non ſit pars
illius beneficij, a quo ſeparatur, ſeu diſmembra-
tur, cum fructus ſint potiſsima pars beneficii,
immo beneficium non cenſeatur habere, qui
fructus non percipit, argumento. capitul. ſi ti-
bi conceſſo, de præbend. lib. 6. ubi per adeptio-
nem ſecundi curati, non uacat primum, ſi aliud
percipit fructus. Collecta. in c. de multa, eod. tit.
colum. 3. num. 22. uerſic. Sed quid prælatus mihi
habenti, &c. ſequitur, quòd ſicut de totius bene-
ficii ualore annuo expreſsio requiritur, ita & de
beneficii parte. i. de portione fructuum, quæ tan
to magis militant, ſtante identitate rationis, ſi-
cut enim non decet uni beneficio præiudicare,
illud ſine cauſa alteri uniendo, eodem modo, nec
licere debet portionem fructuum illius inconſul
tò, & improuidè alteri beneficio annectere, iuxta
illud quod non debet detegi unum altare, ut aliud
5 cooperiatur. Secundo, quando † nigrum conti
net dubium, interpretationem recipit a rubro,
glo. in uer. retractare. circa medium. in l. unic. C.
ne lice. in una cau. ter prouoc. Roma. conſil. 104.
pater reuerend. poſt princip. Ang. Aret. in pro-
hem. inſtitu. colum. penult. num. 11. uerſic. quan-
to, poteſt argui pro declarando, & interpretan-
6 do nigrum: † & Rubrica ſtatuti generalior nigro
non debet a nigro reſtringi, ſed potius ipſum ni-
grum ſpeciale per rubrum generale ampliari,
gloſ. in l. uni. quam ibi Bartol. in fin. commen-
dat, C. de capite ciui. conſi. eximen. lib. 11. Sa-
lyce. & Roman. in l. 1. ff. ſi cert. petat. Alexand.
conſil. 1. num. 7. uolum. 4. Aret. in præalleg. pro-
hem. Inſtit. colum. penult. num. 11. uerſicul. quid
econtra ſi in rubro plus habetur, quàm in ni-
gro, &c. & iſta eſt communis opin. prout conclu
dit Cur. iun. conſil. 107. præſupponitur in facto.
nume. 2. qui etiam ampliat ad rubricas non ha-
bentes orationes omnino perfectas, contra Iaſo.
ut ibi. Siue igitur dicamus orationem perfe-
ctam rubricæ, ſaltem intellectualiter quo ad hoc,
ut omnia ſpiritualia, uel ſpiritualibus ſimilia,
ſeu annexa a Papa, ſeu aliis unienda reſpiciat,
ſiue non ſit perfecta etiam per tradi. dicto con-
ſil. Curt. iun. concluſio iſta aperta uidetur, quòd
uerbum beneficium non reſtringat uniuerſali-
tatem, ſeu generalitatem rubricæ, cauſatam ab
indefinita, dicendo de unionibus, & ſic de om-
nibus, & quibuſcunque unionibus fieri ſolitis,
& conſuetis, cum indefinita æquipolleat uniuer-
ſali. Tertio, quando cauſa proxima habet con-
nexitatem cum remota, ut quia una ad aliam
ſit ordinata, ſpecificata illa, altera uenit. l. ſi fini-
ta. §. deinde. ff. de damno infect. & ibi, gloſ. 2. ex-
ponit de opere. i. de damno, quod ex opere fit,
& ibi adhoc not. Bart. Dec. conſil. 629. copioſè,
numero 7. ibi, ſed debet conſiderari, quòd quan
do cauſa proxima, &c. cum igitur beneficium ſit
cauſa immediata fructuum, & per ipſos benefi-
cia conſeruentur, debent fructus appellatione be
neficij comprehendi, prout latius proſequor
ſupra in 2. quæſtione. 12. regulæ. nume. 4. & ſeq.
Vltimo, cum hæc regula ſit fauorabilis, & fauor
poſsit etiam dici publicus, & ad publicam uti-
litatem, ampla, & lata interpretatio fieri debet.
Bar. in l. quemadmodum. no. 4. C. de agri. & cen-
ſi. lib. 11. & in l. 2. §. exercitus. ff. de iis, qui notant.
infa. Dec. conſi. 352. uiſo puncto. num. 1. & latius
probo ſupra. in 1. quæſt. num. 4. interpretatio igi
tur lata, comprehendet etiam fructus. Ad pri-
mum contrarium reſponſum eſt ſupra, quòd nõ
ſolum fructus ſunt beneficio ſimiles, ſeu quid
annexum. Immo pars ipſa. Ad ſecundum, quòd
interpretatio fieri debeat de integro, reſponde-
ri poteſt ſecus eſſe, quando eadem ratio eſt par-
tis, & integri, & ſecus quando unum ab alio de-
pendet, inſuper quando petitur fieri unio iam be
neficium a quo eſt pars fructuum diſmembran-
da, eſt integrum. Ad tertium de regulis requi-
rentibus expreſsionem ualoris, diuerſæ ſunt illæ
de quibus Fel. loquitur ab iſta. Inſuper illæ odio
ſæ, & exorbitantes, hæc fauorabilis, & amplianda,
nec Fel. in allega. cap. poſtulaſti. in 6. declar. ſuis
pedes, ſed loquitur per uer. fortè, & unico uerbo
ad omnia contraria reſponderi poſſet, quòd ſtan
te identitate rationis, & fauore publico, ac fauo-
re eccleſiarum, & animarum, dicta interpreta-
tio latiſsima recipi debet, & ſic omnia in contra-
rium excludantur, nam quando dicunt doctor.
quòd

quòd aliud ſunt fructus beneficii, & aliod bene-
ficiom, conſiderant id procedere propriè loquẽ
do, prout ſunt uerba clara Calderi.alle.conſil.6.
ſob titu. de præben.cir. medium, uerſ.item con-
ſtat, quòd aliud ſont fructus &c. nam propter fa-
uorem huiuſmodi, hic admittitur uerborum im
propriatio, immo qoatenus etiam uerba huiuſ
modi latiaſimæ interpretationi non deſeruirent
impropriãda eruot, ut intentioni deſeruiant. c.
is autem. in fi.22.qoæſt.2. ubi etiam, quòd inten
tio ſola conſiderari debet, c. intelligentia. de uer.
ſigni. Dec. ſoper Rub. de probatio. colum.2. in fi.
uerſ. prædicta ſaluatio. Pariſ. cooſ.20. gratia præ-
ſens num.2. uol.4.

SVMMARIVM.

1 *Valor quo ad regulam hanc quomodo, & qualiter expri mendus.*

2 *Valor beneficiorum de ſtilo curia Romana quomodo ex- primendus, & probandus,*

3 *Valoris expreſſio per hæc uerba, quorum fructus &c. quinquaginta non excedunt &c. eſt approbatus, & tutus,*

4 *Formula ſupplicationis unionis cum expreſſione valoris fructuum utrinſque beneficii.*

QVinto, ibi, exprimere uerũ annuum
1 ualorem &c. quarto † ualor quoad
hanc regulam quomodo, & qualiter
exprimendus, & probandus ſit? D.
Rebuff. tractat hic glo.5. cum tribus
aliis glo. ſequen. Breuiter. tritiſſimum apud om-
2 nes in curia eſt, † ualorem exprimi, & probari,
tantum eſſe, puta centum deductis oneribus, ſe-
cundum communem extimationem. Bal. in. l.1.
nume.11. uerſ. pone impetraui a papa. C. de fru-
cti. & lit. expen. & in. l. ſed ſi hoc. §. coidam, in fi.
ff. de condi. & demon. Raph. Cuma. in. l. fructus. ff.
ſolu. matri. Pau. Caſtren. in l. amplius, nume.2. &
magis ad rem noſtram num.3. & Aret. & Iaſ. ff. de
lega. 1. Rot. 701. dic quòd ſi Papa. in antiq. Abb.
in. c. cum cauſa. numer.3. de teſti. ibi quia res eſt
extimanda ſecundum quod ualet communi ex-
timatione &c. Feli. in. cap. ad aures. colum. penul.
conclu.12. de reſcr. late D. Sarnen. in ult. quæſtio.
regulæ, de Valore, ubi dat practicã communem
probandi hoc modo: uidelicet quod beneficium
tempore prouiſionis, & oneribus deductis ualet
in portaris centum, & quod per quinque annos
ante, & poſt, aono ſterili cum fertili computato
cõi extimatione tãtum ualuit, & iſta practica ui
detur recepta apud omnes curiales. Ad unum
tamen adoertendum eſt, quòd probatio iſta, de
quinque annis poſt, in caſu noſtro uerificari nõ
poteſt, ſed bene quinque annorum præceden-
tium, nam iſta commiſſio facienda ad partes, &
uocatio eorum, quorum intereſt, & iuſtificatio
unionis, non patietur iſtam dilationem quinquẽ
nalem, unde dicerẽ ſufficere probationem quin-
que annorum præteritorum. Immo quod plus
eſt etiam extra caſum unionis, dicta probatio
quinque annorum ſequentium, erit de raro con-
tingentibus, ſequeretur enim ſecundom practi
cam D. Sarnen. ubi ſupra, quòd omnes litigan-
tes probare habentes, expectarent poſt quin-
quennium, a die impetrationis: diuinatiua igi-
tur, & aerea mihi uidetur iſta eius practica, quo
ad quinque annos ſequentes: non proſeqoor ul
terius hic, quia non eſt eius proprius locus, cum
latius reaſſumam ſuper regula de ualore. Ad
rem noſtram redeundo, difficoltatem in propo
ſito quæſito facit, diuerſitas expreſſionis ualoris
in unione, ab aliis impetrationibus, cum in aliis
non requiratur expreſſio ualoris, niſi beneficii
qood impetratur, non autem prius obtentorum,
etiam ſuppoſita regula de ualore, ſeu ſtilo curię
ad tradi. per Feli. in c. ad aures. num.10. in.7. con
cluſio. de reſcr. ſed hoc dubium ceſſat, cum regu
la iſta hoc expreſſe mandet, formę igitur aliarum
impetrationum quo ad ualorem non uidentur
inſeruire huic regulæ, præſertim quo ad expreſ-
ſionem ualoris beneficii, cui ſit unio. maior etiã
difficultas reſultat ex iis quæ annuit hic D. Re-
buff. in gloſſ.5. & .7. & alibi uidelicet quòd uerus
ualur ſit exprimendus, & quòd etiam in Gallia
non ſufficiat expreſſio ſolita ad 24. ducatos in
materia unionum. Iſtę eius annotatiunes, ſeu põ
derationes mihi non placent, & magis uidentur
confundere, quàm declarare. Pro iunioribus igi
tur diſtinguerem ut infra, uidelicet: Aut loqui-
mur de beneficiu uniendo, & tunc aut dicendũ
erit, cuius fructus quinquaginta, ſi uere quinqua
ginta ſunt. ſed iſtud eſt periculoſum, quia indiui
dua, & ſpecifica probatio eſſet difficilis, imo qua
ſi impoſſibilis, unde pro cautela ſufficiat dice-
re, cuius fructus, redditus & prouentus, ſecundũ
communem extimatiooem, ualorẽ annuõ quin-
quaginta ducatorum auri de camera non exce-
dunt, & hoc ſi ualor ſit quinquaginta, uel iofra,
ſi oero.24. uel infra, ſumma.24. exprimetur eodẽ
modo. Iſta eſt ſulida, & tutiſſima expreſſio, nihil
que obſtabit, etiam, quòd infra ſummam expreſ
ſam ſit uerus ualor ratio, quia Papa, qui iſtud be
neficium expreſſo ualore quinquaginta uniuit,
eodem modo, immo magis uniſſet, ſi ſciuiſſet
eſſe minoris ualoris, quia non ita de facili conce
ditur uniri alteri beneficium pingue, & de ſe ſof-
ficiẽs, ſicut tenue. & omiſſa diſputatiooe de qua
per gl. in. c. quamuis 1. in uer. uſque ad certam, &
ibi per Gemi. & alios de præben. lib.6. & per Sta
phi. ſuper ſignatura. fol. mihi.29. in uerficul. ho-
3 die autem &c. modus iſte † exprimendi ualorem
per hæc uerba uidelicet, quorum fructus &c.
quinquaginta non excedunt, eſt uiſitatus in cu-
ria Romana, & ſecuriſſimus, ſtante ueritate ſum
mæ expreſſæ, uel etiam inferioris, ſeu minoris.
Rot. Biſigne.6. Papa uniuit. in antiquio. & per Fe
li. in. c. ad aures. num.13. io 10. conclu. uerſi. con-
ſidera primo. ibi, idem ſi dicitur talem ualorem

non

non exceedit, & iſte modus loquendi eſt in uſu, de reſcr. Aut loquimur de beneficio cui fit unio, & tribus modis poterit fieri expreſsio, uno modo dicendo in genere, beneficio huiuſmodi, quod paucos, ſeu debiles, uel exiles habet redditus, & prouentus unire, annectere, & incorporare, ſeu annecti, uniri, & incorporari maudare digne mini: ſed hæc expreſsio uidetur etiam periculoſa, & nimis generalis, ac regulæ non plene ſatiſfaciés, niſi aliquibus clauſulis muniatur, ſeu corroboretur. Secunda forma erit dicendo, beneficio huiuſmodi, cuius fructus &c. ſunt quinquaginta. & iſta etiam ut ſupra præmiſſi non erit tuta. Tertia quæ mihi ſatisfacit, eſt eadem clauſula de qua ſupra, dicendo beneficio huiuſmodi cuius fructus &c. ualorem annuum quinquaginta ducatorum non excedunt, dummodo enim ualor non excedat hanc ſummam expreſſam, taliter exprimens erit in tuto, ſi enim paupertas eſt una ex cauſis unionum, capitu. unio. ante fi. ibi quæ uero minus aliis coniungatur eccleſis. 10. quæſtio. 3. capitul. poſtquam. 16. quæſt. 1. Caccialu. in tractat. unio. art. 5. in. 3. cauſa Feli. conſil. 2. num. 33. uerſicul. reſpondeo aliter quod de iure communi prouidetur, ut data paupertate unius eccleſiæ, uniatur alteri &c. quo maior in ueritate fuiſſet paupertas, tanto magis unio conceſſa fuiſſet: poſſet etiam fieri expreſsio hoc modo uidelicet. Beneficio prædicto cuius fructus &c. ad annuũ ualorem quinquaginta ducatorum &c. non aſcendunt: coniungendo expreſsionem utriuſque beneficii, hoc modo ſup-
4 plicandum erit, uidelicet † Cum deuotus S. V. orator A. beneficium B. quod obtinet in manibus S. V. libere reſignare proponat &c. & ſi beneficiũ B. huiuſmodi parrochiali. C. exiles fructus habenti, uniretur, annecteretur, & incorporaretur, profectò diuinus cultus in eadem parrochiali ſuſciperet incrementum. Supplicat igitur tam A. præfatus quam D. Rector dictæ parrochialis, humiliter S. V. quatenus reſignationem huiuſmodi admittendo, ſeu admitti mandando beneficiũ B. prædictum, cuius triginta cum omnibus bonis & pertinentijs ſuis, eidẽ parrochiali. C. cuius 50. ducator. auri de camera fructus, redditus, & prouentus, ſecundum cõmunem extimationem annuum ualorem non excedunt, ſiue præmiſſo, ſiue alio quouis modo, beneficium prædictum uacet, perpetuò unire, annectere & incorporare, ſeu annecti, uniri, & incorporari mandare, ita quod liceat pro tempore exiſtenti rectori, uel adminiſtratori dictę parrochialis. C. corporalem poſſeſsionem benefici B. prædicti, propria auctoritate libere apprehendere &c. dignemini, de gratia ſpãli. Forma ꝑdicta ſupplicationis, ꝑſertim quo ad expreſsionẽ ualoris, elicitur ẽt ex bulla unionis, quã inſerit, & ſuper aliquib. dubijs ab ea reſultãtib. diſputat, Card. Zabb. cõ. 66. Papa unit &c. & iſta forma proderit etiam pro unionibus per ordinarios facienda, mutatis mutandis.

SVMMARIVM.

1 *Vnio non expreſſo ualore prout in regula, an ſit nulla, an uero annullanda.*
2 *Annullatio actus eſt pęna: contra nu. 11.*
3 *Verba regulæ quod unio non ualeat: interpretanda ſunt quòd unio ſit annullanda.*
4 *Conſtitutio non ſolùm diſponens, ſed ultra procedens formam inducit, qua non ſeruata actus corruit.*
5 *Dictio, alioquin, conditionem facit.*
6 *Conditionalis diſpoſitio formam inducit.*
7 *Participium, petentes, infert tempus præſens. i. dum petunt.*
8 *Participium licet de ſui natura aliud tempus ſignificaret, iunctum tamen uerbo pręſentis temporis, pręſens deſignat tempus.*
9 *Solemnitas a lege in ipſo actu requiſita, infert ipſo iure: num. 10.*

SExto, ibi, alioquin unio non ualeat:
1 quæro † an non expreſſo uero ualore ut hic, unio ſit ipſo iure nulla, uel annullanda? & effectus erit magnus quia ultra alia, in primo caſu non erit opus contra unionem opponere, ſeu excipere. Item beneficia tanquam uacantia impetrari poterunt, ſecus in ſecundo caſu. Domin. Rebuff. hic gloſſ. 9. ponit quandam diſtinctionem quæ huic dubio non conuenit. Immo nec regulæ noſtræ, cum non diſponat circa ueritatem, uel falſitatem cauſarum unionis, unde illatio gloſæ ſuæ hic, mea quidem ſententia parum ad rem facit, Ad rem igitur noſtram, quòd non ſit nulla ipſo iure probatur, nam annullatio actus eſt pœna, & pœna non incurritur niſi expreſsè caueatur, hic autem expreſsè non dicitur, quòd pœna incurratur, ergo &c.
2 † maiorem probo per text. in l. ſenatus. C. de contrahend. empti. ubi pœna imponitur aduerſus eum, qui contra ſenatuſconſultum feciſſet, emptori, ut duplum in ærarium inferat, uenditori, ut irrita ſit uenditio, & ſic annullatio uenditionis pœna eſt. l. turpia. & ibi Bar. in. 1. nota. ff. de leg. 1. capitul. diſpendia. cum gloſſ. fi. & ibi Io. And. no. de reſcr. lib. 6. capitul. ſi religioſus. 1. reſpon. in fi. ubi, quòd in pœnam electio annullatur, de electio. lib. 6. Et quòd pœna non incurratur, niſi expreſsè caueatur, probat text. in l. & ſi quis. §. idem labeo. in fin. ibi pęna tamen in eum ſtatuta non eſt. ff. de religi. & ſum. fune. & optimus text. io. §. cum igitur. uerſicu. ſin autem ibi. Nec qualibet eſt lex aliquid tale dicens in auten. de non eligen. ſecun. nuben. glo. penult. in fi. in. c. fi. de iu. patro. Bald. in auten. ex teſtamento colum. fi. uerſic. iſta allegatio fundatur in materia priuata, quia quod non eſt lege cautum, nõ inducit priuationem &c. C. de ſecun. nup. Inſu-
3 per cum text. noſtræ regulæ dicat unio † non ualeat, eſt facienda interpretatio in effectu. i. ſit annullanda, & ſic factum hominis, & exceptio, ſeu oppoſitio

oppoſitio requiratur, non autem; quòd ipſo iure ſit nulla l. uniuerſa. C. de precibus imperat. offer. iuncta glo in uer. ualeant. & ibi per Bar. num. 3. & poſtea num. 6. ubi infert ad ſtatutum, quòd de quolibet contractu ſoluatur gabella decem ſolidorum, aliàs non ualeat, concludit quòd ſi non fiat ſolutio, contractus non erit nullus ipſo iure, ſequitur Roman. conſil. 203. quoad primum, ante nume. 7. uerſicu. primo, ex theorica gl. & c. cap. nonnulli. §. ſunt, & alii. iuncta gloſ. magna. poſt princip. uerſicul. ad hoc reſpondeo, ibi, non tamen ualent literæ iſtæ aduerſario contradicente, & poſtea ſubdit: Dico quòd per exceptionem ſunt annullandæ, ſequitur ibi Abb. colum. 3. nu. 6. uerſicu. ego ſum ſolitus ſuſtinere glo. quia tex. loquitur hic per uerba futuri temporis, & non præſentis, ut patet ibi, non ualeant, ergo non ſunt nullæ ipſo facto, & c. de reſcript. idem Abb. in c. 2. de teſtib. colum. 3. ante nume. 6. ubi de prædicto ſtatuto, quòd non ſit nullum, etiam ſi dicatur, alias non ualeat, idem uidetur tenere Rot. Faſto. dub. 32. ſecundo dubitabat. Felin. in cap. Rodulphus. nume. 24. uerſicul. pleniſſimam firmitatem. & latius in cap. quoniam, frequenter. colum. 3. in uerſicu. tu uero. ut lit. non conteſta. Contrarium opin. teneo, quòd immo nullitas ipſo iure reſultet, & ſic abſque exceptione, ſeu oppoſitione, & abſque aliquo facto hominis, & cóſequenter poſſe beneficia huiuſmodi impetra-
4 ri. Nam quando † conſtitutio non ſolum diſponit ſuper aliquo actu faciendo, ſed ultra procedit (prout in terminis noſtris) tunc dicitur formam inducere, qua non ſeruata actus in contrarium factus ipſo iure nullus dicitur. Bald. in l. 1. uerſicul. in contrarium, quia ſunt iſta uerba formalia, & c. & ibi Alexand. num 6. & poſtea nu. 7. uerſi. niſi ſtatutum vlterius procederet, & c. ff. de libe. & poſthum. Ruy conſ. 109. circa quæſtionem. ante num. 3. uol. 5. Dec. conſi. 455. placet concluſio. num. 7. conſi. 556. conſului. alias ante num. 3. conſi. 466. ſtante ſtatuto. nume. 13. & conſil. 528. pro reſolutione. ante fin. quòd autem hic Papa vltra proceſſerit, patet ibi, Alioquin unio non ua-
5 leat. Inſuper † dictio, alioquin, idem ſignificat, quod, ſi non, & conditionem facit, inducens conditionem contrariam. l. & eleganter. §. ſi dolo. cũ glo. in uer. alioquin. ff. de dolo. l. ſi finita. §. ex hoc edicto. cum glo. in uer. alioquin. ff. de dam. infec. l. lucius. §. lucius Titius damam. uerſic. reſpondi ſecundum ea. & c. de lega. 2. l. 1. ff. de abige. l. alioqui. ff. contrah. emptio. c. mandatum, ubi Gemi. num. 7. & Phil. Franc. num. 3. de præb lib. 6. l ſi alius. uer. Nam ſi tu. cum glo. in uer. alioqui. ff. Qđ ui, aut clam. § rectè quoque. cum glo. in uer. alioqui. Inſti. de manda. pulchrè per Barto. in l. 1. in 4. quæſtio. num. 11. ff. de condit. & demonſtr. & naturam huius dictionis, alioquin, declarat Saly. in l. 2. col. 2. num. 6. uerſi. Item ſcito, quòd hęc dictio alioquin. ff ſi cer. peta. Corn. conſil. 253. licet. colum. 1. in fi. uolu. 1, & conſi. 313. Alias per me. colum. 1. uerſic. nam huius uolum. 4. Socin. conſ. 51. præſtantiſſime. num. 9. uolum. 1. Abb. & alii in cap. quoniam. in fi. de deci. latè per Iaſon. in §. in perſonam. colum. 3. Inſtitu. de actio. & ibidem Gomeſ. nu. 12. Alber. de Roſa. in Dictio. in uerſi. alioquin. Andr. Tiraquel. de utr. retracta gloſ. 6. §. 8. parte. 1. in uerſi. aut tement. Bertran. conſil. 36. proponitur. num. 1. in noniſ. lib. 2. ſi igitur dictio prædicta facit conditionem, nos habemus,
6 quòd † conditionalis diſpoſitio inducit formam, & ſolemnitatem non leuem, unde ſi ordo datus non ſeruetur, actus erit omnino nullus. Bald. in l. compatationes. in 3. oppo. C. de fide inſtrumen. & in authen. matri, & auię. colum. 1. nume. 3. uerſicu. quidã tamen dicunt, quòd renunciatio, & c. C. quan. mul. tut e. offi. fun. poſſ. Felyn. iu ca. quod ad conſultationem. colum. 8. poſt medium. num. 12. uerſicu. & ultra eum adduco, de re iudic. & in cap. cum dilecta. colum. 6. nume 6. in 2. ſigno, de reſcript. Demum omiſſis pleriſque, de quibus per Fel. in dicto cap. cum dilecta. quæ huic quæſi-
7 to inſeruire poſſunt pondero † participium. petentes, in principio regulæ, quod reſpicit præſens tempus, idque dupliciter oſtendo: primo interpretando, petentes i. dum petunt, uel ſi qui petunt: participium enim in uerbum, & relatiuum reſoluitur. Alexand. conſil. 119. nume. 3. libr. 1. & ad text. in l. ſcribit. §. item ſcribit. ibi, quoniam articulus eſt præſentis temporis, & c. ff. de auro & argento legato. glo. nota. in clement. 1. in uerſ. ſi dignitatibus. in fine. ubi exponit, imminens id eſt, ſi quod imminet, de prębend. Corn. conſi. 14. circa primum. colum. 2. uerſicu. unde legat. nu. 17. ubi exponit exiſtentia. i. quæ exiſtunt, ſeu ſunt uolum. 1. gl. in pract. Papien. ſuper forma ſententiæ diffinitiuæ in uerſic. abſoluimus, ubi exponit omni iure competente. i. ſi quod competit; & quod eſt præſentis temporis. Pariſ. conſi. 21. uiſo teſtamento. nu. 31. & ſeq. uol. 2. & exponit exiſtentia bona. i. quæ exiſtunt. Altero modo probatur, quia participium huiuſmodi, & tota oratio adiicitur uerbo præſentis temporis, reſpicitque illud uerbum, petitur, quod eſt præſentis temporis, & ſenſus erit, qui petunt uniri, exprimant ualorem beneficii uniendi. & alterius cui petitur uniri, & tunc fiat expreſſio cum petitur unio
8 fieri. nam † participium licet de ſui natura aliud tempus ſignificaret, iunctum tamen uerbo præſentis, temporis, præſens tempus deſignat, eſt tex. in l is, qui in puteum. §. quod ait prætor, ubi participium, factum, quod de ſui natura prę teritum deſignat, tamen etiam præſens deſignabit, propter uerbum, eſt. Bartol. in l. oportebit. num. 2. uerſi. uel dicas clarius. ff. de uerb. ſignific. & quòd expreſſio ualoris ueri annui requiratur tempore petitionis, ſeu ſupplicationis, in curia Romana, eſt tritiſſimum: fit enim expreſſio in ipſamet ſupplicatione, & ſic in ipſo actu de quo in regula, ex quibus ſequitur clariſſima conclu-
9 ſio, quod † ſolemnitas a lege in ipſo actu, non autem

10 autem poſt requiſita, item & clauſula, † non ualeat, appoſita ſolemnitati, quæ poſt actum interuenire non poteſt, inferunt, ſeu operantur ipſo iure, auten. hoc ius porrectum. & ibi docto. C. de ſacro. eccle. & ita ſe ipſum declarat Bar. in alleg. l. uniuerſa. num. 5. uerſic. quandoque lex iubet, ꝙ aliqua ſolemnitas adhibeatur tempore contractus, & tunc ſi aliter fiat, non ualet ipſo iure, aliud autem eſt in illo ſtatuto, quòd ſoluatur gabella, aliàs actus non ualeat, quia ut ipſe ſubdit ſtatutum diſponit ſuper ſolemnitate, quæ interuenire debet, ſeu poteſt, poſt actum: ſequitur ibi Bald. num. 2. uerſic. ſed contra oppoſitionem glo. C. de præci. impe. offe. Bart. in. l. ſi quid num. 3. uerſicu. & aduertendum. quia dicit non ualeat &c. C. de cano. frumenta. li. 11. pro huiuſmodi diſtin. faciunt nota. per Ang. conſil. 36. pro deciſione. ubi in prin. pulchrè diſtinguit & declarat: & poſtea uerſicul. hæ autem ſolemnitates, & uerſi. cæterum poſt actum nullam imaginor poſſe appellari ſolemnitatem formalem. Ex tradi. ibi patet quàm magna ſit differentia, quòd ſolemnitas requiratur tempore actus, uel poſt, & per Ludo. Roma. conſil. 203. quo ad primum. in prin. & poſtea num. 8. Abb. in. c. 2. colum. 3. uerſicul. ſcire enim debes quòd quandoque lex iubet aliquam ſolemnitatem adhiberi tempore contractus, & tunc ſi aliter fiat, contractus eſt nullus ipſo iure, de teſti. & in. c. quoniam frequenter. colum. 5. nu. 10. uerſicul. quæro text. & ibi latiſſimè per Felin. colum. 3. in uer. tu uerò attende. ut li. non conte. & per eundem Felin. in capicul. Rodulfus. num. 24. uerſicul. pleniſſimam firmitatem, de reſcr. Ex proxime dictis patet reſponſio ad ponderationē contrariam factam ſupra num. 9. quia illud procedit ſolum quando ſolemnitas poteſt poſt actum interuenire. Ad aliud, quòd annullatio ſit pœna, ultra quod non multum ſtringit,
11 tamen etiam hoc negari poteſt: quia † non eſt proprie pœna. Bald. in. l. nemo martires, ante finem. uerſi. ego dico, quòd annullatio actus non eſt proprie pœna. C. de ſacro. eccle. & in l. non dubium. col. 2. ubi concordat opin. C. de legi. Io. And. & Anchara. in. c. ſi. de electio. libr. 6. latè per Alexan. in addi. ad Bartol. in. l. prætor ait in uer. item not. ff. de no. ope. nunci. & per eundem Alex. in. l. turpia. poſt princ. uerſicul. ſed Io. And. ff. de lega. 1.

SVMMARIVM.

1 *Commiſſio de qua in. 3. par. huius regulæ, quæ, & qualis ſit, & ad quem effectum fiat.*
2 *Formula commiſſionis ad partes ſuper unionibus, & aliis gratiis Apoſtolicis commiſſiones requirentibus.*
3 *Effectus commiſſionis huiuſmodi quis erit.*
4 *Executor commiſſionis unionis, & ſimilis, cum clauſula, uocatis uocandis, procedet ut iudex, & cognitor.*

1 SEPTIMO iuxta. 2. par. quæro † quæ, & qualis commiſſio ſit iſta, de qua in regula, & ad quem effectum fiat? diſtinctè procedendo, repeto prius, quod ſupra in præfa. huius regulæ tetigi circa diuerſitatem lecturæ ſuper hoc uerbo commiſſio. dixi enim aliquos libros regularum antiquarum habere, conceſſio, & tunc ſenſus eſſet, quòd licet ſignata eſſet ſupplicatio unionis petitæ, tamen nondum cenſeretur obtenta vnio quia cōceſſio penderet ab iis, quæ poſtea in partibus gererentur, ſed quia melior eſt lectura moderna, uidelicet, commiſſio fiat ad partes, hanc proſequar, utraq; tamen ſubſtineri poteſt, prout etiam ſenſit Nic. Boe. Dec. 345. & concluſum. uum. 4. uerſ. tamen per regulam Apoſtolicam 21. ſolet fieri in unionibus conceſſio, ſeu commiſſio ad partes, & duos intellectus poſſunt habere uerba iſta, unus erit commiſſio in unionibus fiat ad partes, i. ſeorſum, uel ſeparatim, & iſta clauſula eſſet ſimilis illi in fine ſupplicationum apponi ſolitæ: uidelicet ſimul, uel ad partem expediri: de qua locutus ſum ſupra in 9. quæſtio. regulæ de Idiomate, num. 9. Verum quia iſta interpretatio hic non bene quadrat, non proſequor, ſed ad aliam tranſeo, quæ eſt quòd commiſſio in unionibus fiat ad partes. i. unionis diſcuſſio, & intereſſe habentium uocatio, committatur quòd fieri debeant ad partes. i. in partibus, hoc eſt in loco, ubi ſita ſunt beneficia huiuſmodi, ſuper quibus unio petitur: hunc intellectum tenet etiam hic D. Rebuff. gl. 10. quem dicit rationabilem, quia ueritas melius ſcitur per uicinos, quàm alios. c. quoſdam. & c. ſequen. de præſum. pro quo etiam facit, quòd facilius peruenietur ad ueritatem diſcuſſionis, an unio ſit utilis, uel neceſſaria, an non, ſi cognitio talis fiet in loco, uel regione beneficiorum, ubi omnia apertè procedent, ac uoluntas eorum, qui conſentire habebunt, magis ſpontanea apparebit, & ratio haberi poterit, quid beneficiis, quid hominum, & loci, ac regionis, illorumque conſuetudini expediat, argumēto text. in. l. cum de lanionis, uerſic. optimum. in fin. ff. de fun. inſtr. & c. ſi. 16. diſt. Commiſſionem igitur iſtam (ſi unio a Summo Pontifice petatur) in bulla epiſcopo, ſub quo beneficia ſunt, ſeu alii, uel aliis, præſertim ſi epiſcopus intereſſe prætēdere poſſit, directa (quā executoriā uocant) Abbreuiator inſerere ſolet, facta narratione, ſub clau-
2 ſula illa, uidelicet † Quocirca diſcretioni ueſtræ, per Apoſtolica ſcripta mādamus, quatenus uos, ſi unus erit, ſi uero plures, adiicietur, uel duo aut unus ueſtrum, ſi & poſtquam dictæ literæ uobis præſentatæ fuerint, uocatis q fuerint uocādi, auditiſq; hinc inde propoſitis, ac cognito de cauſis in literis contētis, unionē, & cōtenta in literis executioni demandetis, & demandare faciatis, cōtradictores &c. cōpeſcendo: hanc uel ſimilem, credo eſſe formam commiſſionis ad partes, de qua in regula, quæ etiam applicari poteſt ad alias commiſſio-

miſsiones, ſuper gratiis Apoſtolicis requiſitas,
& ſolitas, & hæc forma ad omnes ſimiles commiſ
ſiones conformitatem habet, cum cap. exhibita.
poſt prin. ibi, ut uocatis, qui forent euocandi, ſu
per propoſitis, & aliis negocium contingenti-
bus inquirerent ueritatem, de iud. & elicitur ex
nota. per Card. conſil. 92. fauendo pupillis, num.
3. uerſ. ad hoc reſpondeo, quòd indulgentia Apo
ſtolica &c. Alex. conſil. 70 in cauſa inter. colum. 3.
uerſ. Tum etiam. & fortius nume 9. & ſeq. uol. 3.
ubi loquitur de commiſſione ſuper unione. D.
meus Phi. Dec. conſ. 133. uiſo tenore. poſt princ.
qui diſcutit ſuper forma cōmiſsionis in diſſolu-
tione unionis. idem repetit conſil. 274. uiſo teno
re, quod eſt quaſi idem cum præalle. & Boet. in
præalleg. Dec. 345. num. 4. uerſic. tamen per regu
lam &c. Alia forma dari poteſt, uidelicet: Nos
igitur, qui eccleſiarum quarumlibet decus, &
uetuſtatem, & illis diuini cultus augmentum
ac animarum ſalutem ſinceris deſiderijs affecta-
mus, quique dudum inter alia uoluimus, quòd
ſemper in unionib. fieret commiſsio ad partes,
uocatis quorum intereſſet de præmiſsis certam
notitiam non habentes &c. huiuſmodi ſupplica
tionibus inclinati, diſcretioni ueſtræ per apoſto
lica ſcripta mandamus, quatenus uos, uel duo,
aut unus ueſtrum ſi eſt ita &c. beneficium N. dū-
modo illud de præſenti obtinentis ad id expreſ-
ſus accedat aſſenſus, penitus ſupprimere, & ex-
tinguere &c. ac eccleſiæ beatę Mariæ &c. perpe-
tuo unire, annectare, & incorporare, & illius, ac
beneficii N. fructus, redditus, & prouentus, ac
alia bona &c. diocæſani loci, & cuiuſuis alterius
3 licentia minimè requiſita &c. † effectus igitur hu
ius commiſsionis erit, quòd executor gratiæ ob-
tentę ſuper unione, partes iudicis delegati ſuſci
4 piet, & † ut iudex, & cognitor, non autem, ut
merus executor procedat. capi. exhibita. de iud.
Rot. 392. nota ex hoc. in ant. & 370. ex hoc, in no.
D. Sarnen. in tract. manda. de prouiden. numer.
136. uerſicul. reperitur alia &c. Iſte igitur citabit,
proceſſus fieri mandabit, parteſque ſeu citatos
ad probandum, & uerificandum contenta in
commiſsione, ac contra ea, & alia reſpectiuè de
ducta, admittet. & ſi locus erit executioni unio-
nis, negocium terminabit, alioquin impetran-
tes, alioſque pro unione comparentes, ſeu præ
tendentes, reiiciet, & excludet. prout omnia iſta
probantur per Card. Alex. Dec. & Boe. ubi ſupra.
Aliam praxim ponit hic. D. Rebuff. glo. 11. ante
numer. 8. uidelicet, quòd committatur executo-
ribus, quòd faciant inquiſitiones, & remittant
& ſic Papa, uel alius qui commiſerit, uiſo pro-
ceſſu unionem probabit ſi cauſæ ſubſiſtant, alio
quin reiiciet, non nego non poſſe ita fieri, tamen
in ſummo Pontifice primam formam credo ma-
gis uſu receptam, ac magis iuri, & opin. docto-
rum conformem. De meris & mixtis executo-
ribus etiam cum clauſula ſi inueneris, & ſi tibi
conſtiterit, & quæ ſint partes executoris uide
Lap. alle. 15. idem eſt. numer. 6. & ſequ. & Plenius
per Vital. de Camba. in uerſic. clauſula ſi ita ſibi
conſtiterit in tract. clauſularum.

SVMMARIVM.

1 *Vocandi coram quo, & quando, & qui ſint, ad effectum huius. 2. par. regulæ.*
Intellectus duplex huius. 2. par. regulæ.
2 *Vocatio partis ſemper requiritur, ubi de alterius intereſſe agitur.*
3 *Citandi non ſunt, qui actui contradicere non poſſunt.*
4 *Patroni in unione an uocandi, etiamſi ſolum ius honorificum illis competat.*
5 *Citatio per edictum, vel proclama, præiudicat illis, quorum ſecundario intereſt,*

OCTAVO, ibi, uocatis quorum inte
1 reſt: quarto † coram quo, quando, &
qui uocandi ſint? Circa duo prima,
reſolutio pendet ab intellectu iſtius.
2. par. regulæ, qui duplex aſsignari
poteſt. Vnus erit, quòd omnia illa uerba. & ſem-
per unio fiat ad partes, vocatis quorum intereſt,
ſub una ſtructura poſita, ſe ipſa reſpiciant, quaſi
uelint dicere, commiſsio iſta in unionibus, fiat,
ſeu decernatur, ab ipſa ſignatura, uel ab ipſo cō
cedente, etiam ſi ab alio quàm a Papa conceda-
tur, uocatis quorum intereſt: ideſt dum commiſ
ſio fit, & ab eo a quo fit, uocentur quorum inte
reſt, & hoc uidetur rationabile, & iuri conforme,
2 † citatio enim, ſeu uocatio partis, ſemper requi
ritur ubicunque poteſt alteri præiudicium infer
ri, uel de alterius intereſſe agitur. l. de unoquo-
que. ff. de re. iud. l. nam ita diuus. ff. de adoptio. l.
1. §. denunciare igitur. &. §. denunciare autem o-
portet. ff. de uen. inſpicien. l. in diem adiectio. cū
uulg. ff. de aqua plu. arcen. l. ſi quando & ibi Bal.
C. de teſti. & cap. 2. extra eo. ſed per talem conceſ
ſionem unionis, & per talem commiſsionem,
præſertim magis uni, quàm alteri, & forſan inte
reſſe habenti, committendo, pluribus præiudi
cium inferri poteſt, ergo omnes tunc citandi.
Inſuper qualitas adiecta uerbo, requiritur tpe
uerbi. l. 3. ff. de aur. & arg. leg. l. titius & ibi Bar. ff.
de mil. teſt. Bar. i l. ex facto. ff. de uul. & pup. Dec.
conſil. 114. & pro tenui. in fi. & 129. & pro tenui
num. 5. iſta igitur qualitas commiſsionis, cum
uacatione quorum intereſt, adiecta uer. fiat, re-
quiritur tempore dicti uerbi, & ſic tempore quo
fit commiſsio, & ſic concludendum eſſe uidetur
uocationem, ſeu citationem requiri tempore
quo commiſsio huiuſmodi in ſupplicatione u-
nionis impetratur, & in conſequentiam quòd
uocandi, ſeu citandi ſint coram Papa, ſeu ſigna
tura, uel coram alio, ſi unio, & commiſsio ab
alio fit. Alter intellectus erit, & hic eſt uerus, &
tenendus, quòd uocandi & citandi ſint in par-
tibus coram executore, ſeu iudice in commiſ-
ſione deputato, de quo ſupra locuti ſumus, illi

quo-

quorum intereſt, & ſic in partibus, in ipſa diſcuſ
ſione contentorum in commiſſione, & pro illius
uerificatione, ſeu oppugnatione, & ſic illi execu
tores cum clauſula, uocatis uocandis, erunt qui
citabunt in partibus, & ſenſus erit, commiſſio
fiat ad partes, ſupple deputando executores cũ
clauſula uocatis quorum intereſt, & quia iſta ſo
let eſſe forma, & antiquus ſtilus, etiam per Car
di. Dec. & Boe. per me in proxima præcedenti q.
citatos approbatus, ulterius non inſiſto. Et pro
pterea contraria non obſtabunt, præſertim quia
in talibus commiſſionibus decernendis, non re-
3 quiritur † citatio, cum tales intereſſe habentes,
non poſſint huic actui contradicere, ad. l. recuſa
re. in prin. ff. ad Treb. l. ergo. §. illud. ff. de fideic. li
ber. l. qui poteſt inuitis. ff. de reg. iur. Ioann. And.
in. c. 2. col. 2. uer. præſidentes. de no. ope. nun. Bar.
in l. 3. §. ſi cauſa cognita. colum. fi. uerſ. ſed hodie.
ff. de bono. poſ. Bald. in l. minorum. in fi. C. in qui.
cau. in inte. reſtitu. non eſt neceſ. Rot. in no. 58. &
299. Mil. in Repert. in uer. Citari non oportet ad
actum. Albert. Brun. conſil. 1. col. 10. Soci. conſil.
4. col. 6. & 127. col. 7. lib. 3. Nicel. in 52. concor. gl.
fallen. 16. & 26. Iaſ. in. l. ne quicquam. §. ubi decre
tum num. 31. ff. de offi. procon. latè. Cur. Iun. conſ.
274. in cauſa uertente. nume. 13. D. meus Philip.
Dec. conſi. 498. uiſo caſu. ad fi. contradicent igi-
tur, & citabuntur quando erit tempus, id eſt dum
uigore talis commiſſionis, in partibus coram e-
xecutore, ſeu executoribus negocium diſcutie-
tur. Ad tertium quæſitum, qui uocandi ſint, di
co quòd text. regulæ hoc declarat, uidelicet om-
nes quorum intereſt, qui autem ſint iſti, quorũ
intereſſe poſſit, remitto me ad Petr. de Peruſio
in tract. Vnionum. cap. 5. ad Caccialu. in eodem
tracta. art. 6. & ad D. Rebuff. hic gloſſ. 11. Quibus
addo dum uolunt, unionem beneficiorum de iu
re patronatus, non poſſe fieri patronis non uoca
tis, & conſentientibus. Roc. in tracta. iurispatro.
in uer. honorificum. quæſti. 3. cir. medium. uerſic.
item in quantum etiam ſupra dictum ex remiſſi
ue quòd unio &c. & D. Hier. Gig. in tract. penſio.
quæſt. 23. num. 7. & pro noua ampliatione, Felin.
in tracta. quan. lit. apo. noce. patro. in. 7. limita. in
4 fi. ubi † ampliat etiam ſi ſolum ius honorificum
competat patronis, illis non uocatis literæ ſuper
unione non ualeant, per conſil. Card. ſupra alle.
96. quod ibi corrupte allegatur. & pro præmiſſis
uideatur Lambert. in tracta. iu. patro. art. 21. quę
ſtio. 9. par. 3. lib. 2. fol. 372. col. 3. & libr. 3. art. 2. q.
6. fol. 404. col. 3. uerſ. immo fortius uult Fel. & ui-
deatur omnino Pariſ. conſil. 128. in cappella. nu.
27. & ſeq. uol. 4. ubi impugnat dicta Felin. Addo
etiam quòd cautela erit quòd ultra citationem
contra eos quos. Caccialup. & alij dicunt uocan-
dos, cum regula noſtra dicat, uocatis quorum in
tereſt, quòd intereſſe dupliciter conſiderari po-
teſt, uidelicet principaliter, & ſecundario, bo-
num eſſet ad omne dubium tollendum, citare e-
tiam per proclama, ſeu edictum omnes alios &
5 quoſcunq; ſua intereſſe putantes: † citatio enim
iſta præiudicabit illis quorum ſecundario intere
rit. l. ſi eo tempore. & ibi Bar. per illum text. C. de
remiſ. pigno. Bar. in extra. ad reprimen. in uer. per
edictum Alex. in l. de uno quoque. in. 1. reſpond.
col. fi. ante. num. 15. ff. de re iudi. Felin. in cap. hu-
milis. nume. 5. uerſic. intellige prædicta. de maio.
& obedi. Cur. Iun. conſil. 23. præſupponitur in fa-
cto num. 8. uerſic. & ſubdit ibi Alex.

SVMMARIVM.

1 *De quarum unionum confirmationibus ſit interpretan-
da tertia pars huius regulæ, & ponuntur tres intel-
lectus.*
2 *Regulæ Cancellariæ an ſint locales?*
3 *Conſtitutio locum demonſtrans, generaliter tamen ligat
ſuadente ęquitate, & rationis identitate.*
4 *Confirmationes ſedis apoſtolicæ ſuper conceſſionibus alio
rum, non autem ipſius ſedis impetrantur.*
5 *Confirmationem ab alio petendam, quàm ab eo, qui con
ceſſit, & a maiori, nu. 6.*
7 *Confirmationem Principis multum operari, et ibi ponun
tur tres illius effectus.*
8 *Confirmationem Papæ plenam narrationem, & debitas
expreſſiones requirere.*
9 *Reformatoriam gratiam non requirere nouas expreſſio
nes, quæ in prima gratia præceſſerunt.*
10 *Intellectus ſi plures ad unam legem dari poßunt, unus
in ſe uerus, & ille bonus, qui per rationes, & alias
leges probatur.*
11 *Theologorum opiniones quando ſunt uariæ, faciens con
tra præceptum non peccat.*

1 NONO iuxta. 3. & ult. part. quæro † de
quarum unionum confirmationi-
bus, ſit intelligenda hæc regula? &
percurrẽdo plures intellectus huius
ultimæ par. primus erit, q interpreta
tio fieri debeat de oĩb. cõfirmationib. quarumcũ
que unionum, quòd dupliciter probatur: primo
quia regula indefinitè loquitur de confirmatio-
nibus unionum. Indefinita autem æquipollet v-
niuerſali. l. ſi pluribus. in prin. & ibi Bar. ff. de leg.
2. l. ſi plures gradus. & ibi Bar. ff. de leg. 3. l. placet.
& ibi no. Iaſ. num. 7. ff. de li. & poſtu. Ancha. poſt
Dy. ſuper Rub. de reg. iur. libr. 6. in 3. quæſtio. in
prin. num. 3. & ſeq. quod tanto magis procedit,
quando indefinita profertur a lege. Anch. ubi ſu
pra. uerſi. nam prolata a lege, ſine dubio æquipol
let &c. nos autem ſumus in prolata a lege, ergo
&c. ſecundo pars una conſtitutionis alteram de-
clarat. l. cum proponebatur. ff. de leg. 2. l. qui filia-
bus in prin. ff. de leg. 1. Abb. conſil. 36. col. ult. uol.
1. in aliis autem duabus partibus regulæ, inter-
pretatio facienda uenit generalis, & indiſtincta
ſuper quacunque unione, ergo & hic: dicemus
igitur hanc. 3. par. regulæ comprehendere om-
nes confirmationes, omnium unionum, hoc mo
doq; ſiue unio ab ordinariis, ſiue ab aliis faculta-
tem

tem habẽtib. ſiue ab ipſo ſummo Pontifice facta
ſit, & vnio huiuſmodi petatur confirmari ab epõ,
uidelicet, ſi a Vicario facta ſit, ſiue ab archiepi-
ſcopo, illa facta ab Epiſcopo, ſiue a primate, uel
Patriarcha, illa facta ab Archiepiſcopo, ſiue om-
nes iſtæ, & aliæ ab inferioribus facultatem haben
tibus, & etiam illę a ſummo Pontifice factæ, ab
ipſo ſummo Pontifice confirmari petantur, ſic lo
cus regulæ. Secundus intellectus erit, quòd ſo-
lum comprehendat confirmationes ipſius Papæ,
ſeu ſedis Apoſtolicæ, ſuper unionibus a Papa, uel
ſede Apoſtolica conceſſis, ſed iſte intellectus pen
det ab alia quæſt. quam ſubiiciam, & erit undeci-
ma, ubi diſcutiam, an regula iſta habeat locum
io ordinariis, & aliis, & ſic extra curiam? ſi enim
ſuſtineri poſſit pars negatiua quum de aliis con
firmationibus, & aliis unionibus quàm in curia
factis, interpretatio tunc ſumi non poſſet, neceſ-
ſariò de illis intelligere debebimus, argumento
tex. in l. 1. in fin. ibi quam enim aliam originem
hic habet. ff. ad municip. Tertius ſit intellectus,
quòd iſta ultima pars regulæ diſponat ſuper con
firmationibus Papæ, ſeu ſedis Apoſtolicæ, circa
uniones ab ordinariis, ſeu quibuſcunque aliis,
præterqoam ab ipſo Papa factas. Antequam ul
tra procedam, adducam tria, quæ huic interpre-
tationi reſiſtere uidentur, unum eſt quòd regula
indefinitæ loquens, omnem confirmationem cu-
juſcuoque unionis comprehẽdere debet, ad tra-
di. ſupra in primo intellectu. Alterum eſt, quòd
regula hæc, ut in 1. quæſt. probaui, eſt fauorabilis,
& iuri communi conformis, ergo latiſſimè inter
pretanda. cap. uni. iuncta glo. 1. & que no. ibi Ge
min. de re. permut. lib. 6. glo. in cap. ſtatutum, in
uer. numerandum. de præbend. eodem lib. Alex.
in l. ſi conſtante. colum. 3. num. 5. ff. ſoluto matri.
2 Tertium eſt, quòd † regulæ Cancellariæ dicun-
tur, eo quòd Cancellariam, & ſic curiam Roma-
nam reſpiciant, unde ſiue dicamus eas locales,
ut locum ipſum ligent, & non alia, uel non adeo
indiſtinctè. §. ſed ius quidem ciuile. inſt. de iur. na
tu. cap. 1. & cap. 2. §. ſtatuto. de conſtitu. lib. 6. ſiue
teneamus illas uniuerſales, qood eſt uerius ut
optimè probat Dom. Sarnen. in 2. quæſt. prohe.
regularum, a oumero 8. uſque ad finem quæſtio.
& probatur per tex. in authent. Caſſa. iuncta glo.
in uer. per Italiam. C. de ſacroſanct. eccleſijs, ubi
3 † coostitutio demonſtrans locum, tamẽ indiſtin
ctè, & generaliter ligat, ſuadente æquitate, & ra-
tionis identitate, loci enim demonſtratio ſit ple-
ruoque, ratione frequentionis uſus, ſequuntur
ibi Bartol. nume. 2. & alii. cap. 1. cum gloſ. in uer.
Franciæ. de immun. eccleſi. lib. 6. cap. 1. cum glo.
in uer. Italiæ. de tempor. ordin. eodem lib. Deci.
conſi. 70. & pro tenui. colu. 2. circa medium, ubi
de conuentione doctorum, facta de legendo Pi-
ſis, quòd ſe extendet etiam ad alia loca, utcunq;
igitur ſit, negari oon poteſt, quin regulæ Can-
cellariæ, multo magis, uel ſaltem eadem ratione,
locum habere debeant in curia Romana, ſicut
alibi, ergo illarum diſpoſitio, non minus reſpi-
ciat actus in ea, quàm extra eam, non minusq; re
gula iſta confirmationes unionũ in curia, quàm
extra eam factarum concernat. Præmiſſis non
obſtantibus, iſtum intellectum menti regulæ, om
nibus aliis magis conuenire, magisque ſubſiſte-
re credo, otq; facilius iſta ad oculum oſtendam,
uno inconuincibili fundamento, ſeu ſuppoſito
4 utar, quod erit. † Confirmatio Summ. Pont. ſeu
ſedis Apoſtolicæ, tum de ſtilo curiæ, qui pro lege
ſeruatur, ad c. qui graui, cum ulga. de crim. fal-
ſi, tum etiam de iure, impetratur, & impetrari ſo
let, ſuper actibus, ſeu conceſſionibus aliorum, nõ
autem ipſius Papæ, ſeu ſedis Apoſtolicę, ita loqui
tur. c. illa. uer. non ob. conceſſione, per capitulum
facta alii, ſeu confirmatione noſtra: & ſic capitu-
lum conceſſit, Papa cõfirmauit. ne ſed. uac. quia
diuerſitatem. de conceſſ. præben. & toto titul. de
confirm. util. uel inut. & c. ſi apoſtolicæ. de præb.
5 lib. 6. immo indiſtinctè uerum eſt † confirmatio-
nem ab alio petendam, quàm ab eo, qui conceſ-
ſit. l. adoptio non iure. cum glo. ubi illam adop-
tionem a principe confirmatam, exemplificat fa
ctam a magiſtratu, ſeu magiſtro grammaticæ. ff.
de adopt. Hoſtien. in ſumm. de confirma. util. uel
inutil. nume. 5. dum quærit a quo fieri debet con
firmatio, uerſicu. petendum eſt etiam ab alio quã
ab illo, qui fecit, quod petitur confirmari: & po-
ſtea declarat, quomodo eueniat, quòd aliquando
idem det, & confirmet, & non ſolum confirmatio
non obtinetur ab eodem, qui aliquid conceſſit,
6 ſed a maiori impetrari debet, alioquin ſi a pa-
ri, uel ab eodem, ſeu a ſucceſſore, diceretur po-
tius ratificatio, uel innouatio, Hoſtienſ. ubi ſu-
pra. & idem Hoſtien. in cap. 1. poſt princip. de lo-
ca. in uer. confirmatam, ideſt ratificatam, & inno
uatam, aliàs cum coofirmatio ad ſuperiorem
pertineat, improprié loqueretur, &c. ſequitur
ibi Abb. in 2. nota. & idem tenet Bald. in l. fin. C.
de legi. uerſicu. ulterius oo. ubi quòd cum Apo-
ſtolicus confirmet principem, illud eſt ſignum ſu
perioritatis. pro quo etiam facit alleg. l. adoptio,
non iure, cum gl. ff. de adoptio. Dec. in l. more ma
iorum. nu. 27. ff. de iuriſd. om. iud. ſequitur Pariſ.
conſi. 19 ſi tenemus. num. 3. uerſi. confirmatio eſt
actus ſpectans ad oerum ſuperiorem, &c. uol. 1.
eſt uerum, quòd poteſt conſiderari caſus, q; con-
firmatio ab eodem fiat, qui cõceſſit, puta ſi quis
conceſſit epiſcopus, ſeu legatus, & poſtea idem-
met effectus Papa confirmet, iuxta conſil. Bartol.
196. ciuitati Camerin. nom. 3. & Ruin. conſil. 23 1.
quia in dubium. num. 4. uolum. 1. ſed iſte erit ca-
ſus rarò contingens, inſuper non poterit dici cõ
firmatio uerè facta ab eodem, 1. habẽte eandẽ po
teſtatẽ. Retorquendo igitur argumentum, de
quo ſupra nu. 2. & 3. cum regula iſta eo magis in
curia Ro. locũ habere debeat, ergo & in cõfirma-
tionib. Papæ: uerũ quia Papæ confirmationes ut
præmiſi, impetrantur ſuper conceſſionibus ab
aliis factis, ergo neceſſariò regula iſta interpretã
da ue-

da ueniet ſuper confirmationibus apoſtolicis, u-
nionum ab aliis, quàm ab ipſa ſede Apoſtolica
factatum. Inſuper dato & non ceceſſo, quod con
ſiderari poſſet caſus, quod idem met Papa, unio-
nem fecit, ſeu illius ſucceſſor, unionem huiuſmo
di confirmet, de qua confirmatione per ſucceſ-
ſorem loquitur text. in cap. 1. ne ſe. uacan. iun. gl.
fi. quæ dicit, ex antiqua compilatione apparere,
unionem illam factam auctoritate Cæleſtini, &
confirmatam ab Inno. (quæ tamen confirma-
tio impropriè dicerur) unde ad illam regula
tanquam ad impropriam, & extrauagantem,
non ſe extendet, tamen in omnem caſum, iſtam
confirmationem, aut ſuperfluam eſſe dicemus,
ſi ſupponimus in prima conceſſione ſeruata,
& expreſſa fuiſſe, ea quæ debebant, cum ea-
dem auctoritas ſit in eodemmet Papa conce-
dente, & confirmante, uel in eo concedente, &
ſucceſſore confirmante. capitul. innotuit. §. quan-
uis autem. de electio. Bald. in. l. fin. C. de conſtit.
princip. Abb. in præalle. c. 1. in. 2. nota. de loca. un
de ſi erat ualida, non indigebat confirmatione,
Bald. in quæſt. ſciſmatis colum. 6. nume. 21. uerſi.
poſt hæc not. & iſta ſuperfluitas conſiderari non
poterit, quando Papa confirmabit conceſſio-
nes inferiorum, quia propter ſuperioritatem, &
eminentem poteſtatem, ſemper aliquod robur
7 conceſſioni priori adijciet, & † confirmatio prin-
cipis multum operabitur, argumento text. in l.
1. uerſicul. omnia enim noſtra meritò facimus,
quia ex nobis omnis eis impartietur auctori-
tas, &c. C. de uete. in. enuclea. capit. ſi apoſtolicæ
de prebend. lib. 6. facit gloſ. in cap. cum acceſ-
ſiſſent. in verſicul. confirmatum. poſt medium
de conſt. & not. Archid. in c. ſi motu proprio. col.
1, uerſicul. confirmatio enim principis multum
operatur, &c. de prebend. lib. 6. & tres effectus
operatur confirmatio papalis, ipſi enim facto
maiorem præſtat auctoritatem. cap. fin. cum glo.
in uerſi. auctoritate. 11. diſtinct. Si quid eſt inua-
lidum, ſupplet eius defectum c. quoties. de pac.
cap. 1. cum gloſ. in uer. auctoritatem. de tranſact.
& in dicta glo. in c. fin. 11. diſt. Tertio operatur,
quòd ſine eius licentia, non poſsit retractari, quod
ipſe confirmauit. c. 2. de confirm. uti. uel inuti. &
iſtos tres effectus ponit glo. ſi. c. frater. 17. quæſt.
4. Aut nos uolumus Papam confirmantem unio
nem à ſe prius conceſſam, aliquid ſupplere uel-
le unioni priori a ſe factæ, & tunc locus erit
gratiæ, perinde ualere, de qua per Gemini. con-
ſil. 128. factum tale eſt Bellemer. Decius. 552. ſi
prouiſus. in princip. Caſſado. Dec. 33. ſuper re-
gulis, & latè per Domin. Sarnenſ. in 7. quæſt. de
non iudi. iuxta formam ſuppli. & ſic erimus ex-
tra terminos confirmationis. Aut dicimus Pa-
pam per hanc confirmationem ſupplere uel-
le ſolemnitates expreſsionis ualoris, & citatio-
nis partis, de quibus in regula, & hoc etiam
erit ſuperfluum, quia per primam conceſſio-
nem hoc fieri poterat, ſeu poteſt. Demum con-

cordando regulã iſtam cum iure communi, ſeu cũ
opin. docto. in quantum fieri poteſt, quocunque
nomine uocemus confirmationem hanc papalẽ,
ſuper papali conceſſione, quo ad effectum, ſal-
8 tem illa erit gratia reformatoria, unde licet † con-
firmatio Papę actus ab inferiores geſti, requi-
rat plenam facti narrationem, & debitas expreſ-
ſiones. c. ſi apoſtolicæ. uerſic. noſque poſtmodum
plena de iis facta narratione &c. iun. gloſſ. in uer.
præferri. poſt princ. ubi quòd in tali confirmatio
ne facienda eſt mentio de prioribus beneficiis,
rationem ſubdit, quia per illam acquiritur ius
nouum. Sequitur ibi Gemini. ante fi. & Phi. Frã.
num. 6. faciens regulam, quòd mentio facienda
eſt in omnibus literis, per quas nouum ius ac-
quiritur, uel acquiſitum confirmatur, ſeu conſer
uatur, uel augmentatur, de prebend. libr. 6. &
quòd confirmatio Papæ prædicta, requirat debi
tas expreſsiones, firmat Arch. in. cap. ſi motu pro
prio. colum. 1. ante fi. de præben. lib. 6. dicens ita
reſpondiſſe Bon. 8. D. Auditorib. ſacri palatii, per
ſuum Referendarium, & quòd iſtud communi-
ter in curia teneretur. Sequitur Lud. Roma. conſi.
383. in propoſito caſu. numer. 1. & 4. idem etiam
colligitur ex nota. Deci. Beſſemer. 635. ſuppoſita
ordinatione. in prin. ſi bene cõſideretur, diſputat
enim an in reformationibus gratiarum ſit opus
facere mentionem non obſtantiarum beneficio-
rum? cõcludit pro parte negatiua, quia ſat eſt fe
ciſſe in principali gratia per Papam facta, ſecus
dicit eſſe in confirmationibus. ſubdit rationem,
quæ eſt, quia nil Papæ præceſſerit, & ſic duo ne-
ceſſario ad rem noſtram inferuntur, & ſic omne
cõtrarium ceſſabit. Unum eſt quòd Dec. illa in-
dubitanter loquitur, & interpretari debet, de cõ
firmatione Papę ſuper conceſſione inferioris, qd
patet ibi, nihil Papæ præceſſerit, & ſic conſonat
cum iis quæ ſupradicta ſunt, quòd illa uera, &
propria dicitur Papæ confirmatio, quando nil
Papæ præceſſerit, uel nihil Papa antea conceſsit.
Alterum ſequitur arguendo a contrario ſenſu, &
a ratione ceſſante, quòd ſi Papæ aliquid præceſ-
ſiſſet, & ſic conceſſio prior ipſius Papæ, idem di-
cendum eſſet in reformatione, quod in confirma
tione: ceſſaret enim illa ratio differentiæ, & ſic ip-
ſa differentia. ſi igitur regulam noſtram intelliga
mus loqui de confirmationib. papalib. ſuper con
ceſſionib. inferiorum, cũ requirat expreſſiones,
& partis uocationẽ, omni iure, & omni doctorũ
ſanæ opin. conformis erit. Alioquin ſi ſiniſtrè, &
prout uerba forſan patiuntur, interpretemur
de confirmationibus Papæ, ſuper conceſſioni-
bus papalibus. ultra alia abſona, contradicemus
9 illi communi opin. quæ eſt, quòd † Reformato-
ria gratia non requirit nouas expreſſiones, quæ
in prima gratia præceſſerunt, ad Belleme. ubi ſu
pra, & Rot. 274. licet in ſubrogatione, in no. Ro-
ma. in præalle. conſ. 383. in propoſito caſu. num.
1. & 4. Fel. in. c. in noſtra corre. 16. in. 1. caſu. de re-
ſcr. Io. de Syl. de beneficio par. 2. quæſt. 12. nu. 14.

in 8.quæſt.ex præmiſſis tolluntur illa tria obiecta,
quæ præmiſi,contra hunc intellectum,ut enim re
gulam a iuribus,& doctri. communibus non di-
ſcordemus,& ad tollenda abſurda , & quia mens
regulæ,huic declarationi nobis inſeruit , omnia
contraria ceſſabunt.Formulas reformatoriæ gra-
tiæ iuniores inuenient,infra in 84.quæſt. Regulæ
de annali.Nec quis miretur me uehementer labo
raſſe pro inueſtigando uero intellectu huius. 3.
10 par.regulæ, quia † intellectus ſi plures ad unam
legem dari poſſunt,unus tantum in ſe uerus eſſe
poteſt,& ille bonus,qui per alias leges, uel ratio-
nes probatur,alioquin omnes periculoſi.l. in am
biguo.ubi Bar.nu.2.ff.de reb.dub. ſequitur Alex.
in l.ſtipulatio hoc modo.§.alteri.nu.18.uer. item
facit quia negari non poteſt.ff.de uerbo.obl.Bal.
in l.2.in.2.col.C.quan.prouo.non eſt neceſ.Alex.
in l.diem functo.in 2.col.ff.de offic. aſſeſ.& in l.fi.
colum.fina.ff.quod quiſque iur. glo.fin.in c.1.de
conſti.lib.6.Bal.in c.fi.de conſti.ubi quòd quan-
do ſtatutum habet plures intellectus, non poteſt
ad deciſionem cauſarum allegari , nec ſententia
contra illud lata eſt nulla, pro quo adduco text.
in l.cum prolatis. cum ibi per utrumque Imo. ff.
de re iudic.Huc pertinet quod pulchrè uoluit Io.
de Ana.in c.Petrus.col.1.de homi.quòd quando
lex præcepti habet plures intellectus faciens con
tra eam non peccat. Amplia idem eſſe in lege
Dei,ad nota.per Ioan.And.& Abb.in c. cappella
nus.per illum tex.de fer.ſequitur Iaſ.in l.admonē-
di.in 1.lectu. nu. 69. ff.de iureiur. ubi quando
11 † theologorum opiniones ſunt uariæ, faciens con
tra præceptum,non peccat.pro præmiſſis uidea-
tur conſi.Marci Man.148.in præſenti.nu.35. pro
quibus etiam omnino uideatur Iaſ.in l. naturali-
ter.§.nihil commune. nume. 99. vbi ad rem no-
ſtram concludit ; quòd quando lex habet plures
intellectus , & unus tantū approbatur in effectu
eſt ac ſi haberet unum ſolum intellectum. ff. de
acquiren. poſſeſ. & per præceptorem meum Do
min.Philip.Decium.in l.quoties idem ſermo.co-
lum.fin.ff.de reg.iur.ubi docet quem intellectum
ſequi debeamus.

S V M M A R I V M.

1 *De quibus confirmationibus,an in forma communi,an ex certa ſcientia,an utriſque intelligi debeat tertia pars regulæ.*
2 *Genus ex propria natura continet ſub ſe omnes eius ſpecies.*
3 *Confirmatio in forma communi dicitur propria,uera, & naturalis.*
4 *Confirmatio ex certa ſcientia an dicatur propriè, ſimpliciter,& naturaliter confirmatio,& nu.10.*
5 *Confirmatio Papæ in dubio ad actum legitimè factum refertur.*
6 *Confirmatio ſecundum ius,ſeu iuſtitiam,eſt illa in forma communi.*
7 *Confirmatio ex certa ſcientia dicitur diſpenſatio.*
8 *Confirmatio ſine cauſæ cognitione dicitur in forma communi,illa uerò cum cauſæ cognitione nuncupatur ex certa ſcientia.*
9 *Confirmationem in forma communi parum uel nihil operari.*
11 *Confirmatio ex certa ſcientia principis citationem quorum intereſt,& cauſæ cognitionem requirit.*

1 DEcimo ſubſequenter quæro † An pars
iſta regulæ intelligi debeat de confir
mationibus in forma communi, an
verò ex certa ſcientia, an de utriſq;.
Et cum regula dicat,idem obſeruari
uoluit in confirmationibus , debet intelligi de
omnibus. Tum quia indefinita præſertim legis
æquipollet uniuerſali,ut dixi in prin.quæſ.præce
den.Tum quia eadem ratio uidetur eſſe in una
confirmatione,quæ in alia,quo ad contenta in re
gula,ergo eadem iuris diſpoſitio reſultare debet.
C.de conſti.pecu.l.ulti.c.inter corporalia.de tran
sla.c.cum dilecta.uer.nos igitur.cum glo in uerſ.
ſimilitudine.de confirm.uti.uel inuti.l.illud.cum
uulg.ff.ad leg.aquil. Tum & tertio,quia materia
eſt fauorabilis,tum reſpectu fauoris publici,tum
animarum,vt in prima quæſt.huius regulæ proba
ui,ergo latiſſima,& pleniſſima fieri debet inter-
pretatio,& ſic omnis confirmatio uenit in fauo-
rabilibus.Quarto quia etiam ex propria natura
2 † genus continet ſub ſe omnes eius ſpecies. l. ſi
quid earum.§.inter emptū.& l.item legato . ubi
ſub legato generis continentur omnes ſpecies ff.
de lega.3.l 2.§. doli mali mentio hic & uim in ſe
habet.ff.ui bono.rapt.iun.glo.in uerſi. in ſe.l.ſem
per in generalibus.ff.de reg.iur. Bal.in l.2.uerſic.
ſed tu dic.C.de in.aur.anu.ubi quòd ſpecies in-
ſunt ſub genere per ueritatem, ſequitur Dec.in l.
in toto & pars.poſt prin.uer.& hoc idē dicit Bal.
&c.ff.de reg.iur. c.deliberatione.§. prohibemus.
cum gl.in uer.ſpecie.& ibi Gemin.in prim.not.
prohibito genere, quælibet ſpecies prohibita ui-
detur,& remoto genere quælibet ſpecies remota
cenſetur.de offi.lega.lib.6.Bal.in l. omnes popu-
li.col.2.uer.præterea a quo remouetur.ff de iuſti.
& iu.& Mar.Tullius in lib.1.de inuentione, dum
tractat de abſolutione,diffinit genus eſſe qđ plu
res partes amplectitur,ut animal : partem uerò
quę ſubeſt generi,ut equus. In contrarium quòd
debeat fieri interpretatio de confirmationib. in
forma communi,& non de aliis , probatur: quia
uerba ſtatuti ſeu conſtitutionis ſunt propriè, &
naturaliter , non autem impropriè , accidentali-
ter, & ſecundum quid accipienda l.3.§.hæc uer-
ba.cum gloſſ.in uerſicu.hæreditatem.ff.nego. ge-
ſto.l.fina.C.de iis , qui ueni. ætat. imper. l.1.ff.de
3 donatio.l.3.§.1.ff.de tute. † Confirmatio autem
uera,propria , & naturalis eſt illa in forma com-
muni.expreſſaque ſimpliciter confirmatione, il-
la ſolum uenit.capitu.porrecta.& ibi gloſſ.& do-
cto.de confirma.util. uel inuti. ubi omnes inter-
pretantur , quòd ſub nomine confirmationis

ibi expreſſo, ueniat tantum illa in forma commu
ni.cap.quia diuerſitatem,ubi in tex.illa in forma
communi tanquam ordinarie a ſede apoſtolica
impetrari ſolita exprimitur. cap. ex parte. Innc.
glo.in uerſicu.confirmatione.& ibi not. Cardin.
in 2.oppo.uerſic.& ex hac glo.tum.litera,colligi-
ter,quòd nomen,confirmationis,in forma com-
muni.de conſti.Abba.conſi.57.in quæſt. quæ uer
titur.colum.fin.num.6.uerſic. moueor principa-
liter.quia Domi.Papa in ſuo priuilegio non fuit
vſus uerbo confirmamus,& ſic non poteſt dici,ꝙ
fuerit confirmatio in forma communi &c.& po-
ſtea ibi,quæ uerba clarius luce demonſtrant, ꝙ
Honorius ſimpliciter in forma cõmuni noluit cõ
firmare &c.uol.2.Dec.ſuper rub.de confirm. uti.
uel inuti.col.1.in fi.uerſ.& ideo appellatione con
firmationis intelligitur de confirmatione in for-
ma communi &c.& col.2.poſt medium, ibi quia
appellatione confirmationis intelligitur de con-
firmatione in forma communi &c.& poſtea. uer.
& ꝙ uerbum confirmamus uideatur importare
confirmationem in forma communi &c. & in ca.
examinata.in fi.eo. & conſi. 72. uiſo puncto.ante
fi.uerſ. præterea talis confirmatio facta ſimplici-
4 ter uidetur facta in forma communi &c.ſed †con
firmatio ex certa ſcientia non dicitur propriè,ſim
pliciter,& naturaliter confirmatio, quia non eſt
ſolum prioris iuris corroboratio, ſed quaſi noua
conceſsio,adeo ut qui confirmet ex certa ſcientia
dare uideatur,contra propriam naturam confir-
mationis:prout omnia hæc probantur per Bart.
in l.more maiorum col.2.nu.5 uer.dic clarius. ff.
de iuriſ.om.iudi.cum quo tranſeunt ibi commu
ter docto.D.meus Phili. Dec.ſuper rub.de confir.
uti.uel inuti.col.1.uerſ.& retenta deſcriptione.In
5 ſuper†confirmatio Papæ,quæ ad actum iuridicè
factum, & etiam ad actum non iuridicè factum
referri poteſt, in dubio refertur ſolum ad actum
iuridicè factum.Inno.in c.dudom. ante fi. ſuper
uer.derogetur cum iis quæ ſequuntur.Ioan.And.
ibidem in fi. quod dictum ibi Anto. de Bu.r. an-
te nume.16.dicit nota.& alibi non de facili repe
riri.de decimis.idem uoluit Bald. in l. bonorum.
la 2.colum.1.in 2.nota.C.qui admi ſequitur Ale
xan.conſi.59.uiſo inſtrumento.colum.penul.nu-
mero 9. uerſic. præterea reſpondeo per id quod
ſolenniter.uolum.1.& Felin.in capitu. 1.de con-
ſti.nu.26.uer. & hinc eſt, ꝙ confirmatio Papæ de
conſti.& in c.1.col.6.uer.aliquando verba non ſo
nant.de reſcri.Idem Feli.in c.qualiter,& quando.
1.col.12.uer.Quarto limitat.de accuſa.Hypo. de
Marſi.Syngu.166.incipien.confirmatio ſuperio-
ris.& conſi.75.clementiſsimi.nu.25.lib.1.& Ruy.
conſi.62.diſcuſſo laborioſo.col.fi.num.28. uol.5.
6 †Confirmatio autem illa ſola dicitur iuridica,ſeu
ſecundum ius,uel iuſtitiam,quæ eſt in forma cõ-
muni.c.quia diuerſitatem.uer. mandamus. in fi.
ibi,quæ confirmat beneficia, & præbendas ſicut
iuſtè & pacificè poſsidentur.c. 2. uerſic. non ob-
ſtant.ibi,ſeu confirmatione noſtra, ſi qua in for-
ma communi apparet obtenta,cum nuſquam in
ueniatur cautum in iure &c.ne ſede uacan. Inno.
in prealleg.c.dudum.ante fi.ibi, ſed ſicut ſimpli-
citer dixit,cõfirmo decimas ſicut iuſtæ &c. de de
ci.Archid.in c.ſi motu proprio.columna 1. ante
medium.uer.præterea talis confirmatio uidetur
eſſe de iuſtitia,non mera gratia &c. de præbend.
lib.6.Io.And.in c.ſi apoſtolicæ.ſuper gl. in uerſi.
non in forma.ibi dicit quòd iſta eſt forma inſti-
tiæ &c.eo.lib.& tit.& per Specu.de reſcript.præ-
ſenta.in §.ratione formæ.num.29.uerſi. ſequitur
uidere de cõfirmationibus,& priuilegiis,& ſcias
quòd confirmatio ſicut iuſtè &c. Accedit quòd
7 †cõfirmatio ex certa ſcientia dicitur diſpenſatio
Bart.in l.idem Vlpianus. ff.de excluſ.tuto. ſequi-
tur Glo.pragma.titu.de elect.c.licet.in uer.cano
nicas.uerſ.niſi fiat ex certa ſcientia.Bal.in c. cum
ſuper.in prin.de cau.poſſ.& proprie.Abb.in c.pe
nul.ante fi.Ibi quia Papa uidetur diſpenſaſſe ſic
confirmando &c.& Dec.ſuper rub.de confir. uti.
uel inu.col.fi.uer.& talis cõfirmatio ex certa ſciẽ-
tia in effectu dicitur diſpenſatio &c. uerba autẽ
huius regulæ non conueniunt diſpenſationi, er-
go non debemus de illa intelligere. Vltimo ſe-
cundum terminos huius regulæ, cum requiratur
commiſsio ad partes & uocatio eorum quorum
intereſt,etiam in confirmationibus unionum, ſi
Papa confirmabis committens ad partes,in par-
tibus fiet cognitio,ad ea quæ dixi ſupra quæſt. 8.
ueri ſimiliter igitur,& a communiter contingen-
tibus non fiet cognitio, & diſcuſſio coram Papa
confirmante,alioquin fruſtra poſtea in partibus
8 requireretur.†Confirmatio igitur illa ſine cauſæ
cognitione nuncupanda erit,in forma commu-
ni. illa uerò cum cauſæ cognitione uocabitur, ex
certa ſcientia.prout de prima loquitur tex. in ca
pitu.quia diuerſitatem.& ibi gloſſ. & doctor. de
conceſ.præben.& de ſecunda loquitur.tex.in ca-
pitu.primo & 2. & glo.magna in dictis.cap. 1. &
ibi Abba.antiq. optimè declarat utrumque. de
confirm.uti.uel inuti.& Dec.ſuper rubr.columna
ſecunda.in fin.& colum.fina.ante fin. ubi conclu-
dit illam dici in forma cõmuni,quæ fit ſine cau-
ſæ cognitione,ac illam,quæ cum cauſæ cognitio-
ne eſſe, & nuncupari ex certa ſcientia. Hoſtien.
in ſumma eod. in §. quis ſit effectus confir-
mationis,cir.medium,uerſi.ſecundæ uero confir-
mationis.ſ.quæ fit cum cauſæ cognitione ex cer-
ta ſcientia,magnus eſt effectus &c. eodem modo
(licet per alia uerba) diſtinxit Bal. in l. ex uerbis,
poſt medium.uerſic.& inducit glo.C.de donatio.
inter ui.& uxo.ubi dicit,aut fit confirmatio cum
cauſæ cognitione,& facit ius,aut ſine cauſæ cogni
tione,& nihil operatur,quæ uerba idem inferunt
ac ſi dixiſſet in primo caſu eſſe confirmationem
ex certa ſcientia,in ſecundo uero in forma com-
muni;ut ex infra dicendis apparebit. & formam
confirmationis in forma communi, & alteram
ex certa ſcientia,ponit Specu.in titu.de reſcr.præ
ſenta. §.ratione formæ.nume.29.& 30.& ad eum

ſe

ſe remittit. Bal.in l.adoptionem nõ iure. nu.6.ff.
de adoptio. Pro tertia opi.ꝙ immo interpreta-
tio facienda ſit in noſtra regula; de confirmatio-
nib. ex certa ſcientia tantum, facit ꝙ uerba ſunt
accipienda in potiori ſignificatu .l.1 §. qui in
perpetuum.ff.ſi ager uecti.uel.emphi.peta.Soc.
conſil.304.aliás ult.uiſo ſtatuto lib.2.col.1.uerſ.
tertia,& ultima ratio eſt, ꝙ uerba ſtatuti debent
intelligi in potiori ſignificatu &c.Dec.conſ.522.
in cauſa nu.1.& in.l.ſemper in obſcuris.nume.7.
ff.de reg.iur.potior autem, & ualidior eſt confir-
matio ex certa ſcientia, quam illa in forma com
muni, ut de ſe patet, & ex infra adducendis ap
parebit, ergo de iſta ex certa ſcientia facienda e-
9 rit interpretatio. Secundo † confirmatio in for
ma communi parum, uel nihil operatur.c.quia
diuerſitatem. ubi omnes nõ.de conceſ. præben.
c.quia intentionis. iun.glo.ſi.cir.medium.ibi ſic
& confirmatio in forma obtenta &c.de priui.glo.
in.c.cum acceſſiſſent; in uer.confirmatum. ante
ſi.de conſt.c.examinata.cum glo.in uer.confirma
tioni.& Abb.antiq.in.c.1.poſt medium.uerſ.aut
non apponitur de confir.uti.uel inu Hoſtien.in
ſum.eo.§.quis ſit effectus.uerſ.illa enim confirma
tio,quæ in forma communi conceditur, nullum;
aut modicum ius tribuit. Specu.in titu.de leg.§.
nunc oſtendendum, uerſ.undecimo eximit.Ol-
dra.conſ.164.uiſo priuilegio.in ſi.Barto.in.l.pri
uilegia.poſt prin.C.de ſacro.eccle.Dec.conſ.72.
uiſo punct.ante ſi.conſ.516.quoniam cauſa .col.
3.numer.12.& conſ.638.communitas. Caſſado.
Dec.uni.de confir.uti.uel inuti.num.2.Si igitur
parum, uel nihil operatur, ad quid ſuper ipſa,
regula iſta emanaſſet,& ad quid expreſſio annuo
rum ualorum? ad quid commiſſio ad partes? ad
quid denique citatio, ſeu uocatio intereſſe pu-
tantium? quum nullum, uel leue,& inconſidera
bile præiudicium inferatur? immo iſtę expreſſio
nes, & iſta requiſita, oſtendunt, ꝙ interpreta-
tio fieri debeat de confirmatione ex certa ſcien-
tia, prout in ſimili no.Io.And.in.c.ſi apoſtolicæ,
poſt prin.& ibi Fran.nu.5.ſuper gl.in uer.confir-
10 mamus. Tertio † confirmationem a Papa fa-
ctam ſimpliciter, interpretamur ex certa ſcien-
tia, ita concludit Abb. anti.in.c.1.de confir.uti.
uel inut.ante medium,uer.& no.ꝙ quandoq; Pa
pa ſimpliciter confirmat &c.ſequitur Io.And.ſu
per glo.penul.in.cap.penul.eo.& Anto.de Bur.&
Card.in dicto cap.penul.Abb.Panor.in.cap.exa
minata. ante numer.6. uerſicul. iungendo ergo
&c.& aſſignant rationem, quæ eſt, ꝙ propria
natura uerbi(confirmo)ſit, ut res firma fiat.idem
concludit Alex.conſil.1 lib.5.numer.25.uerſicul.
plus dicunt Io.And.&c.& iſta eſt communis o-
pin.prout etiam atteſtatur Deci.ſuper Rubr.de
confir.uti.uel inuti.colum.2.numer.3.licet ipſe
contra communem uideatur reſidere. cum igi-
tur in noſtra regula ſimpliciter ſine alio adiun-
cto fiat mentio de confirmatione, debemus in-
terpretari de illa ex certa ſcientia, iuxta dictam
communem opin.quicquid Dec.contra teneat.
Vltimo intelligendo regulam noſtram ꝙ loqua-
tur de confirmationibus ex certa ſcientia, illam
11 conformem eſſe dicemus iuri communi, † con-
firmatio enim ex certa ſcientia principis, citatio
nem eorum, quorum intereſt, & cauſæ cogni-
tionem requirit. eſt tex.in.l.adoptio non iure. cũ
l.ſequen.ff.de adoptio.ubi ꝙ iudices æſtimabũt
adhibitis contradictoribus, an obtineri debeat
quod petitur. & ibi declarat Bar.in.l.adoptio.&
Bal.in.l.nam ita.in prin.Hoſtien.in ſum.de cõfir.
uti.uel inu.§.qualiter facienda ſit.uerſ.hoc ſi quæ
ratur, de confirmatione ius tribuente, ſecus de il
la quæ in forma communi quotidie impetratur,
& pondero tex.in præalleg.l.nam ita. ibi æſtima
bunt iudices. & ſic poteſt ſumi argumentum, ꝙ
ibi princeps commiſerit,& ſit ſimilis commiſſio
iſti regulæ noſtræ. Et dixit Abb.anti.in.c.1.ante
ſi.audiuiſſe, ꝙ cum Papa confirmat ex certa ſcien
tia, facit ſuper hoc edictum in audientia propo-
ni, aliàs non diceretur fieri ex certa ſcientia. de
confir.uti.uel inu.refert, & ſequitur Io.And.in c.
penul.in ſi.& Cardi.& alii eo. Alex conſ.123.ſcri
pſit eccleſiaſticus.colum.7.nu.18.uerſ.& facit ꝙ
uoluit Abb.anti.uol.4.Sicut igitur confirmatio
principis quando eſt ex certa ſcientia, requirit ci-
tationem; & iudicum cognitionem, prout in al-
leg.l.adoptio.&.l.ſeq & ibi conſtat, ꝙ loquitur
de confirmatione ex certa ſcientia, prout ibi per
docto.& Bar.in.l.more maiorum.nu.5.ff.de iu-
ris.om.iudi.& per Ruy.conſ.196.primo uiuen-
dum, nu.4.uol.1.ita & noſtram regulam idem re
quirentem, interpretari debemus de ſimili con-
firmatione ex certa ſcientia. Item ſicut Papa con
firmando in forma ſpeciali, ſeu ex certa ſcientia,
edictum in audientia proponi faciebat: ſic quũ
regula iſta requirat citationem confirmationis,
de eadem intelligere debemus, pro qua alii Sum
mi Pontifices citationem requirebant: interpre-
tatio enim ſecundum curſum temporis aliorum
pontificum facienda eſt, prout pulchrè per Ol-
dra conſ.266.nu.6.uerſ.præterea reuocatio &c.
Iſtam igitur uocationem partis, in confirmatio-
ne ex certa ſcientia, iuxta ſtilum conſuetum an-
tiquorum pontificum, quo ad confirmationes
unionum moderni Pontifices uoluerunt meliori
ratione, & pro faciliori diſcuſſione, in partibus
fieri debere, non autem in audientia,& licet regu
la non diſtinguat de qua confirmatione, quia re-
perimus ſolitam citationem, ſolum in confirma-
tione ex certa ſcientia, cum nunc de citatio-
ne in confirmatione loquatur, iura iuribus con-
cordando, de eadem ex certa ſcientia intelligere
debemus. Quid tenẽdũ? omnes iſtę tres opi.ſunt
ſatis diſputabiles. pro nunc tenetem ultimam
opin.pro qua argumenta adducta mihi magis
urgere uidentur, ex quibus poteſt colligi ſolu-
tio ad contraria.

SVMMARIVM.

1 *Regula iſta, an procedat in ordinarijs.*
Epiſcopus in ſua eccleſia reſidere debet, ſicut maritus cum vxore.
2 *Vnire ad tempus ordinarij non poſſunt.*
3 *Regulas de valore loquentes, non habere locum in ordinarijs.*
4 *Ordinarij ſine cauſa vnire non poſſunt.*
5 *Remedium ordinarium extra ordinarium ceſſare facit. Limita niſi concurrant, vel vnum magis altera expe dit. num. 10.*
6 *Indiſtincta locutio indiſtinctè accipienda eſt.*
7 *Legati, & alij ordinarij vnire poſſunt.*
8 *Abundans cautela non nocet.*
9 *Epiſcopi apud principes temporales adulatorum, aſſentatorum, & paraſitorum officium exercentur damnantur.*

1 VNdecimo quæro, † an regula iſta habeat locum in ordinarijs? pro parte
negatiua facit, quòd ubi uerba non
conueniunt, diſpoſitioni locus eſſe
non debet. l. ſi uerò §. de uiro. ff. ſolu
to matrimon. l. hos accuſare. §. omnibus. ff. de ac
cuſa. l. dies cautioni. §. toties. & ibi not. Bartol. ff.
de damn. infe. ſed ordinariis non conuenit com-
mittere ad partes, cum eſſe, & reperiri debeāt in
partibus, & in ſuis epiſcopatib. reſidere debeāt.
Epiſcopus enim, & quilibet ſuperior, in ſua eccle
ſia, tanquam maritus cum ſua coniuge reſidere
debet. capitul. inter corporalia, de transla. præla.
Abb. in cap. bonæ, 1. de poſtu. præla. in 3. nota. ibi
Epiſcopatus autem requirit reſidentiam conti-
nuam, &c. non eſſet igitur conueniens, quòd or-
dinarii præſentes in partibus aliis committerēt,
& ſenſui, immo naturæ reſiſtit, quòd in partibus
exiſtens ad partes committere poſsit. Inſuper ſi
hæc regula cum non diſtinguat, intelligi poſsit in
unionibus temporalibus, quæ perſonales dicun-
2 tur, & cum perſona expirant, clarum eſt † illas or
dinariis non conuenire, ſunt enim palliatæ reſer-
uationes, ſoli Papæ conuenientes. Gemin. conſil.
38. pro clariori. nume. 11. uerſicu. ſed unio ad ui-
tam. Caſſador. ſub titulo, de uniu. deciſio. 2. nu.
9. & ſuper regulis, deciſio. 31. num. 5. Item confir
mationes, de quibus in ſi. regulæ, non conueniunt
ordinariis, nec in illis comprobari poſſunt, ut ſu-
pra probaui in 9. quæſtio. huius regulæ, ergo di-
cendum eſt regulam iſtam in ordinariis locum
ſibi uendicare non poſſe. Accedit, quòd hæc re-
gula requirit expreſsionem ualoris, nos habe-
3 mus † regulas de ualore loquentes, non habere
locum in ordinariis, Fely. in cap. ad aures. colum.
penult. in 14. conclu. de reſcrip. Caſſador, deciſio.
31. ſuper regulis nume. 5. Sarnen. in 2. de ualore.
nume. 6. & ibi rationem aſſignant. ita dicendum
erit regulam iſtam, de ualore loquentem, nō pro
cedere in ordinariis. Ex præmiſsis ſequitur, quòd
nulla iſtarum partium noſtræ regulæ, in ordina-
riis uera reddi poteſt, non enim ualoris expreſ-
ſio, non ad partes commiſsio, non denique v-
nionis confirmatio illis conueniunt. Poſtremò
magna diuerſitatis ratio colligi poteſt, quare
magis in unionibus ſummi Pontificis, quàm
ordinariorum huius regulæ diſpoſitio procede-
4 re debeat, quæ eſt quòd † ordinarii non poſſunt
unire ſine cauſa, & ſi uniant uniones non ſubſi-
ſtunt. Oldrad. conſil. 261. in unione requiritur.
Rota 510. nota, quòd unio in antiq. & 59. unio
facta uerſicul. ſecus uero, ubi nulla cauſa ſubſit.
in no. Mil. in repertor. in uerſi. unio facta ex falſa
cauſa, poſt princip. ubi dicit, quòd ubi ſit unio
non allegata aliqua cauſa, tunc eſt ipſo iure nul
la, ſubdens, intellige quando ſit unio ab inferio-
re a Papa. Caccialup. in tractat. unionum. articu.
5. num. 2. Felyn. conſil. 35. num. 11. Caſſador. 8. de
conceſsio. præbend. Pariſi. conſil. 36. num. 8. uol.
4. Papa autem cum in beneficialibus ſit domi-
nus abſolutus, nec ſit qui ei dicere poſſit cur
ita facis? non eſt dubium, quòd etiam ſine cau-
ſa, & ad ſui libitum unire poterit. Sequitur igi-
tur, quòd quo ad uniones papales, regula fuit
ſat ſuperque neceſſaria, quo uerò ad ordinarios
minimè, cum remedio ordinario contra tales
5 uniones ſine cauſa factas ſuccurreretur. † Stante
igitur remedio ordinario, & communi auxilio,
ceſſare debet remedium, & auxilium extraordi-
narium. l. in cauſæ. 2. in primo reſpon. ff. de mino.
l. quædam. in princip. ff. de edend. l. cum fine. in
princip. ff. de Carbo. edi. Rot. 446. Si tara. colum.
1. in fin. uerſicul. ex quo enim habet hoc reme-
dium, non eſt ſibi concedendum extraordina-
rium, &c. in no. Domi. meus Philipp. Decius ſu
per rub. de probatio. poſt num. 127. Pro parte ue
rò affirmatiua primum fundamentum erit, regu
6 la non diſtinguit, ergo † indiſtinctè intelligenda
eſt. l. imperator. ff. de poſtuland. l. 3. ff. de offic. præ
ſid. l. de precio. & ita ibi ſummat Bar. ff. de publi.
l. 1. §. generaliter. ff. de lega. præſtan. c. quia circa
de priuileg. §. ſed ſi inſtituto. Inſti. de uulga. Dec.
conſi. 360. perſcrutatis. numer. 5. ibi, & cum ge-
neraliter dicatur de iuriſdictione, uidetur inclu-
di quælibet ſpecies iuriſdictionis, &c. Iaſon in l.
quamuis. numero primo. ff. de in ius uocand.
Cum ergo de unionibus loquatur regula hæc, de
quibuſcunq; interpretatio fieri debet, & a quo-
7 cunque fiant, ſed † a legatis, & aliis ordinariis
fieri poſſunt. cap. ſicut unire, de exceſſ. prælator. c.
quod translationem, de offic. lega. Rot. 458. not.
ſecundum maiorem in anti. & 58. legatus. & 118.
ſecundum maiorē in no. & Belleme. 403. legatus
de latere. ergo etiam uniones ab iſtis factæ, ſeu fa
ciendæ, comprehendi debent in regula. Secundū
erit, Papa per hanc regulam imponit ſibi, & unio
nibus a ſe faciendis, ſeu confirmandis legem, er-
go a fortiori imponat inferioribus. argumento
authen. multo magis. C. de epiſco. & cle. clem. 1.
in princi. de reliqui. & uene. ſancto. c. ſuper eo. de
uſur. & hoc argumento utitur etiam ad ſimilem

effectum

effectum regulæ de ſubtogan. Gloſſatot anti. ante ſi.& facit illud,ſecundum quod Papa facit, facere debent inferiores. cap. licet in tegulis . ante medium. ibi,per uos impleri cupimus.16.qó. 3. cap.in cauſis.de re iudi.glo.in cap.1. in uer. Romano.cir.medium. uerſi. & ſecundum quod Papa.de tempo.ordina.Tertium ſit:rario ubi eſt eadem,eadem debet eſſe juria diſpoſitio.l.ſi poſtulauerit.§.ratio.ff.de adulr.l.a Titio. & ibi latè Iaſ. colum.3.ff.de uerb.oblig.l. illud.uer. ſed magis uiſum eſt;& ibi glo.in uer. æſtimati.dat concord. ff.ad leg.aqui.ſed ratio principalia huius regulæ eſt, ad refrenandũ uniones , ne temerè,paſſim,& cauſa non cognita,ac indiſcuſſa concedantur , & confirmenrur,& iſta ratio eodem modo militare poteſt in unionibus ordinariorum , ſicut in illis Papæ . Imò multo magis in illia ordinariorum, magia enim pro Papa præſumitur , principis. n. mens,& intentio præſumitur ſe cum iure , uel æquirate, uel aliqua rationabili cauſa conformare,ad Bald. in l. ex facto.in text. ibi uolunrarem &c.ff.de uulg.& pupil.Ruyn. conſilio 60.ante numer. 5. uolu. 5.Dec.conſi. 64.& diligenter , colu. penul.nume.7.Pariſ.conſil.11.lib.1.numero 127. Quartum & ultimum fundamentum ſit , uniones ſunt odioſæ,exorbitantes, & reſtringendæ, ac refrenandæ, ſeu moderandæ.Calderi.conſi. 13.an unio facta.ante medium,ſub titu. de reb. eccl.nó alie.Dec.conſi.233.uiſo renore. nume. 4. colum. 3. poſt princip. ergo diſpoſitio huiua regulæ eſt fauorabilis , & iuri conformis , ut latiua probaui ſupra in 1. quæſtio. unde meritò ad quæcunque loca amplianda,& extendenda; auten. Caſſa.cum glo.in uer.per Italiam.C.de ſacroſ.eccleſ. & facit uulga.regula,odia reſtringi.de regu.iur.lib. 6.extendatur igitur iſta fauorabilis diſpoſitio ad quoſcunque,& quæcunque loca. Quid tenendũ? Vtraque opi. diſputabilis uidetur, pro nunc parti affirmatiuæ adhærerem , diſtinguendo tamen ut infra . Quia ut ſupra in præfa. oſtendi, regula iſta diuiditur in 3.partes.ſi loquimur quoad primas duas partes, dicerem indiſtinctè eam etiam comprehendere ordinarios.Si uerò loquimur de 3.par.diſtinguerem ſic,aut loquimur quo ad cõfirmationes,ut intelligamus regulam,quòd comprebendat confirmationes,quæ fierent per ordinarios,& tunc dicerem non eſſe locum huic parti regulæ, per ea quæ concluſi ſuper eadem regula quæſtio.9. Aut loquimur de confirmationib. Papæ,ſeu ſedis apoſtolicæ,ſuper unionibus ab ordinariis factis, & teneo partem affirmatiuã , per ea quæ ſupra adduxi in alleg.q.9. quæ hic non repeto. Concludo igitur totam iſtam regulam in ordinariis procedere,præterquam ſi uelimus referre illud uerbum,confirmationibus, ad confirmationes ordinariorum,& per iſtam diſtinc. tolluntur aliqua in contrarium adducta, ad quæ tamen ſigillatim reſpondebo. Ad primum quòd verba non conueniant, reſponderi poteſt ꝙ conceditur,quòd ubi uerba regulæ huius non conue-

niunt ordinariis,in illis locum non habeat, prout eſt in uerbo confirmationibus,iuxta diſtinctionem ſupra factam,& propterea dixi,tertiam partem regulæ inquantum loquitur de confirmationibus,non procedere in ordinariis, eo tamen modo quo declaraui.Nec obſtabit illud, quod ponderaui cir.2. par. regulæ,de commiſſione facienda ad partes,quòd hæc commiſſio non poſſit cõprobari in ordinariis, quia in partibus eſſe debent. Pluribus enim modis reſponderi poteſt, primo quòd regula noſtra uoluerit prouidere quoad omnes caſus,quod ſatis laudabile eſt in legiſlatore. iuxta text.in l.Gallus , uerſicu. & bene uerba ſe habent &c.ff.de libe. & poſthu.at contrarium videlicet , inſufficientia reprehenditur , uti illa Galli iurecon. in pluribus capitibus , prout
8 in dicta.l.Gallus,& † cautela abundans non nocet.l.ſi pupilli.§.1.uerſicu.quid tamen. ff. nego. geſto.l. teſtamentum non ideo.in fin. C. de teſtamen.l.fina.C.de nouatio l.non ſolent. ff.de regu. iur.l. non ſolet. ad fi.ibi,ſed potius ex abundanti adiectum.ff.de fun. inſtrum. l. quæ dubitationis, quæ eſt 82.& ibi D. meus,& Caguo.ff.de reg. iur. Poterat igitur dari caſus,quòd ordinarius uniẽs non eſſet in illis partibus,ubi ſunt beneficia, quæ uniuntur,meritò prudentia,& cautela fuit, prouidere etiam in hunc caſum:quis enim neſcit infinitos ordinarios a ſuis eccleſiis abeſſe, quorum pars eſt in Curia Romana , quod non reprobo, præſertim quando ſunt tales,quorum opera , & ſcientijs ſedes ipſa apoſtolica iuuatur, & illuſtratur:pars uerò tempore ſuo reperitur in conciliis, quod ſatis laudo,tunc.n.uere illis conuenit antiquũ p̄clarum nomen ſpeculatorũ , in ueteri teſtõ figuratũ,& tunc ab ethimologia uocabuli non recedunt.inuigilant. n. pro cõi utilitate totius reipublicæ Chriſtianæ.pars iterum illorum, plerunque apud principes,& dños tpales ad illia obſequendum,& ſæpè ſæpius in officiis, & miniſteriis parum condecentib. parũque utilib.immo aliqñ
9 † talea ſoæ p̄eminentis dignitatis obliti , apud principes mundanos , aſſentatorũ,ſcorrarũ,& paraſitorum officium profitentur;& ſi M. Tullius in ſuo oratore ad Brutũ,admonet ſuũ oratorem , ne ẽt inter facetias,ad ſcurrilitatem , & obſcœnitatẽ deueniat,iuraq; canonica,prout.c. clericum ſcurrilem.46.diſt.c.uni. de ui.& hone.cler.lib.6. cum ſimi.abhorrent ẽt ſimplices clericos ioculatoriã, & ſcurrilem artẽ exercentes. Cato itẽ ſenior(prout Plutar. in Apophthegmatibus refert)eos qui ridiculis ſtudeant in ſeriis, deridendos uideri aiebat.quid dicendum erit de iſtis ẽpis, & aliis ſimilib.p̄latis? meminerint iſti regale eſſe ſacerdotiũ. 1.Pet.2.Regale ſacerdotium, gens ſancta , populus acquiſitionis. & Apocalip. c. 1. ubi ſcribitur, Chriſtus fecit nos regnum,& ſacerdotes Deo patri ſuo.legãt iſti epiſtolam Pauli 1.ad Timotheũ, c.3.ubi inuenient ẽpm oportere irreprehenſibilẽ eſſe,ſobrium,prudentem,ornatũ, non uinolentũ, non percuſſorẽ,ſed modeſtũ,non litigioſum,non

cupidum, ſed ſuæ domui bene præpoſitum, filios habentem ſubditos cum omni caſtitate & c.cap. epiſcopus.cum alijs.35.diſtin.c.1.& ſeq 44. diſt. c. epiſcopum. c. cum Beatus Paulus & tota diſt. 45.Epiſto.catho.Petri.1. paſcite qui in uobis eſt gregem Dei, prouidentes non coactè, ſed ſponta neè ſecundum Deum: neque turpis lucri gratia, ſed uoluntarie, neque ut dominantes in cleris, ſed forma facti gregis ex animo, & cum apparue rit princeps paſtorum, percipietis immarceſcibi lem gloriæ coronam. Malach.cap.2. Lex ueritatis fuit in ore Leui, & iniquitas non eſt inuenta in labiis eius, in pace, & in æquitate ambulauit mecum, & multos auertit ab iniquitate &c. legantur pulchra uerba Hyero.ad Fabiolam, tanta prælati, & iudicis eruditio, & ſcientia debet eſſe, quòd quicquid agit, quicquid loquitur, ſit doctrina ſubditorum. & ad Celantiam, cauere debent prælati, & iudices ne ipſi qui ſunt duces itineris, ſint comites erroris. Et dicitur Deute. 1. date ex uobis uiros ſapientes, gnatos, & quorum cõuerſatio ſit probata in tribubus ueſtris. Epiſcopi uocantur oculi Dei. c. oues 6.q.1. Epiſcopi ſecundum locum gubernatorum in eccleſia Dei habere noſcuntur. c. ante omnia. ad fi. 40. diſtinc. Epiſcopi illuſtres uocantur. c. fi. de re iodi. lib. 6. Rurſus Angeli, & Dei. cap. ſacerdotibus. 11. quæſt. 1. c. cum ex iniuncto. de hære. Iſti apoſtolorum uices gerunt, illorumq́; loca tenẽt. c. in nouo. 21. diſtinc. cap. fin 68. diſtin. c. uidentes 12.q.1. Scribit diuus Ambroſius. cir. princ. ſui paſtoralis: honor fratres, & ſublimitas epiſcopalis nullis potuit cõparationibus adæquari, ſi Regum fulgori compares, longè erit inferior quàm ſi plumbi metallum ad auri fulgorem compares, quippe cum uideas Regum colla, & principum ſubmitti genibus ſacerdotum. Diuus item Gregorius in Epiſtola ad Horanum Metenſem epiſcopum, dicit, quis dubitet ſacerdotes Chriſti Regum, & principum, omniumque fidelium patres, & magiſtros cenſeri &c ex cuius uerbis compoſitus fuit canon, quis dubitet. 96. diſtin. Nonne Ambroſius epiſcopus Mediolanen. Theodoſium maximum Imperatorem poſt ſeptem mille hominum impiè peremptorũ, Mediolanum uenientem ab ingreſſu eccleſiæ prohibuit? Cui aliquis forſan ex noſtris obuiã iuiſſet, reuerenter eum ſuſcepiſſet, eius manus adhuc cruentas, & genua deoſculatus fuiſſet, eũque enixè rogauiſſet, ne ſecum ſub eodem tecto degere dedignaretur. Legitur in Hiſtoria tripartita, quòd in concilio per eundem Imperatorem coram eodem epiſcopo Ambroſio congregato, ipſe Ambroſius duas cathedras fieri, & collocari fecit, in quibus epiſcopus, & Imperator conſederent, quarum altera, uidelicet Ambroſij eminentior eſſet, ſignificans ſanctus præſul epiſcopalem dignitatem regia, & imperiali maiorem, & ſublimiorem. Quomodo autem indignus, & ſtolidus epiſcopus dignitatem epiſcopalem conſeruabit, ſi ſponte ſe ſubiiciet principi tẽporali? Ineptijsq́ue, & iocis illius gratiã aucupari nitetur? Vtcunque igitur ſit, conſtat ordinariorum maiorem partem a ſuis abeſſe eccleſiis, quo fit ut etiam erga eos abſentes dum uniunt, talis prouiſio utilis, immo neceſſaria fuerit. Secundo poteſt reſponderi, quòd etiam quòd ſint in ſuis eccleſijs, dantur infiniti caſus uniendi extra propriam ciuitatem ubi degunt, ad illam igitur partem diœceſis ubi beneficia uniuntur, conueniens erit iſta commiſſio. Tertio non inconuenit quòd quis in uno loco exiſtens, poſſit aliquid committere, & committat ibidem expediendum, prout ad ſenſum patet, quòd epiſcopus committit uicario ſuo, legatus alios ad aliquid cognoſcendũ, ſeu executioni demandandum ſubrogat, & ſummus ipſe Pontifex infinita delegat in ſua curia, immo & in eius præſentia exercenda, ſeu terminanda. Quarto do inſtantiam quaſi in terminis: legatus enim actum huiuſmodi unionis committere poteſt. Rot. Bellem. 516. concluſio, quòd legatus actum huiuſmodi. ergo & quilibet ordinarius, & quòd etiam epiſcopus cõmittere poſſit tractatum, ſeu diſcuſſionem ſuper unione, tenuit maior pars dominorum de Rota, prout deci. 5. & ult. de reb. eccle. non alien. Biſigne. in antiquior. quæ loquitur in alienatione, uel unione facienda. & dato quòd iſta commiſſio ad partes non conueniret ordinarijs, non per hoc ſequitur quin non conueniat alterum, in eadem par. 2. poſitum, uidelicet, quòd uocentur quorum intereſt, & ſic ſingula ſingulis referantur, iuxta intentionem loquentis, etiam ſi ſic non exprimatur, ad glo. 3. in l. fina. C. de fideicommi. gloſſ. in l. qui in futurum. in uerſic. poterimus. ff. de pact. gl. in l. generaliter. in uer. diffinitiua. C. de reb. credi. Maria. Soci. conſ. 125. uiſis. nu. 14. & ſeq. uol. 1. Senſus igitur quo ad dictam. 2. par. erit, ſi Papa uniat, commiſſio fiat ad partes ubi beneficia conſiſtũt, & uocentur ibi illi quorum intereſt. Si uerò loquamur de legatis, ſeu alijs ordinarijs, qui in illis partibus ſint, admitterem (quo ad eorum unionem) commiſſionem non neceſſariam, uocatio tamen partis requiratur. Ad aliud de unionibus temporalibus, quòd non conueniant ordinariis, ſubiicienda erit alia quæſtio, quæ erit immediata ſequens, ubi uidebimus an regula iſta de perpetuis, an de temporalibus unionibus intelligi debeat; quòd ſi a regula uniones temporales excludamus, ceſſabit dictum contrarium, alioquin reſpondendum eſſet, quòd in temporalibus (quo ad legatos, ſeu alios ordinarios) regula non procedat, ſed quo ad alia, talibus etiam conuenientia. Ad illud ꝙ regulæ de ualore non comprehẽdant ordinarios, reſpondeo ꝙ ſi id eſſet, illa rõne eſſet, quia illæ exorbitantes, & odioſæ, ac hæc (prout ſupra in 1.q. probaui) eſt undecunque fauorabilis, concernens etiam fauorem publicum, & animarum, unde meritò quoſcunque reſpiciat, & liget. Nec illud obſtat, ꝙ Papa poſſit ſine cauſa unire, ſed non ordinarius, ergo ſolum regula quoad

Papam

Papam prouideat, quia iſta conſequentia non tenet. Inſuper reſpondeo, ꝙ licet poſſit, non eſt præſumendum quòd uelit, nec Papa præſumitur uti uelle plenitudine poteſtatis. Inno. in c. innotuit. de elect. Bald. & Pau. Caſtr. in l. ſi teſtamentum. C. de teſta. Dec. in c. inter cætera. de appel. nu. 5. Imò ſi Papa, qui eſt omnium ſupremus, & poteſt ſine cauſa unire: tamen ſibi legem imponit, multo magis imponat aliis, ut ſupra dixi. Item non ſolum regula non diſponit præcisè quo ad cauſas, immo nihil de cauſis uniendi, licet, in conſequentiam, de illis tractandum ueniat, cum requirat intereſſe habentium citationem. Ex ſupradictis patet ſolutio ad aliud de remedio ordinario, & etiam poteſt reſponderi, ꝙ iſtud erit uerum remedium ordinarium, quoad ea quæ hic obſerua
10 ri mandantur. imò ꝙ etiamſi † remedia iſta eſſent unum ordinarium, alterum extraordinarium, & concurrerent, ſeu unum magis quàm alterum expediret, utrunque eſſet in conſideratione. l. 2. cum gloſ. unio. C. de dolo. l. in prouinciali. §. 1. & ibi Bartol. num. 2. & 3. ff. de nou. ope. nunc. & in tracta. præſump. qui aſcribitur Alcia. in 3. regula priu. præſump. 36. num. 3. uerſicu. ſed etiam iſta ratio.

SVMMARIVM.

1 *Regula iſta, an intelligi debeat de vnionibus temporalibus, an de perpetuis, an de vtriſque?*
2 *Verba quibus conueniunt, conuenit & diſpoſitio.*
3 *Vnio temporalis, & commenda pariſicantur, & inter ſe fraternizant.*
4 *Ordinarij cauſa ſubſiſtente ſi vnire recuſent, ad id cogi poſſunt.*
5 *Vniones temporales ſunt odioſæ, exorbitantes, & palliatæ.*
6 *Vnione expreſſa, an veniat ſolum temporalis? & num. 11.*
7 *Verba in potiori, & pleniori ſignificatu accipienda.*
8 *Verba accipienda ſunt verè, & naturaliter, non autem fictè.*
9 *Interpretatio facienda, vt reſultet cauſa perennis, & durabilis, non autem temporalis.*
10 *Temporalis mutatio rei naturam non immutat.*
12 *Vnio capi poteſt, vt genus, & vt ſpecies, prout adoptio, & iuriſdictio.*
13 *Aequiparationis argumentum non procedere, niſi in caſibus omnino ſimilibus, & per viam regulæ.*
14 *Quæ differunt inter ſe per plus, & minus, non dicuntur differre genere, ſed ſpecie.*
15 *Plus, & minus, non inducit differentiam ſpecificam.*
16 *Vniones temporales apparatui ſcenæ comparari poſſe.*

1 QVodecimo quæro, † an regula iſta intelligenda ſit de unionibus temporalibus, an de perpetuis, an de utriſque? & quòd de utriſque, facit, quòd regula indefinitè loquitur; ergo ac ſi locuta eſſet, de omnibus unionibus. Secundo, quia genus continet ſub ſe omnes ſuas ſpecies ex proprietate, ſeu ex propria natura, ut dixi ſupra in 10. q. num. 2. & facit. l. ſi duo. §. idem Iulianus ſcribit. ubi iurans furtum non feciſſe, omnes furti ſpecies, ſeu qualitates excludit. & l. duobus. §. colonus. ubi iurans ſe non ſuccidiſſe arbores, eſt libera à pœna legis duodecim tabularũ, legis Aquiliæ, & aliarum. ff. de iureiur. D. meus. conſ. 520. num. 6. Tertio, quia uerba regulæ conueniunt unioni temporali, ſicut perpetuæ, & eodem modo unio temporalis dicitur unio, ſicut
2 & perpetua: † verba autem quibus conueniunt, conuenit & diſpoſitio. l. dies cautioni. §. prætor ait. & ibi Bart. nu. 25. in ult. nota. ff. de dam. infe. l. ita autem. in princ. & ibi not. Bar. ff. de admini. tuto. l. bos accuſare. §. omnibus. ff. de accuſat. l. ſi uero. §. de uiro. ff. ſolut. matri. c. indemnitatibus. §. penul. de elect. lib. 6. Deci. conſil. 222. uiſo puncto. nume. 2. & 438. accuratè. nu. 7. Cur. iun. conſi. 11. habita. num. 7. Quarto, facienda eſt latiſſima interpretatio, cum regula ſit fauorabilis (ut ſupra in 1. quæſtio. probaui) ergò ſuccedit uulg. regula. c. odia reſtringi, fauores conuenit ampliari, de regul. iuris. lib. 6. Quinto, propter identitatem rationis, ſicut enim unio perpetua, illiuſque confirmatio requirit expreſsiones, & ſolemnitates, de quibus hic, ita eas requiret etiam unio tẽporalis. & quòd illæ rationes, quæ militant in una militent etiam in alia, tenet Ioan. Franc. Paui. in tracta. de offi. & pote. capitu. ſede uac. in 3. quæſt. 2. quæſt. prin. num. 18. uerſi. quæ rationes uidentur etiam militare ubi unio, uel ſuppresſio beneficij, uel alia datio in proprietatem fieret in uita alicuius tantum. Sexto, ſumendo interpretationem ab uſu patrisfamilias ad l. ſed Iulianus. §. fi. ibi, eam quantitatem, quam pater ſolebat, & c. ff. ad Macedon. l. ſi ſeruus plurium. §. final. ibi, ante omnia ipſius patrisfamilias conſuetudo. ff. de legat. 1. l. 3. §. fi. ff. quod cer. loco. l. nummis. ff. de legat. 3. uidemus, ꝙ in ſimili regula, de unionibus loquente, prout in illa quæ eſt ſupra. 12. Reuocatoria unionum, Papa de utraque unione intellexit, & reuocando utramque reuocare uoluit, ita igitur intelligamus hic, quòd expresſiones, & ſolemnitates in utraque adhiberi uoluerit. Septimo arguendo ab æquiparatis, ad glo. & Bart. in l. ſi quis ſeruo alieno. in fin. C. de fur. Bart. in l. Marcellus. in priu. ff. ad trebel. gloſ. in c. quamuis.
3 §. fi. & ibi Domini. de elect. lib. 6. † Vnio temporalis, & commenda pariſicantur, & inter ſe fraternizant. Caſſa. ſuper regulis. deci. 37. familiaris alicuius, & deciſ. 2. ſub tit. de unionibus. Commenda autem continetur ſub regulis de ea ſpecifica mentionem non facientibus, ut in illa de impetr. ben. uacan. per obi. fam. Card. prout per Caſſad. ſuper dicta regula, & per D. Samenſ. quæſt. 6. ſuper eadem regula. Idem concludunt præfati ſuper regula, de infir. Caſſa. uidelicet, dec. 32. ſuper regulis, & Samen. quæſt. 13. & idem etiam tenent iidem, in pluribus aliis regulis, eodem igitur mo

do, dicendum eſt, quòd unio temporalis cōmen
dæ æquiparata, licet non facta ſpecifica mentio-
ne de ea, ſub regulis ueniat, quando uerba non
reſiſtunt, ſed potius id ſuadent, ut hic. Octauo, &
ultimo, ꝙ idem dicendum ſit de temporalibus,
quod de perpetuis facit tex. in l. 1. §. qui in perpe
tuum. iuncta. l. fi. ff. ſi ager uect. uel emph. nam in
dicto §. qui in perpetuum, deciditur ꝙ conducto
tes fundi in perpetuum habent actionem in rem,
etiam contra locatores. poſtea in l. fi. ampliatur,
id etiam procedere ſi conductio ſit temporalis,
ſic temporale & perpetuum æquiparantur. Pro
alia opin. ꝙ immo interpretatio ſolum facienda
ſit de temporalibus, moueor quia, quanto quid
magis participat de odio, & irrationabilitate,
quantoque plus a iure exorbitat, eo magis arctan
dum, impediendum, limitandum, ac pluribus
uinculis ligandum uenit. l. cum quidam. ff. de li-
ber. & poſthum. l. quod uerò, & l. ius ſingulare. ff.
de legi. c. odia. cum ſimil. de regu. iu. lib. 6. quum
autem uniones perpetuæ, fiant ex cauſa utilita-
tis, uel neceſſitatis, & in fauorem eccleſiarum, in
4 tantum quòd † ordinarij etiam inuiti cogendi
ſint, ſi reſiſtant unire cauſa ſubſiſtente. Archidi.
in cap. & temporis. num. 3. 16. quæſt. 1. Caccialu.
in tracta. unio. art. 5. in fi. unde uniones tales per-
petuæ, aliquando ſunt fauorabiles, uel ſi quando
non fauorabiles ad minus non odioſæ, uel non
5 multum. At † uniones temporales ſunt odioſæ
penitus, & exorbitantes ab omni iure, per illaſ-
que perſonis, non eccleſijs prouidetur, dicunturque
palliatæ. Gem. conſi. 38. pro clariori. nume.
11. uerſic. ſed unio ad uitam. glo. pragma. ſub tit.
de reſeruat. §. ipſas omnes, ſuper uer. exceptis.
Caſſad. ſuper regulis. deciſ. 33. num. 5. & deciſ. 2.
nu. 9. ſub titu. de unio. meritò igitur iſtę uniones
temporales ſolum, hac regula limitatiua, ſeu im-
peditiua limitentur, & arctentur, non autem aliæ
uniones, quæ ſunt perpetuæ, & diuerſæ naturæ.
Secundo illud quod fragilius, & debilius eſt, ma-
iori indiget fulcimento. argumento tex. in l. 1. §.
ſed ſi quis non tantum. ff. de Carb. edict. c. ubi pe
riculum. in prin. de electio. lib. 6. ſed debilis eſt,
& fragilis unio temporalis, quia palliata, & non
uera (ut proximè dixi) ergo meritò iſtis ſolem-
nitatibus, de quibus in regula, ſuſtineatur, & con
ſeruetur, quibus uera unio. i. perpetua, non ita in-
digere uidetur, cum de ſe ſtabilis, & ualida ſit.
6 Tertio, nos habemus, quòd † quando nominan-
tur, ſeu exprimuntur uniones, niſi aliud addatur,
interpretatio ſit de temporalibus, Pett. de Vbal.
de Peruſi. in tracta. unio. in ult. cap. poſt princip.
quærit enim ibi, quando unio dicatur perpe-
tua, uel temporalis, ſubdit quòd in tribus caſi-
bus dicitur perpetua, primo quando id exprimi
tur in unione, per. c. extirpandæ. §. qui uero. de
præben. ibi, & perpetuum Vicarium, ꝙ non ſine
cauſa tex. addiderit perpetuum, quaſi aliàs ſi nō
expreſſum fuiſſet, aliter interpretatio facienda
fuiſſet, & cum Petro de Vbald. ubi ſupra tranſie.

Pariſ. conſil. 5. unio. iſtius. colum. 1. num. 3. uol. 4.
Caſſado. deciſ. 34. ſuper regulis. num. 7. ibi, quia
niſi dicatur, ꝙ reuocat uniones perpetuas, non
uidetur per uerbum, uniones, inducta reuocatio
perpetuarum, ſed temporalium duntaxat. ecce
ergo, ꝙ cum Papa exprimit uniones, intelligit de
temporalibus ſolum, niſi aliud exprimat. Quar-
to, & ultimo arguendo ſimiliter ab uſu patrisfa-
milias, ſicut ſupra, in regula 12. reuocatoria unio-
num. Papa expreſſit etiam temporales, nolens
regulam illam etiam uniones temporales com-
prehendere, & ſic datur intelligi, quòd ſi eas non
expreſſiſſet, illæ non ueniſſent, alioquin fruſtra
addidiſſet uerba, etiam perpetuas, ſic in caſu iſto
cum illas nō expreſſerit, datur intelligi, quòd no-
luerit eas in hac regula comprehendi, ſi enim hic
aliud uoluiſſet, expreſſiſſet, argumento. c. ad au-
dientiam. in fin. de deci. Pro. 3. opin. uidelicet, ꝙ
de perpetuis tantum, adducam quinque funda-
7 menta: primum erit † uerba in potiori, & plenio
ri ſignificatu accipienda ſunt. l. 1. §. fi. ff. ſi ager ue
ctig. uel emphi. ubi fit interpretatio, appellatio-
nē dominij de directo, & ſic pleno, & potiori, nō
autem de utili intelligi. Bald. in l. cū mora. col. 2.
nu. 4. uerſic. ulterius oppono. C. de tranſactio. &
in c. non liceat. in fi. de præſcrip. Dec. in l. ſemper.
in obſcuris. num. 7. ff. de regu. iur. & conſi. 522. in
cauſa. nu. 1. Socin. conſ. 304. aliàs ult. lib. 2. col. 1.
uerſic. tertia, & ultima ratio eſt, quòd uerba ſta-
tuti debent intelligi in potiori ſignificatu &c. &
poſtea ſubdit, ꝙ frater utrinq; cōiunctus, dicitur
in potiori ſignificatu, &c. plenior autem, potior,
potentior, & firmior unio eſt illa perpetua, ergo
de illa tantum intelligere debemus. Secundum
erit, unio uera, propria, & naturalis eſt illa perpe-
tua, at illa temporalis dicitur palliata (ut ſupra
probatum eſt) & ſic non eſt propria, & naturalis,
8 ſed ficta, † uerba autem accipienda ſunt uerè, &
naturaliter, non autem fictè. l. 3. §. hæc uerba, cum
glo. in uer. hæreditatem. ff. nego. geſt. l. ſi ita quis.
§. fin. ff. de lega. 2. ubi legatum in tempus filiorū,
non impletur per filios adoptiuos. & ſimilis tex.
eſt in l. fideicommiſſum. ff. de condi. & demonſt.
l. hæres quandocunque, ubi gloſ. & Bartol. ff. de
acquirend. poſſeſſ. latè. Dec. conſil. 341. uiſa do-
natione. num. 14. & conſi. 695. nu. 19. Tertium ſit
unio ad uitam non eſt durabilis, (ut de ſe patet)
immo poteſt dari ueriſimilis caſus, quòd inde ad
paucos menſes, uel dies, uel obitu prouiſi, uel ceſ-
ſione forſan ſuperueniente, ceſſet, unionique am-
plius non ſit locus, & ſic habito præſertim reſpe-
ctu ad beneficium, cui fit unio, uel ad illud, quod
unitur, unio talis erit breui duratura, nos autem
9 in iure habemus, quod † interpretatio in dubio
fieri debet, ut reſultet cauſa perennis, & durabi-
lis, non autem tēporalis. l. ſi pro parte. §. uerſum
autem accipimus, ut duret uerſum. ff. de in rem.
uerſi. l. item. §. ꝙ ſi, ibi, & ut ei permiſſa uideatur,
cui & permiſſa durat. ff. quod cuiuſque uniuer. l.
prætor ait. §. hoc autem interdictum cōpetit, ibi

cautum

cantum tamen non perſeueret.ff.de no.ope.nun.
prout etiam dicimus aliquidalicabi non eſſe, q̃
non eſt ibi manſurum,& non eſſe in domo, quod
dumi manſurum non eſt.l.generali.§. uxori. uerſ.
reſpondi.de his legandis,quæ uenalia ibi eſſent,
non ſenſiſſe teſtatorem.& ibi gl.in uerſ. mercis.ff.
de uſufru.leg.& quòd princeps in dubio cenſea-
tur intellexiſſe,de re,ſeu actu duraturis.firmat Ro
ma.conſi.256.approbo ſententias.ante fi. uerſic.
prima,quia dum Papa facit mentionem de iure
quæſito, cenſetur intelligere de perpetuo,duratu
ro,&c.idem Roman.ſingu.290.prohibetur foren
ſi,&c.ubi quòd non uidetur alienatum,quod nõ
durat alienatum.Quartum fundamentum addu
10 ci poteſt,† temporalis mutatio, ſeu applicatio,
rei naturam non immutat.eſt tex.in l.ex facto. 2.
§.rerum,ibi quas perpetuo quis ita habuerit. &
melius.uerſ.ſeq.ubi uidetur caſus noſter,dicit.n.
cæterum, quia ſi ipſe tempore aliquid tranſtulit
in alium locum,non ut perpetuò ibi haberet,ſed
ut denuo ad priſtinum locum reuocaret, neque
augebit quo tranſtulit, neque imminuet, unde
tranſtulit,&c.ff. de hæred.inſti.ex hoc igitur text.
ſequitur,quòd iſta temporalis mutatio ,nec be-
neficii uniti,nec illius cui fit unio, naturam mu-
tabit. facit etiam tex. in l.nemo alieno.§.tempo-
ralis.ff.de regu.iur.Et pro præmiſſis faciunt tra-
di.per Alber.Bru.Aſtenſem in tracta.de perman.
ſeu perſeuer.in eodem ſtatu. conclu.2.nume.2.ſi
igitur natura beneficiorum per hanc temporalẽ
unionem nõ mutatur,ſub uerbo,uniones,de quo
in regula , meritò non comprehendatur. Quin-
tum, & ultimum erit, quòd ſtatuta, iura, & do-
11 ctrinæ de † unionibus loquentes, ſeu ſuper illis
diſponentes, ſeu ſe fundantes, limitentur ſolum
procedere,& locum habere in unionibus perpe-
tuis,non autem temporalibus. Bald.poſt Cyn.in
l.etiam.colum.2.ante numer.8. ubi loquitur. de
unione prophana.C.de iure doti.& ad unionem
beneficialem infert.Felyn.in cap.translato col.3.
poſt medium. uerſicu. limi.etiam dummodo v-
nio fiat perpetuò.ſecus ſi ad tempus,&c. de con
ſtitu.& latè per Caſſad.deciſi.2.ſub titu.de unio.
ubi inter alia num.2.uerſi.primo,quia unio per-
petua.concludit unionem perpetuam ad inſtar
mortis, titulum extinguere,ſecus eſſe in tempo-
rali,poſtea ſubdit per diſſolutionem temporalis
unionis,non dari nouum beneficium, ſed idem,
quod prius erat, ſecus in perpetua: poſtea nu.9.
ſubdit,quòd illa clauſula, q̃ faciat fructus ſuos,
quæ apponitur in unione temporali, non conue-
nit unioni perpetuæ,nec prouiſioni beneficii, cũ
fructus ſequantur titularem, per c.fina. & ibi no-
ta.de offici.ordinar.lib.6.deinde reſpondens ad
quoddam contrarium, quod erat, unitum effici
membrum,& tranſire in temporalitatem, reſtrin
git,& limitat procedere ſolum in perpetua, non
in temporali,& ſic illud uerbũ, vnitum,aptũ cõ-
prehendere utramque unionem , reſtringit ſo-
lum ad perpetuam, & ſic loquitur in propriis
terminis noſtris: plura alia adducit,quæ ibi uide
ri poſſunt. Quid tenendum ? hanc ultimam opi.
de iure ueriorem puto,& infra ad omnia contra-
ria curſim reſpõdebo,uerum quia non caret dif
ficultate,conſulo quòd in ſupplicatione unionis
temporalis, apponatur clauſula derogatoria hu
ius regulæ,quæ in talibus unionibus temporali-
bus denegari non ſolet, prout infra quæſtio.14.
huius regulæ tam.de clauſula huiuſmodi, quàm
alia pro perpetuis unionibus latius tractabo. Ad
primum igitur argumentum,pro prima opinio.
reſponderi poteſt. Indefinitam non æquipollere
uniuerſali ex propria ſignificatione, ſed ex inter-
pretatione,& ex benignitate. Bart. in l.ſi plurib.
ff.de legat.2.nu.4.ubi etiam exemplificat, aliud
eſſe dicere omnis homo currit,& ſimpliciter,ho-
mo currit.& per eundem Bartol.in l.omnes po-
puli.num.57.ff de iuſt.& iur.Quum igitur ſimus
in Regulis Cancellariæ, quæ æquiparantur ſta-
tutis. Inſuper regula iſta ſit annullatiua actus,
quæ annullatio ſonat in pœnam, talis indefini-
ta non æquipollet uniuerſali. Accedit quòd ex
ſupra deductis conſtat diuerſas eſſe rationes,di-
uerſaſque qualitates iſtius unionis temporalis,
ab aliis perpetuis, quo fit ut dicendum ſit inde-
finitam non æquipollere uniuerſali, data diuer-
ſitate rationis. Bartol. in allega. l. ſi pluribus.nu-
mero 6. uerſicul. ſed certè iſta,&c. ibi,& tunc aut
eſt eadem ratio,&c. & in dicta. l. omnes populi,
ante numer. 58.ibi congrua expoſitio eſt, ut æ-
quipolleat uniuerſali in quibus eſt eadem ratio,
& per præceptorem meum Dom.Philippum De
cium conſi.33.uiſo puncto. nume. 4. & conſilio
173.num.3. Ad ſecundum, quòd genus conti-
neat ſub ſe ſpecies, reſponderi poteſt,quòd tem-
poralis unio non poſſit dici propriè unionis ſpe
cies, cum ipſa non ſit propria,& uera unio. Et
alia ratione negari poteſt,quòd ſit ſpecies. nam
unionis ſpecies potius erunt illæ, de quibus per
Pet. de Vbal.in tracta.de unio.in 1.cap.ubi quæ-
rit quotuplex ſit unio. Tertio,dato quòd tempo
ralis unio dici poſſet unionis ſpecies,ſequeretur,
12 quòd † unio capi poſſet,ut genus,& ut ſpecies,
prout etiam dicimus, de adoptione, quæ ut ge-
nus, & ut ſpecies capitur.l.1.ff.de adopti. idem
dicimus de iuriſdictione, per doctor. in l. impe-
rium.ff de iuriſdictio.omni. iudic. Pariſi. conſil.
9.ſereniſſ.num.1.& 2.uolum.1. ubi etiam dicit,
quod quando iuriſdictio capitur in ſpecie, con-
tinet ſimplicem iuriſdictionem. Nec uideatur
nouum eandem rem pro genere, aliquando pro
parte,ſeu pro ſpecie poni,nam ſic etiam uſurpa-
tum apud peritiſſimos linguarum autores inue
nimus, ſufficeretque principem oratorum alle-
gare, declarat enim Cicero in lib.1.de inuentio-
ne,dum de abſolutione tractat, quomodo unum
pro altero ponatur, dum dicit, Sed ſæpe eadem
res alii genus,alii pars eſt. Nam homo animalis
pars eſt, Thebani, aut Troiani genus. Addo e-
tiam Porphyrium in ſuis prædicabilibus, capit.
2.in quo

2.in quo de ſpecie tractat,dicit enim col.2.inter
generaliſſima , & ſpecialiſſima , eſſe quædam ,
quæ genera , & ſpecies dicuntur eadem , poſtea
ſubdit inter generaliſſimum,& ſpecialiſſimum ,
alia quæ genera , & ſpecies ſunt eadem,ad aliud
quidem,& ad aliud ſumpta. poſtea ſubdit exem
plum,corpus ſpeciem eſſe ſubſtantiæ , genus ue-
ro animati corporis , & animatum corpus ſpe-
cies quidem eſt corporis,genus uero animalis,&
ſic de aliis inferioribus , & iſta quæ ſunt infra ge
nus generaliſſimum, & ſpeciem ſpecialiſſimam,
dicuntur genera ſubalterna , & ſpecies ſubalter-
næ. In terminis igitur noſtris , ad omne abſur-
dum tollendum , capiamus in ſpecie terminum
unionis , & ſic ueniat propria,ſimplex, & uera u-
nio , quæ eſt perpetua , & quæ uenit abſque ullo
adiuncto . Ad tertium dico , quòd non eſt ue-
rum , quòd unio temporalis ſit uera , & propria
ſicut perpetua , & ſic uerba non ita temporali, ſi
cut perpetuæ conueniunt. Ad quartum,& quin
tum reſpondetur , quòd propter diuerſitatem
rationis , & quia iſta temporalis (ut dixi) non
eſt uera unio , talis interpretatio fieri non debet.
Ad Paul.in tracta.de off.& pote.capit.ſe.uscan.
quæſt. 3.ſecundæ quæſt.princip.num.18.reſpon
detur , quod illæ rationes conſiderantur in caſu
ſuo , non autem generaliter,& indiſtinctè tenet,
quòd rationes omnes , quæ militant in una, mi-
litent in alia, & ſi hoc teneret,male diceret,ad ſu
pra deducta . Ad ſextum reſpondeo , quòd in
illa regula expreſſit utramque unionem , unam
expreſsè uidelicet perpetuam,alteram uero ſub
intellexit , ſeu ſuppoſuit , per illam dictionem
etiam , dicendo enim,etiam perpetuas , illa di-
ctio,etiam, infert alias temporales: iſta enim di-
ctio,etiam,diuerſam ſpeciem ab expreſſis inclu-
dit , ſeu ſupponit.l.2.& ibi glo.in princ.C.de te
ſti.C.etiam ob chirogra.in rub.& in nigro.ca.in
tantum. uerſi.prauam etiam. de ſimo. clem.uni.
ibi, etiam ſi dignitas.cum glo.uer.etiam.de ſeq.
poſſeſ.Inſuper diuerſa eſt ratio,& qualitas huius
regulæ , ab illa.Septimum argumentum ab ęqui
peratis non obſtat , quia æquiperatio eſt ſolum
in quibuſdam.Item quia rationes ſunt diuerſæ,
13 inſuper quia † ęquiperationis argumentum nõ
procedit , niſi in caſibus omnino ſimilibus , &
per uiam regulæ.l.1.§.quòd ſi nemo.cum gloſ.in
uer.procon.uerſic.ſed cum pupillus.ff.quod cu-
ius.uniuerſ. Rui.conſil. 114.uiſa facti. nume.9.&
conſil.124.ſuper eo.nu.2.uolum.5 . Ad octauum
reſpondetur , quòd illud procedit,quia æquipe-
ratio facta eſt per legem . Item, perpetuum,ibi,
aliter quàm hic ſumitur . Inſuper ibi eadem eſt
ratio temporalitatis,& perpetuitatis,& ibi illud
temporale ſecundum glo.in dicta.l.fi.ff.ſi ag.ue-
cti.in ſecundo intellectu, in quo reſidet præfixio
nem temporis habet ad decennium , hic nulla
præfixio . Nunc tollenda ſunt argumenta pro ſe
cunda opinione adducta . Primum non obſtat,
omnes enim uniones indiſtinctè ſunt odioſæ (ut
ſupra in.1.quæſt.oſtendi)& licet una magis odio
14 ſa ſit altera , ea tamen † quæ differunt inter ſe
per plus,& minus non dicuntur differre genere,
nec ſpecie.l.fin.ibi etenim in mediocritate , non
in genere differt,& ibi Bar.poſt prin.ff.de fun.in-
ſtru.l.ſcapham. ff. de euicti. Bar.in l.1.colum.3.
num.19.uerſic.tertio ubi dicit.ff.de actio.& obli
15 ga.ubi quod † plus & minus non inducit diffe-
rentiam ſpecificam, non enim ſpecifica differen
tia ſumitur , quòd unus homo ſit maior altero ,
trianguluſque nullus , triangulo magis & minus
triangulus dicitur , namque horum uterque ra-
tionem ſimiliter capit trianguli. faciunt tradi.
per Bar.in.l.ita ſtipulatus. col.2.uerſ.ſed contra
iſtam lectu.ff.de uer.obli.& in tracta.de Alueo.
colum.3.in uer.quòd ſi ſupra. numer.2.uerſic.&
ideo dicimus,quòd plus , & minus non faciunt
res differre ſpecie &c.immo indiſtinctè conclu-
dendum eſt, ea quæ eandem finitionem perinde
accipiunt, non poſſe dici propriè differre,uel ſal
tem in ſubſtantia , qui uerò hæc medullitus ui-
dere uoluerit , uidere poterit , per Ariſt.in prædi
camen.dum de quali , & qualitate tractat, ante
fi.uerſ.ſuſcipiunt autem qualia magis,& minus;
& quod ibi per Ammonium Hermeam . Idem
Ariſto.li.1.Aetico.cap.6.ait : Bonum magis diu
turnum nõ differre ſpecie a minus diuturno,ue
luti.album unius diei ab eo quod per multos an
nos durauit . Hinc pulchrè dixit Lap.Alle.133.
cum Mathęus . ante nume.3.quòd habentes iu-
riſdictionem in pluribus locis,maiores officiales
ſunt illis habentibus in paucioribus locis,ſed nõ
ſunt plus officiales:pro pręmiſſis vide etiam Hie
ro.Cagno.in.l.omnis definitio.num.52.ff.de reg.
iur.Nec referre ad imperium ampla ne,an angu
ſta ſit urbs , inquit Plato lib.16.cui titulus, Ciui
lis , uel de regno. Secundum etiam non obſtat ,
inter iſtas enim uniones dummodo habeant ſua
requiſita , non poteſt uerè conſiderari debilitas,
uel ualiditas , potius in una , quàm alia , quæli-
bet enim in gradu ſuo, ſuos effectus operatur,ad
quos inducta fuerit , temporalis , uidelicet me-
tam ſui termini non excedens , perpetua autem
ſemper durans . Immo ſi qua iſtarum maiori in
digeat fundamento , ſeu fulcimento , illa erit,
quæ perpetuò durare debebit, prout ad ſenſum
patet. & uidemus in ædificiis , in quibus con-
ſtruendis maiorem,& minorem curam,operam,
& artem adhibemus , ſecundum quod diutius,
uel breuius ea duratura eſſe deſtinamus ; & ſi li-
16 ceat (poſtquam de ædificiis loquimur) † unio-
nes iſtas temporales , apparatui alicuius ſcenæ
comparabo,qui primo aſpectu ita ſolidus,& fir-
mus apparet, præſeferens etiam altas turres mar
moreas , & æneas columnas , theatra amphitea-
tra , regias , domos, & ciuitates ipſas præclaras,
uerum quia hæc omnia apparentia , colorata,pi
cta,& ficta ſunt,ſicut breui in immenſum creue-
re, ita ſtatim ſublatis ſpectatoribus corruunt ,
ad rudemque priorem, immo informem mate-

riam

riam reducuntur. Ad tertium reſpondeo, quòd alia perpetuitas eſt illa. c. extirpandæ. §. qui uero, de præben. & Pet. de Vbal. in alle. cap. ult. in prin. de unio. in contrarium alleg. poſtea ſe declarat, immo ſupponit non uenire temporalem, uerſi. quandoque unio eſt temporalis, ut quia in unione id exprimitur. ſi igitur uult, quòd expreſsio faciat, ſeu declaret, quod ſit temporalis, ergo ſupponit, quòd ceſſante tali expreſsione, non dicatur temporalis. Inſuper glo. in alle. §. quo uerò, in uer. perpetuum, infert quòd eo ipſo, quòd ille uicarius auctoritate epiſcopi eſt inſtitutus, intelligitur perpetuus, & ſic potius facit pro iſta tertia opin. Ad Caſſad. reſpondeo, quòd non figit pedes, & etiam diſtinguit an in bulla, an in regula, & ſic caſui noſtro non aduerſatur, præſertim quia materia, ſuper qua loquitur ſatis diuerſa eſt a noſtra. Ad quartum reſpondeo, quòd diuerſa eſt ratio, & materia ipſa diuerſa, regulæ. 12. ab iſta. Item ibi utraſque uniones expreſsit, unam per uerba clara, alteram tacite ſeu in cõſequentiam reſultantem, ex illa dictione, etiam (ut ſupra ponderaui.) Inſuper illa additio in regula prout ibi noto, fuit prudẽter appoſita, propter dubium quod iam per Caſſado. & alios forſan motum, & excitatum erat, at quia ſuper hac regula nullum ſimile dubium hactenus factum fuit, talis expreſsio non uidebatur neceſſaria. quum (ut ſupra dixi) unionis appellatione ſimpliciter prolatæ, ueniat ſolùm illa quæ eſt naturalis, & uera, uidelicet perpetua, nô autem illa quę eſt ficta ſeu palliata.

S V M M A R I V M.

1 *Regula hæc an habeat locum in diſſolutionibus, ſeu diſmembrationibus beneficiorum.*
2 *Eodem modo quodque diſſolui, quo ligatum eſt.*
3 *Conſenſum eius requiri in diſſolutione actus, cuius & in conſtruendo, ſeu contrahendo.*
4 *Amiſſio eadem requirit quæ acquiſitio.*
5 *Teſtamenti reuocatio tot teſtes requirit, quot teſtamenti confectio.*
6 *Argumentum de unionibus beneficiorum, ad illarum diſſolutiones, ſeu diſmembrationes ualidum eſt, uide tamen nu. 20.*
7 *Diſmembrant, & diſſoluunt, qui uniunt.*
8 *Diſmembrationes, & diuiſiones beneficiorum ex eiſdem cauſis fieri, ex quibus uniones.*
9 *Solemnitates requiſitę in unionibus, requiruntur etiam in diſmembrationibus, ſeu diſſolutionibus.*
10 *Ius nouum diſponens ſuper uno ex iam æquiperatis, extenditur ad alia æquiperata.*
11 *Legem nouam etiam in odioſis per antiquam extendi.*
12 *Diſmembrare plus eſt, quam unire.*
13 *Quod lex non dicit, nec nos dicere debemus.*
14 *Ampliatur etiam in ſtatutis.*
15 *Ampliatur etiam in bannis, & condemnationibus.*
16 *Ampliatur etiam in teſtatore.*
17 *Impoſſibilitas naturæ diſpoſitionem uitiat.*
18 *Beneficium unitum non dicitur amplius beneficium.*
19 *In impetratione non eſt neceſſaria mentio beneficij uniti.*
20 *Portio accreſcens conuertitur in naturam eius rei, cui accreſcit.*
21 *Augmento eadem priuilegia competunt, quæ rei cui accreſcit.*
22 *Regno prouincia ſi unitur, regni conſtitutionibus gubernari debebit.*
23 *Lex, nihil tam naturale. ff. de reg. iu. & ſimilies, non procedunt in ſpiritualibus.*

1 DEcimotertio quæro, an † Regula iſta
loquẽs de unionibus. habeat locum
in diſſolutionibus, ſeu diſmembra-
tionibus beneficiorum? & quia quæ
ſtio hæc eſt alta, anceps, & profun-
da, eam pro uirili ad partes diſputabo, & licet
eam a nemine hactenus diſcuſſam inuenerim, re
peri tamen D. Rebuff. ſuper hac regula in ult. gl.
in fi. aſſerentem regulam huiuſmodi in diſſolutio
ne unionis locum habere, uerum quia nec iura,
nec auctoritates, nec rationes allegat, ſuper eius
opin. (quoad noſtrum quæſitum) non eſt facien
da uis. & ego poſui dubium magis latum, magiſ
que anceps, ut ex dicendis apparebit. Aſſumo
igitur partem affirmatiuam, pro qua tria princi
palia argumenta ſubiiciam. Primum igitur ſit,
2 † Nihil tam naturale eſt, quàm eodem genere
quodque diſſolui, quo colligatum eſt. l. nihil tã
naturale & l. ferè quibuſcumque. quæ eſt 191.
ff. de reg. iu. l. prout quiſque. ff. de ſolutio. l. quam
uis ſaltus. ff. de acqui. poſſeſ. §. fin. Inſtitut. de legi.
agna. tute. cap. omnis res per quaſcunque cauſas
naſcitur, per eaſdem diſſoluitur. de reg. iur. cap.
omnis res. in princ. 27. quæſtio. 2. & dixit philoſo-
phus in 1. de generatio. & corrup. quòd ea, quæ
ſunt principia generandi, ſunt principia cor-
3 rumpendi, prout etiam dicimus, † conſenſum
illius requiri in diſſolutione actus, cuius requiri
tur in conſtruendo, ſeu contrahendo, auten. ecõ-
tra ſi filii. C. de repud. & ibi Bar. & in. l. actor. col.
2. num. 8. uerſic. præterea dicit ipſe, ea quæ requi
runtur ad conſtitutionem alicuius actus, requi-
runtur ad deſtructionem &c. ff. rem rat. habe. Iaſ.
in. l. quemadmodum. in 2. nota. uerſic. item facit.
quia cuius conſenſus requiritur in contrahendo
eiuſdem requiritur in diſſoluendo &c. ff. de ac-
qui. poſſeſ. l. an inutilis. ff. de acceptila. hoc argu-
mento utitur papa ad conuincendum hęretico-
rum ſubtilitatem, in c. maiores. §. uerum quidam
de baptiſ. ubi quòd originale peccatum quod
abſque conſenſu contrahitur, ſine conſenſu, per
uim remittitur ſacramenti, actuale verò quod cõ
ſenſu contrahitur, ſine conſenſu minime relaxa
tur: & generalius dicimus, quod iuris eſt de cõ-
tractu, idem eſt de diſtractu. l. ab emptione. ff. de
pact. Bal. & alii in. l. ſiue acta. C. de tranſactio. Iaſ.
in l. pomponius. §. præterea quæritur. nu. 5. cum
quatuor. ſequen. ff. de acqui. poſ. eodem modo
dici-

4 dicimus † amiſſionem eadem requirere, quæ ac
quiſitio requirit, eademque uni neceſſaria fore,
quæ alteri. præalleg. l. quamuis ſaltus, ff. de acq.
poſ. & facit. l. 1. ff. de pign. acti. iun. l. ſi tibi. §. de pi
gnore. cum gl. magna. ff. de pact. ubi ſicut pignus
ſolo conſenſu conſtituitur, ita ſolo conſenſu diſſo
5 lnitur & perditur. Habemus etiam quòd † te-
ſtamenti reuocatio tot teſtes requirit, quot teſta
menti confectio. l. hæredes palam. §. ſi quid. ff. de
teſta. l. ſancimus. C. eo. arguendo a ſpeciali. l. eum
proponebatur. cum glo. fin. ff. de lega. 2. Bal. in. l.
fi. col. fi. num. 16. uerſic. & ſcias quòd quot teſtes
requiruntur ad probandum teſtamentum, to-
tidem requiruntur ad probandum pęnitentiam
&c. C. de fideicom. Secundum argumentum ſit,
6 † ualidum eſt argumentum de unionibus benefi
ciorum, ad illarum diſſolutiones, ſeu illarum di-
ſmembrationes. c. præcipimus. §. ſicut dura. 16.
quæſt. 1. Oldra. conſi. 262. in quæſtione. numer. 5.
conſi. Marci Mant. 173. uiſo inſtrumento. ante fi.
7 ſi enim conſideramus eos, † qui uniunt, cogno-
ſcemus etiam eoſdem diſmembrare, ſeu diſſolue
re poſſe, illiſque diſmembrationes prohiberi, qui-
bus & uniendi facultas denegatur. c. auaritiæ. de
præben. & præalle. c. præcipimus. §. ſicut duo. 16.
quæſt. 1. latè Pet. de Vbal. de reuoc. unio. c. 4. ubi
plures quæſtiones ponit, concludens in effectu,
quod legatus, epiſcopus, & capitulum ſe. uac.
ſicut poſſunt vnire, ita & diſmembrare, vnionem
reuocare, & beneficia diuidere, ſequitur Feli. in.
c. cum olim. ante fi. de maio. & obed. & per Cac-
cialu. in tract. unionum. art. 9. in prin. facit pręal
le. cõſi. Marci Man. 173. nu. 2. & ſeq. & indiſtinctè
dicimus eos poſſe ſoluere, qui & ligare; & ligan-
dique & ſoluendi par eſſe ius. c. uerbum. de pæni
ten. diſtin. 1. l. nemo qui condemnare non poteſt
ff. de reg. iur. Cardi. in cle. 1. in 3. quæſtio. verſic. &
mutari poteſt per eos, qui fecerunt &c. de regu-
la. & eſt text. melior in iure in. l. ſi puellæ. quem e-
tiam adhoc no. ibi Bar. ff. de ſponſa. ſi etiam per-
quiremus cauſas propter quas uniones fiũt, quæ
omnes reducuntur ad euidentem neceſſitatem,
uel utilitatem, ut probaui ſupra in. 4. quæſti. nu.
8 4. inueniemus, † ex eiſdem etiam cauſis fieri
poſſe, & debere diſmembrationes, diuiſiones be
neficiorum, vnionumque reuocationes. capit. 1.
ne ſe. uac. ubi ponuntur rationes pro diſmem-
bratione, ſeu unionis reuocatione facienda, &
licet ibi non obtineatur, illud prouenit, quia ſe-
des illa uacabat, unde eius ſtatus mutari non de-
bebat, & pro præmiſſis faciunt tradi. per Pet. de
Peruſio in dicto tracta. reuoca. unio. cap. 1. & per
Caccialup. in tracta. unionum. art. 9. ubi inter a-
lia concludunt, quoties ceſſant cauſæ, propter
quas uniones factæ fuerunt, illæ diſſolui, & reuo-
cari debent, pariterque dicendum eſt, ex illiſmet
cauſis, quibus a principio beneficia vniuntur, &
quodlibet beneficium diſmembrari, & diuidi
poſſe, & debere, pro quibus etiam videatur Præ-
ceptor meus Dom. Philipp. Dec. conſi. 233. uiſo
tenore. column. 3. in fin. nu. 5. uerſ. ſimiliter aliam,
& de diuiſione fructuum, ſeu redditunm benefi-
cij, diuiſioneque parrochiæ ex cauſa facienda, ha
bemus tex. in ca. ad audientiam. 1. de eccleſ ędif.
& pulchrè per Lap. allega. 67. quoddam mona-
9 ſterium. Inſuper † ſolemnitates requiſitæ in vnio
ne, requirũtur etiam in diſmembratione, ſeu diſ
ſolutione. Rot. 229. in diſmembratione. 347. ſi
abbas. ante fin. in no. Ioan. Franc. Paui. in tracta.
de offic. & poteſta. capi. ſede vacan. 3. quæſtio. 2.
par. princip. num. 19. uerſic. & quod dicitur, de
unione, vendicat ſibi locum etiam in diſmẽbra-
tione, nam omnis ſolẽnitas requiſita, &c. ex pro-
10 ximè dictis ſequitur, quòd † æquiparatis duob.
uel pluribus a iure antiquo, ſuperueniente iure
nouo diſponente ſuper vno, cenſeatur etiam di-
ſpoſitum ſuper aliis iam æquiparatis, prout ui-
demus, in l. ut tantum. §. 1. ff. de ſeruo corrup. vbi
æquiparatur filius ſeruo, quo ad illam actionem,
vt competat ſibi vtilis, ſuperuenit poſtea. l. ſi quis
ſeruo. C. de fur. inducens caſum nouum, & ſpecia
lem, quærit ibi glo. fin. ex quo non loquatur de fi
lio, ſed tãtum de ſeruo, an in filio locum habeat,
concludit, quòd ſic. idem concludit glo. in fin. in
l. quod verò. ff. de legi. cap. ſi poſtquam. in ult. re
ſpon. cum glo. in ver. prouiſione. de electio. lib. 6.
Alexand. conſil. 171. colum. 1. volum. 7. Iaſ. in au-
then. quas actiones. colum. 5. C. de ſacroſanct. ec.
Roland. a Valle conſi. 27. num. 2. lib. 1. qui poſtea
declarat, & limitat nu. 15. & 17. Bartol. in l. ſi con
ſtante. in 7. quæſtio. 1. quæſtio. principal. num. 29.
11 & ſeq. vbi concludit † legem nouam extendi per
antiquam, etiamſi ſimus in odioſis. ff. ſolut. mat.
idem concludit Abb. in cap. prudentiam. col. 3.
anm. 10. uerſic. & pro hoc, quia ex quo a iure iſta
duo reperiuntur paRificata, &c. de mutu. petitio.
Caſſad. deciſio. 5. num. 4. de conſtit. & 6. de iure-
patrona. num. 8. ac Ripa in l. ſi conſtante. nu. 51.
ff. ſoluto matrimo. Amplio etiamſi ſimus in exor
bitantibus à iure communi. ad gl. in l. 2. C. de cu-
rato. furioſ. quæ velint (ſecundum Alexand. in l.
centurio. colum. 2. ff. de vulga. & pup.) quòd om-
nia priuilegia conceſſa minoribus, extendantur
ad furioſos minoribus æquiparatos. Amplio e-
tiamſi ſimus in correctorijs. Bart. in l. Marcellus.
in princip. ff. ad Treb. & in authen. ſed cum teſta
tor. C. ad legem Falcid. Iaſ. in l. tranſigere. col. 6. C.
de tranſactio. & in l. qui condemnare. ff de re iu.
Ioan. Crot. in repe. l. ſi conſtante. in 2. lect. col. 25.
ff. ſoluto mat. quicquid ſenſerit Aret. ab ipſo ibi
citatus. Sequitur igitur, quòd cum vniones, diſ-
membrationes, diſſolutiones, ſeu beneficiorum
diuiſiones, a iure antiquo eſſent pacificatæ. facta
expreſſione unius per noſtrã regulam, & ſic per
legem nouam, etiam alia adæquata, licet hic non
expreſſa comprehendatur. Tertium principale
fundamentum erit, arguendo a fortiori. aut. mul
to magis. C. de ſacroſan. eccl. cap. cum in cunctis.
de elect. Deci. conſi. 361. omiſſa. colu. 4. poſt prin.
12 † Diſmembrare plus eſt, quàm unire, pluraque
diſmem-

diſmembratio, quàm unio requirit, clem. 2. im.
iis quæ ibi tradit Cardi. in 5. oppo. de reb. eccle.
non alie. unio enim ut ibi deciditur, non requi-
rit uocationem rectoris, uel defenſoris, ſed bene
diſmembratio, ut ibi, idem tenet poſt Genzel. &
poſt Rot. ſupra alleg. 229. in diſmembratione, &.
347. ſi Abbas. ante fi. in no. Mil. reper. in uer. cita
tio rectoris eccleſiæ. & Pet. de Peruſio in tract. te-
uo. unio. cap. 6. poſt princ. Pro parte uero negati
ua facit quod uerba regulæ non conueniunt, dici
tur enim in 1. par. quòd petentes beneficia uni-
ri: hoc comprobari non poteſt in petentibus diſ
ſolui, ſeu vnionē reuocari, cum non petant uni-
ri, ergo regula in illis locum non habeat, cum de
13 illis non loquatur, † lex enim quod non dicit,
nec nos dicere debemus. l. ſi uero. §. de uiro. ff. ſo-
lu. mat. ubi non expreſſum a lege pro omiſſo ha-
betur. l. unic. §. ad deficientis. C. de cadu. tollen.
Bald. in. l. gallus. §. & quid ſi tantum. col. penult.
14 ubi idem dicit † in ſtatutis, uerſi. unde id quod
omittitur a ſtatuto debet haberi pro omiſſo &c.
ff. de liber. & poſtu. & in. l. 2. ante fi. ff. qui teſta. fa
ce. poſ. & idem Bald. in. l. 1. col. penul. C. de here.
15 inſt. uerſic. apparet igitur ex prędictis, † exten-
dens ad banna, & condemnationes, unde quic-
quid expreſſe non reperitur inſertum in banno,
& cōdemnatione, intelligitur omnino omiſſum,
ſequitur Dec. conſil. 442. In cauſa. numer. 8. Idem
16 etiam dicimus † in teſtatore, quod enim teſta-
tor non loquitur, uelle non præſumitur. Ancha.
conſil. 120. pro clariori. ante fi. Alexan. conſil. 58.
perſpectis, col. 3. num. 8. uerſ. prętereà indiſtinctè
uolum. 6. Dec. conſil. 599. conſului. num. 4. uerſic.
ulterius etiam. & Dec. conſil. 298. uiſo inſtrumen
to, ante num. 4. ubi extendit ad inſtrumentum.
Quantum igitur attinet ad diſmembrationes,
ſeu diſſolutiones, dicendum eſt illas remanere in
diſpoſitione iuris communis, cum iſte ſit caſus
omiſſus ab hac regula, ad. l. commodiſſimè. ff. de
libe. & poſtu. l. ſi cum dote. ff. ſolu. matri. Ancha.
in præalle. conſil. 120. in prin. Inſuper regula re-
quirit pro forma ſubſtantiali (ut ſupra in. 6. quæ-
ſtio. cōcludo) expreſſionem annui ualoris utriuſ
que beneficii, uidelicet tam uniendi, quàm il-
lius cui uniri petitur, in diſmembrationibus au
tem, ſeu unionum diſſolutionibus, iſta de qui-
bus in Regula conſiderari, ad eaſque aptari non
poſſunt, ergo regulæ in illis non ſit locus. Mino
rem probo, aut enim loquimur de diſmembra-
tione, ſeu diuiſione beneficii, nunquam uniti,
iuxta terminos cap. præcipimus. §. ſicut duo. 16.
quæſt. 1. & cap. ad audientiam. 1. de eccle ædifi-
cum ſimi. uel iuxta quoſcunque alios terminos,
& quia impoſſibile eſt ſecundum naturam, q
poſſit iuxta illos terminos ſeruari talis forma ex
primendi ualorem annuum utriuſque, cum non
ſupponantur duo beneficia, ſed unum tantum,
ſequitur quòd facienda ſit interpretatio, ut ex-
cludatur impoſſibilitas naturæ in diſpoſitione,
17 alioquin † diſpoſitionem uitiaret. l. ſi ſtipuler, pri
mo reſpon. ff. de uer. ob. l. impoſſibilium, & l. ubi
repugnantia. §. quæ rerum natura. ff. de reg. iur. l.
non moriturum. C. de contra. & commit. ſtipu.
Inſti. de inu. ſtipu. §. 1. quæ tanto magis procedūt
quum impoſſibilitas naturæ eſſet adiecta formæ
ſubſtantiali, quo caſu indiſtinctè uitiat. Bart. in.
l. 1. colum. 2. dum tractat de impoſſibilitate na-
turæ, num. 3. uerſic. ſol. ibi impoſſibilitas non e-
rat in eo quod erat ſubſtantiale in diſpoſitione
ſed in quodam accidenti &c. & poſtea uerſicul.
ſed contra, hoc de contractu, cum iis quæ ſubii-
cit. ff. de condi. inſtitu. aut loquimur de diſmem
bratione, ſeu diſſolutione beneficii aliis uniti,
& idem dicendum erit, quia per unionem iam fa-
ctam de uno beneficio alteri, illud quod unitum
18 fuit, ceſſauit eſſe ulterius beneficium, † unitum
enim beneficium non dicitur, amplius benefi-
cium, ſicut ante unionem, ſed perdit nomen be-
neficii. Oldra. conſi. 257. factum tale eſt colum. 3.
ante numerum 16. uerſicul. per unionem tamen
prædictam deſiit eſſe talis & eſt nume. 18. uerſicul.
nec dubitandum eſt. Fede. de Sen. in tract. permu
tatio. quæſt. 33. Rot. 159. no. quòd beneficium u-
nitum &. 369. not. quòd ubi beneficium. in anti.
Domini. in. cap. cum perſona. §. fi. colum. fi. uerſi.
ſi uerò una ſubiicitur alteri &c. de priui. libr. 6.
Ange. conſil. 247. incipien. unitorum una, & ea-
dem eſt natura. ſequitur Deci. conſil. 174. & pro
tenui, colum. 2. ante medium, uerſicul. & licet di-
cta eccleſia: per Pet. de Anchara. in. cap. acceſſo
rium, colum. 2. numer. 2. in 3. nota. uerſicul. item
facit quòd in impetratione, de reg. iur. eo. lib. ubi
19 quòd † in impetratione nō eſt neceſſaria mentio
beneficii uniti, ſeu annexi. Feli. tarde in. cap. in. no
ſtra corre. 33. de reſc. Caccial. in tracta. unionum.
art. 8. quæſt. undecima nume. 9. Pariſ. conſil. 30. in
cauſa uertente. num. 10. & ſeq. uolum. 4. Huc acce
dit quod uoluit Hier. Pau. in ſuis notabilibus fol.
62. uerſicul. beneficium curatum non uacat licet
quis in eadem eccleſia aſſequatur parrochialem
eccleſia m annexum præbendæ: ſubdit rationem
quæ eſt, quia præbenda eſt beneficium quod nō
eſt curatum, & parrochialis eccleſia eſt illi acceſ
ſoria cui deſeruiet per uicarium. ad. c. ſuper, de
præbend. libr. 6. ſubtiliter autem perquirenti oc-
curret ratio, quare beneficium quod unitum
fuit, amplius beneficium dici, ſeu cenſeri non de
20 beat, quæ ea erit, quia † portio accreſcens con
uertitur in naturam eius rei, cui accreſcit. l. ſi ex
toto, in princ. ff. de lega. 1. l. cum fundus. ff. de leg.
2. l. etiam. in fi. C. de iu. dot. l. inter ſocerum. §. cum
inter. ff. de pact. dota l. etiam. C. de iu. dot. ubi e-
21 tiam probatur, quòd † augmento eadem pri-
uilegia competunt, quę rei cui accreſcit. §. ſi grex
Inſt. de lega. Alexan. conſi. 20. uiſo proceſſu. poſt
numerum. 4. uerſic. ſecundo probatur. lib. 1. Rui.
conſil. 78. in quæſt. num. 9. uolum. 5. pro præmiſ-
ſis pulchrè per Bar. in. l. ſi conuenerit. 2. §. ſi nuda,
22 nu. 2. ff. de pigno. actio. ubi quòd ſi † regno pro-
uincia unitur, regni conſtitutionibus regi, & gu
bernari

bernari debebit. idem Bar. in repe. l. conſuetudinis. nume. 42. quæſt. 37. C. quæ ſit longa conſuet. ſequitur Dec. conſi. 46. uiſis. num. nono. Tempore igitur diſmembrationis, ſeu diſſolutionis faciendæ, non poterit fieri expreſſio ualoris annui duorum beneficiotum, prout in regula; cum ante talem diſmembrationem ſit unum, & nõ duo, regula ergo non comprehendat diſmembratio-
23 nes, unionumque diſſolutiones. Accedit ꝙ † regula. l. nihil tam naturale. ff. de regu. iur. cum ſimi lib. parificans modos diſſoluendi, ſeu deſtruẽdi, modis uniendi, creandi, ſeu conſtruendi, non procedit in ſpiritualibus, eſt text. in l. conſenſu. in principio. C. de repudi. & c. inter corporalia. in princip. de transla. epiſcop. glo. in cap. 1. de reg. iur. uerſicu. item in matrimonio, quod ſolo conſenſu contrahitur, &c. cum iis, quæ ſequuntur, & ibi Abb. nu. 3. & ſeq. Dec. in prææalleg. regula, nihil tam naturale. num. 7. ff. de regu. iur. Poſtremò diuerſitas rationis conſiderari poteſt, quare prouiſio regulæ loquentis de unionibus, non habeat locum in diſmembrationibus, & diſſolutionib. tum quia frequentior eſt uſus uniendi, quàm diſmembrandi, ſeu diſſoluendi. rarò enim tales diſmembrationes, ſeu diſſolutiones fiunt. unde diſpoſitio, ſeu conſtitutio aptari debet ad ea, quæ frequẽter, & facilè accidunt. l. nam ad ea, cum vulga. ff. de reg. iur. Tum etiam quia diſmembrationes, & diſſolutiones magis per alia iura reſtringũtur, & refrænantur, de iure enim requirunt uocationem rectoris, quod non fit in unionibus, cle. 2. & ibi Cardina. in 5. oppo. de rebus eccleſi. non alienan. Rot. 229. in diſmembratione. in no. cum aliis adductis ſupra hac quæſtio. nume. 12. unde non fuit neceſſarium per hanc regulam prouidere, ſicut unionibus, quibus a iure non ita prouiſum erat. Quid tenendum? licet quæſitum ſit ſatis diſputabile, ego magis adhærerem huic ſecundæ opin. pro parte negatiua, ea præſertim ratione, quia uerba non uidentur poſſe applicari, ut comprehendant diſmembrationes, ſeu diſſolutiones unionum, unde ad omnia contraria (ultra ſolutiones, quæ ex præmiſſis colligi poſſunt) reſponderi poteſt, quòd illa procedant quãdo repugnantia non reſultat, ad l. ubi repugnantia. cũ uulg. ff. de reg. iu. quando uerba diſpoſitionis patiuntur, & quando identitatis ratio concurrit.

SVMMARIVM.

1 *Regulæ huic, an derogetur? per quæ verba? & quis erit derogationis effectus?*
2 *Regulæ cuicunque, ſtatutis, ac legibus Papa derogare poteſt.*
3 *Verba apponi ſolita pro derogatione huius regulæ.*
4 *Effectus derogationis huius regulæ.*
5 *Forma executoriæ vnionis in forma gratioſa.*

1 DEcimoquarto quæro, an † Regulæ huic derogetur, per quæ uerba, & quis erit derogationis effectus? Primum quæſitum duobus modis intelligi poteſt, uno an poſſit, alio an ſoleat. quoad primum concluſiuè reſpondeo, ꝙ nulli dubium (quicquid garriant, obſtrepant,
2 & ululent quidam ultramontani) quòd † ſummus Pontifex unicuique regulæ, ſtatuto, & legi derogare poſſit, & contra ius poſitiuum ad libitum uenire, & diſpenſare. cap. propoſuit. uerſicu. licet autem. de conceſſ. præbend. cap. innotuit. §. quamuis autem. de electio. c. dudum. uerſ. nos autem attendentes, & ibi nota. de præbend. lib. 6. Socin. iarè. conſ. 13. præſens conſultatio. uolum. 1. num. 13. cum pluribus ſequen. Dec. poſt Abb. & alios in c. quæ in eccleſiarum. num. 29. uerſicul. ſupereſt tertium membrũ, de conſtitutio. & conſil. 137. & diligenter. num. 2. uerſic. & cum ex prædictis. conſil. 141. ad plura. col. 2. uerſicu. in beneficialibus enim Papa. Caſſad. deciſ. 3. de præben. num. 24. Pariſ. conſil. 5. unio iſtius. num. 58. uerſi. prout etiam. quoniam ipſe Pontifex minimè adſtringitur dicta regula temporaria, &c. uolum. 4. & diſputare de auctoritate Papæ eſt ſacrilegium, cum ſibi omnia liceant, prout ibi ſubiicit. num. 70. cum pluribus ſequen. Ad alterum an ſoleat, diſtinguendum eſt, aut loquimur in unionibus temporalibus, & ad cautelam in illis etiam petitur derogatio, & paſſim conceditur, regulæquè quoad illas derogatur. Aut loquimur de unionibus perpetuis, & ſæpè ꝓ illis derogari uidi huic regulæ, præſertim quoad ſecundam partem, ut ibi ſubiiciam. An autem id expediat, qui ſignaturæ proponuntur, ipſi uiderint, meminerint tamen regulam eſſe utilem, & ſanctam, unde diſpẽſatio aduerſus eam, meritò coercenda & temperanda ueniat, alioquin fruſtra membranas occu-
3 paret. † Verba autem derogatoria huius regulæ ſunt hæc, uidelicet: Conſtitutionibus. & ordinationibus apoſtolicis, ac regula, de unionibus cõmittendis ad partes, cum clauſula uocatis quorũ intereſt, & exprimendo ualore, &c. ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam iuramento, &c. roboratis, quibus omnibus latiſſimè derogare placeat, cæteriſquè in contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcunque: & ſæpè caſſantur per ſignaturam illa uerba, & exprimendo ualore, &c. præſertim in unionibus perpetuis, & poſtea reperuntur quædam ex dictis uerbis, inter clauſulas, & cum abſolutione a cenſuris ad effectum, &c. hoc modu, uidelicet ſi ſumus in unione perpetua, & de unione prædicta perpetua, in forma gratioſa, cũ derogatione dictæ regulæ, de cõmittendis vnionibus ad partes. Si uerò ſit unio temporalis, dicitur, & de unione prædicta ad uitam, cum derogatione dictæ regulæ de committendis unionibus, ac exprimendo ualore, &c. in literis uerò dicitur. Quique dudum inter alia uoluimus, ꝙ ſemper in unionibus commiſſio fiat ad partes, uocatis

quorum

4 quorum intereſt, &c. † Effectus autem derogationis huiuſmodi, ſi loquamur de unionibus temporalibus, erit ad tollendum dubium, quod eſt, an regula iſta comprehendat uniones temporales, de quo ſupra, quæſtio. 12. latiſsimè tractaui. Quantum uero ad uniones perpetuas effectus erit, quòd per derogationem. 2. partis regulæ, reddetur unio in forma gratioſa, nec erit neceſſaria cognitio in partibus, ipſe enim Papa facit unionem, prout etiam firmat Dom. Rebuff. hic in gloſ. 10. & bene, licet poſtea ſubdat hoc in Francia non recipi, & ultra eum, quòd unio taliter facta dicatur in forma gratioſa, & ſtatim ualeat, & effectum ſortiatur, probat Oldrad. conſil. 223. factum tale eſt, qui loquitur etiam in fortioribus terminis. Videlicet, quando fit unio a Papa de beneficio etiam adhuc non uacante, per uerba cedente, uel decedente rectore talis beneficii, quod unitur, cum clauſula ex nunc, prout ex tunc, & econtra, prout in poſitione caſus. & dicit unionem ſtatim ualere, & ante finem, ponderat uerbum bullæ, unimus, quod eſt præſentis temporis, & quòd non dixerit uniri mandamus, cum Oldra. tranſit Dom. Sarnenſ. in tracta. manda. de prouiden. num. 117. uerſicu. nam unio poteſt fieri de beneficio nondum uacante, &c. & magna eſt differentia, an Papa ipſe, per ſeipſum prouideat, an mandet per alium prouideri, ſuper quo etiam uideatur Deci. Caſſador. 3. de præbend. numer. 24. uerſicul. nam quando Papa prouidet, & uerſicul. quando uero mandat per alium prouideri, &c. Executoria igitur conceſsionis unionis quando regulæ derogatum ſit, erit diuerſa ab illa, quam poſuimus ſupra quæſtio. 7. nu-
5 mero 2. iſta enim erit † huius tenoris, videlicet, Quo circa diſcretioni ueſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus uos, uel duo, aut unus ueſtrum, contenta in noſtris literis unionis executioni demandetis, & demandari faciatis; in poſſeſsionemque realem, & corporalem beneficii huiuſmodi uniti, iuriumque, & pertinentiarum omnium illius, ex nunc ſi uacat, aut cum per ceſſum, uel deceſſum dicti beneficii uniti rectoris, de præſenti forſan exiſtentis, rectorem parrochialis, cui fit unio pro tempore exiſtentem, inducatis, auctoritate apoſtolica, inductumque manuteneatis, & defendatis, amoto exinde quolibet illicito detentore, &c. & ſi unio fiat menſæ Epiſcopali, executoria poteſt dirigi eidemmet Epiſcopo, ut eccleſiam, ſeu eccleſias cedentibus, uel decedentibus earum rectoribus, ex dictus Epiſcopus ad manus ſuas recipiat, teneat, poſsideat, pacifice fructus percipiat, &c. proviſo, quòd eædem eccleſiæ debitis obſequiis non defraudentur, nec animarum cura in eis negligatur. hæc ſecunda forma colligitur ex prin. conſ. Old. 223. ſupra alleg.

REGVLA XXIII.

De mendicantibus tranſeuntibus ad alios ordines.

ITEM de mendicantibus, qui ad alios ordines tranſierint pro tempore, uoluit conſtitutionem fe. re. Martini Papæ V. prædeceſſoris ſui deſuper factam, & in libro Cancellariæ Apoſtol. deſcriptam, quæ incipit, uiam ambitioſæ cupiditatis, &c. firmiter obſeruari.

Fortiſsimi milites dum acutis enſibus mutuo ſe percutiunt, tanto ſe perſequuntur odio, ut nihil aliud, niſi ut alter uitam ſimul, & memoriam alterius extinguat, cogitent. Quòd ſi fortiſsimè ambo ſe geſſerint, ac uiui certamen omiſerint, licet cicatrices reliquæ ſint, tamen in poſterum odii, damnorum, iniuriarum obliti, in concordiam redeunt, ſibi inuicem gratulantur, ſummo ſtudio ſe mutuò laudant, uirtutem pro uiribus alter alterius extollunt. Literatorum, & eorum, qui ſcientias profitentur, certamina, non odii, nõ aſperitatis, & rigoris minus habent, ſunt tamen meliora, & tutiora, quo fit, ut licet odium, licet rabies, in ipſo conflictu ſupra modum creſcat, tamen poſt certamen, non liuor, non cicatrix apparet. Itaque ſtatim ad amplexus, & læta colloquia concurritur. Scriptores uero, qui procul ſe mordent, offendunt, & quaſi ſagittis appetunt, in odio, & ira conſeruanda, pertinaciores eſſe conſueuerunt, & iugiter ut ſuas extollant opiniones, in eo ſunt occupati, ut aliorum ſcripta, ſententias, & famam, in perpetuum deprimant, nonnunquam uerò, in ſcriptorem, quem inimicum exiſtimant, peiorem notam, quàm ulla poſſit eſſe cicatrix, infligunt. At ego qui pauloante ſic me contra ſocium meum Rebuffum armis inſtruxi, & muniui, ut innumeras eius opiniones deſtruere, atque eius tela mollia, debiliaquè reddere, ſtuduerim, nunc ira depoſita, cũ ipſo redeo in concordiam, ac profiteor eum fuiſſe, & eſſe lucidum lumen, & clarum ſolem, ad nubes, & tenebras diuinæ noſtræ philoſophiæ moralis depellendas, illudquè unũ eſt mihi ſummopere moleſtũ, quòd is a me factus ſit alienior, ac in reliquo arduo, & ancipiti itinere, eum, uel aliquem ei ſimilẽ, mihi continuo non comitem fore. Ab omni igitur deſtitutus commercio, & auxilio, non timidorum, & confuſorũ more retro reſpiciam, iterquè deſtinatum relinquam, ſed contra audacior ibo. Ad rem igitur ipſam deuenio, & pro huius regulæ intellectu præmitto, quòd conſtitutio de qua hic fit mentio, & illa extrauagans, quæ dicitur eſſe Martini quarti (quod uerius puto) licet hic dicatur quinti, eſt inter extrauagan. communes ſub titulo, de regula. & tranſeun. ad religio. incipit, uiã ambitioſæ cupiditatis, & quia noſtra regula mandat, conſtitutionem illam obſeruari,

uien-

uidendum erit quid illa uelit, & quid hæc, & li-
cet utraque parum in iudiciis uerſetur, non ideo
ſpernenda eſt, immo etiam a cognitione dicen-
dorum pleraque iudiciis utilia pendere perci-
piemus, pro maiori autem iuniorum facilitate,
ante omnia diuidam, & ſummabo extrauagan-
tem illam, eam igitur in.7.par.diuido: in.1.exor-
ditur, cauſamque conſtitutionis aſſignat. In.2.
quę eſt ibi, tenore pręſentium, declarat, & ſtatuit,
in.3.quę eſt ibi, ordine Cartuſienſium duntaxat,
excipit a conſtitutione ordinem Cartuſienſium:
quare autem excipiat ordinem Cartuſienſium,
poteſt eſſe propter illius fauorem, & reuerētiam,
quæ erga illum habetur, prout poſt beatum An-
to. archiepiſcopum Florentinum, in ſua ſumma,
conſiderat Nic. Boe. in tracta. de ſtatu, & uita hæ-
remitarum, num.4. uerſ. Cartuſienſes tamen, ubi
etiam loquitur de præfata extraua. uiam ambi-
tioſæ. in.4. ibi ſub pœna excommunicationis &c.
pœnam adiicit in contrafacientes, in.5. ibi, & ni-
hilominus ſecus, annullat actus in contrarium fa
ctos, In.6. ibi, decernentes etiam, & uolentes, ex-
tendit ad præterita, diſponitque quid iuris in ha
bentibus cauſam a conceſſionibus de præterito.
adiiciens pœnam in contrafactores. In.7.& ult.
quæ eſt ibi, in futuris autem, redit iterum ad fu-
ra prohibens quibuſcunque (Cartuſienſibus dun
taxat exceptis) ne tales mendicantes recipiant.
Summari poteſt text. extrauagantis hoc modo,
Mendicantes non tranſeant ad religionem non
mendicantium (præterquàm Cartuſienſium)
quocunque quæſito colore, ſub pœna excommu
nicationis, quam ipſo facto tam recepti, quàm
recipientes incurrant, quacunque licentia non
obſtante, prouidendo etiam circa iam receptos.

SVMMARIVM.

1 *Quid uelit iſta regula, & an fuerit neceſſaria?*
2 *Extraua. Viam ambitioſę. ſub titu. de regula. uirtualiter uidetur eſſe in hac regula.*
3 *Extrauagans prędicta non fuit uſu recepta.*
4 *Non dicuntur tranſgreſſores, legem longo tempore uſu non receptam, non ſeruantes.*
5 *Statutum uſu non receptum nullas habere uires.*
6 *Lex ſi ab omnibus non recipiatur ſciente ſuperiore non ligat.*
7 *Translationis de qua in regula forma cum derogatione ſolita.*

1 PRIMO. quæro † quid uelit, ſeu ope-
retur iſta regula, & an fuerit neceſſa
ria? ad primum reſpondeo, quòd re
gula hæc mandat firmiter obſeruari
illam conſtitutionem Martini, uiam
ambitioſæ; ergo intelligere debemus tam in Can
cellaria apoſtolica, quàm in iudiciis, & alibi ubi
cunque. Inſuper dicere poſſumus quòd cum
hæc regula mandet illam conſtitutionem obſer-
uari, perinde fit ac ſi idem diſpoſuiſſet, quod

2 in illa ſtatutum fuit, † & ſic illa conſtitutio uir-
tualiter erit in hac regula, ſicut relatum eſt in re-
ferente. l. ſi ita ſcripſero. ff. de condi. & demon. l. aſ
ſe toto. ff. de hæredi. inſtitu. Bart. in. l. 1. ff de rece-
ptato. & in. l. ſi quis ſeruum. §. fi. uerſic. ſed quæro
teſtator. ff. de legat. 2. Deci. conſil. 63. & pro tenui
col. 3. cir. medium. & conſi. 549. in cauſa, colum.
4. in fi. uerſ. nam cum relatio facta &c. Quantum
ad alterum quæſitum affirmatiuè reſpondendū
eſt, ſiue neceſſarium pro utili capiamus, ſiue e-
tiam (ut apud philoſophos accipitur). f. quando
ſubiectum ſine eo eſſe non poteſt, prout dicunt
neceſſe eſſe animalia quæcunque pulmonem ha
bentia reſpirare, ſi uolumus ut uiuant, neceſſaria
eſt reſpiratio, nā ſine ea animalia pulmonem ha
bentia uiuere nullo modo poſſunt, omiſſo enim,
an extrauagans illa ſit perpetua, uel non, & an ha
beat requiſita conſtitutionis, ita ut etiam nunc li
gare debuiſſet, quia tamen ex cauſa quam ſubii-
ciam, fragilis, & inanis reddebatur, & quaſi mor
tua erat, ſi uolumus eam reſpirare, & operari cir
ca ea, quæ ibi diſponuntur, neceſſarium fuit per
hanc regulam, uel per aliud ius illam reſtaurari
& reuiuiſci. Præcipua autem cauſa propter quā
3 † extrauagans prædicta in nihilo inſeruiebat, erat
(omiſſis aliis) quia nunquam fuit uſu recepta,
ſaltem a multo tempore citra, paſſim enim ſum-
mi Pontifices, ſignatura, & pœnitentiarius ma-
ior, contra eam reſcribebant, unde ſuccedit con-
4 cluſio illa, q † lex, ſeu conſtitutio utentium more
a longo tempore non recepta, non obſtet, nec illā
non ſeruantes, dicantur tranſgreſſores. c. fi. §. hæc,
& ſi legibus. 4. diſt. gl. ab omnibus approbata, in
c. 1. de tregua, & pa. in uer. frangere. in fin. in pro-
hem. Inſti. §. igitur. ad fin. cum gl. in uer. deſuetu-
dine. Old. in conſi. 259. impugnatur electio. col. 2.
nu. 1. uer. ſecundo, quia illud ſtatutum nunquam
fuit obſeruatum, &c. Pet. de Anch. conſi. 283. iu-
re ſtricto. poſt princ. ubi etiam concludit, q ſicut
leges moribus utentium confirmantur, ſic mori-
bus utentum in contrarium, nōnullæ leges obro-
gatæ ſunt. Lap. alleg. 36. ſtante ad fi. Barthol. Caſ
ſen. conſi. 1. in 4. præſuppo. nu. 53. uerſic. Secundo
reſpond. Hinc Horat. Ode. 24. inquit: Quid leges
ſine moribus uanæ proficiunt? Alex. conſil. 6. ui-
5 ſo themate. num. 2. ubi quòd † ſtatutum uſu non
receptum nullas habet uires. & conſ. 132. uiſa fa-
cti, num. 4. ubi reſpondendo ad contraria, conclu
dit q legem tollit non uſus implicans contrariū
actum, uol. 1. Anto. de But. in c. quia circa. de con
6 ſan. & affin. ubi q quando † lex non recipitur ab
omnib. ſciente ſuperiore, talis lex non ligat, quia
ſuperior uidetur eam tacitè tollere, ex quo ſcit
contrarium obſeruari, & patitur; ſequitur Are-
tin. conſil. 11. procedendum eſt. colum. 3. nume.
5. & Iaſon in l. ſi filius qui. in 6. nota. numer. 22.
& ſequen. ff. de liber. & poſthum. & Decius conſi.
262. in cauſa, columna fina. uerſicul. ultimo non
obſt. & conſil. 486. uiſis. columna penulti. uerſic.
tertio, non obſt. & conſi. 649. procedendo. nu. 8.
Hinc

Hinc concluſum fuit in Rota non ſufficere extra. Pauli 2. prohibentem alienationes rerum eccleſiaſticarum allegare, ſed neceſſarium eſſe quòd illa ſit in communi obſeruantia, & ſit recepta moribus utentium. per nota. per glo. & Doct. in cap. 1. de tre. & pace. Bal. in l. rem non nouam. C. de iudi. & in rub. de conſue. colum. 5. & in ſpecie eſt Dec. Mohed. 6. incipiens. In eadem cauſa fuit determinatum. Verum non ſolum extrauagans illa propter inobſeruantiam infructuoſa reddebatur, ſed & regulæ Cancellariæ eam ſimiliter confirmantes. imò & regula noſtra parum operatur, ſiam & illi paſſim derogatur, etiam a ſacra pœnitentiaria, ſed quia iſta eſt lex noua, cui niſi derogetur, in uiridi erit obſeruantia, non fuit abſonũ aliqualiter inſiſtere, ne quis poſthabita derogatione in pœnam incideret, utque pateat, quando derogationi locus ſit, uel non: & quia facile euenire poſſet quòd tales derogationes, niſi ex magna cauſa non admitterentur. Derogationis uerba nunc ſubiiciam in ipſa ſupplicatione, ſeu transla-
7 tionis bulla, apponi cõſueta †: forma igitur tranſlationis derogationem ſolitam continẽtis erit, Beatiſſime pater, exponitur S.V. pro parte deuoti illius oratoris N. monaci profeſſi monaſterii &c. ordinis &c. quatenus ipſe propter certas, & legitimas cauſas cum animi ſui quiete, & ſana conſcientia in dicto monaſterio remanere non poſſit, iccirco eidem S.V. ſupplicatur; quatenus eidem exponenti ut ire ad aliquod aliud monaſterium eiuſdem profeſſionis, & paris habitus, uel diſparis, uel obſeruantiæ regularis eiuſdem ordinis, uel ſimilis, ſeu alterius, ſui ſuperioris per ſe, uel alium licentia petita, licet non obtenta, licentiam miſericorditer indulgerẽ dignemini, de gratia ſpeciali, conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis etiam Mar. Quinti, quæ incipit niam ambitioſæ, illiuſque confirmationibus, & renouationibus per quoſcunque ſummos Pontifices ſubſecutis, regulis Cancellariæ &c. ſtatutis, & conſuetudinibus dicti monaſterii, cuius ipſe orator ordinem expreſsè profeſſus extitit, cæteriſque cõtrariis non obſtantibus quibuſcunque. Forma etiam bullæ, ſeu breuis erit ſimilis prædictæ, uel huius tenoris, uidelicet, Te de monaſterio beatæ Mariæ Tranſpontinæ, de urbe ordinis Carmelitarum, cuius monacus exiſtis, ad monaſterium San. Euſebii etiàm de urbe religionis San. Benedicti ordinis Cæleſtinorum auctoritate apoſtolica transferentes, ac uolentes, & decernentes ex nunc ut eiuſdem monaſterii San. Euſebii monacus cenſearis, & in eo recipiaris in monacum &c. cum derogationibus &c. Iſta ſecunda forma colligitur etiam ex mente Federic. de Sen. conſilio 19. quidam monacus. colum. ſecunda. poſt medium. uerſic. & ideo ſtilus Curiæ habet quòd quando monacus unius monaſterii, ad monacatum alterius monaſterii transfertur &c. Quantum attinet ad id, quod diximus de non uſu conſtitutionis, concludendum eſſe puto non tolli conſtitutionem per non uſum tantum, ſed ita diſtinguendum eſſe, aut probantur plures contrarii uſus cum ſcientia, & patientia ſuperioris, & tunc abrogatur lex, uel conſtitutio: Aut probantur plures actus contrarii conſtitutioni, ſed non cũ ſcia ſuperioris, & ſi concurrat lapſus decennii conſtitutio abrogata erit, aliàs ſecus: hæc diſtinctio elici poteſt ex dictis Cardin. Alexan. in capitu. erit autem lex. § leges. 4. diſtinc. ac Felin. in cap. 1. de tre. & pace.

S V M M A R I V M.

1 *Regula hæc, an locum habeat in mendicantibus non profeſſis, ad aliam religionem tranſeuntibus.*
2 *Vniuerſalis affirmatiua nullum excludit.*
3 *Negatio plus tollit, quàm ponat affirmatiua.*
4 *Non profeſſus, religioni non eſt obligatur.*
5 *Vniuerſalitatem non comprehendere caſus diuerſam rationem & cauſam habentes.*
6 *Generalitas legis, uel ſtatuti ſemper reſtringi debet ad euitandum abſurdum.*
7 *Profeſſio quid ſit, & qualiter fiat.*

1 Secundo quæro † an regula iſta in mendicantibus non profeſſis, ad aliam religionem tranſeuntibus locum habeat? Pro parte affirmatiua facit generalitas noſtræ regulæ, & extrauag. de qua ſupra, hic enim dicitur de mendicantibus obſeruari debere conſtitutionem Mart. & ſic indefinita æquipollebit uniuerſali, quaſi dixiſſet de omnibus mendicantibus. Illa uero extra. generalius loquitur, dicendo, nullus religioſus ordinum mendicantium quorumcunque, cuiuſcunque gradus, ſtatus, conditionis &c. unde ſi-
2 cut † uniuerſalis affirmatiua nullum excludit. l. textoribus omnibus. & l. Iulianus. ff. de lega. 3. l. a procuratore. & ibi Bal. in princ. C. manda. capit. ſolitæ. ante fi. de maio. & obedien. ita etiam dicẽdum erit de uniuerſali. negatiua: contrariæ enim inter ſe ſunt, ut omnis homo, & nullus homo, & idem quod affirmat, affirmatio, inficiari oportet negationem, prout docet Ariſto. in 2. libro de interpretatione. tex. 5. & ſequen. dum abſolutis oppoſitionibus propoſitionum, de affirmatione, & negatione tractat. imò dixit glo. in cap. cum dile-
3 ctus. de conſue. in uer. a ſuſpenſis. quòd † negatio plus tollit, quam ponat affirmatio, ſequitur Dec. conſi. 364. uiſis. colum. fi. poſt medium. l. hoc genus, ubi glo. ff. de condi. & demon. Rube. conſilio 51. numero 4. Aymo conſi. 146. nu. 4. & conſ. 294. nu. 6. Tiraq. in l. boues. §. hoc ſermone. in 7. limit. ff. de uer. ſig. Sequitur igitur quod per iſta uerba uniuerſalia negatiua, quilibet mendicans religioſus comprehẽdetur, ſe ad aliã religionẽ transferẽs, nulla facta diſtinctione profeſſionis, uel nõ. Inſuper uerba extraua. uñt clarè comprehendere hũc caſum, in 6. par. ibi, ſiue profeſſionẽ emiſerit, ſiuè non, unde quum pariſicet profeſſionem, & non profeſſionem, uerbiſque apertis utatur, nõ uidetur

tur

tur deſuper hæſitari poſſe, uulga. l. non aliter. in
princi. & l. ille aut ille. ibi, cum in uerbis nulla eſt
ambiguitas. ff. de lega. 3. l. labeo. uer. non enim ex
opinionibus &c. ff. de ſuppelle. lega. Bal. in l. uni.
§. ſin autem ad deficientis. C. de cadu. tollen. Pro
4 parte uerò negatiua quam teneo, facit quòd † nõ
profeſſus religioni non eſt obligatus, ſed poteſt
ad ſeculum redire, uel quo uoluerit conuolare. c.
ad noſtram. & c. ſtatuimus. in princip. de regula.
cap. 1. & c. beneficiorum. eo. lib. 6. Specu. in titu.
de regula. num. 5. uerſic. conuerſio autem & Pa-
tiſ. conſi. 13. num. 8. uolum. 4. ubi quòd profeſsio
facit monacum. & uoluit Tho. Aqui. ſecunda ſe-
cundæ queſtio. 189. uouentem ingredi religionẽ,
non liberari uoto per ingreſſum, ſi ante profeſsio
nem exeat. Specu. in titu. de ſta. mona. §. 1. uerſic.
17. dum loquitur de promittente ſe monacum
facere Gemin. & alii. in c. qui poſt uotum. de reg.
lib. 6. Bald. in l. ſi quis hæredem. nume. 6. & fulgo.
Pau. de Caſt. Alex. & Cor. C. de inſti. & ſubſti. Bar.
in auten. ſi qua mulier. colum. ſi. C. de ſacroſ. eccl.
Dec. conſi. 330. concluſio ſuperius nume. 4. uerſi.
non obſtat, quòd filia. concordando igitur extra.
prædictam, & regulam noſtram cum iure com-
muni, in quantum fieri poteſt. facienda eſt inter-
pretatio. quòd ſolum comprehendant mẽdican
tes profeſſos. Accedit quòd ratio diuerſiſsima
eſt non profeſſorum, a profeſsis, illi enim immu-
nes ſunt, & liberi a religione, & ordine, iſti uerò
non: illi igitur tranſeant, uel ad ſeculum redeant
ut ſibi libet, at profeſsi minimè, ut probant iura
prædicta. Ratio igitur reſtringet dictum genera-
le, illudque deſtruet, & ad ſui naturam conuer-
tet, Bal. in l. conuenticulam. col. penu. ante num.
6. C. de epiſco. & cleri. Soci. conſi. 42. nu. 11. uol.
1. Franc. Cur. in tracta. teſtium. in 4. conclu. & pro
iſta opin. faciunt etiam tradi. per Cardin. in cle.
2. num. 8. uer. quarto an hæc litera habeat locum
in non profeſſo tranſeunte de mendicantibus ad
non mendicantes, de regula. Vltimò pondero,
quòd extra. uiam ambitioſæ (uti ex præfa. & ex
princ. diſpoſitiuæ ibi nullus religioſus ordinum
mendicantium) colligitur, non ſimpliciter loqui
tur de mendicantibus, ſed de mendicantibus re-
ligioſis; religioſi aũt propriè dñr, qui in aliqua re
ligione approbata profeſsionem fecerunt, prout
in ſimili diſpo[illegible], de mendicantibus religio-
ſis loquente, optimè declarat D. Pet. Rebuf. ſu-
per concor. ſuper rub. de regia ad præla. nomi. fa-
ci. ſu uer. religioſi, plura ibi adducens quæ hic nõ
refero. ex præmiſsis poteſt colligi ſolutio ad con-
traria, ſpecialius autem reſpondebo. Quoad pri-
5 mum igitur reſpondebo † uniuerſalitatem non
comprehendere caſus habentes diuerſam ratio-
nem, & cauſam, ſed limitari, & reſtringi debere ſe
cundum naturam actus, cui attribuitur, argum. l.
damni. infi. iunc. glo. fin. ff. damn. infec. tex. dicit,
Ad omnia opera ſtipulatio accomodabitur, gloſ.
reſtringit ſupplendo, iure ſeruitutis. Innocen. in
cap. ex literis. ante medium, uerſicu. immo plus

dicimus, quòd etiam epiſcopus ſi diceret, dono
tibi uillam, & omnia iura quæ ibi habeo, non ta-
men intelligitur donare decimas &c. poſtea ſub
dit, nam hoc nomen, omnia, non habet in dicta
propoſitione ſupponere, uel referre ad ea, quæ
ſunt pœnitus alterius iuris &c. de iure patro. Bal.
conſi. 67. quia ex facto. col. 1. ante. nume. 2. uerſic.
nec ob. ſi dicatur. uolum. 3. & idem Bal. in alię l. a
procuratore. cir. medium. ibi, quia habent ſuppo
nere, uel referre ad ea, quæ ſunt de natura rerum
uenditarum, & poſtea. uer. no. ergo ꝙ in contracti
bus iſte terminus generalis, omnis, reſtringitur
ad ea, quæ ſunt de natura contractus &c. C. man
6 da. Inſuper † generalitas legis, uel ſtatuti ſemper
reſtringitur ad euitandum abſurdum, arg. gloſ. fi.
ante fi. in clem. fina. de reſcri. per locum ab oppo
ſito. Imo. in l. ſi uerò. §. de uiro. ff. ſolu. matr. Soci.
conſi. 84 conſiliis noſtris. ante nume. 3. uerſ. tertio
principaliter. uol. 1. Aymo conſi. 86. magiſter Ay
marus. num. 8. uer. quarto uerba quantumcunque
generalia &c. ratio autem, & qualitas, ac natura
non profeſſorum (ut ſupra probaui) eſt ut ad ſecu
lum redire, uel quocunque ire poſsint, ergo ab-
ſurdum eſſet extraua. & regulam noſtram inter-
pretari taliter, quòd induceretur deſtructio pro-
priæ naturę non profeſſorum, idemq; de nõ pro-
feſsis, quod de profeſsis, contra omnem rationẽ,
& contra omnes canones iudicaretur. Ad aliud,
ꝙ uerba extraua. hoc expreſsè dicant, hoc nega-
tur. Inſuper illa. 6. pars. extraua. loquitur quoad
præterita, & ſic tunc temporis, extra quẽ caſum
nos ſumus. Item ſupponit habitum ſuſceptum.
Inſuper aduertant iuniores, ꝙ iuxta terminos di-
ctæ extraua. & totius tit. de reg. & tranſeunt. ad
religio. duobus modis cõſiderari poteſt facta pro
feſsio; uidelicet, in primo monaſterio, ſeu ordine,
a quo quis poſtea ſe ad aliud, ſeu aliũ transfert,
uel in illo ſecundo ad quod, ſeu quem ſe tranſtu-
lit; non autem in primo, & de iſtis duab. profeſ-
ſionibus loquitur Cardi. in cle. 1. in 6. nota. de re-
gula. & in prin. dicti not. loquutus erat de nõ pro
feſſo in ordine ad quem, at in 1 q. nu. 8. loquitur
de non profeſſo in primo ordine, & ſic iſta inter
ſe multum differunt, nec de uno ad aliud argui
poteſt. Poſtremò quandoquidem dubium eſſet,
quomodo interpretatio facienda eſſet, talis fie-
ri debet quæ cum ratione, & aliis iuribus con-
cordet, ſecundum quam, & quæ concludendum
eſt non profeſſum primo ordini, religioni, ſeu
monaſterio non teneri, nec obligatum eſſe: ad ſu
7 pra deducta † profeſsio autem de qua ſupra lo-
cuti ſumus, nihil aliud eſt, quàm certæ religioni
ſolemnis promiſsio facta, prout, & quemadmo-
dum fiat probatur per tex. in capitu. porrectum.
cum glo. fina. de regula. in cap. fina. 20. quæſtio.
1. capitu. uidua quidem. 27. quæſtio. 1. & per Ho-
ſtien. in ſumma. de regula. in §. ad quid teneatur.
ante fin. uerſicu. profeſsio autem. per Lap. poſt
Archidia. alleg. 129. factum ſuper quo. nume. 10.
Caſten. conſi. 20. num. 33. & ſeq. per Nic. de Vbal.
qui

qui ponit modum, & formam profitendi fratrũ prædicatorum, in tracta. cler. regu. in 3. q. 1. part. nu. 6. & ante ipſum formam ponit Specu. ſub tit. de regula. in prin. Forma autem profitendi fratrũ minorum, de qua per Nic. de Vbal. ubi ſupra, eſt hæc, uidelicet: Ego N. facio profeſsionem, & promitto obedientiam Deo, beatæ Mariæ, beato Dominico, & tibi P. magiſtro fratrum prædicatorũ, ꝙ ero tibi, & ſucceſſoribus tuis uſque ad mortẽ. Specu. ubi ſupra addit alia quæ ibi uideri poſſunt: poſtea ſubdit formam inſtrumenti profeſſionis, ſeu conuerſionis.

SVMMARIVM.

2 *Mendicantes ſub hac regula, & extra. Mart. qui ueniant, & an de facto tantum mendicantes?* 1

2 *Mendicantes omnes dici poſſunt, qui coguntur ab alijs neceſſaria quærere.*

3 *Mendicantes religioſi qui.*

4 *Mendicantium ordines qui?*

5 *Mendicantes de facto tantum, non uenire appellatione mendicantium religioſorum.*

1 TERTIO quæro † quo ad effectum extra. Mart. & noſtræ regulæ, qui ueniant appellatione mendicantium, & an de facto non autem ex conſtitutione, uel regula mendicantes? Ad

2 primum reſpondeo lato ſumpto uocabulo, † mẽdicantes omnes illos dici poſſe, qui coguntur ab aliis neceſſaria quærere, quaſi manu dicentes, & reuelãtes ſuam miſeriam, de iſtis loquitur diuus Auguſtinus in ſermone de communi uita clericorum, & text. in c. nolo oe aliquis. ante medium. 12. q. 1. ubi inuehiticontra epiſcopos autum ſeruantes, & a ſe medicantis manum, petentesq́; gementes, & inopes, excludentes, & repellentes. Vtinam epiſcopi in curia Romana exiſtentes, de illis loquor, qui theſaurizant, & neſciunt quibus, illa ſacra uerba, illudq́; dignisſimum præceptum, ſeu conſilium eorum mentibus, & cordibus ſæpe reuoluerent, de iſtis etiam mendicantibus loquitur rub. & oigrum. C. de mendi. uali. lib. 11. & Archid. in c. quorundam. col. 2. in uer. mendicantiũ. nu. 5. de elect. lib. 6. & Lap. Alle. 18. qua pœna puniatur mendicantes ualidi. Altero modo, & ſtri-

3 ctius † mendicantes deſcribuntur eſſe illi, quibus ad congruam ſuſtentationem redditus, aut poſſeſsiones habere, profeſsio, ſiue regula, uel conſtitutiones interdicũt, ſed per quæſtum publicum, tribuere uictum ſolet incerta mendicitas, ita dicit text. in c. uni. §. confirmatos, de religio. domi. lib. 6. & gl. in c. uni. de exceſſ. præla. eo. lib. hanc deſcriptionem approbat Lap. licet mendoſa ſit litera, alleg. 4. au diſpoſitio. poſt princ. Ancharan. conſil. 109. contra fratres. num. 2. ſubdens quòd tranſgreſſores profeſsionis, & regulæ ſunt, qui dictos redditus, & immobilia tenent, non confidentes in Deum, qui uolucres cęli paſcit. Cald. conſ. 15. uerſus fi. & conſ. 17. ſub tit. de regu. & ſtatu. regula poſt medium. Fede. de Sen. conſil. 12. fratres prædicatores. num. 1. uer. nam mendicantes. Qui

4 autem ſint † mendicantium ordines, ſeu religioſi, dicendum eſt, quòd ordo fratrum prædicatorum, fratrum minorum, heremitanorum, carmelitarum, & ſimilium. prout quòd omnes iſti ordines ſupra nominati ſint mendicantium, aliqui, uidelicet, quo ad conſtitutiones, & regulas, aliqui uero quo ad regulas tantum, probatur ex text. in c. nimis praua, de exceſ. præla. in prin. ubi de prædicatoribus, & minorib. & c. qnia ex eo. in princ. ubi de eiſdem, & glo. 2. addit hæremitanos S. Auguſtini & Io. And addit carmelitas. de pact. lib. 6. c. quorundam oculos, uerſ. nolentes igitur huic peſti, de electio eo. lib. 6. ubi de prædicatoribus, ac heremitis S. Auguſtini. Io. And. in c. ſanè. col. 2. uer. exemplum in prædicatoribus, minoribus, hæremitis, carmelitis, & ſimilibus. de regula. Fede. de Sen. alleg. conſi. 12. fratres prædicatores, in prin. Bene. Capra. cõſi. 24. & ſi uiſo. colum. 3. poſt medium. ubi de prædicatoribus, hæremitanis & carmelitis. Fulgo. conſi. 103. Titius condidit. ubi de fratribus minoribus, & carmelitanis. Nicol. de Vbald. in tracta. ſucceſsio. ab inteſta. in prin. ubi quærit, qui dicantur clerici regulares mendicantes, ubi concludit, ꝙ prædicatores, minores, hæremitani, & carmelitæ. Socin. conſil. 13. præſens cõſultatio. oume. 36. uerſicul. eſt enim aduertendum, quòd religioſorum multæ ſunt ſpecies, uolum. 1. & in ſumma quatuor ſunt ordines mendicantium principales, uidelicet, prædicatorum, minorum, hæremitarum S. Auguſtini, & carmelitarum. glo. in clem. 1. in uer. quolibet. & Boni. de Vitali. in 17. not. nu. 46. de regula. Concludendũ igitur erit, regulam & extrauagantem intelligere de iſtis mendicantibus ordinum religioſorum ſupra nominatorum, & ſimilium. In aliis enim mendicantibus in genere, de quibus primo loquuti ſumus, non uerificantur iura, & doctrinę, de quibus proximè, nec in illis cadit profeſsio, nec aptari poſſunt ad uerba, & mentem extra. & regulæ. Nec obſt. illa prima interpretatio generalior, quia etiam in iſtis fratribus mendicantibus comprobatur, & propterea dicti ſunt mendicantes, ad ſupra deducta, & ad ea, quæ ponderat Fulgoſ. in allega. conſil. 103. num. 4. uerſi. ſed iſti dicuntur mendicantes, &c. & Archidia. in allega. cap. quorundam, de electio. lib. 6. dum generaliter deſcribit mendicantes omnes illos eſſe, qui neceſſaria quærunt, hoc facit reſpondendo ſuo quæſito, quis homo dicatur mendicans, non autem quis ordo, quæ religio, ſeu quæ regula dicatur mendicantium, alioquin malediceret, & contra tex. illum, prout etiam iſtam ponderationem, & declarationem ad dicta Archidiaconi. ubi ſupra facit Calde. conſi. 17. ſub titul. de regula. ante fin. uerſic. & Archid. dicit quis homo dicatur mendicans, &c. Ad aliud an ſub regula, ſeu extraua. comprehendantur de facto mendicantes,

cantes, nou autem ex conſtitutione, omiſſa di-
ſputatione, quæ fieri poſſet, ex ſupra adductis
colligitur reſolutio in partem negatiuam, uideli
5 cet, quòd † de facto mendicantes tantum, non
comprehendantur, & ita licet in aliia terminis,
expreſsè concludunt Lap. allega. 4. an diſpoſitio.
colum. 2. uerſicu. ad id quod dicunt, quòd habẽt
poſſesſiones, &c. Calder. conſi. 17. in titul. de re-
gula. & ſtatu. regu. uerſicul. nec obſt. ſi dicatur, ꝙ
aliqui ipſorum de facto mendicent, &c. Bened.
Capra. alleg. conb. 24. & ſi uiſo. colum. 3. uerſicul.
Nam ex hoc reſpondetur, quòd non eſt uerum, ꝙ
fuerint, & ſint de ordine mendicantium ex regu-
la, nec ex conſtitutionibus, licet quandoque de
facto mendicent, &c. & loquitur de fratribus ſer-
uorum, idem tenet Card. in clem. 1. queſt 3. num.
10. de regula. & cum iſtis tranſit Deci. in cap. in
præſentia. ante num. 71. uerſi. ad prædicta, qui di
cantur mendicantes, &c. de probation. Et pro
præmisſis, & quòd conſtitutio loquens, de men-
dicantibus, illos tantum contineat, qui à regula,
uel conſtitutione ad mendicandum arctantur,
poſt Ioann. And. per Card. 138. Dico præmiſſas
literas. nume. 2. uerſicul. item literæ præmiſſæ lo-
quuntur de religioſia, &c. Qui uidere uoluerit,
an mendicantes contra eorum regulam, ſeu con-
ſtitutiones bona detinentes teneantur ad coutri
butiones, uel eos defendat medicitatis priuile-
gium, recurrat ad præallegat. conſil. Anch. 109.
ubi pulchrè decidit tales à contributionibus,
& oneribus non eſſe immunes, ſequuntur Ioann.
Firma. in tracta. de Gabel. ſeu uecti. iu 7. quæſt. 7.
quæſt. princip. poſt nume. 23. uerſic. niſi de facto
poſſideant immobilia. Iaſo. in l. ubi pactum. nu.
30. C. de tranſact. Fel. in. c. eccleſia S. Mariæ. num.
105. de conſti. qui tamen. conſ. illod Ancha. ſub
alio numero citat. Idem Felin. in cap. ex tenore,
poſt num. 10. uerſi. Ad idem. conſi Pet. de Anch.
de reſcr. & in c. Rodulphus, poſt num. 5. in 2. reg.
eod. ac D. meua Philipp. Dec. in c. in præſentia,
poſt nume. 70. qui præallega. conſi. Ancharan. ci-
tare uoluit. de proba.

SVMMARIVM.

1 *Olim mendicantes, poſtea habilitati, quòd poſſint habere proprium, an ſub extra. Mart. hac regula, & alijs diſpoſitionibus, de mendicantibus loquentibus veniant?*
2 *Beneficium Principis latiſſimè interpretari debet.*
3 *Deſinitio, cui non competit, nec deſinitum.*
4 *Impedimentis duobus exiſtentibus vno ſublato remanet alterum.*
Cauſa plures principales, ſeu finales vbi ſunt, vna ceſſante, non ceſſat effectus.
5 *Priuilegia præſertim diſpenſatiua ſtrictè interpretanda eſſe.*
6 *Priuilegij tenor inſpiciendus, & ſeruandus.*
7 *Priuilegium interpretari debet, vt aliquid operetur.*

1 QVARTO quæro, † an olim mendi-
cantes, & poſtea diſpenſati, habilita
ti, ſeu priuilegiati, quòd poſſint ha-
bere proprium, ueniant ſub extra
Mart. & ſub hac regula, appellatio-
ne mendicantium, & ſub aliis diſpoſitionibus,
de mendicantibus loquentibus? Pro parte nega
2 tiua facit, quòd † beneficium, ſeu indultum prin
cipis debet latisſimè interpretari. l. ſi. ff. de conſti.
princ. c. 1. de aucto. & uſu pal. iunct. gloſ. in uerſi.
quamlibet. c. cum dilecti. in fin. de donatio. cap.
olim. de uerb. ſign. Bar. in l. ſiu nume. 4. ff. de ſeru.
lega. Inſuper quòd in propriis terminis conceſ-
ſionis factæ per Papam, fratribus mendicantibus
debeat fieri lata interpretatio, habemus tex. aper
tum. in c. in iis. de priuileg. ubi conceſſum fue-
rat, quòd poſſent ubique cum altari uiatico, ſeu
portatili celebrare, prælati dicebant interpretan
dum eſſe priuilegium, uidelicet, cum ipſorum li
centia, tanto magis, quia indultum fuerat cum
clauſula, Sine parrochialis iuris præiudicio, & ſic
limitata, & reſtricta uidebatur conceſſio, redar-
guuntur prælati prædicti, eorumque interpreta-
tio tanquam nimis ſtricta reprobatur, in caſu igi
tur propoſito cum agamus, de interpretatione
indulgentiæ Papalis. mendicantibus factæ, talis
interpretatio fieri debet, ut lata, ampla & beni-
gna ſit iu eorum fauorem, alioquin redargutio-
ni dict. c. in iis locus erit: lata autem interpreta-
tio erit, ſi dicemus habilitationem præmiſſam in
omnibus, & per omnia operari. Accedit quòd
3 † definitio eſt ſermo indicans quid eſt eſſe rei per
eſſentiam. Ariſt. 7. Metaph. & ibi inter alia. c. 3. in
quit, illud autem manifeſtum eſt, quod quæ pri-
mo, & ſimpliciter definitio, & quod quid erat eſ-
ſe ſubſtantiarum eſt. Idem philoſoph. magnorũ
moralium. lib 1 cap. 2. Definitionem autem (in-
quit) oportet cuiuslibet referre eſſentiam, ſeu
bonum, ſeu malum, ſeu quiduia aliud refert de-
finitio. Et definitio cui non competit, nec definl-
tum. Ariſt. in 6. Topic. cit. prin. uerſ. Si igitur non
uerificatur, de quo nomen, & oratio, &c. Bar. in l.
ſi quis ſerto. in 2. no. C. de fur. Fel. in c. querelam.
colum. 3. ante num. 8. de iureiur. & iſto argumen
to, iu fratribus mendicantibus utitur Pet. de V-
bald. in tract. de cano. Epiſcop. in 14. quæſt. prin.
in uerſicu. præterea ut dixi in parte. ubi ponde-
rat eos dici fratres mendicantes, quibus compe-
tit definitio mendicantium, de qua in præceden.
quæſtio. Iſtis habilitatis quòd proprium habere
poſsint, non competit definitio prædicta, ergo
nec mendicãtes aliquo modo dici, uel haberi po
terunt, imò ſi diceremos definitionem prædictã
conuenire, de directo teneremus contra philoſo.
in 6. Topicorum. iu 2. loco definitionis incipien.
Aliàs autem ſi eius, quod eſt inquiete, & defini-
tione, per indefinitum, & quod in motu eſt, aſſi-
gnata eſt oratio nobia, ſi enim iſtos fratres, qui
proprium habent in actu, ſeu in potentia, defi-
niamus per impotentiam habẽdi, per contraria,
ſeu

ſeu oppoſita definiemus; quod admittendum
non eſt. Pro parte uero affirmatiua facit, quòd
4 †impedimentis duobus exiſtentibus, uno ſubla-
to remanet alterum. l. ſi prius. primo reſpon. ff. de
aqua plu. arcen. l. ſi domus tua. ff. de ſerui. urban.
prædi. cap. paſtoralis. de priuile. c. ex tuarum. de
aucto. & uſu. pal. & ubi ſunt plures cauſæ finales,
uel principales, una ceſſante non ceſſat effectus. l.
liberorum. §. notantur. ff. de his, qui notan. infa. l.
uentri. §. fin. de priuileg. credi. l. ſi non lex alia. &
ibi Bal. ff. de here. inſti. c. ex parte. & ibi Imola. &
Cardi. de cleri. coniug. §. affinitatis. & ibi gloſſ. &
Ange. Aret. Inſti. de nupt. licet igitur ſint habili-
tati fratres prædicti ad proprium habendum, nõ
tamen ſunt habilitati, & liberati ab aliis iuribus,
loquentibus de mendicantibus. Item ſicut con-
cluſum fuit in proxima preceden. quæſtio. illos,
qui de facto mendicant, ſi non ſint tales ex funda
tione ſuæ regulæ, uel de iure, non poſſe dici men-
dicantes, ita econuerſo qui de facto, uel ex priui-
legio apoſtolico non mendicant, tamen mendi-
cantes omnino erunt, & ſub diſpoſitione de men
dicantibus loquente, comprehendentur. ita in
propriis terminis noſtris loquens de monialibus
mendicantibus, arguens ut ſupra cõcludit Lap.
al ega. 4. an diſpoſitio a princip. uſque ad uerſic.
ſecundum dubium. ſequitur Rebuf. ſuper con-
cord. ſub rub. de regia ad præla. nomi. faci. in uer.
mendicantibus, uerſic. Sicut illi, qui ex fundatio-
ne. pag. 168. & licet Cardi. in clem. 1. quæſt. 7. de
regu. uideatur tenere contra hanc opin. Lap. ta-
men poſtea diſtinguit; concludendo quòd tales
ſorores S. Claræ, de quibus loquitur Lap. ſint or-
dinis mendicantis. gl. tamen ibi. in uerſi. quodli-
bet. in fi. & Boni. de Vital. num. 56. indiſtincte te-
nent idem in fœminis. utcunque tamen ſit, con-
cluſioni prædictæ quoad uiros, nemo repugnat,
licet aliqui dubitent, an fœminæ dicantur mendi
5 cantes. Poſtremò †priuilegia præſertim diſpenſa
tiua, ſunt ſtrictè interpretanda, ac limitanda. l. 2.
ſi meritò. ff. ne quid in loco publi. l. ſi quando. in
in princip. C. de inoffic. teſtam. c. dudum. & c. ut
priuilegia. in prin. ubi de priuilegio conceſſo re-
gularibus. de priui. Dec. conſ. 32. colum. 2. nume.
5. ubi quòd priuilegium eſt contra ius, ideo ſtri-
ctè interpretatur, & de priuilegiis, ſeu diſpenſa-
tionibus conceſſis fratribus mendicantibus, ꝙ
ſint ſtrictiſſimè interpretandę, & ſolum in caſib.
expreſſis, firmat Boni. de Vit. in alle. cle. 1. col. fin.
nu. 88. & ſeq. uer. & hic conclude & aduerte ꝙ ſi
Papa facit gratiam mendicanti &c. de regula.
Quid tenendum? ego diſtinguerem ſic. Aut Pa-
pa ultra proceſſit nõ ſolum habilitando, ut prius
mendicantes, poſſint in futurum retinere bona,
& poſſeſſiones, & ſic habere propriũ, ſed alia uer-
ba addendo, per quæ colligatur tales de mendi-
cantibus non mendicantes reddere uelle pœni-
6 tus, & effectualiter, & tunc †priuilegii uerbis ſtan
dum erit, illiusque tenor ſeruandus. capit. acce-
pimus. & cap. ſequen. de fide inſtrum. capit. cum
plantare. ante fin. cap. porro. & capit. petiſtis. de
priuileg. Caſſado deci. 3. in fi. eo. Felin. in cap. 1.
colum. 6. uer. conſidera etiam aliud. de reſcr. Aut
ultra non proceditur, uel ſumus in dubio, & ad-
hæreo parti affirmatiuæ, per ſupra pro hac parte
adducta, & pro qua ſimili quæſt. concludit etiam
ita diſtinguendo Nico. de Vbal. in tracta. ſucceſ-
ſio. ab inteſta. in 2. quæſtio. 1. par. numero quin-
to. uerſic. Si tamen efficerentur capaces ex priui-
legio apoſtolico &c. Non ob. primum quòd bene
ficium principis ſit latiſſimè interpretandum,
quia hoc potius eſt priuilegium diſpenſationem
continens, quo caſu ſtricta debet fieri interpreta
tio, ita diſtinguit Dec. in alleg. conſil. 3. & pro te-
nui numero 8. Iſta enim conceſſio, ſeu indultum
contra ius eſt, & religioni in dubio præiudicans,
ad Nico. de Vbal. ubi ſupra. Ad capitu. in iis. de
priuile. pluribus modis reſpondetur, primo illa
interpretatio ibi cadebat, & conueniebat, hic
non, & quòd conueniret patet; illi enim qui talẽ
interpretationem faciebant malignè procede-
bant, ut no. ibi Hoſt. in princ. Inſuper ibi talis in-
terpretatio erat contra religionem, hæc noſtra
7 pro religione. Item ibi †priuilegium taliter intel-
lectum nihil operabatur; quod eſt contra tex. in
l. 1. in fi. ff. ad mun. in l. uni. C. de theſau. lib. 10. &
contra tex. in capitu. paſtoralis. 2. reſpon. de ap-
pella. in dicto. cap. in iis. uerſic. autem nihil con-
ferret, & notat Hoſtien. ſuper dicto. uerſic. confer-
ret, & Abba. in 2. nota. Bal. in auten. habita. in 4.
nota. C. ne fili. pro patre. Pet. de Anchar. conſilio
186. pro parte eccleſiæ. colum. 2. circa medium,
uerſic. Item in themate præſupponitur, ꝙ ex ſpe-
ciali priuilegio apoſtolico &c. Felin. in capitu. 1.
de reſcrip. colum. 4. num. 4. in uerſic. priuilegium
continens. Inſuper dictum, c. in iis. in fi. facit pro
hac parte affirmatiua, ibi. n. limitatur non exten-
di priuilegium ad iura parrochialium, ſubdens
ſatis eſſe fratres aliquam gratiam ex indulgentia
conſecutos, ſic in caſu propoſito ſat ſuperque ſit,
iſtos mendicantes gratiam quoad expreſſa repor
taſſe. Ad aliud de deffinitione reſpondeo illam
eſſe deſcriptionem, & quatenus concederem eſſe
definitionem non haberet ſua requiſita; de qui-
bus per Ariſto. in 6. lib. Topico. nec mirum eſt de-
finitiones per canones factas non habere ſua re-
quiſita, cum etiam uideamus illas iuriſconſulto-
rum ſubuerti poſſe, iux. tex. in l. omnis definitio
in iure eſt periculoſa. ff. de regu. iur. Sed conceda-
mus dictam definitionem eſſe ex omni parte per-
fectam, Papa per dictam habilitationem, ſeu di-
ſpenſationem (niſi aliter conſtet) non facit quin
dicti fratres ſint, ſeu remaneant mendicantes, li-
cet eos habilitet ad actũ non mendicandi, ſi men-
dicare nolint, in potentia tñ mendicantes erunt,
quia poterunt, ſi uolent, uel poſito ꝙ non ſuperue-
niant ſibi facultates, uel non ſufficienter, tunc in-
totum, uel pro parte mendicabunt, uel ſaltẽ men
dicare poterunt. Et in oẽm caſum licet nõ admit-
tantur duo cõtraria eodẽ tpe, in eodẽ ſubiecto, &

ſic mendicare, & nō mendicare, illud uerum eſſet in actu, ſecus dicendū eſt in potentia, ſtant enim iſta ſimul, quòd hodie quis non mendicet, tamē mendicare poſſit.

S V M M A R I V M.

1 *Ordo religionis ſi reformetur in aſperiorem uitam mendicantes, an ad alios ordines tranſire poterunt?*

2 *Actus agentium non debent operari ultra eorum intentionem.*

1 QVinto quæro † an ſi reformetur ordo religionis in aſperiorem, ſeu duriorem uitam, poſſint mendicantes ad alios ordines tranſire, uel alio remedio ſubleuentur, uel potius uigum inſolitum ferre teneantur? Quòd tranſire poſſint ad alium ordinem parem, uel ſimilem uidetur, quia cum a principio cogi non potuiſſent religionem intrare profeſſionemque emittere, & ſic ad totum uotum. cap. præſens clericus. 20. quæſt. 3. capitu. 1. cum glo. fina. de regula. capit. ut lex, cum ibi nota. 27. quæſtio. 1. capit. integritas. 32. quæſt. 1. c. uni. poſt prin. cum glo. in uerſic. ſpontanea de ſta. regula. lib. 6. ita nec ad uoti augumentum argum. l. quæ de tota. ff. de rei uendi. Et ita iuxta terminos noſtros arguit Hoſtié. in ſum. de uoto. §. utrum. nume. 17. uerſic. quid ſi aliquis ſcholaris. Et quòd inuiti compelli non poſſint ad ſtrictiorem uitam concludit gloſſ. in alleg. ca-

2 pitu. integritas, in uerſicu. uoti. Inſuper † actus agentium non debent operari ultra eorum intentionem. l. non omnis, & l. final. ff. ſi certum peta. l. obligationum ſubſtantia. §. 1. ff de actio. & obliga. & in materia ſpiritali pulchrè per Abba. in cap. ſi ſacerdos. nume. 14. & ſequen. de officio ordin. Intentio intrantis religionem, ac profeſſionem emittentis fuit ſeruare regulam, & mores ordinis ſeu monaſterii, qui tunc uigebant, non autem ab integro omnia commutare, aſperitatesq́; inſolitas pati. Secunda opin. elici poteſt ex dictis, & diſtinctionibus Hoſtien. in ſum. de uoto, in alleg. §. utrum. nume. 17. uerſicu. Quòd ſi aliquis ſcholaris uidet aliquod monaſterium diſſolutū, ſplendide comedere, bona indumenta habere, & ſimilia, cogitat ipſe, hanc regulam bene poſſum tolerare, hic ſaturabo corpus ad minus, quia in domo propria uix poſſum milio ſaturari &c. hoc caſu reformatio ordinis ab abuſibus, & lapſum in deteriorem uitam, nullo modo exiſtimari debet, quòd ingreſſum, ſeu profeſſum grauet. iuxta tex. in c. uni. de ſta. regu. lib. 6. ubi reformantur moniales in clauſuras monaſterii ex eant, nec alios in monaſterium intrare permittunt. Pro quibus refero illud Machabe. 2. cap. 3. Virginem incluſam conſiſtere debere. & tex. in c. mulieres. uerſus fi. de iudi. lib. 6. & c. periculoſum. 18. quæſtio. 2. Nec abuſus inſtitutioni, conſtitutionibus, & regulæ religionis, ſeu ordinis cōtrarius, nec annorū numerus in aliqua conſideratione erūt, nec quid factum fuerit, ſed quid faciendum eſſet attendi debet. c. cum cauſam. § quia igitur. de elect. Hoſtien. in ſum. de regula §. ad quid teneatur. ibi, in quo nec abuſus contrarius, nec numerus defendit annorum. Et hoc caſu militabit omnino ratio Hoſtien. in ſum. de uoto. in alle. §. utrum, ante nu. 18. ibi. Et eſt ratio, quia melior intelligitur fieri conditio ſua. argu. tex. in c ex parte. in fi. & c. dudum. de conuer. coniug. Et quia ut ſupponimus ꝙ ordo totus, & ipſi religioſi de licentioſis, & lapſis in abuſus, & errores ad meliorē uitam, & eam quæ in primordio religionis inſtitutæ ſeruabatur reuocantur, non ſolū conqueri non poſſunt, imò gratias agere debent Deo, & prælatis, qui ſuper eos uigilant, & qui non patiūtur ultra eos immerſos reperiri in laici, & in uitiis. Tertia opin. occurrit ab Oldra conſi. 96. nunquid monacam conſiderata & defenſa. ubi concludit quòd ſicut datur annus intranti religionem ad probādum auſteritates, & aſperitates ordinis, ita detur alter annus a tempore quo aſperior & durior uita priore proponitur, infra quem annum religioſus quilibet illius ordinis, experiri poſſit, an nouas, & inſolitas auſteritates ſibi propoſitas perferre ualeat, & quid ſibi expediat. Et hanc opin. Oldra. comprobare uidetur Ancha. in allega. cap. uni. poſt numerum 2. ibi, Vel ſaltem concedatur ſibi alius annus. de ſta. reg. lib. 6 Rebuf. ſuper concor. sub. de Regia ad præla. nomi. §. 1. in uerſi. reformatis. procedere aſſerit quando profeſſio fuit limitata, puta uoueo ſeruare regulam Sanc. Franciſci, quæ nunc ſeruatur. Alteram limitationē quam ſubijcit circa relaxationem ab immemorabili tempore, nec ut ueram comprobo, nec bonis moribus, & ſanctis inſtitutionibus conformem puto. Vltima opinio eſt, quòd omnino perſiſtere teneantur profeſſi in ea religione, & poſtquam poſuerunt manum ad aratrum, ne reſpiciant retro. Et iuxta dogma. Apoſtoli, unuſquiſque perſiſtat in ea uocatione in qua uocatus eſt. capitulo primo. §. audiuimus. 21. quæſtio. prima. & dixit Ioannes. Andr. in allega. capitu. uni. poſt numerum quintum, Papā circa profeſſos multum poſſe in tibiis, ueſtibus, modo manendi, & ſimilibus. ſequitur Geminian. ibidem poſt numerum 10. & Philip. Franc. poſt numerum quintum. de ſta. regula. libro 6. Rebuff. ſuper concordan. in prææallega. titu. de Regia ad prælato. nomin. facl. in uerſicu. reformatis. eo præſertim fundamento, quia religioſi propriæ uoluntati renunciauerunt, per ea quæ ibi adducit, deciſionem præſentis quæſiti, & quæ prædictarum opinionum uerior ſit iudicio Rom. eccleſiæ relinquo.

REGVLA XXIIII.

De male promotis, ſeu ordinatis ad ſacros ordines.

ITEM de clericis extra tempora a iure ſtatuta, ſiue ante ætatem legitimam, aut abſque dimiſſoriis literis, ad ſacros ordines ſe promoueri facientibus pro tempore, etiam uoluit conſtitutionem piæ me. Pij Papæ II. ſimiliter prædeceſſoris ſui, deſuper æditam, & in diſcto Cancellariæ Apoſtolicæ libro deſcriptam; quæ incipit: Cum ex ſacrorum ordinum, &c. pari modo obſeruari.

CONST. PII II.

PIUS Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, ad futuram rei memoriam. Cum ex ſacrorum ordinum collatione caracter inuiſibilis animæ imprimatur ſacra myſteria diſpenſentur, & ipſarum cura tribuatur animarum, in eorum ſuſceptione, exceſſus graues tanto magis plectendi ſunt, quanto ex illis maiora in mentibus fidelium ſcandala generantur. ¶ Cum itaque ſicut fidedignorum relatione (non niſi moleſtè) accepimus, nonnulli clerici extra tempora à iure ſtatuta, quidam ante ætatem legitimam, aliqui uero ſine dimiſſorijs literis, contra ſanctiones canonicas ſe faciunt ad ſacros ordines promoueri, nos eorundem temeritatem tali caſtigatione reprimentes, ut aliis in poſterum committendi ſimilia aditus præcludatur, auctoritate Apoſtolica, hac conſtitutione perpetuò ualitura ſtatuimus, & ordinamus, quòd omnes, & ſinguli, qui abſque diſpenſatione canonica, aut legitima licentia, ſiue extra tempora à iure ſtatuta, ſine ante ætatem legitimam, uel abſque dimiſſoriis literis, etiam citramontani a citramontanis, præterquam ſi in hoc ultimo caſu per cameram Apoſtolicam iuxta illius ſtilum ordinati fuerint, & ad aliquem ex ſacris ordinibus ſe fecerint promoueri, a ſuo rum ordinum executione ipſo iure ſuſpenſi ſint, & ſi huiuſmodi ſuſpenſione durante in ijſdem ordinibus miniſtrare præſumpſerint, eo ipſo irregularitatem incurrant. ¶ Præterea ultra alias pœnas in tales generaliter à iure inflictas, beneficijs eccleſiaſticis poſſint iure priuari. ¶ Volumus autem quòd præſens noſtra conſtitutio in Romana curia exiſtentes, poſt quindecim dies, abſentes uero Italicos, poſt duos menſes, alios uero ultramontanos poſt ſex menſes ab ipſius in audientia contradictarum, & Cancellaria Apoſtolica publicatione, & affixione ligare incipiat. ¶ Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtram ſtatuti, ordinationis, & uoluntatis iufringere, uel ei auſu temerario contraire, ſiquis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romę apud Sanctum Petrum. Anno ab incarnatione Dominica. 1465. X. Kal. Decemb. Pontificatus noſtri anno IIII.

SVMMARIVM.

1 *Extrauagans, ſeu ſtatutum extra certum corpus ſingulariter uagans, facilè obliuioni traditur.*

VT ſæpe mediocris fortunæ uiro, uerecundia, ac metu affici contingit, ſi dum animi, ac liberalitatis cauſa, ſuæ claſsis ſodalibus, licet familiarẽ, & tuismet extructum manibus, cupediorum tamen, & bellariorum, qualia nunquam forſan uidit autumnus, nec mẽſa eorum, qui poſt Ninum fuere nouitate, & dapſili uarietate conſpicuum prandium appoſuit, Rex quiſpiam nondum locis conuiuis, improuiſus adueniat, lauet & ipſe hilaris cumque aliis omni deiecto faſtu diſcumbat, uariæ, ac graues conuiuatorem curæ aggrediuntur. Hinc illum mediocris, & ſecundariæ menſa, hinc itidem pœnitentia non præuiſi caſus ſolicitant. Regis tamen humanitate, & familiaritate fretus, conſilium in arena capit, lętiſsimoquè animo, ea quæ poteſt componit, & ſedato ſtrepitu ſi quid habet noui, uel nouo ritu conditi iuris, domino ſuo quàm hilariſsimè poteſt apponi. Talis me nuper caſus oppreſsit, qui dum euigilatas nonnullas lucubrationes, haud prorſus (ni fallor) inutiles Romanis meis, exteriſquè ciuilis prudentiæ candidatis depromo. En de improuiſo Iulium Oradinum iureconſultum celebertimum, ac primarium, unumquè ex ampliſſimi duodecimuiralis ordinis, deſiderio uidendi has meas uigilias (qualeſcunque ſint) correptum eſſe admoneor, quo nuncio perterritus, quippe qui non eius doctrinæ, & præeminentis ſcientiæ iuris, ſed mihi ad memoriæ, & exercitationis uſum, ac nonnullis amicis, qui a me, id uehementer rogauerant, aliiſquè iiſdem ſacris initiatis, hoſce meos commentus eram labores, in phormionis periculum, cui coram Hannibale, de re bellica uerba facere contigit, me

incidiſſe intellexi, referremque (ingenue fateor) libentiſsimè pedem, ni iam redarguentibus amicis, abortum feciſſe uiderer. Atqui galeatum ſero duelli pœnitet. Quare (quod reliquum mihi eſt) ampliſsimum duodecim uiralem conſeſſum, oculatiſsimos omnia impoſturæ expertes Aduocatos, ſolertiſſimos cauſarũ patronos, quorum etiam omnium me ſeueram cenſuram ſubiturum intelligo, rogatos etiam atque etiam uolo, ut nimis fortaſſe audacter à me ſuſceptam hanc ſcribendi prouinciam, non ſolum amicis ſtudiis proſequantur ac boni æqui faciant. Verum quando eos patronos, dominos, huius qualiſcunque operis conſtitui, illud ab obtrectatorũ iniuria tueantur, exemploque regis tam familiariter de improuiſo accumbentis, & noua tantum fercula deguſtantis, uulgaria aliis relinquant, & noua, & nunc primum in medium a me allata candido, ac benigno animo accipiant. Noua enim prorſus etiam nunc ſeſe offerunt. Quandoquidem noua eſt hæc Regula, & prudentiſsimè addita pro approbatione extrauagan. ſeu conſt. Pij Secundi, quam hic inſeri curaui, ne alij (prout mihi contigit) tædio afficiantur illam perquirendo; inter extrauagan. enim, & inter alias bullas impreſſas illam non inuenient. Nec admiratione caret cur fę. re. Sixtus Quartus, & Innocentius Octauus, quorum regulas habemus ſimilem non fecerint ſi expediebat, uel ſi neceſſaria erat noua approbatio, ſi uerò non, cur noui ſummi Pontifices hanc regulam addiderint. Mea quidem ſententia omnes ſumma ratione moti fuere, illi enim qui parum poſt æditam conſtitutionem huiuſmodi ſucceſſerunt, quum uiderent illam non temporalem, ſed perpetuam præſertim propter illa uerba, uidelicet, hac conſtitutione perpetuo ualitura, & cum ea recens eſſet, & tunc in uiridi (ut credendum eſt) obſeruantia, non fuit opus aliam legem promulgare, ſucceſſiuis uero temporibus quaſi exula iudiciis, aliena ab aliis extrauagantibus, ſeu Pontificiis conſtitutionibus, ac quaſi omnibus non ſolum exteris, ſed & curialibus. & Romanis ipſis incognita, recenti meritò indiguit reualida-
1 tione ſeu confirmatione. Nam † extrauagans, ſeu ſtatutum, extra certum corpus ſingulariter uagans, facilè obliuioni traditur, debiliſquè, ac debile reputatur. l. 2. §. hæc igitur omnia C. de uet. iur. enuclea. l. cum prolatis, & ibi Bartol ff. de re iudica. cap. paſtoralis. cum glo. in uer. diſſona. de fide inſtrument. §. ſanè. in proœm. decret. Geminia. conſil. 78. formantur illa. nume. 1. & ſequen. Roman. conſil. 260. in propoſito. numer. 3. uerſicul. ſecundo, quia inter extrauagantes alias reperitur. Iafre. deciſ. 389. iudex tenetur. Fely. in c. 1. de re iudica. colum. 7. Caſſado deciſi. 8. nu. 8. de conceſſ. præben. Ioann. Franc. Paui. in prælud. extrauag. colum. 1. Auguſt. Bero, ſuper rubric. de conſtitu. num. 61. Et quia intelligentia huius regulæ pendet à conſtitutione Pii prædicti, illam diuido. in 4. par. principales in prima enim exorditur, cauſaq; conſtitutionis promulgandæ adducit, in 2. quæ eſt ibi, nos eorundem temeritatẽ, ſtatuit, & prouidet circa tria, pœnam ſuſpenſionis adiiciendo, in 3. quæ eſt ibi, præterea ultra alias, uult tales beneficiis priuari poſſe. in 4. & ultima, quæ eſt ibi, uolens autem. decreuit hanc conſtitutionem poſt publicationem omnes afficere, ab omnibus obſeruari debere. Rurſus 2. pars in 4. par. ſubdiuidi poteſt, In 1. enim ut dictum eſt ſtatuit. In 2. quæ eſt ibi, etiam citramõtani, ampliat conſtitutionem. dubiumq; quod oriri poterat remouet. in 3. quę eſt ibi, prætetquam ſi in hoc, limitat ampliationem prædictã. In 4. quæ eſt ibi, & ſi huiuſmodi ſuſpenſione, addit pœnam irregularitatis, in euentum, ut ubi.

SVMMARIVM.

1 *Conſtit. Pij, & regula hæc, de quibus ſacris ordinibus loquantur?*
2 *Prima tonſura, ſeu corona, an ſit ordo? & nu. 5.*
3 *Sors quæ ſuper Matthiam cecidit non accipitur pro fortuna.*
4 *Clerici quatuor ordinum minorum connumerentur inter alios, ſacros ordines habentes.*
5 *Prima tonſura, ſeu corona nullum habet officium, ſeu exercitium in eccleſia Dei.*
6 *Ordines ſacri de quibus hic, erunt ſubdiaconatus, diaconatus, & presbyteratus.*
7 *Subdiaconatus ſecundum iura antiqua non habebatur pro ordine ſacrò, ſecus nunc, & nu. 8.*
Vltima opin. iuriſconſulti, gloſſatoris, ſeu doctoris, cenſetur approbata. ante nu. 8.
9 *Subdiaconatus, & alij ſacri ordines, conferri debent in ieiuniis quatuor temporum, ſecus eſt in quatuor ordinibus minoribus.*

1 PRimo quæro † de quibus ſacris ordinibus loquatur, & intelligenda ſit conſt. Pii & noſtra regula? & tres opiniones adduci poſſunt. Prima erit quòd omnes ordines ueniant, incipiendo a primo, gradatim aſcendendo, uſque ad ultimum, primus igitur ordo erit, prima ton-
2 ſura, ſeu corona, uel pſalmiſtatus, & quòd † prima tonſura ſit ordo, probatur per text. in c. cum contingat, ibi, requiſiuiſti an clericatus ordo, in tonſura huiuſmodi conferatur, & in fi. de æta. & quali. & ibi Inno. ante fi. dicit aliquos tenere iſtũ ordinem abiiſſe in deſuetudinem, quod tamen ipſe non credit, facit. c. uni. in princ. de ui. & hone. cleri. lib. 6. gloſſ. in c. Abbates, in uer. tonſura, in prin. de priuile. lib. eo. & etiam probatur, quia ponitur, & connumeratur inter alios ordines, prout in. c. perlectis. uerſic. pſalmiſtam. 25. diſtin. ubi pſalmiſtatus, qui idem eſt, quod prima tonſura, ſeu corona, ponitur poſt accolitatum, & ante alios ordines, Feli. in c. ſicut pro certo, in fi. de ſimo. & iſti habentes primam tonſuram, ſeu coronam, ueniunt appellatione clericorum, &

ueri

ueri clerici exiſtimantur, gaudentque priuilegiis
clericalibus, prout priuilegio. c. ſiquis ſuadente.
17. quæſt. 4. priuilegio fori. cap. ſi diligenti. de fo.
compe. Butr. & alii in capit. cum non ab homine.
de iudi. & eſt communis opin. canoniſtarum, quod
prima tonſura, ſeu corona uel pſalmiſtatus, ſit or
do eccleſiaſticus, interaliosque ordines connu-
meretur, & quòd ſit communis opin. atteſtatur
Feli. in præalle. c. ſicut pro certo. uerſic. ſed con-
trarium communiter tenent doctores noſtri, de ſi-
mo. patet igitur iam, quòd prima tonſura, ſeu
corona eſt ordo: nunc probandum erit iſtum or-
dinem primæ tonſuræ, poſſe dici ſacrum, ad hoc
ut ueniat ſub ſpecificatione ſacrorum ordinum:
quod oſtendo, cum enim per primam tonſuram
quis clericus efficiatur, clericus autem a dictio-
ne græca κλῆρος dicatur, quæ apud nos ſonat
idem quod ſors, ſeu ſorte electus, & ſic in ſortem
& hæreditatem domini uocatus, & aſſumptus,
Deique partem habens. c. cleros. 21. diſtin. capi.
cum ſecundum Apoſtolum. poſt princ. de præ-
ben. c. clericus, & c. ſeq. & c. duo ſunt genera, ubi
etiam quid ſignificet corona, & quid taſura. 12.
quæſt. 1. merito iſte ordo ſacer dicetur, cum talé
eum habentem ſacrorum participem, deoque cõ-
3 iunctũ faciat, nec † ſorté, de qua in præfatis iuri
bus, prout nec illam de qua, Actuum apoſto.
c. 1. in fi. ubi quòd ſors cecidit ſuper Matthiam,
pro fortuna acciperem, ſicut enim ſors uirtutis
dicitur regnum æternum, æternaque gloria pro-
ut Sapien. 5. Ecce quomodo computati ſunt in
ter filios Dei. & inter ſanctos ſors illorum eſt. &
Actuum 26. Et ſortem inter ſanctos per fidem,
quæ eſt in me. ac ſors peccati, ſeu peccatoris de
qua Eccleſiaſtici cap. 6. Et deducet in ſortem im
piorum: & Eſaiæ 57. In partibus torrentis pars
tua, hæc eſt ſors tua. Hieremiæ capit. 13. Hæc eſt
ſors tua: pars menſuræ tuæ a me dicit Domi-
nus: quia oblita es mei &c. eſt ignis æternus quia
ex actu peccati quis ignem æternum ſortiri de-
bet, ſic ſors Matthiæ. uidelicet illud quod ex uir
tute ſua cum Dei gratia ſortiri debebat, fuit Apo
ſtolatus: ſi autem ſortem Matthiæ aliter accipis,
recordare uerborum Salomonis Prouerb. capit.
16. in fi. ſortes mittuntur in ſinum: ſed a Domi-
no temperantur. Quo autem ſors quæ ſuper Mat
thiam cecidit accipi debeat, uideatur. c. 1. cum
multis ſequen. 26. quæſt. 1. & in aliis quæſt. & qua
ſi per totam. 26. cau. ubi ſortes reprobantur, &
ſoluuntur contraria, quæ allegari poſſunt. Et quod
ſortis diiudicatio in talibus tantum a iure expreſ
ſis admittatur, in aliis uerò reprobetur, & pec-
catum contineat, uoluit ſingulariter Bald. in l. 2.
in 2. not. C. quan. & qui. quar. debe. lib. 10. ſequi-
tur Iaſ. in l. ult. in princ. in ult. nota. C. commu. de
lega. pro quibus uideatur Alex. in l. huiuſmodi.
§. is cui. in 2. not. ff. de lega. 1. & latius Feli. in cap.
capitulum ſanctæ Crucis, de reſcr. colum. penult.
talis clericus dicitur eſſe in gradu eccleſiaſticæ di
gnitatis, ſicut diaconi, & ſacerdotes. c. denique
in prin. iun. glo. 1. poſt medium. 4. diſtin. capitul.
uni. cum glo. 1. de ui. & hone. cleri. lib 6. & cum ut
præmiſi prima tonſura, ſeu pſalmiſtatus pona-
tur, & connumeretur inter ordines ſacros, ſequi
tur quòd & ipſe ordo ſacer dicendus ſit, & ſic
ſub uerbis regulæ comprehendatur. Quicquid
dictum ſit, contrarium eſt tenendum, quòd im-
mo regula, & conſt. Pii non poſſint interpretari
ſub uerbis ad ſacros ordines, de ſuſcipientibus
primam tonſuram, nulloque modo hæc prima
interpretatio hic cadere poteſt, cum tam regula
noſtra, quàm conſt. Pij loquatur de clericis ſe pro-
moueri facientibus ad ſacros ordines. Unde præ
ſupponitur quòd iam habeant primam tonſurã,
ſimilem ponderationem, licet in aliis terminis,
facit Gemi. in. c. cum nullus. §. inferiores. uerſic.
quæro an ſit differentia ſi concedatur alicui, ut
poſſit facere clericos ordinari a quo uelit, uel ſi
dicatur ſubditos &c. concludit eſſe differentiam,
nam primo caſu (& ſic ad rem noſtram) non poſ-
ſunt niſi iam clerici ordinati. de tempo. ordi. lib.
6. & ex aliis rationibus infra adducendis appare
bit non debere fieri talem interpretationem, Se-
cunda igitur opin. erit quòd incipiendum ſit a
quatuor minoribus ordinibus aſcendendo ad a-
lios ſuperiores, & ſic quòd quatuor ordines mi-
nores dicantur ſacri, probatur per ſupra addu-
cta, ſi enim habens ſolum primam tonſuram di-
citur habere ordines ſacros, multo magis qui
4 illam, & quatuor ordines. Inſuper iſti † clerici
quatuor minores habentes, deſcribuntur, & con-
numerantur inter alios ſacros ordines, officium,
ſeu exercitium in eccleſia Dei habentes, prout
in. c. cleros. in princ. 21. diſtinct. perlectis. 25. di-
ſtin. Fel. in. cap. ſicut pro certo. de ſimo. ubi quòd
tam canoniſtæ, quàm theologi concordant qua
tuor ordines minores inter alios computari, &
connumerari, & quòd conſtitutio loquens de ſa
cris ordinibus, intelligatur etiam ut compreh é-
dat ordines minores, probat text. in. c. 1. de tem
po. ordi. lib. 6. iun. glo. in uer. clericum. ante fi. tex.
enim ille præmiſit de ſacris ordinibus, poſtea ſub
dit clericum ordinare præſumat, gloſſ. declarat
comprehendi etiam minores ordines. Breuiter
nec illi de prima tonſura, nec iſti quatuor mino-
res ordines habentes, ſub regula, & conſt. Pii
comprehenduntur: de illis primis ſumus in cla-
5 ris per ſuperadducta, & etiam quia † tonſura,
ſeu corona nullum habet officium, ſeu exerci-
tium in eccleſia Dei, nec propriè dicitur ordo,
unde meritò tales non connumerantur, inter or
dines, officium, & exercitium habentes, prout
etiam patet in. c. acolitus cum aliis quatuor ſeq.
23. diſtin. & per Inno. in cap. cum contingat. uer-
ſicul. ratio diuerſitatis eſt: quia in hoc ordine nul
lum officium ſpeciale conceditur, ſed in aliis ſic
&c de æta. & quali. I. ap. allega. 138. pater filium,
num. 11. uerſic. ſecundo ſi illa opin. & quòd cleri-
cus de prima tonſura non habeat ordines ſacros,
probat text. in. c. ſi qui uerò. in princ. ubi ſuppo-
nitur

nitur quòd ſint clerici, qui ſint ſine ſacris ordini-
bus 32.diſt.& text.in cap.clericus ſi tonſura. de
uit.hone.cle.ubi clericus ſine gradu, addit gl.1.
facto, poteſt ducere uxorem.&c. idem etiam te-
nent theologi, quòd prima tonſura non dicatur
ordo, prout per beatum Thomam. in 4.ſentent.
diſtinc.24.& ibi per Riccard.in 1.q.princ. ubi de
prima tonſura, nam theologi uolunt ſeptem tan
tum eſſe ordines propter ſeptiformem ſpiritus
ſancti gratiam, uideatur latè per Io.Lupi.in tra-
cta.de libe.eccleſia.in 5.quæſt.1.par. ubi etiam,
quòd prima tonſura, ſeu corona eſt ſignum, o-
ſtendens quòd quis habet intentionem clerican-
di, & per eam non imprimitur character, & quòd
eſt ianua ordinum, ſeu ad ordines, ſed non ordo,
& ibi plura ad rem noſtram allegat, quæ uideri
poſſunt.& ita etiam conſuluit Mar. Mantua, pro-
ut conſi.265.crederem frater.num.1.ibi, cum, &
maximè clericus primæ tonſuræ non dicatur ha-
bere gradum ſacrum, &c. & decidit ibi pulchrũ
caſum, ſubdens, quòd in ſacerdotibus, ac præsby
teris qualitas reperitur, quæ non eſt in ſimplici-
bus clericis, ita debet legi, licet ibi litera ſit cor-
rupta, aliter enim intelligendo contrarium eius,
quod præmiſerat, & contra iura, & rationes ipſe
concluderet. Nunc uenio ad aliud quòd clerici
quatuor minorum ordinum non comprehendan
tur ſub regula hac, & conſt. Pij. & conſequenter
ſubiicio, & comprobo tertiam opin. quę ſit quòd
6 † ordines ſacri de quibus in regula, & conſtit. Pij
erunt ſubdiaconatus ad quem pertinet oblatio-
nes recipere ab offerentibus, & eas diacono da-
re, itẽ legere epiſtolam, &c. Diaconatus ad quẽ
pertinet hoſtias ordinare in altari, ſimiliter lege-
re Euangelium. & præsbyteratus ad quem ſpe-
ctat conſecrare corpus, & ſanguinem Chriſti, rur-
ſus ſoluere, & ligare. ꝙ hæc tertia opin. ſit uera
7 probo: nam ſecundum iura antiqua † ſubdiaco
natus non habebatur pro ordine ſacro, prout pa
tet in c.ordinationes. cum glo.1.& c.ſequen.75.
diſt.in c.ex antiquis.c.frequens & c.quis aut le-
ges.54.diſtin.ubi ſerui promoti, ſeu ordinari in-
diſtinctè dominis ſuis reſtituãtur, niſi effecti ſint
præsbyteri, uel diaconi, de ſubdiaconis uerò ni-
hil cauetur, quaſi illi cum aliis clericis inferiori-
bus non cenſerentur habere ordines ſacros, pro-
pter quos indiſtincta reſtitutio prohiberetur: &
in fi.dicti cap.quis, aut leges, officia diaconorũ
uocat ſacra, patet igitur quòd ſi ſubdiaconatus
non erat ordo ſacer, multo minus erant ſacri mi-
nores ordines, qui ſunt infra ſubdiaconatum, ſu-
peruenit poſtea conſtitutio Gregorij, de qua in
cap.nullum.28. diſtinct. & cap. ante triennium.
31.diſtin.ubi prohibentur ſubdiaconi creari, niſi
promittant caſtè uiuere, & ſic eorum natura alte
ratur ab illa clericorum inferiorum, & in dicto c.
ante triennium.uerſic.qui uerò poſt eandem, ibi
eos autẽ, qui poſt prohibitionem factam, a ſuis
ſe uxoribus continere noluerint, ad ſacrum ordi-
8 nem nolumus promoueri, colligitur, quòd † ſub-
diaconatus dici, & reputari debet ſacer ordo: idẽ
etiam probat text. in cap.miramur. de ſeru. non
ordinan.ubi dum de ſubdiaconatu præmiſſum
eſſet, ſubduntur uerba hæc, videlicet: Nam licet
ſacer ordo nõ reputaretur in eccleſia primitiua,
tamen a conſt. Gregorii, atq; Vrbani ſecundum
moderna tempora, ſacer gradus eſſe minime du
bitatur.& ibi glo. in uer. mentio. declarat quo-
modo ſubdiaconalis ordo ſecundum antiqua tẽ
pora non erat ſacer, idem etiam concludit gloſ.
in uer. ſacros. in cap.2.de biga. cum igitur prius
non eſſent niſi duo gradus ſacri, uidelicet, diaco
natus, & præsbyteratus, ſubdiaconatus uerò, &
cæteri non poſſent dici ſacri, cum poſtea ſub-
diaconatus tantum additus fuerit illis duobus
ſacris ordinibus, cæteri inferiores ordines in ſuis
finibus, ſeu terminis remanſerunt.& quòd ſolum
ſint tres ordines ſacri, patet etiam ex text.in cap.
erubeſcant.32.diſtinct.ubi cum nominati ſint or
dines ſacri, ab eodem text. declarantur, ut ſint
præsbyteratus, diaconatus, & ſubdiaconatus. Id
etiam probat text. in c.a multis. de ætat.& qua-
lita. Inſuper iſta opin. quòd non comprehendan
tur clerici quatuor minorum ordinum, probatur
quia tales clerici ſimpliciter dicuntur, & ſine a-
lio adiuncto: & propriiſſimè ueniũt clericorum
appellatione, etiam in materia ſtatutaria; & ſic
ſtricta, ut per Bald. in cap.cum ueniſſent. de eo',
qui mitti in poſſeſſ.& per Fel. in cap.eccleſia ſan
ctæ Mariæ.num.110.verſ.quarto ſcias. de conſti.
nec tales quatuor ordines minores multum dif-
ferunt a prima tonſura, uel ſaltem maiorem con
formitatem cum illa habent, quàm cum aliis or-
dinibus maioribus, immo plerunque prima ton
ſura pro aliquibus ex minoribus ordinibus poni
tur, prout in.c.1.iunct.glo.69.diſt.ubi text. uult
tonſuram de manu abbatis ſuſcipi poſſe.gl.ſup-
plet, nomine tonſuræ accipe tres ordines mino-
res, unde cum iſti promouẽdi ad ſacros ordines,
contra quos conſtit. Pii, & regula noſtra emana-
uit, præſupponantur clerici, cum iſti quatuor or-
dines minores habentes ſint ueri clerici, nec alio
propriori nomine, quàm clerici appellari poſ-
ſint, ſequitur quòd diuerſi ſint iſti clerici qua-
tuor minorum ordinum, & a fortiori etiam illi
primæ tonſuræ. ut ſupra dixi, a promotis ad ſa-
cros ordines: & pro iſta opin. quòd appellatione
ſacrorum ordinum non ueniãt quatuor ordines
minores ponderari poteſt, & in contrarium re-
torqueri glo. ſupra adducta. in c.1.in uerſi. cleri
cum. in fi. de tempo.ord.lib.6. cum enim glo. po-
ſuerit unam opin. ꝙ conſtitutio generaliter lo-
quens de ſacris ordinibus, comprehendat mino
res ordines, ſubdit, alii contra, & ſic ultima opin.
eſt contra præmiſſam. nos autem habemus quòd
ultima opin. iuriſconſulti, gloſſatoris, ſeu docto
ris in dubio ſequenda ſit, tãquam illa ſit firmior,
& ex mente illius, qui plures opiniones poſuit,
ad glo. nota. in l. qui filium.§.ſabinus.in uerſ. &
alia, ante fin. ibi, reſponde principis, ut maiores,

& ultimii

& ultimi,ff.ad trebellia.Bar.in.l.bona fidea.num.
2.ff.depo.Bal.in auten.ex teſtamento col.2.uerſ.
ex quo ultimo uerſ.glo.C.de collatio,C.yn.in.l.1.
C.de ſacro.eccle.& facit text.in.cap.capellanus
uerſi.poſteriori ſententia de feriis Ro.conſ.127.
iſte ſuut.col.2.uerſi.primo quòd ipſe idem Fed.
poſterius, & maturius loquens.l.ſi idem cum eo
dem.§.ſi iura,ubi Bal.Ange.& Iaſ.ff.de iuriſ.om.
iu.Demum cum uerba ubi non conueniunt, nec
diſpoſitioni locus ſit,conſt.autem Pii, & noſtræ
regulæ prouiſio, circa promotionem ad ſacros
ordines extra tempora a iure ſtatuta, non con-
9 gruunt clericis † quatuor ordinum minorum,
ſed ſolum ſubdiaconis,& aliis ſuperioribus.cap.
quoniam.§.cæterorum, cum pluribus.c.ſequen.
75.diſtin.Sed aduertendum, quòd aliqua ex di-
ctis.c.non loquuntur de ſubdiaconis, ea ratione
ut ſupra dixi,quia a iure antiquo ſubdiaconatus
non connumerabatur inter ſacros ordines,prout
etiam declarat glo.in.c.ordinationes. dicta diſt,
75.c.1.in.1.&.2.reſpon.c.2.cum gloſſ.in. uer ad
ſacros.& c.de eo autem,c.literas. c.dilectus.&.c.
conſultationi. de temp.ord.nam in dictis iurib,
probatur ſubdiaconatum, & ſuperiores ordines
debere conferri in ieiuniis quatuor temporum,
in ſabato ſancto,& in ſabato mediæ hebdomadæ
quadrageſimæ,& iſti ordines non poſſunt ſimul
concedi, ſecus ſtatuitur in quatuor minoribus
ordinibus, qui ſimul, & extra tempora recipiũ-
tur, facit etiam.c.2. & ibi Abb.in.1.nota.de eo
qui ordi.furti.ſuſce.Cardina.in cle.generalem,
col.2.num.5.uerſic.unum quòd hodie,de æta.&
quali.Apparet etiam ex aliis, quòd uerba non
cõueniunt clericis quatuor minorum ordinum,
& quòd conſt.Pii non tendat, nec contra illos di
rigatur, prout etiam ex prohemio,ſeu præfatio-
ne optimè colligi poteſt,a quibus mens diſpoſi-
tionis declaratur, reſtringiturque, & extendi-
tur.l.fi.& ibi Bar.num.3.ff.de hæredi.inſtitu.Ro-
ma.conſi.16. uiſo themate.num.4.&.6.Dec.conſ.
301.nu.6.cõſi.334.nu.2.373.n.12.379.nu.5.388.
ante nume.3.uerba autem prohemii ſunt, cum
ex ſacrorum ordinum collatione, character inuiſ
ſibilis animæ imprimatur, ſacra miſteria diſpen
ſentur, & ipſarum cura tribuatur animarum &c.
prædicta ſaltem omnia uerificari non poſſe appa
ret in ſuſceptione ordinum minorum,multoque
minus in receptione primæ tonſuræ, ex præmiſ-
ſis concludendum eſt regulam noſtram prouide
re circa ſubdiaconatum, diaconatum & præſ-
byteratum, non autem circa quatuor ordines
minores, minuſque circa primam tonſuram, co
ronam, ſeu pſalmiſtatum, & hæc inueſtigatio
fuit neceſſaria ne per tenebras incederemus.

S V M M A R I V M.

1 *Regula hæc, & conſt. Pii an habeant locum in monacis, ſeu regularibus?*
2 *Clericorum appellatione an ueniant fratres, & monaci? et numer.7.*
3 *Profeſſionem magis, quàm aliud in regularibus attendi.*
4 *Abbates exempti omnimodam habent iuriſdictionem in ſuos monacos.*
5 *Abbates non poſſunt ſuos monacos ad ſacros ordines promouere.*
6 *Litera dimiſſoriæ pro ſacris ſuſcipiendis ordinibus ab Abbatibus, ſuis monacis an concedantur? & numer.8.*

1 SECVNDO quæro, an † regula hæc, &
conſtit. Pii habeant locum in mona-
cis,ſeu regularibus? Pro parte nega
2 tiua adduci poteſt, quòd † clerico-
rum appellatione non ueniant fra-
tres, ac monaci,cum in iure ponantur ut diuerſi,
& differentes a clericis ſecularibus, prout in ca.
quiſquis, uerſic.ſacrilegium.17.quæſt.4.ibi, ſeu
qui iniuriam, uel ablationem rerum intulerit
clericis, arma non deferentibus, uel monacis,ſi-
ue Deo deuotis &c.& ſic clerici ponuntur ut di-
uerſi a monacis, & in.c.ſi quis ſuadente,in prin.
ibi, quòd in clericum, uel monacum uiolentas
manus iniecerit: & ſic monacum ponit pro di-
uerſo a clericis, eadem quæſt.& in.cap.non du-
bium,& ibi nota.de ſenten.excom.& in cap.per
exemptionem,de priuile.lib.6.& in cap.cum de
beneficio de præbend.eo.lib.Sic etiam e contra
conſtitutio loquens de regularibus, clericos ſe-
culares non comprehendit,cle.1.cum glo.in uer.
religioſus, quæ ad hoc allegat text.no.de rebus ec-
cle.non alie.Secundo ab uſu patrisfamilias ad.l.
ſi ſeruus plurium.§.fin.ff.de legat.1.l.nummis ff.
de leg.3.l.3.§.fin.ff.ad macedo.comprehendi po
teſt, quòd quando Papa uoluit fratres, ſeu mo-
nacos in regulis Cancellariæ comprehendi, ſeu
erga illos diſponere, expreſſit: de illiſque ſpeci
ficam mentionem fecit, prout infra regula.44.
ſub rub. de commendis, ubi quòd regulari non
commendetur ſeculare beneficium, nec contra.
Idem etiam obſeruauit infra in regula 69.ſub
rub.de religioſis recipien.& regula ſeq.de tranſla
tione religioſorum. concludendum igitur eſt,
quòd ſi ſummus Pontifex de illis hic intelligi uo
luiſſet, expreſſiſſet,prout alibi, ubi uoluit expreſ
3 ſit.Tertio in regularibus† profeſſio magis,quàm
aliud attenditur.c.cum in magiſtrum.ubi an Ab
bas ſit præficiendus, inſpicitur ſolum an ſit pro-
feſſus,de electio c.nullus.eo.titu.lib. 6. clem.ne
in agro.§.ſanè.de ſta.mona.Lap.alle.129.factum
ſuper quo,numer.3. Pariſ.conſil.125 an collatio
nume.15.uerſic.nec,iura uidentur,uolum.4.ubi
quòd iura nõ uidentur requirere in regularibus,
niſi expreſſam profeſſionem: ſequitur igitur, quod
iſta requiſita per regulam & conſt. Pii,reſpiciant
clericos ſeculares, non autem regulares, circa
quos an ſint profeſſi,uel non inquiri debet.Quar
4 to † Abbates exempti habent omnimodam iu-
riſdictionem in ſuos monacos, & in locis pleno
iure ſibi ſubiectis iuriſdictionem epiſcopalem,
uel quaſi.c.1.& c.in ſingulis de ſta.mona.ca.Ab-
bates,ante fi.de priuile.lib.6.glo.in cle.1.in uer.

proprii,

proprii, poſt medium. de reb. eccle. non alie. Anto. de But. in c. cum & plantare. §. in eccleſiis, de priuile. Areti. conſil. 63. in præſenti. col. 3. uerſic. pro iis, num. 4. & dixit Dec. in c. eam te. in 1. not. col. 2. uerſic. & concludendo non uidetur quòd data paritate terminorum non uidetur differentia inter Abbatem, & Epiſcopum, de reſcr. faciunt tradi. per Pariſ. conſ. 22. num. 14. uolum. 5. Imò maiorem poteſtatem habet abbas in monacos, quàm epiſcopus in clericos, prout notant Abb. in c. ad noſtram, num. 2. & in c. reprehenſibilis, & utrobique Phi. Fran. de appel. Feli. in c. ſuper literis, col. 11. in 10. regu. de reſcrip. Robor. Maran. de ord. Iud. in 2. actu prin. ul. par. dũ
5 de appel. tractat, numer. 324. † Abbates tamen quantumcunq; plenam iuriſdictionem habeãt niſi hoc eis ſpecialiter a ſede Apoſtolica (quod raro euenit) concedatur, non poſſunt ſuos monacos ad ordines promouere, niſi ad primam tonſuram, uel ſecundum aliquos, etiam ad quatuor minores, non autem ad ſacros, de quibus nos tractamus, c. quoniam. 69. diſt. c. cum contingat. de eta. & quali. c. cum inter, poſt princ. ibi repreſentationes ad ordines tonſuratione, de re iudi. cap. 1. iun. glo. fi. de ſopplen. negli. præla. præalleg. c. Abbates. ante fi. de priuile. lib. 6. & ibi gl. in uer. tonſuram, declarat quos ordines conferre poſſunt, glo. 1. in princ. in c. pſalmiſta. 23. diſtin. Lap. alle. 13. pater filium, num. 7. & ante Card. in cle. attendentes. §. ſtatuimus. quæſt. 9. de ſta. monaco. ſi igitur Abbates, iſtos ſacros ordines de quibus hic ſuis monacis non concedunt, non uidetur quòd Conſt. Pii. & noſtra regula ipſos, ipſorumque monacos comprehendat. Quinto, & ultimo, uerba ubi non conueniunt, diſpoſitioni locus eſſe non debet. l. dies cautioni. §. totiens, & ibi Bar. ff. de dam. infe. c. indemnitatibus. §. penul. de electio. lib. 6. cum uulg. pleraque autem de quibus in Conſt. Pii, & regula noſtra non con
6 ueniunt regularibus, & inter alia † literæ dimiſſoriæ de quibus hic, ab abbatibus ſuis monacis non conceduntur, ſed ab epiſcopis ſuis clericis, c. clericum alienum. 72. diſtin. & eſt tex. in c. cum nullus epiſcopus, ubi quòd nullus debet ordinare clericum alienum, niſi de licentia ſui ſuperioris. i. epiſcopi, & poſtea uerſic. inferiores quoque prælati, religioſi, uel alii inferiores, deciditur inferiores prælatos, uel religioſos non poſſe talem licentiam concedere, de tempo. ordin. lib. 6. Inno. ſuper rub. de cleri. peregrinis. num. 3. uerſi. de Abbatibus autem, an poſſint literas dimiſſorias dare, &c. Inſuper in conſti. Pii adiicitur, quòd contrafacientes beneficiis eccleſiaſticis priuari poſſint, beneficiorum autem appellatione propriè ueniunt ſecularia, non regularia. c. cum de beneficio. de præbend. lib. 6. Dec. conſi. 169. & diligenter. ante fin. Pro parte uero affirmatiua cui adhæreo, facit identitas rationis tam in regularibus, quàm ſecularibus, non minus enim errant regulares contra conſtitutionem huiuſmodi uenientes, quàm ſeculares, nec minus puniri, & refrenari debent, unde ſtante rationis identitate in omnibus, conſtitutio omnes ligare debet, argumento tex. in l. ſi poſtulauerit. §. ratio. ff. de adulte. l. illud. uerſicul. ſed magis uiſum eſt. ff. ad l. Aquil. Old. conſil. 185. thema tale eſt. in fi. ubi etiam, quod tunc non dicitur lex extendi, ſed enucleari. Secundo arguo a ui ſeu ratione prohemii conſt. Pii, ad l. fin. & ibi Bar. num. 3. ff. de hæred. inſti. Dominus Philipp. Decius conſi. 373. num. 12. & 388. ante num. 3. ponderando igitur rationes in prohemio conſtit. Pii adductas uidelicet, impreſſionis characteris, di penſationis ſacrorum miſteriorum, curæ animarum, tributionis per ordinum collationem, clarè apparebit, quòd omnia iſta conſiderantur, ſeu conſiderari poſſunt in ſacrorum ordinum collatione, quæ fit monacis, ſeu aliis regularibus. Tertio conſtitutio in fauorem animæ omnes indiſtinctè ligat, nemine pęnitus excepto. Io. And. in c. ſignificaſti. de fo. comp. ſuper uer. iuriſdictioni. & ibi Abb. in 7. col. propo. in cap. non ſi cet. in prin. 10. diſt. Anch. in repe. c. 1. in 2. oppo. & ibi Fel. num. 34. & 35. de conſti. Sylu. de benefi. par. 1. q. 3. num. 8. ubi quòd etiam Papa ligatur conſtitutione. c. 1. de reg. iur. lib. 6. iſta conſtitutio eſt in fauorem animæ, ut in illius prohemio, & in tota ipſa diſpoſitione clarè apparet, ergo omnes indiſtinctè ligabit. Quarto & ultimo, ex
7 proprietate dictionis † clerici, ueniunt etiam monaci, & quicunque regulares, qui ſint clerici, eſt tex. in c. duo ſunt genera. 12. q. 1. ubi quòd duo ſunt genera chriſtianorum, unum diuino officio mancipatum, & deditum contemplationi, & orationi, ut ſunt clerici, & Deo deuoti, uidelicet conuerſi, κλῆρος enim græcè, latinè ſors, ſiue ſorte electus, inde huiuſmodi homines uocantur clerici, ideſt ſorte electi, &c. & hoc deſignat corona in capite, &c. aliud uerò genus eſt Chriſtianorum, ut ſunt laici, &c. & ſic terminus iſte clericus tam ſeculares, quàm regulares ex ſua proprietate continet, & ibi gloſ. 1. conuerſos, uocat omnes eccleſiaſticas perſonas, & ſic tam clericos ſeculares, quàm regulares, idem concludit glo. 1. in c. non dubium. de ſenten. excomm. facit etiam tex. in cap. ſiquis clericorum detectus fuerit uſuras accipere degradetur, &c. 47. diſtinct. non eſt eſt dubium quòd, tam ſeculares, quàm regulares comprehendat. Idem etiam uidemus in tex. c. 2. de ui. & ho. cle. quod omnes ligat, & in pluribus aliis iuribus eiuſdem titul. & toto titul. de coha. cleri. & mulie. cum infinitis aliis iuribus. Concludo igitur quòd terminus iſte clericus, ſit nomen uniuocum, ideſt nomine, & diffinitione communicans, de nomine enim eſt indubitatum ut ſupra etiam eſt probatum, de diffinitione uerò idẽ dicendum uidetur, per tex. ſupra alle. in cap. duo ſunt genera. ubi tam ſeculares, quàm regulares deſcribuntur ſub dictione, in ſortem domini uocati, cumque dicamus uniuocum, eadem erit ſubſtantiæ ratio, prout docet philoſophus in

prin.

prin. prædicamentorum, ſiue ante prædicamenta, & ſic utroſque comprehendet, uidelicet tam ſeculares, quàm regulares, non ſecus ac ſi dicamus animal, hominem, atque bouem comprehendere. & prædicta tanto magis procedunt cũ in conſt. Pii ſubiiciantur hæc uerba, uidelicet ordinamus quòd omnes, & ſinguli &c. ad aliquem ex ſacris ordinibus ſe fecerint promoueri &c. ſiue enim iſta uerba abſolutè poſita dicamus, cum diſpoſitio ucatur termino, omnes, & ſic uniuerſali, neminem pœnitus excludit, niſi quem expreſsè excipiat. l. textoribus. &. l. iulianus. ff. de legat. 3. glo. in cap. ut circa, in uer, aliorum, de electio. cum uulga. & ſic omnes comprehendet ſiue clericos, ſiue non clericos, ſiue regulares, ſiue alios quoſcunque. Aut tenemus, quòd iſta dictio, omnes, ſtet reſpectiuè, ſeu relatiuè ad clericos, quaſi dicat omnes clerici, & ſi clericorum appellatione tam ſeculares, quàm regulares ueniunt, multo magis addito termino uniuerſali, dicendo enim (omnes clerici) includentur etiam illi, de quibus hæſitari potuiſſet, an ſine iſta uniuerſalitate continerentur. Ex præmiſsis colligi poteſt ſolutio ad contraria. Sigillatim autem reſpondendo, non obſtat primum, quia immo clericorũ appellatione, ut probaui, ueniunt etiam regulares, tanto magis addito termino uniuerſali, dicendo omnes clerici. Non ob. ſecundum argumẽtum ab uſu patrisfamilias, quia negari poſſet iſte uſus, inſuper in regulis Cancellariæ periculoſum eſſet iſtud argumentum. Item non concluderet uſus unius patrisfamilias ad uſum alterius, ſed conſt. a qua arguimus eſt Pii regulæ uerò Cancellariæ non ipſius, ergo tale argumentum non ſubſiſtit. Demum poteſt aſsignari ratio diuerſitatis, quare in aliis regulis regulares exprimantur, & duplex poteſt eſſe, una, quia materia concernebat ſolum, uel principaliter regulares, altera, quòd ibi dubium oriri potuiſſet, ad quod tollendum expreſsio facta fuit. Non obſt. tertium, quòd in regularibus ſola profeſsio attendatur, quia illud non eſt uerum indiſtinctè, ſed ſecundum ſubiectã materiam, puta an ſit eligendus, circa uerò ordines ſacros nihil facit profeſsio, uel ſaltim ſola profeſsio non operatur. Nec ob. quartum, quòd Abbates non poſsint ſuos monachos ad ſacros ordines promouere, quia per hoc non ſequitur, ꝙ non poſsint ipſi monaci ab aliis ad eos promoueri, immo hoc iura diſponunt, & experientia docet, alioquin religioſi non poſſent eſſe in ſacris, quod non eſt dicendum, cum plures aliquos ſacros ordines habeant, & plerique omnes ordinera. Vltimum ꝙ uerba non conueniant non eſt firmum, dico enim. Pro iſtis literas dimiſſorias concedi poſſe, & concedi ſolitas ab
3 iis qui poſſunt, ſeu debent. Aut igitur † concedẽtur ab ipſis abbatibus, ſi ſint exempti taliter, ꝙ epiſcopi non habeant in eorum clericis ordinationem (quod rariſsimè conceditur) aut ab epiſ-
4 copis impetrabuntur, prout omnia iſta no. Inn. in rub. de cler. peregrin. ſupra alleg. nu. 3. uerſi. de abbatibus autem, ſequitur Io. And. in c. cum nullius. num. 2. & Philipp. Fran. nu. 5. de tempo. ordi. lib. 6. Minus ob. ꝙ in regularibus non conueniat illa pœna priuationis beneficiorum, quia priuatio huiuſmodi conſideranda eſt in potentia, non in actu, hoc eſt ꝙ priuari poſsint beneficiis, illi qui beneficia obtinent, poterunt autem obtinere regulares, ſicut ſeculares, regulares regularia, & ſic non obſtabit. c. cum de beneficio. de præb. lib. 6. immo faciet pro hac opin. ibi enim ſupponitur, quòd beneficia per regulares etiam teneri poſsint, & patet ad ſenſum. Singula igitur ſunt ſingulis referenda, iuxta intentionem diſponentis, ſeu loquentis, etiamſi non ſic exprimeretur. glo. not. in l. qui in futurum. ff. de pact. in uer. poterimus. gloſ. 3. in l. fina C. de fideicommiſſ. glo. in l. generaliter. in uer. diffinitiua. C. de reb. credi. dicamus igitur ſic, omnes, & ſinguli clerici cõtra conſtitutionem ſe promoueri facientes, poſsint beneficiis priuari, ſupplendo, ſeculares ſecularibus, regulares uerò regularibus, & ſic ſingula ſingulis referemus.

SVMMARIVM.

1 *An regulæ ſit locus ſi cognitus promouetur ſine literis dimiſſoriis.*
2 *Iam demonſtrata, demonſtratione non indigent.*
3 *Manifeſta, probatione non indigent.*
4 *Notus abſque examine promoueri poteſt, & ordinari, nume. 5.*
6 *Doctorari, an poſsit ſcholaris notoriè peritus, abſque examine? & nu. 11. & 12.*
7 *Præſentandus notus abſens, & abſque examine inſtitui poteſt.*
8 *Forma inducitur quando conſtitutio non ſolum diſponit, ſed vltra procedit.*
9 *Si conſtitutio aliquid ante actum, vel in ipſo actu requirat, forma inducitur.*
10 *Forma omnino ſeruanda.*
12 *Rotæ auditores examinantur, antequam ad auditoratum aſſumantur.*

1 TERTIO quæro † promouetur quis ad ſacros ordines cognitus, ſine tamen literis dimiſſoriis, an ſit locus regulæ, & conſt. Pii? Pro parte negatiua facit arguendo a prohemio dictæ conſtit. ad ea, quę adduxi in proxima præceden. quæſt. Cum enim præmittatur cauſa conſt. promulgandæ, ut exceſſus graues, qui in ſuſceptione ſacrorum ordinum committuntur, plectantur, ex quo ſcandala in mentibus fidelium generantur, at in themate propoſito, qualitas perſonæ notæ ſupponatur, ſequitur, ꝙ nõ debeat eſſe locus prohibitioni, multoq́ue minus pœnæ, alioquin innocens facilè damnaretur, & puniretur, contra text. in l. abſentem. uerſicul. Sanctius enim eſſe. ff. de pœn. cum uulga. & Papa, eiuſque conſti-

conſtitutio, quem fauore proſequi deberet, odio
plerunque proſequeretur, contra text. in. l. quod
2 faunre. C. de legi. Inſuper † demonſtratione noua
non indigent, quæ iam demonſtrata ſunt. l. 1. in
fi. ibi, nam quicquid demonſtratæ rei adiicitur,
ſatis demonſtrare fruſtra eſt. ff. de dote præle. &
3 † manifeſta non indigent probatione. l. empto-
rem. 1. reſpon. cum glo. in uer. quia manifeſtum,
de actio. emp. l. ſi uero. §. qui pro rei, cum gloſ. in
uer. euidentiſſimè. ff. qui ſatis, cogan. l. ea quidem
cum gloſſ. fi. C. de accuſatio. & iuxta illud, quod
paret expreſsè, non eſt probare neceſse. Et uide
4 mus, quòd † notus promoueri poteſt abſque e-
xamine, quod aliàs in incognito requireretur. c.
qui epiſcopus, iun. gl. 2. 23. diſtin. capit. ueniam.
uerſ. Euſtachium uerò a me ſæpiſſimè comproba
tum. 35. quæſt. 9. capit. nullus. 2. iun. glo. ibi quod
5 † ordinari poteſt cognitus abſque examine 25.
diſt. ca. de petro, ibi, quia perſona nobis incogni
ta eſt, a contrario ſenſu, & ibi glo. in uer. ignota.
47. diſtin. glo. magna poſt medium in. c. qui ne a-
liquo. 51. diſtin. Bal. in ca. conſtitutis. 2. colum. 2.
de appel. & ibi etiam Abb in. 5. not. nume. 4. ubi
6 ſubdit † doctorari poſſe ſcholarem notoriè peri-
tum, abſque examinè. Cardi. poſt glo. in clem. 1.
uerſic. nos itaque in. 18. not. numer. 8. de iure iur.
Anton. Corſet. in ſuis ſingula, in uer. præſumptio
qualiter bene, uerſi. hoc forte non faceret in ſcho
lare notoriè perito &c. Iaſ. in. l. 1. numer. 26. ff. de
7 lib. & poſthu. Sic etiam dicimus † præſentandum
notum ei qui inſtituere habet, licet aliàs eſſet ei
corporaliter exhibendus, poſſe abſentem, & ab-
ſque examine inſtitui. Abb. in. cap. ea noſcitur in.
2. nota. de iis, quæ fiunt a præla. ſine conſen. cap.
& conſil. 76. plura ſuntz. col. fi. uerſicu. Sed in caſu
noſtro, par. 2. Roc. in tracta. de iurepatro. in uer.
honorificum. in. 6. quæſt. uerſic. aduerte tamen, quod
ubi præſentatus eſſet notus epiſcopo &c. & Pau.
de Ciradi. in eo. tracta. in. 32. quæſti. 6. par. uerſic.
Si autem cognitus &c. Idem etiam concludendū
eſt in electo confirmando, Abb. in. c. poſtquam
in fi. 3. nota. ante numer. 6. de electio. Demum in
propriis terminis noſtris pro hac opin. conclu-
dit Inno. in. cap. iam dudum, poſt medium, uerſ.
dic tu illud uerum; ibi, uel illud loqui de ignotis
clericis, uel laicis, in clericis autem notis ad
quid fruſtra literæ requirerentur? de præben. &
ſequitur ibi Abb. nume. 7. Idem concludit Abb.
in. c. fraternitati. num. 4. uerſic. & limi. hunc text.
de cleri. non reſiden. & in. c. tuis. numer. 7. ibi ut ſi
clericus iſte ſit notus &c. de præbend. Prædicta ſa
tis urgent, ego uerò quo ad propoſitum quæſi-
tum parti affirmatiuę magis adhæreo, ſupponen
do conſt. Pii, & ſic etiam regulam noſtram requi
8 rere literas dimiſſorias pro forma, † quæ tunc
inducitur, quando conſtitutio non ſolum diſpo
nit ſuper aliquo actu faciēdo, ſed ultra procedit,
Bald. in. l. 1. uerſicu. In contrarium. quia ſunt iſta
uerba formalia &c. & ibi Alex. numer. 6. & poſtea
num. 7. uerſic. niſi ſtatutum ulterius procederet
&c. ff. de libe. & poſthu. Rui. conſil. 209. circa quæ
ſtionem. ante num. 3. uol. 5. Deci. conſil. 455. pla-
cet concluſio. nu. 7. quòd autem conſti. Pii ultrà
procedat, patet ibi: A ſuorum ordinum exe-
cutione &c. cum iis, quæ ſequuntur. Item quòd
9 forma inducatur, probatur, quia ſi literæ dimiſ-
ſoriæ requiruntur ante tempus, uel in ipſo tem-
pore ſuſceptionis ordinis ſacri, de quo tractabo
infra quæſt proxima, præſertim num. 8. ſequitur
quod reſultet forma ſubſtantialis. Bald. in. l. uni-
uerſa, columna 1. uerſicul. ego ultra procedo. C.
de præci. impe. offe. Areti. conſil. 69. uiſo puncto
num. 2. Aymo Crauet. conſil. 182. uidetur quòd
iudicium. num. 10. ſi igitur concludimus datam
10 eſſe formam, † illa ſemper, & omnino ſeruanda
erit. cap. cum dilecta de reſcr. Bal. in. l. fi. §. & hæc
quidem, extendens ad formam per ſtatutum da
tam. C. de iu. delibe. idem Bald. in. l. comparatio-
tiones, in 3. oppo. C. de fi. inſtr. Deci. conſi. 10. ui-
ſo puncto. num. 2. & in terminis noſtri quæſiti, quod
11 † cognitus non differat ab aliis, quando ſumus
in diſpoſitione dante formam, & quòd ita tenea
tur ſe examini ſubiicere, prout alii, aliaque pro
forma data obſeruare teneatur, colligitur ex di-
ctis Bald. in cap. conſtitutus. 2. colum. 2. in nota.
de appella. & ibi per Abba. & prępoſi. colum. 2.
inferendo etiam ad D. Auditores ſacri palatii,
12 quos Rotæ Auditores uocamus, † qui licet creen
tur, & conſtituantur ex excellentioribus docto-
ribus totius orbis, neceſſe tamen eſt quòd prius
examinentur, antequam ad Rotam recipiantur,
quia examen iſtud pro forma requiritur, & licet
durum hoc uiſum fuerit D. Felino Sandęo, qui
dum aſſumendus erat Rotæ Auditor nolebat pa
ti examen, ex quo erat fama ſuper ętherea no-
tus, & qui iura canonica tanto tempore legerat,
tandem exemplo infinitorum pręſtantiſſimorū
iuriſconſultorum, qui antequam ad Rotæ audi
torarum admitterentur, nouo, immo geminato
examini, uni publico, alteri priuato colla ſubie
cerunt, etiam ipſe obedienter ſe ſubmiſit. Et ſi-
cut Rotę Auditores non admittuntur abſque no
uo examine, ita nec in ſuprema curia Pariſienſ.
conſiliarii, prout no. prob. in pragma. ſub titul.
de colla §. item uniuerſitates, in addi. ad gloſſ. in
uer. gradus. fol. 216. Aduertatur tamē dum ſubi
cit, quòd utinam hoc fieret in promouendis ad
prælaturas, ut non ſolum in literatura, ſed in
moribus, & uita diſcuſſio hæc fieret, quod non
bene loquitur, quia imò propoſitiones prælato
rum fiunt in conciſtorio Papæ, fabricato prius
proceſſu, & diſcuſſis qualitatibus promouendi.
Et nouiſſimè ſanctiſſ. D. N. Paulus Quartus pru-
denter nouum ſtilum circa prædicta introduxit,
& uoluit enim & ita ſeruaē quòd propoſitiones
conciſtorialium prouiſionum non eodem conci
ſtorio ut hactenus fiebat, ſed ſequenti abſolue-
rentur, ut interim Cardinales omnes poſſent, &
deberent de qualitatibus præficiendi, ſeu pro-
mouendi certiores reddi, & plenè inſtrui. Ex
proxime

proxime dictis limitantur.omnia pro prima opi. adducta non procedere, quando inducta eſt forma, pro qua limi.uideatur omnino Anto.Corſet. in ſuis ſingula.in uer. præſumptio qualiter bene, uerſic.quod tamen intellige niſi eſſet data forma &c.Inſuper pluribus impedimẽtis exiſtentibus, uno ſublato alia remanent.l.ſi prius, in princ.ff. de aqua plu.arcen. cap.ex tuarum.de aucto.& uſu pal.cap.paſtoralis.de priuile.licet igitur per illam notionem, quam epiſcopus alterius diœceſis habet, erga eum, qui ordines requirit, ſit ſublatum, illud obſtaculum, ſeu inconueniens, ne improbus, & transfuga ad ordines admittatur, tamen remanent alia plura obſtacula conſiderabilia, & inter alia talis ordinatio diſcordias parere uerisimiliter poteſt.c.illud.71.diſtin.& poteſt argui temeritas, ſeu ſuperbia, tam illius qui, non petita licentia a ſuo epiſcopo, ad alium tranſmigrat, quàm etiam ipſius epiſcopi, qui in officiis ſeu poteſtate alterius, ſe ſine illius conſenſu immiſcet, argumento.c.quoniam.10.diſt. Item, conſiderari poteſt, quòd licet eſſet cognitus alieno epiſcopo, uerisimiliter tamen magis ſuo proprio, a quo renuit ordinari aliquid fortè ſibi timens, uel etſi æquè notus erat alieno epiſcopo, in illo inſtanti diſceſſus a ſua ciuitate, vel diœceſi, aliquid commiſiſſe potuit, & antequam ordinaretur ab alieno epiſcopo, admitti poteſt, quòd, ad illum non peruenerit in notitiam. Tutior igitur, & utilior erit iſta interpretatio, quòd etiam notus non ordinetur ſine literis dimiſſoriis. Demũ uniuerſalis dictio, omnis, in text.extraua. Pii. 2.ibi, quòd omnes, & ſinguli, qui abſque dimiſſoriis literis &c.nullum penitus excludet.l.textoribus &.l.iulianus.ff.de leg.3.glo.in.c.ut circa. in uer.aliorum de electio.libr.6.

SVMMARIVM.

1 *Ratihabitio proprii epiſcopi an tollat pœnas huius regulæ.*
2 *Ratihabitio validat actum præcedentem.*
3 *Laico non poteſt beneficium conferri.*
4 *Clericatus ſuperuenientia an validet collationem factã laico & nu.11.*
5 *Clericatus ſuperueniens poſt delictum, præcedente voto clericandi impedit iudicem laicum.*
6 *Ratificatio ſuperueniens non validat actum a principio nullum.*
Ordinatio abſque literis dimiſſoriis ipſo iure nulla eſt.
7 *Pœnitentia non tollit pœnam iam incurſam.*
8 *Licentia actum præcedere debet.*
9 *Ratihabitioni locum non eſſe forma non ſeruata.*
10 *Ordinationem abſque literis dimiſſoriis factam, Papa ratificare poteſt.*
12 *Beneficium obtineri non poſſe niſi per habentem ad minus primam tonſuram.*
13 *Interpretationem fieri debere taliter, ut noua diſpoſitio aliquid operetur, ſeu addat.*

1 QVARTO quæro † promoto ad aliquem ſacrum ordinem abſque literis dimiſſoriis illis, ſeu ratihabitione eius, qui literas huiuſmodi concedere poterat ſuperuenientibus, an Regula & conſt.Pii obſtabunt? Pro parte negatiua arguitur
2 ſic † Ratihabitio, ſeu ratificatio ſuperueniens, ualidat actum præcedentem, mandatoque, ac conceſſioni æquipollet, omnemque inhabilitatem tollit, quæ a defectu uoluntatis cauſari poterat. l.iulianus ff.qui ſatiſda.cogan.l.cum mandati.in fi.C.manda.l.ratihabitio.ff.de reg.iur.c.ratihabitionem.eo.titu.lib.6.Bal.in.l.fi.C.de pact.col.fi. uerſic. Credo tamen, quod ſuperueniens conſenſus &c.c.cum quis, de ſenten.excom.libr.6.& latius probo, & amplio iſtam concluſionem ſuper quæſt.9.ſuper regula de impe.ben.uiuen.a prin. uſque ad nume.5.In noſtro quæſito ſupponitur uera, & aperta ratihabitio, ergo idem operetur, quod & mandatum, licentia, ſeu literæ ipſæ, quę a principio, ſeu ante ſuſceptionem ordinis emanaſſent. Secundo arguo, ratio ubi eſt eadem, eadem debet eſſe iuris diſpoſitio vulg.l.illud vbi, glo.in uer.extimari.dat concordan.ff.ad leg. Aqu. ratio autem quare literæ dimiſſoriæ huiuſmodi requirantur, eſt, ne quis imponat manum in clericos alienos, & ſic nec falcem in alienam meſſem, abſque illius, de cuius re agitur conſenſu, unde uerisimiliter ſpretus proprii epiſcopi, immo etiam diſcordia inter epiſcopos oriri poſſet, ad. c.illud.71.diſtin. Cum autem ſuperuenientibus literis, ſeu ratihabitione, omnia præmiſſa ceſſent, ſeu tollantur, idem operari debebunt literæ ex poſt facto, ſeu ratificatio, ac ſi prius interueniſſent. Tertio arguendo a ſimili, uidemus
3 enim quòd † beneficia non debent conferri non clerico, & ſic puro laico.cap.ex literis. de tranſactio.cap.cum adeo.de reſcr.ante fi.& ibi per Hoſtien.Io.And.& alios.c.2.de inſtitutio.Lap.alle. 138 pater filium, poſt num.12, Archidia.in.cap. nulli.nume.4.& ſeq.12, quæſt.1.ubi etiam ſubdit Cle.Papam.IIII.dixiſſe, eum qui nondum haberet tonſuram clericalem, non eſſe capacem beneficii in eccleſia, & quod hoc ſeruauit Bonifa. VIII.in cauſa ſui nepotis.Sed ſi beneficium con-
4 feratur † laico, qui poſtea clericus efficiatur, collatio propter ſuperuenientiam clericatus ſubſiſtet, & ualida iudicanda erit, glo.fi.ante fi.de inſtitut.Rot.311.nota quòd clericus nu. 2.in anti. Pariſ.conſil.125.an collatio. nume, 16.uol.4, ubi etiam de ſtilo impetrationis beneficii in fauorẽ clericandi, dicitur enim; Supplicat deuotus S.V. orator Tiberius Mandoſius ſcholaris Romanus, qui clericali charactere inſigniri cupit, quatenus ſibi beneficium per obitum &c.uacans, conferre, ſeu conferri mandare dignetur &c.Confert etiã illud quod pro ſingulari tradit Iaſ.in.l.cum quędam numer. 11.& ſeq.ff.de iuris.om.iudi.ubi ex mente Bald, uult, quod clericatus ſuperueniẽs poſt delictum commiſſum impediat iudicem

laicum

laicum præcedente uoto clericandi, idem etiam
concludit Pet. Gerar. de Petraſan. ſyug. 51. Tene
menti, quòd ſi laicus &c. eodem modo igitur ſu
peruenientes literæ, ſuperuenienſque uoluntas
ſufficere debent. Quarto, & ultimo pro hac o-
pin. uidetur text. in terminis in cap. Salonitanæ,
uerſic. ego autem. 63. diſtin. ubi ordinato in iniu
riam ſuperioris, per ratihabitionem ſubuenitur,
facit gloſſ. ii. in c. illud. 71. diſtin. cum enim in di-
cto cap. illud, decideretur non tenere ordinatio-
nem ab alienis epiſcopis factam, gl. alle. limitat,
niſi poſtea ratum haberet ſuus epiſcopus, & for-
tius ſtringit tex. in c. Lugdunenſis. 9. quæſt. 2. ubi
Vrbanus Papa reſcribit Lugdunenſi Archiepiſco
po, poſſe eum aliquos ſuos clericos ab alieno epi
ſcopo ordinatos, tolerare, & in ſuis ordinibus re-
cipere, exemplo beati Iohannis Chriſoſtomi,
qui clericos ſuos a beato Epiphanio ordinatos,
tolerauit. Ecce igitur quòd ordinatio reualida
tur, ſeu legitima, & canonica efficitur, ſuperue
niente ratificatione proprii epiſcopi. Pro par-
6 te uero affirmatiua arguo ſic † Ratificatio, ſeu
conſenſus poſt actum a principio nullum ſuper-
ueniens, non operatur. l. uſusfructus. ff. de ſtipu.
ſeruo. l. ſi conſtat. ff. de appella. l. quod ab initio,
ubi late Dec. ff. de reg. iu. c. non firmatur. eo. ti. lib.
6. Bartol. in. l. obſeruari. in ult. quæſt. de offici. pro
conſul. Alex. conſi. 78. niſo, & diligenter, colum.
penul. num. 24. uol. 5. ordinatio autem ſine literis
dimiſſoriis quia contra iura, iuriumque prohi-
bitionem, eſt nulla, ad. l. non dubium. C. de legi.
& quòd de iure ordinario abſque literis dimiſſo-
riis, ſit nulla ipſo iure, quantum ad executionem
probat tex. in c. illud. in fi. & in c. ſiquis. in fin. 71.
diſtin. & in c. nullus. 9. quæſtio. 2. Pariſ. conſil. 136.
ſtante defectu. num. 4. uolum. 4. uideatur tamen
glo. 1. in cap. ſignificaſti. de offici. Archidi. quæ te
nere uidetur talem ordinationem non ualere,
quo ad ſuum epiſcopum, ergo ratificatione non
reuiuiſcit, nihilque ſibi ſuperueniens conſenſus
7 proderit. Secundo facit quòd † pœna iam incur-
ſa per contrauentionem noſtræ regulæ, & conſt.
Pii pænitentia ſuperueniente non tollitur, nec
purgatur poſt actum côſommatû. l. non prodeſt.
ff. ui bono. rap. l. qui ea mente. & ibi Bar. & alii,
ff. de fur. l. 1. §. ſi rem depoſitam. ff. depo. Tertio
quãdo iſte ordinatus fuit ſine literis dimiſſoriis,
non fuit nomine, & ſub prætextu, tanquam a
ſuo epiſcopo, ſed nomine, & auctoritate ipſius
epiſcopi ordinantis. At ratum quis habere non
poteſt, quod ſuo nomine geſtum non ſit. l. ſi ſer-
uus ff. de præca. ubi ſi filius meus rem ſuo nomi-
ne præcario roganit, ratum habendo, non tene-
or de peculio. l. ſi pupilli. §. ſed ſi ego, & ibi Bart.
ff. negoci. geſto. c. ratum. & ibi gloſ. Dyn. & Ioann.
And. de reg. iur. lib. 6. cap. cum quis. uerſic. ſi ue-
ro iniectio, de ſenten. excom. eo. lib. ubi pulchra
diſtinctio ad rem noſtrã. Anchara. conſ. 123. unus
colum. 2. nume. 4. & ſequen. Quarto literæ iſtæ di-
miſſoriæ dicuntur facultates, ſeu licentiæ, licet a-
liter ſumantur in iure ciuili, pront in. l. dimiſſo-
riæ ff. de uer. ſigni. & quòd iſtæ ſint ſeu appellen-
tur licentiæ, eſt tex. in c. 1. de tempo. ordi. libr. 6.
uerſic. nos igitur, ibi niſi a nobis ſpecialem licen
tiam habeat uel ab epiſcopo &c. & cap. 2. & 3. in
8 princip. † licentia autem actum præcedere debet
Bart. in. l. ſi autem plura. uerſic. quandoque requi
ritur licentia. ff. de aqua plu. arcen. Bald. in. l. 1.
ante numerum. 46. uer. idem eſt ſi fieret mentio
de licentia, quia ex ui ſermonis debet præcedere
&c. C. qui admi. clemen. uni. cum glo. in uer. ante
omnia. de fo. compe. Corn. conſi. 89. ſupraſcripto
nume. 11. uerſic. quod qui dicebat, & conſil. 201.
uiſis nonnullis. numer. 11. uolum. 3. Quinto, &
ultimo, cum ex proximè deductis, probetur, re-
gulæ, & conſt. Pii datam eſſe formam, cum licen
tia huiuſmodi requiratur ante actum, ſeu in ip-
ſo actu, & ſic forma reſultet, ad Bald. in. l. uniuer-
ſa, colum. 1. uerſic. ego ultra procedo. C. de preci.
impe. offe. & ad alia quæ adduco ſupra in proxi-
ma preceden. quæſt. nume. 9. & etiam num. 8. di-
ctæ quæſt. probaui, inductam eſſe formam, unde
9 ſequitur quòd † Ratihabitioni locus non ſit for
ma non ſeruata. Bal. in l. executorem col. 5. num.
15. uerſic. ſed quid ſi notarius hoc facit. C. de exe
cut. rei iud. D. meus Philip. Dec. in. l. ſemper qui,
num. 17. uerſ. quinto fallit. ff. de reg. iur. Quid te-
nendum? Mihi magis placet iſta opin. negatiua,
10 quam tamen limitarem, † niſi ſit ſummus Pon-
tifex qui ratam habet ordinationem ab inferiori
quocunque factam, per text. in. l. adoptio non iu
re. ff. de adoptio glo. in capitul. nullus alterius: in
uer. rata. uerſ. ſolus tamen princeps poteſt ſentẽ
tiam, quæ nulla eſt confirmare &c. 9. quæſtio. 2.
Inno. in c. prudentiam. nume. 5. ibi uel illud facit
Papa &c. cum quo tranſit ibi Io. Andr. col 8. ibi
uel illud facit princeps &c. de offi. delega. Bal. in
l. reſcripta. colum. 3. in fi. uerſicu. Ita ratificat ſen-
tentiam nullam &c. C. de preci. impe. offe. Ange.
in. l. licet. ff. de iudi. Imol. in cle. uni. ante num. 38.
uer. reſpondet quòd illud procedit in ratificatio
ne Papæ &c. de fo. compe. nec mirum in Papa, q
poſſit ratificare ordines ſuſceptos illegitimè, cũ
ſolo uerbo poſſit etiam epiſcopos creare ſeu face
re. Reducendo hanc limitationẽ ad praxim, po-
terit impetrari perinde ualere a ſummo Pontifi-
ce, quod ratificabit factorum ordinum ab alieno
epiſcopo ſuſceptionem, perinde ac ſi a proprio
epiſcopo collati fuiſſent, uel perinde ac ſi cum
eius literis dimiſſoriis. Nunc deueniendo ad ſo
lutionem contrariorum. Ad primum reſpondeo
illud procedere, quando actus, qui poſtea ratifi-
catur non eſt omnino nullus a principio, ſed eſt
in ſuſpenſo. l. qui in aliena in prin. ff. de acq. hæ-
re. l. ſeruo inuito. in prin. ff. ad trebell. Io. Andr. in.
c. ratum. ante fi. uerſicul. ad tertiam reſpondebat
Iac. & uerſic. ſequen. de regu. iur. libr. 6. & ad ea,
quæ adduco ſupra num. 6. & aliæ ſolutiones eli-
ciuntur ex ſupra deductis in tertio, quarto, & ul
timo fundamentis pro hac ſecunda opin. Ad ſe-

cundum

cundum reſpondeo, quòd non ſolum illa ratio,
ſed etiam aliæ aſſignari poſſunt, uidelicet ne in-
cogniti, & immeriti ordinentur, & aliæ, quæ colli
gi poſſunt ex alleg. conſti. Pii. ex c. 1. de tempo.
ordin. libro ſexto. & ex pluribus iuribus ſupra ad
ductis. Inſuper cum ut ſupra probaui, literæ di-
miſſoriæ a conſt. Pii pro forma requirantur, tolli-
tur dictum ſecundum fundamentum. Tertium ar
gumentum a ſimili non obſtat, negatur enim iſta
ſimilitudo, immò potius diſſimilitudo caſuum
11 colligitur. Nec eſt indiſtinctè uerum, ꝙ † clerica-
tus ſuperueniens ualidet collationem præceden
tem, ſed eo tantum caſu quando expreſſum fuit
illum, cui fit collatio, eſſe laicum, & tunc ſignatu-
ra addere ſolet, uidelicet. quàm primum clericali
charactere inſignitus fuerit, & aliquando ēt quan-
do impetranti fauetur, adduntur clauſulæ, uideli
cet, ex nunc prout ex tunc, ante enim quam quis
uerè ſit clericus, non gaudet priuilegiis clericali-
bus, inſtar militis, qui non prius gaudet priuile-
giis militaribus, quam ex eo tempore, quo in nu-
meris relatus eſt. l. ex eo. ff. de mili. teſta. Non ob.
gl. fi. de inſtitu. ſupra alleg. quia communiter re-
probatur per doct. in c. cum adeo. de reſcrip. ubi
12 concludunt † beneficium per aliquem obtineri
non poſſe, niſi ad minus habeat primam tonſu-
ram. Idem uoluit Abb. in c. ex literis. col. 2. uerſic.
item no. ꝙ laicus. ubi ꝙ laicus non poteſt impe-
trare beneficium, ante quàm ordinetur, niſi fieret
ſpecialis mentio in reſcripto, ut quia Papa man-
daret prouideri alicui ſcholari perito, cupienti
a ſcribi militiæ clericali, de tranſactio. Videantur
Staphi. ſuper ſignatura. fol. 25. ſecundum primã
impreſſionem. in uer. ſimiliter purus laicus inca-
pax eſt. & Samen. in tracta. expectatiuarum. nu.
89. uer. ſimiliter purus laicus, qui etiam mentio-
nem faciunt de præalle. deci. 312. in antiq. & po-
nunt clauſulas de ſtilo apponi ſolitas in impetra
tione ſcholaris, ſeu laici. Ad quartum fundamen
tum in quantum allegaui. c. ſalonitanæ. uerſic. ego
autem. 63. diſt. reſpondeo quòd ibi non decidi-
tur, quòd per ratificationem epiſcopi proprii re
ualidetur ordinatio ab alieno epiſcopo facta, ſed
ſolum epiſcopus relaxat, ſeu remittit iniuriam ſi
bi factam, ex ordinibus ab alieno epiſcopo ſuſce
ptis, iſta autem inter ſe diuerſa ſatis ſunt, nec ex
uno, ad aliud infertur. Ex proximè dictis eſt etiã
reſponſum glo. fi. in c. illud. 71. diſtin. quæ uult or
dinationem ratificari per proprium epiſcopum,
cum enim fundet ſuam intentionem ex dicto ca
pitulo Salonitanæ, & ibi hoc non probetur, ſequi
tur quòd glo. corruet, uel ſecundum illud. capitu.
quod allegat reſtringenda, & interpretanda ſit,
etiam per uerborum impropriationem. Supe-
reſt ſolum reſpondere ad tex. in cap. Lugdunen-
ſis. 9. queſt. 2. uidetur enim ingulare hanc meam
ſecundam opin. prout ex illius inductione, quã
feci ſupra numero quinto, apparere poteſt. Ad-
ducam igitur aliquas ſolutiones ad euitandum
dictum tex. deinde tranſibo ad nouam opin. Pri-
mo igitur conſiderandum eſt, ꝙ facilè eſſet ſuſti-
nere, diſpoſitionem dicti. c. Lugdunenſis. per iu-
ra poſtea ſuperuenientia ſublatam eſſe. prout ui-
detur ſentire ibi Archidia. ante finem. uerſiculo,
ſed contra ſupra &c. qui allegat plura iura aliud
diſponentia, quorum pleraque emanarunt poſt
dictum capitu. Lugdunenſis, & ſic tranſit Ar-
chidiac. & ſic uidetur reſidere in illa ſua ultima
opin. Secundo reſponderi poteſt, quòd dictum
capitu. Lugdunenſis. loquitur in collatione pri-
mæ tonſuræ, ſeu ordinum minorum, in quibus
non eſt tale, & tantum animarum periculum, pro
ut eſt in ſacrorum ordinum collatione, de qui-
bus nos loquimur. Tertio quòd in dicto capi-
tu. ideo admittitur ratificatio, quia notus erat il-
le ordinatus, prout ponderat ibi Archidia. nume
ro tertio. uerſicu. de quolibet uiro noto &c. & fa-
ciunt ea quæ adduxi ſupra in proxima præcedē.
quæſtio. ubi colligi poteſt magnam eſſe differen-
tiam, ſaltem ſecundum iura antiqua, inter ordi-
nandum, ſeu ordinatum cognitum, & incogni-
tum. Quarto quia per conſti. Pii, ut ſupra pro-
batum eſt, inducta eſt forma, utque conſt. illa, &
regula noſtra aliquid operentur, & iuri antiquo
aliquid addant, facienda eſt huiuſmodi inter-
pretatio, cuiuſcunque ratificationis excluſiua,
13 † interpretatio enim talis facienda eſt, ut noua
diſpoſitio aliquid operetur, ſeu addat, argumen
to. l. ſi quando. in princip. & uerſicu. alioquin fru-
ſtra. ff. de lega. 1. l. ſi ſtipulatus. ff. de uſur. capitu.
ſi Papa. de priuileg. libro ſexto. Barto. in l. 3. §. præ
tor ait. numero 15. uerſicu. quæro quid ſi ſtatu-
tum. ff. de damn. infect. Alexan. conſilio 36. con-
ſideratis. in fin. libro 4. Vltimo ad euitandum di
ſpoſitionem dicti capitu. Lugdunenſis. deueniri
poſſet ad tertiam opinio. quæ eſſet, quòd diſtin-
guamus, an ordinatio facta ſit de idoneo, & habi
li, & nõ in ſpretũ proprii epiſcopi, ſed quia ordi-
nans crediderit proprio epiſcopo hoc placere,
illumque ratum habiturum, & tunc ratihabitio
proſit, alioquin ſecus, & procedant ea, quæ ſu-
pradicta ſunt, iſta diſtinctio uidetur eſſe de men
te gloſſ. in allega. cap. Lugdunenſis. 9. quæſtione
ſecunda. in uerſicu. quòd ſanctus. & gloſſ. magnæ.
in capitu. nullus alterius. ante fin. uerſic. ſi autem
aliquis ordinat clericos alterius, credens ſuum
epiſcopum ratum habiturum &c. eadem quæ-
ſtio. & cau. idem annuit etiam gloſſ. 1. in capitu.
epiſcopus. in diœceſi. 7. quæſtione prima. Lap. al-
lega. 138. pater filium. adhibet nonnulla reme-
dia, inter quæ illud quòd epiſcopus contemptus
contemptum remittat, & ratam habeat ordina-
tionem cum cautela præſtanda, de qua ibi. nu-
mero 20. uerſicu. Dico igitur, quòd & ſi cle-
ricus.

SVMMARIVM.

1 *Promoto ab alieno epiſcopo ſciente, & non contradicen-
te proprio epiſcopo, an obſtabit regula hæc?*

2 *Scientia cum patientia operatur idem, quod deputatio ad aliquod officium.*
3 *Patientia habetur loco mandati.*
4 *Communis exiſtimatio quòd quis ſit in aliquo officio operatur, quòd geſta per talem ualeant.*

1 QVinto quæro † an regula obſtabit promoto abſque literis dimiſſoriis, in propria ipſius diœceſi, ab alieno epiſcopo; ſolito ordines conferre, ædictis publicè propoſitis, proprio epiſcopo ſciente, & non contradicente, & qui taliter ordinati pro uerè ordinatis reputabantur? Pro parte negatiua, uidelicet, quòd non ſit locus regulæ ſeu conſt. Pii adduco tex. optimum. in l. 1. §. magiſtrum. 2. uerſi. ſi ſcit, & paſſus. ff. de exerci-
2 to. ubi † ſcientia cum patientia operatur idem quod deputatio ad aliquod officiom, ſeu ad aliquid peragendum, per quem tex. Pau. de Caſtro ibi, in 3. nota. poſt Guiliel. decidit quòd geſta per aliquem tanquam locum tenentem, ſciente & patiente ſuperiore, ualent licet non appareat de locum tenentia, quia tacitè uidetur eum conſtituiſſe. facit tex. in l. qui patitur. ff manda. Bal. in l. ſicut. §. ſi quid in 1. lectu. in fi. ff. quod cuiuſ.
3 uniuer. ubi quòd † patientia uniuerſitatis habetur loco mandati. Barto. conſil 79. quidam uendidit, poſt medium. & pro præmiſſis uideatur etiam Alexan. conſilio 44. uiſis & diſcuſſis. colu. 2. uerſic. fortificari uidetur. uolum. 2. & conſilio 162. uiſis mandatis. poſt medium. uolumi. 5. & Dec. conſi. 650. in cauſa ut uulgo. nume. 12. ſequitur igitur, quòd cum epiſcopus proprius potuerit alienum epiſcopum ad ſacros ordines conferendũ deputare, cũ per conſt. Pii, & regulã noſtrã hoc non prohibeatur, iſte ſciens, & patiens uideatur ipſum deputaſſe, actuſque per talem geſti tenuerint, ad ſupra deducta. Inſuper pro iſta opiu. facit rario tex. in capitu. Lugdunenſis. 9. quæſt. 2. iuxta ea, quæ adduxi ſupra in calce proximæ præcedentis quæſtio. dum deuenio ad tertiam opin. ſi enim prout gloſſ. uult. in dicto capitulo Lugdunenſis. in uerſicu. quod ſanctus, tenuit ibi ordinatio, quia credebat alienus epiſcopus, proprio epiſcopo id placere, multo magis hoc dicendum eſt ſecundum thema propoſitum, ubi uera ſcientia, & patiencia etiam concurrunt. Accedit,
4 quòd † communis exiſtimatio, ſeu opinio, quòd quis ſit in aliquo officio, ſeu facultatem, uel auctoritatem habeat, operatur quòd geſta per talẽ ualeant. l. Barbarius. ff. de offi. præto. Barto. in l. eadem. §. hac lege. ante fin. ff. ad leg. iulia. repetun. Bald. in l. 1. colum. 3. in 6. quæſtio. C. de teſtam. Rapha. Cuman. conſilio 62. uiſa copia. colum. 1. uerſic. cæterum poſito quòd priuatus eſſet. Felin. in c. fraternitatis. in 8. fallẽ. nu. 14. de hæret. In materia etiam ſpirituali communis extimatio, ſeu reputatio multũ operatur, iuxta text. in c. 2. & in c. ex tenore. qui fil. ſint legi. gl. in uer. deceptæ. de elec. & Lap. in celeberrima alle. 89. nu. 9. ac 13. & alibi, & prædicta tanto magis procedunt, quando reputatio præcedit actum. de cuius ualiditate diſputatur. Bal. in præalleg. l. Barbarius. in 1. lectu. col 6. uer. & no. quòd fama, & communis opi. & poſtremo hæc opin. fortificatur ex reſolutione dominorum de Rota in una Palentin. Canonicatus inter Antonium Romerum, & Simonem Acciaiolum coram R. P. D. Romano ſub die. 8. Aprilis. 1549. uoluerunt enim iuxta propoſitum thema, primam tõſuram collatam in oppido Vallis Oleti Palentin. Diœceſis per epiſcopum nõ ſuum, ualidam eſſe, præfatumque Simonem legitimè tali clericali tonſura inſignitum fuiſſe, licet de licentia proprii epiſcopi non conſtaret. Si quis autem uellet contrariam opinio. tenere, fundare poſſet intentionem ſuam in uerbis conſt. Pii. expreſsè literas dimiſſorias requirentis, ad ea quæ deduxi in præcedentibus quæſtio. Et ad reſolutionem Rotæ reſpondere poſſet, quòd reſpicit ſolum primam tonſuram, non autem ſacros ordines, & ſic caſus iſte remaneat in diſpoſitione iuris communis. Inſuper ultra alia quæ pro deciſione præfati quæſiti hic diſcutienda uenirent, illud repetendum eſſet, quòd ſupra in aliis queſtionibus tetigi, uidelicet. literas dimiſſorias a conſt. Pii, & regula noſtra requiri pro forma, unde illis non interuenientibus ordinum ſacrorum ſuſceptionem omnino eſſe inualidam, quia contra formam datam: & ultra alia adducta facit text. in l. uni. C. de manda. princ. l. ſi qua per calumniam in fi. C. de epiſco. & cleric. Bald. in l. 1. colum. 3. quæſtio. 6. uerſic. item officium non præſumitur niſi per literam. & ibi uult quaſi poſſeſſionem, ſeu reputationem nihil operari, ſtante forma cõtraria data. C. de teſta.

S V M M A R I V M.

1 *Promoto cum literis uicarij generalis, an obſtet regula?*
2 *Vicarius habens generale mandatum, an literas dimiſſorias concedere poſſit & nu. 9.*
3 *Vicarium generalem omnia poſſe, quæ is cuius uices gerit.*
4 *Vicarium epiſcopi offendens, an ipſum epiſcopum offendat? & poſt nu. 15*
5 *Epiſcoporum tota poteſtas ſub lege diœceſana, & iuriſdictione conſiſtit.*
6 *Vicarius generalis eſt ordinarius.*
7 *Credulitatem a dolo, & pœna excuſare.*
8 *Cauſam etiam iniuſtam a dolo, & pœna excuſare.*
10 *Archidiaconus eſt Vicarius generalis.*
11 *Vicarius generalis literas dimiſſorias concedere poteſt epiſcopo in remotis exiſtente.*
12 *Conſenſus regis, Comitis, uel Archiepiſcopi ſi requiratur, & ſit abſens, ſufficit requirere illius uicarium.*
13 *Vicarius a principe conſtitutus dimiſſorias concedere poterit, & omnia alia facere, quæ is in cuius locum poſitus eſt.*

 Vicarius

14 *Vicarius generalis concedere poterit dimiſſorias, ſi in ſua facultate ſint ſpecificata aliqua maiora.*

15 *Promoto cum literis vicarij generalis, ſucceſſoris aliorũ, ſolitorum habere facultatem dimiſſorias concedendi, illasque dare conſuetorum, non obſtare hanc regulam.*

16 *Ordinarij quòd ſint illi, qui poſſunt omnia, quæ ſunt legis diœceſanę, & iuriſdictionis.*

1 SExto quæro, † an ſi quis promoueatur ad ſacros ordines cum literis dimiſſoriis vicarii generalis, ſatisfactũ ſit conſtit. Pij, & regulæ noſtræ? Pro parte affirmatiua pondero uerba regulæ, & conſt. Pii, quæ indiſtinctè loquuntur, de literis dimiſſoriis, ergo a quocunque concedantur, illas concedendi facultatem habente, ſatisfa-
2 ctum erit regulæ, ſed † Vicarius habens generale mandatum, illas concedere poſſe uidetur, ergo li-
3 teræ uicarii ſufficient. Minorem probo, nam † vicarius generalis, ſeu uices alicuius gerens, omnia poteſt, quæ is cuius uices gerit, eſt text. in l. 1. §. hi quibus. uerſ. A præfecto uerò prætorio, uel eo, qui uice præfecti eſt, &c. ff. de legat. 3. deciditur enim, in dicto §. ꝙ deportatus a præſide teſtari poteſt, antequam eius ſentẽtia per principem confirmetur, ſecus uerò eſt in deportato a præfecto prætorio, uel eo, qui eius uice cognoſcit, eſt etiam text. in l. ſuggerente, alias. 2. ibi, & omnia, quæ ad iuriſdictionem rectoris prouinciæ pertinent, &c. C. de offici. eius, qui ui. alicu. iudi. obti. & per gloſ. in ca. ſua nobis, in uer. uicarii. in prin. de offic. uicar. & Ioann. de Firmo, in tracta. epiſcop. in 7. par. 4. lib. num. 3. uerſicu. tertio quæro, an uicarius epiſcopi dicatur habere eandem iuriſdictionem, &c. Corne. conſil. 181. uiſis nonnullis, colum. 12. nu. 39. uol. 2. Hieron. Grat. reſpon.
4 2. nu. 88. lib. 1. Et uidemus, ꝙ † uicarium epiſcopi offendens, ipſum epiſcopum offendit. Bald. in l. ſed ſi hac. in 2. lectu. in fi. ff. de in ius uocan. per tex. in l. oſſa. in fi. ff. de relig. & ſump. funer. ſequitur Io. Franc. Paui. in tract. de offi. & poteſt. capi. ſed. uacan. in 10. quæſt. 2. par. num. 14. uerſ. item, qui offendit uicarium, offendit epiſcopum. Et ſimiliter uolunt iura, Epiſcopi & Vicarij unum & idem eſſe conciſtorium, ſeu tribunal. c. Romana. in princip. de appell. lib. 6. c. 2. de conſuet. eo. lib. ſicut igitur epiſcopus hac literas concedere poteſt, ita & uicarius generalis, qui ea quæ ipſe poteſt, eademquè perſona cenſetur, concedet. Inſuper ad ordinarium ſpectant omnia, quæ ſunt de lege diœceſana, & iuriſdictionis. Specu. in tit.
5 de officio ordina. §. officium ordinarii. in fi. † ſub lege diœceſana, & iuriſdictione, conſiſtit totum ius, & poteſtas epiſcoporum. cap. conquerente, & c. dilectus filius. cum gloſ. magna. in princip. & per totam. & ibi Abb. & alii, de officio ordin. cap. auditis. cum gloſ. 1. de præſcrip. cap. auditis. & ibi Abb. in 1. nota. de in integr. reſtitut. Innocen. in cap. 1. de ſtatu monach. Bald. in l. ſi quis ad declinandam. §. in omnibus. numer. 3. C. de epiſcop. & cleric. & conſi. 478. præmittendum eſt. num. 4. uerſ. epiſcopus autem poteſt omnia, quæ ſunt iuriſdictionis, &c. uolu. 4. Lap. dict. alle. 139. ante numerum 14. uerſicu. Nam in populo, & ſacerdote exercebit legem diœceſani, & legẽ iuriſdictionis, chriſmabit, & ordines conferet, eccleſiam, & altaria conſecrabit, & omnia iura epiſcopalia exercebit. ſiue igitur dicamus collationem ſacrorum ordinum, & alia ſimilia, eſſe de lege iuriſdictionis, prout uult Innocen. in præall. c. 1. num 3. ſiue de lege diœceſana, ad ea quæ adducit Abb. in dicto cap. dilectus. columna pen. uerſicul. Ad unum tamen aduerte, utcunque ſit, ordinarius omnia iſta poterit ad Specula. ubi
6 ſupra: † uicarius autem generalis eſt ordinarius. cap. Romana. in principio. cum gloſ. 1. de app. lib. 6. Specul. ſub titulo. de officio ordina §. 1. numero 2. uerſicu. item ordinarius eſt is. gloſ. in c. 2. in uerſic. officialem. de offic. uicar lib. 6 gloſ. in cap. perlectis. in uer. & iurgia. ubi latè. 25. diſtin. Innoc. in c. tua nobis. de offici. uicar. Felin. ſuper Rub. de offic. deleg. colum. 3. uerſ. uicarius etiam epiſcop. ordinariam habet. & poſtea limitat hoc uerum, in uicario generali, ſecus in foraneo, &c. Vicarius igitur cum ſit ordinarius, poterit ea, quæ ſunt legis diœceſanæ, & iuriſdictionis, & cõſequenter concedere licentias ſuper quibus agimus. Poſtremo cum non ſoleat per licentias huiuſmodi impetrare curantes, deueniri ad illam inquiſitionem, an vicarius habeat ad id ſufficiens mandatum, uel ne, eſto quòd ſpeciale mãdatum forſan requireretur, iſta bona fides, uniuerſalis credulitas, ac reputatio, debet ſufficere, ſaltem ab excuſando aliquem a pœnis, in conſt.
7 Pii, & aliis iuribus contentis, † credulitas enim a dolo, & pœna excuſat. l. plagii, cum gloſ. final. C. ad leg. faui. de plagia. gloſ. in l. Titio fundus, in uer. actiones. ante finem. uerſicul. reſponde promiſit ſeu cauturum, & erat homo, cui uidebatur credendum, &c. ff. de condi. & demonſt. l. ſi a bonæfidei. ff. de rei uendi. & ibi Ange. dixit ſe excuſaſſe a ſindicatu quendam poteſtatem, qui aſsignauerat nobili totum palatium pro carcere, quia reputabatur homo ſinceræ fidei, & tamen aufugit. Alexand. conſil. 75. uidetur in præſenti. nume. 11. uerſiculo, cum enim Anto-
8 nius. uolum. 5. prout etiam dicimus † cauſam quamlibet etiam iniuſtam a dolo, & pœna excuſare. l. igitur. §. poteſt. ff. de liber. cauſ. l. plagii. 2. C. ad leg. Iul. de plagiat. l. inter omnes. §. rectè. ff. de fur. l. ſeruum. quis. §. ait prætor. ff. de acquirend hæredita Roma. conſi. 234. iſta captura, nu. 4. Hippolyt. de Marſil. in l. de unoquoque. 193. ff. de re iudi. plenè Tiraq. in tracta. de pœnis. cauſ. 43. gl. fi. i l. 1. §. fi. & ibi Bar. ff. de abige. gl. 1. in uer. receſſit. poſt prin. & Bal. in d. l. in fi. C. ubi cau. ſtatus. Caſſ. dec. 6. de cau. poſſeſſ. & proprie. num. 7. Dec. conſ. 170. uiſo themate. col. fi. in prin. & cõſ. 277. cõſultus. ad fi. Calca. cõſ. 28. col. 5. Alex. cõſ.

 160. col.

160.colum.1.uolum.7. Barb.conſil.47.colum.1.
lib.1.Fel.in c.cũ contingat.col.4.de reſcri. Pariſ.
conſ.52.num.25 & Soci.uol.4. Cur.iun conſ.19.
nu.4.Bertran.conſi.34.col fi.lib.3.Marian.Socin.
iun.conſi.38.col.2.lib.2.Declaranda,ac limitan-
da ſunt præmiſſa, dummodo cauſa iniuſta ſit co-
lorata, prout ſentit prealle.glo.in l.plagii.2.ff.ad
leg.fau.de plag.& glo.in l.uni.§.fi.ff.ſi quiſuis di
cen.nõ obtem.ac gl.in l.in hac.ff.de triti.Hippo.
de Marſ.conſi.11.circa hoc. nu.11.& conſi.51.li-
cet. nu.28.lib.1. Contraria opin.tenenda eſt, ꝗ
9 imò † uicarius generalis non poſſit dare has li-
teras dimiſſorias,ſeu commendatitias, ſine ſpe-
ciali mandato,eſt tex. in c.cum nullus.§.epiſco-
po. arguendo a ſpeciali.de tempo.ordi.lib.6. &
in c.ſignificaſti.de offi.Archidi. ubi excluditur a
conceſſione harum literarum archidiaconus,idẽ
concludit glo.remota conſuetudine in c.epiſco-
10 pum.ante fin 9.quæſt.2.† & talis Archidiaconus
eſt uicarius generalis epiſcopi. c. t. &c. ad hæc,
uerſic.ſecundum uerò,&c.eo.titu.Dec.conſ.420.
quæritur,an ad Archidiaconum.num.1. & conſ.
664.uiſo eleganti. num.3.& de uicario generali
etiam capituli ſede uacante,quòd non poſſit ta-
les literas concedere,firmat Io. Franc.Paui.in tra
ctã.de offi.& pote.capi.ſede uacan.in 10.quæſti.
2.par.in uerſi.an autem uicarius capituli poſſit
eſſe conſeruator.num.17.uerſi.& adde,ꝗ in hunc
uicarium,uel officialem capituli,&c. & ꝗ requi-
ratur ſpeciale mandatum pro concedenda huiuſ
modi licentia,nec ſufficiat generalis uicarii,con-
ſtitutio,concludunt glo.in c.2.in uer.officialem.
ante finem.uer.nec etiam de ſpiritualibus, unde
literas commendatitias ad ordines dare non poſ
ſunt &c. & Gemin. in alleg.c.cum nullus.§.epiſc.
uerſ.ſed hodie talibus uicariis,&c.& Phili.Franc.
in 4.not. Iſta igitur opin.eſt tenenda,quam tamẽ
limito,ut infra, & ex limitationibus ſubiiciendis
11 apparebit ſolutio ad pleraque contraria†. Limi
to igitur primo,niſi epiſcopus ſit in remotis, tũc
enim uicarius generalis, poteſt hanc licentiam
concedere,eſt tex. clarus in alleg.c.cum nullus.§.
Epiſcopo.de temp.ord.lib.6.& ibi Franc.in 4.no
ta.æquiparat, quòd habeat ſpeciale mandatum
ad hoc, uel quòd habeat ſolum generale, & epi-
ſcopus ſit in remotis, & generaliter notauit Ar-
chidia.in c.reatina.poſt medium.63. diſtinct. ꝗ
ubicunque Regis, Comitis, uel Archiepiſcopi
12 †conſenſus requiritur, & ille ſit abſens extra re-
gnum,Comitatum,uel Archiepiſcoparum, ſuffi-
ciat requirere illius uicarium, & licet illud dictũ
Archidiaconi mordeatur a Ludou Roma.ſingul.
693.quod incipit ex longæua,& inueterata, eius
tamen opin.eſt uerior,prout concluditur in add.
ad dictum ſingul.in fi. Pro quibus uideatur Feli.
in c.ex parte.colum.3.& ſeq.uer. an autem abſen
te eo,qui requirendus eſt. ubi defendit Archidi.
& poſtea diſtinguit,& concordat opi.utriuſque,
& opin. Archidiacon. dicit communem Sarnen.
quæſtio.22.de Impet. bene. uacan. per obi.fami.
Card.inferens ex ea, ꝗ uicarius Cardinalis abſen
tis,habẽtis indultum præſentialitatis, præſtabit
conſenſum,& ita teſtatur in Rot.iudicatum. Li-
13 mito ſecundo niſi † uicarius ſit ab ipſo Papa cõ
ſtitutus, tunc crederem talem, ſimilia, & maiora
poſſe,per tex. in l.2.C.de offi.eius,qui ui. al. iud.
uel præfe.obti.& in l.1.§.ij quibus,& ibi Bar.ff.de
lega 3.faciunt ea,quæ tradit Alex.ſuper rub.ff.de
offi.eius.col.4.nu.14.uerſ.quidam ſunt conſtitu-
ti ab ipſa uniuerſitate,&c. & ſi ipſe hoc,firmat in
conſtitutis ab uniuerſitate,ꝗ omnia poſſint,quæ
potuiſſent illi,in quorum locum ſuffecti ſunt, for
tius hoc procedet in conſtitutis a principe,& de
deputatis a principe, uel uniuerſitate,ꝗ omnia
poſſint,concludit Caſſad.dec.4.ſub titu.de con-
ſtit.nu.1.& per hæc eſt reſpõſum ad primum fun
damentum pro contraria opin. factum. Sed re-
ducendo ad praxim,uideamus quomodo acci-
dere poteſt iuxta terminos noſtros,ꝗ Papa depu
ter uicarium,nam ſi loquamur de eius uicario.i.
de uicario urbis,hoc erit extra dubium propoſi-
tum.Conſiderabam primo ꝗ Papa non multum
confidens de aliquo epiſcopo,ipſemet uelit ei ui
carium deputare. Alium caſum ponere poſſem
ſi epiſcopus euaderet inſanus, uel propter deme
rita carceraretur,uel ab hoſtibus fidei chriſtianæ
caperetur,tunc enim ſummus Pontifex facilè ad
duceretur ad prouidendum de uicario.Sed omiſ
ſis pluribus aliis caſibus contingibilibus, unico
contentus pro exemplo,quod nouis in curia Ro-
mana ſcire,non erit iniucundum, & infructuo-
ſum.Leo x.conceſſit Carolo de Laynoi clerico Ca
meracenſi,tunc in undecimo ſuæ ætatis anno cõ-
ſtituto acceſſum ad epiſcopatum Caurien. per-
ceſſum, uel deceſſum Bernardi Cardinalis S.
Mariæ in Porticu, taliter quòd ſi eueniret caſus
uacationis dicti epiſcopatus, antequam idem
Carolus uigeſimum ſuæ ætatis annum attinge-
ret,deputaretur alia perſona pro adminiſtratio-
ne dicti epiſcopatus. defuncto Cardinali, Caro-
lo non exiſtente in dicta ætate uiginti annorum,
Adrianus Papa v1.deputauit Ioannem epiſco-
pum Caſtoricen.in Vicarium generalem,ſeu ad-
miniſtratorem præfati epiſcopatus Caurien. ſu-
per conſtitutione plura dubia orta fuerunt, in
una Caurien.del Caſar.in qua ego fui aduocatus
pro R. D. Franciſco Caruaial,& inter alia diſpu-
tatum fuit,an iſte epiſcopus Caſtoricen. potue-
rit conferre beneficia, & alia ad epiſcopum lege
diœceſana, & iuriſdictionis ſpectantia concede-
re, ſeu exercere. Tertia limitatio dari poſſet ui-
14 ſi † Vicarius generalis haberet ſpecificata ali-
qua maiora,quàm ſit huiuſmodi licentias confer
re, tunc propter generalitatem uicariatus, ſeu
ſuæ poteſtatis, crederem eum poſſe licentias præ
dictas concedere,per tex.in c.qui ad agendum,
uerſ.ſed ſi aliquis,de procu.lib.6.l.ſed & ſi.ſ.quæ-
ſitum.cum gloſ.in uerſic. ſpecialiter.uerſic. bulg.
autem idem dicit,quod Io. hoc addito,&c.C.ſi-
quis cautio. Hoſtien.in c.ſignificaſti. ante finem.
uerſic.

uer.ſi tamen aliquis gereret uices epiſcopi generaliter &c. de offi. uica. c. 2. cum gl.ſi. de offi. uica. lib. 6. & ibi Gemi. nu. 8. ſuper eadem gl. Lap. alle. 70. ſæpe uidi. col. pen. nu. 10. uer. quid ergo ſi expreſſo aliquo. uſque ad ſi. Pariſ. conſil. 41. ex iis, quæ in facto. nu. 1. uer. nec eſt dicendum. uol. 4. & licet Fran. Pani. in 10. q. 2. par. nu. 17. alle. ſuper nu. 10. loquens de uicario capituli uideatur ſentire talem non poſſe has literas dare, etiam aliquibus arduis ſpecificatis, in ſi. uidetur aliter reſidere, ubi ſubdit, contrariū uidetur probare &c. Quarta & ultima limi. dari poſſet, uidelicet, niſi
15 iſte uicarius generalis non habens ſpecialem facultatem licentias concedendi, ſucceſſiſſet aliquibus prioribus uicariis, eam habere, ac licentias huiuſmodi concedere ſolitis, argū tex. & ibi not. in l. cum de in rem uerſo. ff. de uſur. & ad ea q̃ tradit Bal. in l. ſi certis annis. col. 5. nu. 6. in 3. oppo. C. de pact. Dec. conſ. 146. & pro tenui. colu. 2. poſt prin. & pulchrè per Hier. Grat. reſpon. 2. nu. 90. lib. 1. ubi loquitur de poteſtate uicarii generalis. & hoc caſu putarem credulitatem, a dolo, & pena excuſare, ad ea quæ ſupra adduxi. nu. 7. & ſeq. nihil. n. uidetur imputandum taliter ordinato, & qui innumeros antea ſimiliter ordinari uidit cum literis uicarii generalis præſentis, & præteritorum. Ad unum tamen aduertendum eſt, an prædictis limitationib. obſtet forma data a cōſt. Pii, & hac regula, ad ea quæ adduxi ſupra in aliis quæſtionib. Ex præmiſſis tolluntur quaſi oīa contraria. Inſuper ad primum fundamētum pro prima opi. adductum reſponderi poteſt, q quædam ſunt, quæ ſub generali mandato non ueniunt. ca. 2. & c. ſeq. de offi. uic. lib. 6. gl. 1. in c. ſua nobis. de offi. uic. iſtud igitur, uidelicet, dimiſſorias concedere, erit unū quod non ueniet ſub mandati generalitate, ad ea quæ ſupra adduxi nu. 9. & ſequ. Ad conſ. Corn. & Grat. reſpondeo q ipſi mer ſub dunt, niſi in quib. uicarius eſt expreſsè prohibitus, in quo caſu nos ſumus, ut ſupra, nu. 9. & ſeq. probaui. Non ob. dictum Bal. in l. ſed ſi hac. ff. de in ius uocan. & Pani. ſupra alle. quia Bal. non dicit uti Pani. eum alle. uidelicet, q uicarius epī offendens, epm offendat, ſed ipſe dicit, q uidetur epm offendere, & ſic loquitur per uerbum improprietatem, ſeu ſictionem inferens, & ſi aliter Bal. dixiſſet, non bene locutus fuiſſet, ut patet ad ſenſum, alia eſt. n. perſona epī, alia uicarii, & diuerſiſſima una ab alia, et quo ad dignitatem, & in oīb. aliis. Ad aliud, q epī, & uicarii idem ſit conciſtorium, reſpondeo q non tamen in oībus, & p oīa, prout no. gl. in c. Romana. in prin. in uer. idem nō tamen per omnia. de appel. lib. 6. Ad illud quod
16 ad ordinarium ſpectent oīa, quæ ſunt de lege diœceſana, & iuriſdictionis, ad Spe. in §. officium ordinarii. in ſi. ſub tit. de offi. ordin. patet ſolutio ex gloſſella ibi poſita, exponente ad eum, ſupple epm, non generaliter ad oēm ordinariū. Voluit n. gl. illa, & bene, q non ad oēm ordinarium iure proprio indiſtinctè ſpectet talis poteſtas, ſed ſolū ad epm. pro quo ēt facit præalleg. conſi. Bal. 478. col. 2. nu. 5. uer. plurimum aūt hæc clauſula reſtringitur in perſona officialis, uel uicarii generalis &c. uol. 4. Vnde ſi diceremus omne quod eſt ex lege diœceſana, & iuriſdictione, proprium eſt epōrum, qui ſunt ordinarii, bene loquemur. Si uerò dicemus proprium eſt omnium ordinariorum, comprehendendo etiam uicarios generales, Archidiaconos, & aliquos ſimiles, qui aliquo modo dicuntur etiam ordinarii, propoſitio iſta nō erit uera, non ſecus ac ſi dicamus, riſibilitas eſt proprium oīum animalium, uel hinnibilitas eſt proprium omnium brutorum, falſa. n. erit propoſitio iſta, ſed illa uera, uidelicet: riſibile eſt propriū hominum, uel hinnibile eſt proprium æquorum. & iſtud erit uere propriū, qđ in ſola, totaq; ſpecie, & ſemper ineſt, quaſi quid innatū, ut docet Porphy. in prædicabilibus, dū de proprio loquitur. Ita nos dicamus, q proprium, & quid innatum epōrum, ſit poſſe oīa, quæ ſunt legis diœceſanæ, & iuriſdictionis, & iſtud propriè & naturaliter, in ſola, & tota ſpecie epōrum inerit. Ad illud de credulitate, reſpondeo q ſimplex credulitas aliter quàm in 4. limi. ponderata, non ſufficeret, alioquin omnes ſe excuſare poſſent, diceret quilibet q ita credidit, uel q eius error ſit tolerabilis contra tex. in c. 1. in ſi. & ibi gl. ſi. de præſum. Pari. cōſ. 68. ad dubii. nu. 21. uol. 4. Inſuper illi propoſitioni, quæ paſſim adduci ſolet, uidelicet, q quælibet cauſa etiam iniuſta excuſet a dolo, & pena, reſpondeo non ita generaliter, & abſque diſtinctione illam procedere, utque hoc clarius oſtendam ſuper hoc articulo, & præfata concluſione procedam prius illam ampliando, deinde limitando, ac declarando. Quicquid ſenſerint Albe. in alleg. l. plagii. C. ad leg. flau. de plagia. ac Bal. in c. cum Bertoldus. col. 2. de re iudi. præmiſſa opi. ut cōis tenenda eſt, quam etiam tenuerunt Doct. in l. 3. §. ſi. ff. ſi quis iuſdi. non obtem. Iaſ. in l. qui iuraſſe. in prin. ff. de iure iur. ac Parpal. in repe. l. ſi quis maior. q. 6. poſt notabi. C. de tranſa. Amplio ad cauſam beſtialem, ut pariter illa a dolo & pena excuſet. Aret. & Iaſ. in. l. clam poſſidere, §. qui ad nundinas. ff. de acq. poſ. Caſſa. præalleg. Dec. 6 nu. 7. de cau. poſ. & proprie. & per alios ſupra citatos. Amplio ſecundo ad cauſam temerariam, ut illa etiam excuſet a dolo. Ange. in alleg. l. plagii. Mar. Soci. Iun. conſi. 38. col. 2. lib. 2. Amplio tertio ad credulitatē fatuam, ut illa pariter excuſet. Ange. in l. 1. in ſi. prin. ff. de eo per quem fac. erit. Iaſ. in l. ſi quis id quod. col. 8. ff. de iuriſ. om. iudi. & cōſi. 84. col. 4. lib. 1. Soci. conſ. 108. col. 7. lib. 1. Cur. Iun. ꝑalle. cōſ. 19 hanc cōem affirmans. Amplio quarto, ut etiā cā iniuſta excuſet a mulcta ob partis contumaciam impoſita, glo. mag. in ſi. in l. 1. ff. ſi quis iuſdicen. non obtem. & ibi Bartol. columna ſi. ac Bal. col. penul. Ange. & Saly. uerſus ſi. Bal. in l. deberi. ff. de ſideicom. liber. Ange. in l. ex conſenſu. §. ſin. ff. de appel. Alex. conſi. 125. col. 3. uol. 4. & in l. 1. §. ſi. ff. ſi quis iuſdi. non obtem. Amplio

quinto ut etiam irrationabilis conſuetudo excuſet a pęna, ut uoluerunt gl. in c. cum uenerabilis. in uer. migraſſe. & ibi Ancha. de conſue. Anchar. etiam conſi. 51. conſuetudo, quæ habet. num. 4. ac conſ. 183. iure ſtricto. ad fi. Præfata communis cõcluſio declaratur, & limitatur primo, ut non ſufficiat cauſam ſimpliciter allegare, ſed neceſſe ſit illam etiam probare. Corn. conſ. 243. col. 5. lib. 3. & conſi. 280. col. 2. uol. 4. Gomeſ. in §. ex maleficiis. col. 14. inſti. de actio. Quam tamen cauſam non eſt neceſſe plenè probare, ſed ſufficit per iuramẽtum concurrentibus coniecturis. Ange. in alleg. l. plagii. C. ad leg. flau. de plagia. Bar. in l. inter omnes. §. rectè. col. 2. ff. de furt. Aret. conſi. 80. colu. 2. Cæpol. conſi. ciui. 9. col. 3. Alex. conſil. 113. col. 3. uol. 4. Curt. Iun. conſi. 132. Ioã. de Ami. de Venaf. conſi. 27. & 37. Limito, & declaro ſecundo, ut cõſtare debeat, quòd propter illam cauſam ſit motus ille, qui uult ſe excuſare, ita declarant Ang. & Imo. in l. ex conſenſu. §. fi. ff. de appel. Alex. conſil. 103. col. pen. lib. 1. & conſi. 115. col. penul. uol. 4. Cor. conſi. 33. col. pen. uol. 4. Rui. conſi. 33. col. fin. uol. 4. Cur. Sen. conſ. 56. co. fi. Balb. in l. Celſus col. 4. ff. de uſuca. D. meus. conſi. 452. col. 2. & in l. quòd te. in ult. not. ff. ſi cer. pet. Claud. Seyſel. in l. iuſtè, in fi. ff. de acqui. poſ. Limito tertio, ut non excuſetur a pęna ſtellionatus. ita Ang. in alle. l. plagii. & D. meus in alle. l. hoc edicto. colum. pen. ff. quod quiſ. iur. Limito quarto, & declaro, quòd potius præſumatur quis motus dolo, quàm ex iniuſta cauſa. Ita Bar. in l. inter omnes. §. rectè. ff. de furt. Ange. in alle. l. plagii Corn. conſi. 243. colum. 5. libro 3. Rui. conſi. 33. col. 6. uolum. 4. Cæpol. conſi. crimi. 21. col. penul. uer. Aut dubitatur. & conſ. ciui. 9. col. 3. Limito, & declaro quarto, ut iniuſta cauſa non excuſet a pęna delicti commiſſi in iudicio. Bal. in l. 3. C. de calumnia. Soci. conſi. 118. colum. 5. lib. 1. Gomeſ. in alleg. §. ex maleficiis. colum. 13. inſti. de actio. Quinto limito, & declaro niſi ſumus circa ea, quæ ſint iuris diuini, uel naturalis. glo. 1. in c. flagitia. 32. quæſt. 7. glo. in c. ſanè. in uerſ. antiqua conſuetudo. de tempo. ord. Angel. in l. ex conſenſu. colum. fina. & Imol. columna 16. ac Rapha. Cuman. ff. de acquir. poſſeſ. Cæpol. præal. conſi. ciui. 9. colum. 5. & conſi. crimi. 21. nume. 22. & ſeq. Calcan. conſil. 28. colum. 5. Gomeſ. in alleg. §. ex maleficiis. nume. 32. Zaſ. conſilio 23. lib. 1. Sexto limito, ut iniuſta cauſa non excuſet a pęna legali, uel ſtatutaria, ſed tantum iuſta. Archidia. & Ioan. Andr. in capitulo 1. in uerſic. probabilis. de electio. libro 6. Ioan. Andr. in additio. ad Specu. titu. de arbit. colum. 6. uerſicu. Ex forma ſtatuti. Bald. in auten. generaliter. colum. 3. C. de epiſco. & cleri. Roman. ſuper rub. ff. de arbi. colum. penult. Felin. in cap. cum cauſa. colum. 2. de offic. dele. Iaſ. in alleg. l. iuſtè. colum. fina. ff. de acquiren. poſſeſ. Septimo limito, niſi quis cognoſceret cauſam iniuſtã, & perſeueraret in illa. Bar. conſi. 91. colum. fina. Bal. in l. ſi quis id quod. §. doli. ff. de iuriſ. omn. iud. Iaſ. conſi. 179. colum. fi. libro 2. Octauo limita, conſenſus iniuſtus non excuſet ad .. Ang. conſilio. 187. col. penult. qui ad hoc citat Innoc. in c. gratus. col. fi. depoſi. qui loquitur in iis, quæ non pendent a uoluntate partis, prout in prælato, qui in præiudicium eccleſiæ non poteſt comprobare ſententiam iniuſtam. ut per Felin. in c. cum ex offici. colum. 13. uer. & eſt ratio. de præſcri. Nono limito, ut iniuſta cauſa non pro ſit ad lucrum. Calcan. conſi. 28. col. 5. Et
17 in ſimi. dicimus reſtitutionem in integrum † ei, q de dãno. nõ ei, qui de lucro captando tractat, cõcedi debere. iuxta tex. in l. ſcienndum. qui. ex cau. maio. Bar. in l. 1. in 1. q. C. de anna. excep. in l. et. 2
2. ad fi. ff. de mino. & in l. fi. uerſus fi. C. in qui. cau. reſti. in inte. non eſt neceſ. Fulgo. conſi. 61. D. Catherina. col. pen. uerſ. ad l. plane. D. meus conſilio 261. ſuperioribus. col. 5. Rip. in l. quod te. nu. 49. ff. ſi cer. peta. Tiraq. de ut. retra. par. 1 §. 35. Glo. 2. nu. 7. uerſic. Ego maximè. Decimo limito, ut cauſa iniuſta excuſet à dolo præſumpto, non autem a dolo uero. ita Caſſen. in conſuetu. Burg. fol. 173. Vndecimo limitat Mar. Soci. conſi. 18. colum. fi. libro 2. quòd cauſa iniuſta non excuſet a uiolentia commiſſa cum armis. Plura pro præmiſſa communi concluſione, illiuſque declaratione uidere poteris apud Aegid. Boſſ. in ſua praxi criminali titulo de Decre. Mediolanen. numer. 19. cum aliis ſequ. Hęc ſufficiant pro præſenti q. & noſtra regula, quæ cum ut præmiſi noua ſit, noua etiam ad materia regulæ, & conſilii erunt omnia quæ adduxi. Plura alia habeo quæ conſecrabo his qui poſt me ſuper ea ſcribent: & licet ante me, regulam hanc gloſauerit ſolus Rebuf. qui pedeſtri ſtilo proceſſit, eius dicta reaſſumere non curaui.

REGVLA XXV.

De moneta.

ITem declarauit idem dominus noſter, quòd libra Turonenſium paruorum. & florenus auri de Camera, pro æquali ualore, in concernentibus literas, & Cameram Apoſtolicam, computari, & eſtimari debeant.

SVMMARIVM.

1 *Moneta mutatione ſuccedente in ualore extrinſeco, & moneta effecta non uſuali, uel ſi alterius non reperiatur, quomodo, & qualiter ſolutiones faciendæ.*
2 *Rota. 232. in initi. parum inſeruit.*

MOnetæ regulam nonnulli inutilem, fruſtraque membranas occupare exiſtimauere, plerique uerò falſi ſunt ab antiquis ſummis Pontificibus condecenter æditam, ab aliiſque prudẽter confirmatam. Verum temporibus noſtris quibus uſus Turonẽſium hic deſcriptorum ceſſauit, negant in aliquo regulã hanc inſeruire poſſe. Aliqui uerò eam negligunt, tanquam de moneta loquentem,

quentem, monetæ tamen commodum nullum afferentem, a tribunalibuſquè alienam. Aiuntq; cum ab hac, & ſimilibus regulis lucra nulla, tribunalia frequentantibus proueniant, nulli deſuper laborandum fore. Ego uerò pro huius regulæ dote, ac ornamento, tractatum ſuper compoſitionibus, & Annatis (ita enim eas communiter appellant) paraueram, quas annatas, & aliquas ex compoſitionibus (contra neotericorum ſententiam) ſumma ratione, iureque optimo inuentas fuiſſe, quin & ab ipſa diuina lege originem, ſeu ſimilitudinem traxiſſe probabam. Sed quum illud (quod opuſculum putabam) ſatis creſceret, periculoſumquè exiſtimaſſem, hac præſertim tēpeſtate, illud in nonum annum (iuxta Horatianum dogma) nondum preſſum, in lucem ædere, & tacitè materiam pro præſenti lege aliunde deducens, quaſi aſſentiri uiderer eam infructuoſam, ab inceptis deſtiti, opus illud in commodius, & placidius tempus reſeruans. Nunc ad opiniones quas præmiſi redeo, illiſquè acquieſco, qui regulam hanc a principio utilem, ſucceſsiueque meritò ab aliis ſummis Pontificibus approbatam dixere, ab aliorum uerò ſententia diſcrepo, imò eam etiam hodie non inutilem affirmo, quod tū ex quæſtionibus quas ſubiiciam apparebit. Tum ex eo, ꝙ per hanc regulam in iis ſuper quibus diſponit, euitabimus illas profundas, & quaſi in-
1 extricabiles difficultates, uidelicet † Monetę mutatione ſuccedente in ualore extrinſeco, non autem intrinſeco, & moneta non exiſtente amplius uſuali, uel ſi moneta, de qua fiat mentio ulterius non reperiatur, quomodo, & qualiter ſolutiones fieri debeant, pro quibus uideantur Oldra. conſil. 31. thema tale eſt, quidam condens, & conſil. 368. ad primam quæſt. ubi etiam uerſicul. ſi uerò ibi non ſit curſus. colu. 2. loquitur de iſtis Turonenſibus. Bartol. & alii in l. cum quid. & in l. quo te. ff. ſi cer. peta. Sal. in l. pen. colum. ſi. uerſic. dico
2 igitur. & uerſic. ſed ubi ſtatuta. C. eod. † Rot. 232. no. ꝙ ubi. in anti. quam ſtante regula parum inſeruiſſe, & inſeruire crediderim, quia in caſu ſuo ſeruanda eſſet regula hæc, in concernentibus literas, & cameram Apoſtolicam. Alex. conſi. 104. Ita tutum loquens. col. 2. uerſicu. nec obſtat, ſi quiſpiam Franc. Areti. conſil. 11. procedendum eſt. colum. 2. num. 3. Imo. in clem. ſi. col. 3. ſuper gloſ. in uerſic. argentorum. de magi. Card. in clem. 2. quæſt. 11. & ſeq. de dec. glo. in c. 1. §. item fuit deliberatum. in uerſi. uſuali. & in uerſi. ualorem, in pragma. Latè Nic. Boer. deciſ. 327. hæc quæſtio ſæpè, ubi infinitos adducit. & nouiſſimè per copioſum, & diuitem modernum And. Tiraq. in tractat. ut retract. glo. 20. §. 1. nu. 14. uerſic. quid deni que ſi offeratur nummus. pag. mihi. 378. Plura etiam omittam, quæ huic regulæ inſeruire poſſent, ſuper regula, de ualore reaſſumenda. Et quia textus regulæ eſt clarus, deſuper non inſiſto. Iuniores tamen ſciant, ꝙ duplex eſt lectura in illis uerbis, uidelicet. In concernentibus literas, & cameram Apoſtolicam. Altera enim eſt in concernentibus literas, & cameram Apoſtolicas, & ſic omnes aliæ literæ præter Apoſtolicas (iuxta ſecūdam lecturam) excluderētur, ſuper quo aliquid tangam infra in 2. quæſtio. Quomodo autem accipiendus ſit florenus, de quo in regula tangam. quæſtio. 3. De monetis habemus aliquos particulares, & ſpeciales tractatus, uidelicet, Martini Garrari Laudenſis, Alterum Franciſci Curtii, Tertium uerò Ioannis Regnandi Auinionenſis. Habemus etiam libellum de cambiis, Marcharumquè differentiis, Hieronymi de Luca Theologi, ubi pariter de monetis tractat. Latè etiam monetarum uſus, diuerſitates, & ualores, ac ſignificatus ponit Sarnenſ. infra ſuper regula de Valore. quæſt. 9. A locis præmisſis plura pro hac regula deducere poſſemus, quorum aliqua (ut præmiſſi) inſeruient regulæ, de ualore, ſuper qua diutius inſiſtendum, & immorandum erit.

SVMMARIVM.

1 *Quis ſit intellectus huius regulæ.*
2 *Lex ſpecialis propter rationis generalitatem, generaliter intelligenda eſt.*
3 *Originali ſtandum eſt.*
4 *Protocollo potius, quàm inſtrumento publico creditur.*

1 PRIMO quæro, † quis ſit intellectus huius regulæ? reſpondeo, ꝙ quadruplex aſsignari poteſt: primus ſit, ꝙ regula hæc declaret idem eſſe ſi in ſupplicationibus, ſeu literis exprimatur ualor per libram Turonēſium paruorum, ſicut ſi per florenum auri de camera, ex quo duo ſequentur, unum, uidelicet, quòd ſiquis alteram harum monetarum ſpeciem expreſſerit, qui alteram exprimere poterat, ſeu debebat, tum in ſupplicatione, cum in literis, gratia ſua non fruſtretur. Puta Romanus fructus beneficii Romæ exiſtentis, expreſsit per marchas Turonenſium paruorum, uel contra, gallus ualorem beneficii in gallia exiſtentis expreſſit per florenum auri. Alterum ſequetur, ꝙ ſi in ſupplicatione ſit expreſſus ualor per libras huiuſmodi, in literis poterit fieri expreſsio per florenos, uel contra: ſi ſupplicatio continebat ualorem in florenis, in bulla ſpecificari poterunt libræ Turonenſium, & tunc illa uerba in concernentibus literas, & cameram Apoſtolicam, interpretari debebimus in concernentibus literas, id eſt literarum expeditionem, & cameram, id eſt camerę officium, circa harum literarum expeditiones, ſiue intelligamus de literis per cameram tantum expeditis, ſiue potius, ꝙ expreſſa camera, ueniat etiam cancellaria ex identitate rationis, & quia ratio eſt generalis; ꝙ ubiq; expreſsio iſtarum monetarum æquipolleat, unde licet camera tantum nominetur, & ſic conſtitutio uideatur ſpecialis, & ad cameram

2 reſtricta, † generalitas tamen rationis, operatur, q lex ſpecialis generaliter intelligenda ſit. Do. meus Philip. Dec. conſi. 35. nume. 8. ibi, licet poſtea in diſcurſu, &c. conſil. 115. & pro tenui. col. 3. poſt medium, uerſ. unde iſta uerba, & con. 299. in cauſa. nume. 10. Pariſi. conſil. 83. pro reſolutione. uolum. 3. numero 16. uel alia ratione generaliter interpretari poſſumus, ex quo camera generaliter omnibus expeditionibus, correctionibus, & interpretationibus literarum præeſt, unde uidemus quolibet menſe, uel quibuſdam anni mẽſibus, in die Iouis ut plurimum coadunari cameram pro difficultatibus ſuper literis, ſeu bullis contingentibus, in qua camera interueniunt ipſe ſummus Pontifex, Cardinales aliqui, & alij deputati, & ibi proponuntur dubia ſuper literis huiuſmodi, citanturquè partes ad uidendum aboleri, corrigi, incidi mandari, ſeu expediri literas, & ad alia ſimilia, pro tali camera. Iſte intellectus conformitatem habet cum alia regula, de ualore, poſita infra ſecundum ordinem modernum. num. 65. ubi mandatur, expreſſionem ualoris fieri debere per libras turonenſium, & florenos, ut hic, & per alias monetas ibi expreſſas, ex hoc intellectu ſequitur, q uerum ſit illud, quod notauit Rebuffus in praxi. in 3. parte. ſigna. in uerſicul. necnon uerus ualor. numero 5. quòd ualor librarum ad ducatos redigi poſſit, & contra, ſed ipſe dicit in uim illius clauſulæ, ego autem dico etiam abſque illa clauſula in uim huius regulæ, uel etiam iuris communis, & ex mente Doctorum, prout etiam conſi. Capræ. 29. in ſecundo dubio. & ſic iſta regula ſecundum hunc intellectum, emanaſſe cenſenda eſt ad euitandum ſubreptionem, & nullitatem ſupplicationum, & literarum, quæ aliàs propter præmiſſas monetarum expreſſiones reſultare potuiſſent, utquè expeditores abſque metu & ſcrupulo falſi, ſeu doli unam monetarum huiuſmodi ſpeciem, uice alterius exprimere poſſint. Cum enim in ſupplicatione, quæ eſt prima ſcriptura, ſeu matrix, expreſſio facta ſupponatur per libras turonenſium, ſemota regula non uidetur, quòd Abbreuiatores potuiſſent loco librarum turonenſium, exprimere in literis florenos auri, & ſi aliter factum, ſeu aliter expreſſum fuiſſet, una ſcriptura ab alia di-
3 ſcrepaſſet, quo caſu ſtandum eſſet † matrici, ſeu originali, ſecundum quam omnes aliæ ſcripturæ poſtea factæ regulari debent. glo. in cap: ut ueterum. in uerſicu. græcl. 9. diſtinctio. Bartol. in l. Sempronius. nume. 3. ff. de legat. 2. ubi, quòd
4 † protocollo potius, quàm inſtrumento publico ſtatur. Alexand. & Iaſon in l. ſiquis ex argentariis. §. prætor ait. ff. de edend. Alexand. conſil. 105 in cauſa. uolum. 2. Socin. conſil. 94. in principio. uolum. 1. Corn. conſil. 28. Alius ſuper hoc num. 2. lib. 1. Dom. meus Philippus Decius poſt Bar. in l. ſi librarius. ff. de reg. iu. Secundus intellectus erit, q regulà diſponat hic ſolum circa ſolutiones faciendas reſpectu literarum, puta pro expeditione ipſarum literarum, ſolutioneq; officialibus expeditoribus facienda, & etiam pro compoſitionibus, & annatis, quæ ratione impetrationum beneficiorum Cameræ Apoſtolicæ ſunt debitæ, ſeu officialibus ipſius Cameræ Apoſtolicæ, de qua loquitur Paul. Caſtrenſ. conſil. 106. circa quæ, colum. 1. ſecundum nouam impreſſionem; & de ea, & eius officialibus loquitur (ut dixi) Deci. conſ. 404. uiſo elegãti. col. 1. ſeu aliis officialib. ab ipſa Camera ius habentibus, & tunc illa uerba in concernentibus literas, & Cameram Apoſtolicam, intelligenda eſſent, in ſolutionibus faciendis pro literis expediendis. i. literarum expeditoribus pro eorum intereſſe, ſeu ſalario, uel mercede, ſeu lucro eis aſſignato, & in concernentibus Cameram reſpectu premiſſo, uidelicet, quo ad compoſitiones, & annatas cameræ debitas, ſeu cameræ officialibus, uel a camera ius habẽtibus, de qua annata pro bullis in camera Apoſtolica ſoluenda, loquitur Barth. Belenc. in tracta. de charit. ſubſi. quæſt. 16. uerſ. & idem dico, de expenſa facta in promotione, &c. Tertius intellectus eſt, q omnia prædicta comprehendat, uidelicet, ut declaretur hic idem eſſe exprimere unam ſpeciẽ monetarum prædictarum, ſicut alteram quo ad omnia, & ſingula ſupradicta, adeo quòd iſte intellectus contineat utroſque intellectus, de quib. ſupra. Quartus intellectus aſſignari poteſt, quòd in quantum de camera Apoſtolica loquitur, reſpiciat omnes ſolutiones, quocunque modo, & quocunque titulo cameræ, ſeu a camera faciendas, puta debet ſolui annuus cenſus, ſeu fictus cameræ, ſpecificatus in libris turonenſium paruorum, uel ciuitates, ſeu caſtra in ſtatu eccleſiaſtico, reſpondere debent, quolibet anno ex antiqua impoſitione, conuentione, ſeu conſuetudine, tot libras turonenſium paruorum, uel eccleſiæ, ſeu monaſteria, collegia, ſeu capitularès congregationes, pro decimis, taxis, ſeu aliàs: ſeu camera ſoluere debet alicui pro recompẽſa alicuius caſtri, ſeu prædii iam cameræ applicati, ſeu in remunerationem, uel reſeruationem iuris, ſeu quocunq; alio intuitu, utcunque ſit, ſolutio fiat cameræ, ſiue per cameram facienda, uel in defectum, quòd una harum monetarum nõ reperiatur, uel quòd ſoluere habens uelit unam harum monetarum ſpeciem pro alia ſoluere, omiſſa omni legali diſputatione, hac regula tutus erit, omnes intellectus prædicti ſubſtineri poſſent, mihi tamen tertius uerior uidetur.

SVMMARIVM.

1 *Regula hæc; an extra Romanam curiam procedit?*
2 *Simoniam incurrunt pro ſpiritualibus pecunias recipientes.*
3 *Localis conſtitutio ſuadente æquitate, & rationis identitate, generaliter vbique ligare debet.*

1 SECVNDO quæro an † regula hæc extra Romanam curiam locum ſibi qͤ dicet? Pro parte negatiua facit, quòd uerba ubi non conueniunt, diſpoſitioni locus non eſt.l.ab omnibus.ff. de lega.1.l.hos accuſare.§.omnibus.ff.de accuſa.l.4.§.toties.ff.de dam.infe.& ibi Barto.in ulti. nota.nume.25.& ſequen.exemplificat in edicto, ubi illius uerba adaptari non poſſunt, & denunciationem non habere locum, ubi non eſt cui denuncietur: & ſtatutum pro gabella ſoluenda ſuper quolibet cõtractu ad ſex denarios pro libra, non procedere in contractibus, qui fiunt ſuper re ineſtimabili. Verba autem Regulæ non poſſunt uerificari, ſeu aptari extra curiam, quia ibi non expediuntur literæ Apoſtolicæ, nec ibi adeſt Camera Apoſtolica, ergo extra curiam illa locum non habet. Secundo Regulę Cancellarię ſic dictæ quod Cancellariam regant, & reſpiciãt, de ſui natura uidentur eſſe locales, argumẽto text.in.§.ſed ius quidem ciuile.inſtitu.de iu. nat, gent.& ciui.cap.primo &.c.2.§.ſtatuta,de conſti. lib.6 & tanto magis regula iſta uidetur eſſe localis, cum ut in primo fundamento pro hac parte ponderaui, diſponit circa concernentia literas, & cameram Apoſtolicam. At hæc extra curiam Romanam conſiderari non poſſunt, unde neceſſario dicendum ſit Regulam hanc eſſe localem, dato etiam quòd de pleriſque aliis regulis aliud forſan dicendum eſſet, & pro præmiſſis ponderò etiam text.in.l.penult.iun.glo.in uer.orientis. C.de fun.patrimo.& ſaltuen.lib.11.ubi conſtitutio illa prohibitiua, localis eſt, & alibi non ſeruanda. Tertio expeditio literarum, ſeu bullarum, quæ fit in partibus coram ordinariis, & a-
2 liis, debet eſſe abſque aliqua ſolutione, † alioquin ſimoniam incurrerent pecuniam pro ſpiritualibus exercendis, ſeu concedendis, recipientes.S.Thomas ſecunda ſecundæ quæſt.100.art.2. &.3.ubi quòd non licet aliquo pacto, miniſtris, quibus ex officio incumbit exercere actus ſpirituales, pecuniam accipere, præſertim quando aliunde habent, quod poſſunt ſuſtentari.cap. uni.& ibi docto.ut eccl.bene.ſine dimi.confe.in rub.de ſimo.& ne aliquid pro ſpiri.exi.& toto titu.Io.de Syl.de bene par.1.quæſti.7.numer.44.& ante.ſi igitur in collationibus beneficiorum quæ fiunt in partibus, & ſuper quibus literæ expediuntur, ſeu expediri poſſunt, non licet pecunias recipere, ceſſabit praxis, ſeu uſus huius regulæ, declarantis tantum ualere unam iſtarum monetarum, hic expreſſarum, quantum alterã, quum monetarum huiuſmodi, ſeu aliarum, uel quarumcunque, pecuniarum expoſitio, apud ordinarios pro collationibus beneficiorum, & aliis ſpiritualibus, ſit omnino prohibita, ratio igitur differentiæ unius caſus ab altero, eſt clara, in ordinariis enim ut probaui ceſſat uſus monetarum, ſeu pecuniarum, in concernentibus literas, ſeu beneficia. At ſecus dicendum eſt in Curia Romana; Papa enim ex inueterata conſuetudine, pro literis, illaſque concernentibus, puta pro compoſitionibus, annatis, & literarum expeditione, ſeu taxis, pecunias recipiat & iure optimo, ut probo in tractat.compoſitionum & annatarum, ideo hic non proſequor. Inſuper ſi tenemus Regulam hanc intelligi etiam poſſe in expreſſione ualoris, in ipſis literis de quo ſupra in præceden.quæſt.adhuc ceſſabit diſpoſitio huius regulæ. Nam Regulæ omnes de ualore loquẽtes, ſeu circa ualorem exprimendum diſponentes, ceſſant in ordinariis.Felin.in.capit.ad aures colum.penult.in.14.conclu.de reſcr.Caſſad dec. 3 ſuper Regulis. nume.5.Sarnen.in.2.quæſt. regulæ de ualore. num.6. Pro parte affirmatiua arguo ſic: Regulæ omnes Cancellariæ de ſui natura ligant etiam ordinarios, & quoſcunque alios. Pauí.in prælu.extrau.Sarnen.latiſſimè in.2.quæſt. prohe.Regolarum.ubi infinitos allegat, tandem ante num.12.concludit iſtam eſſe magis communem opin. Regula igitur hæc quoſcunque ligarę debet, ad inſtar legis. Secundo dato, & non con-
3 ceſſo, quòd iſta eſſet † localis conſtitutio, ſuadente ęquitate, & rationis identitate, generaliter & ubique ligare debet, loci enim demonſtratio fit ratione frequentioris uſus. auten.Caſſad. ibi, per totã Italiã.& gl.& doc.C.de ſacr.eccl.e.r. iun.glo.in uer.franciæ.de immu.eccle.lib.6.cap. 1.cum gloſſ. in uer.Italiæ.de tempo.ordi.eo.libr. Præceptor meus D.Philip.Dec.conſil.70.& pro tenui. colum.2.circa medium, ubi pulchrè de conuentione doctorum, de legendo Piſis, quòd ſe etiam ad alia loca extendat: æquitas autem & eadem ratio uidetur eſſe extra curiam Romanam, ſicut in ea, quòd ualor iſtarum monetarum æquiualeat, ergo ubicunque æquiualere debet. Aut enim uolumus quòd iſta declaratio ſit rationabilis, & æqua, aut quòd ſit irrationabilis, & iniqua. In primo caſu pro quo (niſi aliud appareat) præſumendum eſt, princeps enim qui declarationem hanc fecit, præſumitur motus iuſtis, & rationabilibus cauſis, prout in ſimili dixit Bald.in titu.apud quem, uel quos conito.in ue.termi. debe.ca.1.colum.2.Ruy.conſil.60.ante numer.5.uolum.5.Deci.conſil.4.præſupponitur tempore quo. num.7.Pet.Pau.Pariſ.conſil.11.li. 3.num.127.& tanto magis præſumptio iſta in caſu noſtro militat, cum eadem met regula, & declaratio approbata, & confirmata fuerit, per tot ſummos Pontifices ſucceſſiuos, ſi enim irrationabilis, & iniuſta fuiſſet, aliquis ſaltem hactenus ad eandem animaduertiſſet, illamque ſuppreſſiſſet, uel cancellaſſet, uel ſaltem illam non confirmaſſet, uel de nouo non edidiſſet, unde conſequens eſt quòd ubique ſeruetur. Verum dato, & non conceſſo quòd regula, ſeu declaratio hæc eſſet dura, & parum rationabilis non minus alibi, quàm Romæ ſeruanda eſſet, donec ea tolleretur, uulga.l.proſpexit.ff.qui & a qui latè Felin.in.c.ſi quando.num.11.de reſcr.ſi enim legi.uni-

gi. uniuerſali regula hæc æquipollet, etiam quòd
rigoroſa eſſet, ubique ſeruanda eſſet indiſtinctè.
Tertio, & ultimo retorquendo primum funda-
mentum in contrarium factum, uidemus quòd
uerba regulæ conueniunt etiam extra curiam, er
go extra eam etiam diſpoſitioni locus eſſe debet,
quòd autem cõueniant probo, & primo quo ad
primum in concernentibus literas, ibi in concer
nentibus &c. cum non dixerit literas Apoſtoli-
cas ſecundum unam lecturam, quæ eſt in con-
cernẽtibus literas, & cameram Apoſtolicam, ap-
paret, quòd de quibuſcunque literis intellexit,
& ſic non ſolum de iis, quæ expediuntur in cu-
ria Romana, uerumetiam in partibus, tam co-
ram legatis, & nunciis ſedis Apoſtolicæ, quàm
ipſis epiſcopis, ſeu aliis ordinariis, non minus e-
nim dicuntur literæ prouiſionum, ſeu collatio-
num illæ ordinariorum, per quas fiunt, ſeu pro
bantur collationes beneficiorum, quàm illæ ip-
ſius Papæ. c. poſt ceſſionem. & ibi Abb. & alii. de
probatio. Rot. 396. nota creditur. in antiq. & 22.
fuit dubitatum. & 348. uoluerunt inno. Bellemer.
321. in cauſa D. Gui. propriè igitur, & ex ſui na-
tura literarum appellatione ueniunt etiam illæ
quorumcunque ordinariorum. Imò quod plus
eſt, etiam ſi interpretatio facienda eſſet de lite-
ris Apoſtolicis, præſertim iuxta aliam lecturam,
quæ habet in cõcernentibus literas, & cameram
Apoſtolicam, etiam uerba regulæ uerificaren-
tur extra curiam Romanam, ſaltem in legatis,
4 † quorum literę dicuntur Apoſtolicę. cap. hi qui.
&. c. ſi Apoſtolicæ, de præben. lib. 6. Boni. de Vita.
in clem. 1. num. 12. & ſequ. de offic. lega. Sarnen.
quæſt. 2. nume. 7. ſuper regula de ualore. Quan
tum uerò ad alia uerba regulæ, uidelicet Came-
ram Apoſtolicam concernentibus, etiam uerifi-
cari poſſunt extra curiam Romanam, tum in
prouiſionibus legatorum, ſeu nunciorum, pro
quibus etiam annatæ ſoluuntur pro camera A-
poſtolica, tum etiam aliàs, ut ex infra dicendis
patebit. Quid tenendum? ego diſtinguerem
ſic, Aut loquimur quo ad ordinarios, & cõclude-
rem regulam in eis uerificari non poſſe, nec ex
uerbis, nec ex mente. Aut loquimur quo ad le-
gatos, ſeu nuncios, & tunc aut circa ſolutiones
pro expeditione literarum, ipſos legatos tãtum,
uel Nuncios, eorumque notarios, ſeu ſecretarios
reſpicientes, & negarem huic Regulæ locum eſ-
ſe. Aut ſolutiones faciendæ legatis, uel nunciis
ſunt pro compoſitionibus, ſeu annatis, puta quòd
ipſi facultatem habeant diſpenſandi in gradi-
bus aliquibus prohibitis, uel abſoluendi ab ali-
quibus delictis, pro quibus compoſitiones Papæ,
ſeu ipſius Cameræ ſolui debeant, in manibus ta-
men legatorum, uel nunciorum, uel conferendi
beneficia quæ alias auctoritate ſuæ legationis, cõ
ferre non poſſent, puta ſedi Apoſtolicæ reſerua-
ta, & ualorem. 14 duc. exceden. ſeu alia pro qui-
bus annata cameræ prædictæ debetur, & tunc re-
gulæ eſſet locus, tum ex illis uerbis, ibi in con-
cernẽtibus cãmeram Apoſtolicam: iſta enim
ipſam concernunt, & quia facultas, & poteſtas
ipſius legati, ſeu nuncii, & ſolutiones ipſæ, quæ
in partibus fiunt, occaſione præmiſſa, ab ipſo
Summo Pontifice, ſeu ſede Apoſtolica, a curia
Romana originem, & dependentiam trahunt,
Regulæ Cancellariæ tam in curia Romana, quàm
extra eam indiſtinctè ligant Felin. in. c. 2. colum.
penul. uerſic. Soleo de hoc dubitare, de reſcrip.
Sarnen. in. 2. quæſt. Regulæ de ualore. num. 8. Aut
loquimur in exactionibus, quæ fiunt in partibus
per nuncios, collectores, uel ſubcollectores, oc-
caſione quindenniorum, ſeu annatarum, came-
ræ Apoſtolicæ, ſeu officialibus ab ea ius, ſeu cau-
ſam habentibus, debitarum, & eiſdem rationi-
bus dicerem Regulæ locum eſſe. Et dum dico an-
natas debitas eſſe officialibus, intelligo de mili
tibus ſancti Petri, ſancti Pauli, Cubiculariis,
Scutiferis, & aliis (quos participantes uocant)
qui in officiorum erectione introitus aliquos Ca
meræ Apoſtolicæ ipſis officiis aſſignatos bona fi-
de ſub certo ſtatuto prætio emerunt, de Came-
ra autem Apoſtolica, & illius officialibus, ac ad-
miniſtratione uideatur pulchrum conſil. Deci.
404. uiſo eleganti.

SVMMARIVM.

1 *Regula hæc de quibus libris turonenſium, & de quibus florenis interpretanda ſit?*
2 *Turonenſes quantum ualeant.*
3 *Florenorum ualor diuerſus eſt.*
4 *Valore dubio exiſtente ad id, quod minimum eſt ſumma redigi debet.*

1 TErtio quęro † de quibus libris Tu-
ronenſibus, & de quibus florenis
interpretanda ſit Regula hæc? quo
ad primum de turonenſibus argen-
teis, habemus text. in clem. 2. §. uo-
lentes. de magi. ubi promouendi ad doctoratus
gradum prohibentur vltra tria milia Turonen-
ſium argenteorum in ſolemnitate doctoratus ex
ponere gloſſ. ibi in uer. argenteorum, cum qua
tranſit ibi Cardin. in. 18 nota. & in. 10. quæſtio. &
etiam alii, reducit ad libras Bononienſes, & du-
catos Venetos, uerum ex illo text. gloſſ. & docto.
non poteſt percipi quot ducatos facerent illę li-
bræ Turonenſes, ſi autem illas libras accipimus
prout in noſtra Regula facto calculo excedent
ducatos ducentos, quæ ſumma nimia uideretur
in pompa doctorali. Nos autem ad rem noſtram
habemus text. meliorem in iure, & noſtræ regu-
læ conformam, in extra. Bened. XII. quæ incipit
uas electionis. §. porro Turonenſes prædictos ta-
les fore intelligimus, quòd duodecim ipſorum
ualent unum florenum auri boni puri, & legalis
ponderis, ac cunei Florentini. ſub titu. de cenſi.
& exactio. poſita inter extra. communes. patet
igitur ibi, quòd in exactione procurationis, &
charitatiui

2 charitatiui ſubſidii † duodecim Turonenſes, & flo
renus auri, pro eodem accipiuntur, ſeu ęquiualent.
Inſuper ex illo tex. iunct. reg. noſtra patet, quod idem
eſt dicere duodecim turonenſes, ſicut libram tu-
ronenſium. Cum igitur pro comperto habeamus
libram turonenſium, ſeu duodecim turonenſes,
ualere unum florenum, cumq; non reperiantur,
uel non ſint in uſu turonenſes prædicti, commen-
ſurando ualorem pecuniæ incertæ, cum alterius
pecuniæ ualore, qui ſit certus, prout poſt Ioann.
And. in add. ad Specu. in rub. de conceſſ. præben.
ante fi. docet Albe. Brun. in tracta. monetarum. in
6. particula. num. 7. uer. & ad commenſurandum
ualorem pecuniæ, &c. recurrere debemus ad ua-
lorem ipſius floreni, in locum turonenſium ſub-
rogati, quod ſi (deſcendendo ad ſecundum quæſitũ)
dicamus, dubiũ eſſe quomodo florenus, de quo
in regula accipiatur, adagio illi locus erit, uideli-
3 cet, Ignotum per ignotiũs. Cum igitur † floreno-
rum ualor diuerſus ſit, in aliquibus enim locis ua
let Bolonenos quadraginta, in aliquibus ducatũ
unum de carlenis, in aliquibus minus, prout etiã
ponderat Corn. conſi. 3. ſuper d. nu. 3. uerſ. prout
hic florenus, &c. uolum. 2. immo etiam hic in ur-
be, uel florenus æquiualet ducato de carolenis,
uel minus ualet. Bene. uerò Capra conſi. 29. pun
ctus fuit quidam Dominicus. in 2. dub. in dubio,
inquit, uel in caſu ſuo florenum intelligi debere
4 auri, ſeu in auro. † ualore autem monetæ dubio
exiſtente, ad id quod minimum eſt redigenda
ſumma eſt. l. ſemper in ſtipulationibus. in fi. ff. de
rego. iu. l. nummis. ff. de lega. 3. Corn. in præalleg.
conſi. 3. ante num. 4. & conſil. 244. uidetur prima
facie. num. 20. uolum. 2. Breuiter quo ad noſtram
regulam florenus accipiendus eſt pro ducato au-
ri de Camera, & pro hac interpretatione ponde
ro tex. in alleg. extra. uas electionis. §. porrò, turo-
nenſes, de cenſi. ubi dicitur quod turonenſes ualeant
unum florenum auri, boni, puri, ac legalis ponde
ris, ac cunei Florentini, quæ uerba præſertim fina
lia; Videlicet cunei Florentini, ſatis oſtendunt, quod
Papa æquiparauit libram turonenſium, ducato
Florentino, ducatus autem Florentinus æquipa-
ratur ducato auri de camera, & tantum ualet, prout
ut omnibus eſt notum, unde ſuccedit illa com-
munis animi conceptio Euclidis, quæ uni, & ei-
dem ſunt æqualia, & ſibi inuicem ſunt æqualia.
pondero etiam tex. noſtræ regulæ, qui non dixit
ſimpliciter florenus, ſed addidit auri, ad differen
tiam aliorum florenorum urbis, & aliorum loco-
rum. Inſuper addidit de camera, nullus autem
florenus Cameræ reperitur, niſi ipſe ducatus Ca-
meræ, immò etiã nulla penitus alia moneta nun
cupatur de camera, præter iſtum ducatum, ergò
neceſſario de iſto ducato interpretatio facienda
eſt, arguendo a ſufficienti partium enumeratio-
ne ad l. ex maleficiis. §. hæres. ff. de actio. & oblig.
ad inſtructiones itinerum. C. de ſacroſ. eccleſi. l. ſi
dotem. in fi. C. de ſol. & cau. adie. & quod florenus, & du

catus auri idem inferant, colligitur ex iis, quæ no
tat Fel. in c. ex parte. 1. num. 18. uer. ſed ſi clauſu-
la non facit lineam. & in c. ad aures colum. pen.
uerſicul. & ſcias, quod duodecim turonenſes ualent
unum ducatum, &c. de reſcrip. Sarnen. ſuper reg.
de ualore. quæſt. 9. num. 11. uerſicu. libra turonen
ſium paruorum, & num. 21. ubi quod florenus, duca
tus, & ſolidus æquiualent, ſeu idem inferunt. Ex
præmiſſis colligi poteſt ſolutio ad contraria, &
etiam patet, quod regula hæc ſatis operatur, quic-
quid garriant plerique, qui regularum huiuſ-
modi, ac ordinationum, & obſeruantiæ Roma-
næ curię, immo & ipſorum etiam canonum for-
ſan ignari, ut apud aliquos præmiſſorum impe-
ritos docti appareant, nunquam contra has re-
gulas, contra curiæ Romanæ ſtilum, ac contra ip
ſorum ſummorum Pontificum ſanctiones, & ſa-
cra decreta oblatrare ceſſant; utinam aliquando
aliquis Theſeus, horum execrandas fauces pila
aliqua ex intima arte profecta obſtruat, uel ali-
quis Hercules, huiuſmodi monſtrorum ora di-
uellat, atque confringat. Et eò res deuenit, ut
quilibet ſenſu ſuo abundans, & contra Apoſto-
li dogma, plus ſapere quærens, ſeu præſeferens,
quam oporteat, ſeu expediat, ad ſui libitum, &
omnem etiam leuem animi motum, nouas, &
ſæpe inſulſas, ac falſas, & erroneas ſuſcitet opi-
niones, tum circa canonum, ac ſanctorum pa-
trum decretorum, tum circa ipſius fidei chriſtia
næ præceptorum interpretationes. Vtinam iſti
modicæ, immo nariæ, & forſan nullius fidei, iu-
dicio, & cenſuræ Præfectorum ſanctæ Inquiſitio-
ni, ac ipſius ueri Chriſti Vicarii Pauli Quarti,
Pontificis optimi, annuentibus, & fauentibus
principibus Chriſtianis ſubiicerentur, uel enim
ueram fidem edocti reſipiſcerent, uel ipſi cum
eorum ueneri, & uentri templis erectis, a forti
Sanſone diuellerentur, præcipitarentur, & ex-
tirparentur, orbisquè Chriſtianus ab immunda,
fœtida, & impia hæreſi tandem liberaretur, de
iis ſatis. Proderit etiam hæc regula, alteri, quæ
eſt infra. 64. ante illam de ualore ſub rub. de be-
neficiis uacantibus, & certo modo uacaturis, ubi
limitatur gratia concedenda ad centum libras
turonenſium paruorum, & ſic illa per iſtam in-
terpretanda, & declaranda ueniet, argumentò
textus in l. uni. in principio. ff. de inofficio. dot.
in authent. de exhibend. reis. ante finem. & in
authentic. ut cleric. apud propri. Epiſcop. ante
finem. & ibi per hanc ſacram declarata ſunt le-
gem. Illa igitur regula, quæ aliàs obſcura, ſeu
incerta eſſet, per hanc clara reddetur, ut ualor
ille centum librarum, pro centum ducatis au-
ri de Camera accipiatur.

REGVLA

REGVLA XXVI.

De Vacaturis per promotionem ad eccleſias, uel monaſteria.

ITem, præfatus dominus noſter Papa, uoluit, decreuit, & ordinauit, quòd quæcunque conceſsiones, gratiæ, & mandata, etiam motu proprio, & cum derogatione huius conſtitutionis, quæ ab eo, pro quibuſuis perſonis emanauerint, de prouidendo eis de quibuſuis beneficiis uacaturis, per promotionem quorumcunque, ad eccleſiarum, & monaſteriorum regimina, ſi huiuſmodi conceſsiones, & mandata diem promotionis promouendorum ipſorum præceſſerint, necnon quæcunque collationes, prouiſiones, ac diſpoſitiones pro tempore faciendæ, de præmiſsis, ac quibuſuis aliis beneficiis eccleſiaſticis, ſecularibus, & regularibus, quæ per promouendos, uel aſſumendos, ad quaſcunque prælaturas, inter illarum uacationis, & huiuſmodi promotionis, uel aſſumptionis tempora, ſimpliciter, uel ex cauſa permutationis, ubicunque reſignari, uel alias admitti contigerit, cum inde ſecutis pro tempore, ſint caſſæ, & irritæ, nulliuſque roboris, uel momenti.

SVMMARIVM.

1 *Futurum ad præſens, ſeu præteritum tempus trahi non poteſt.*

Tempus præſens non trahi ad præteritum.

2 *Gratia ad uacatura, an tunc uacantia comprehendat.*

3 *Futurum verificatur etiam in præſenti, & in præterito.*

4 *Reſeruationes ad beneficia uacatura, trahi etiam ad uacantia.*

REpetenda hic eſſent ea, quæ ſcripſi in.13.quæſt.1.Regulæ, dum probaui priora beneficia promoti ad cathedralem eccleſiam, de iure non cenſeri reſeruata, ſed bene per extra. ad regimen, & regulam illam, & alia ibi adducta, quæ inſeruient huic Regulæ, quam in duas partes diuido, prima reſpicit prouiſiones ab ipſo Papa emanandas, ſecunda quæ eſt ibi: Necnon quęcunque, concernit quemcunque modum diſpoſitionis, ſeu dimiſsionis beneficiorũ, ubicunque, & hoc dicit in ſumma: Non ualeant quæcunque gratiæ, etiam cum derogatione huius conſtitutionis, emanandæ de beneficiis uacaturis, per promotiones ad eccleſias, & monaſteria, ſi diem promotionis præceſſerint. Nec quæcunque diſpoſitiones faciendæ de iis beneficiis, quæ promouendi, ſeu præficiendi prælaturis, intra tempora uacationis illarum, & promotionis reſignauerint. Hæc regula eſt eadem cum antiquis in omnibus, & per omnia, præterquam in uno uerbo hic addito in prin. 2. par. uidelicet Ac diſpoſitiones, & quare ſit facta iſta additio, quæ etiam erat in regula fę. re. Pauli 111. infra patebit. Declaro literam, quæ ſatis obſcura eſt: in text. ibi, & mandata ſ. de prouidendo, puta ſi Papa mandet, quòd de beneficiis uacaturis per promotionem faciendam ad eccleſiam Bononien. ſeu ad eccleſias talis prouinciæ, uni, uel pluribus, prouideatur N. cum uacauerint, idemque in poſſeſsionemque immitatur &c. de qua forma in fauorem certę perſonę habemus tex. in c. ex par. 1. de of. dele. de mandatis de prouidẽdo late tractat Sam. poſt trac. de expectatiuis, in tex. ibi & cum derogatione huius conſtitutionis, uide infra q. 2. De quibuſuis beneficiis tam ſecularibus, quam regularibus ad eccleſiarum regimina declara. ut infra quæſt. 3. Si huiuſmodi conceſ- 2
ſiones, & mandata, diem promotionis præceſſerint, ſuperflua uidetur iſta clauſula, cum de uacaturis tantum præmiſerit, & ſic futurum ad præ-
1 ſens, ſeu præteritum tempus trahi non poſſit, ad. l. ſolemus. ff. de condi. & demon. l. nouiſsima. ff. iudi. ſol. Bart. in. l. hoc articulo, nu. 2. ubi quòd legatum factum filiæ quæ uidua fuerit, non debetur illi quæ tempore teſtamenti erat uidua ff. de hære. inſtit. Bald. in. l. fi. C. de ſenten. quæ ſine cer. quanti. ante num. 15. ubi quod relictum pro incerta puella maritanda, non habet locum in iam maritata. Videmus etiam tempus præſens non trahi ad præteritum niſi impropriè. §. in poteſtate. inſ. glo. in uer. eſſe, quæ dicit impropriè ibi poni pro, fuiſſe. Inſtitu. de his qui ſunt ſui uel alieni iur. l. 1. §. igitur. ff. eo. ibi enim iureconſultus propriè loquens, non dicit in ſeruos uitæ, necisque poteſtatem eſſe, ſed fuiſſe. Et dicimus quòd pręſens tempus eſt abnegatiuum futuri, & præteritum abnegat pręſens. Bar. in l. ſiquis id quod, ff. de iuris. om. iud. l. ſi ita ſcripſiſſet, ff. de lega. 2. l. Iulianus, §. fi. ff. de legs. 3. l. fi. §. 1. & ibi glo. & Bar. ff. de lega. 2. Et præſens propriè eſt quando tunc res exiſtit. glo. in. l. parui. ff. de condi. furt. Et dixit Bal. in. l. fi. uerſic. tertio præmitto. C. de codicil. quòd tempora fuerunt diſtincta in verbo ut commodè utamur verbo, ſecundum tempora. Nec enim debet poni tempus pro tempore niſi ex neceſsitate magna, & hoc per figuram. Demum ſciendum eſt ipſum, eſſe, nil aliud dici, quàm eſſentiæ cum præſenti tempore participationem, quemadmodum ipſum, erat, cum pręterito, & ipſum, erit, cũ futuro eſſentię ipſius communicationem, uti inuenies apud Platonem lib. 9. cui titulus eſt Parmenides, uel de uno omnium principio. in 2. ſuppoſitione. Et ibidẽ poſtea hęc inuenies. An non deſinit tunc fieri ſenius, cum primum pręſens tangit, nec tum fit, ſed eſt iam ſenus? Procedens enim ab ipſo pręſenti nequaquam comprehenditur. Quod namque procedit

dit ſic ſe habet, ut utrumque, præſens ſcilicet, fu
turumque attingat, præſens quidem relinquens,
futurum apprehendes, inter vtrumque medium
præſens, futurumve cadens. Veram.ſi uerò ne-
ceſſe eſt quodcunque ſit, ipſum præſens minimè,
transgredi, cum primum illud nactum eſt fieri
deſinit eſtque tunc iam illud quod fiebat. Ex iis
& aliis, quę ibidem præmittuntur, & ſubiiciun
tur percipies ueram diſtinctionem, & cognitio-
nem temporum. & quòd diſpoſitio loquens de
beneficiis uacaturis, non procedat in iam vacan
tibus probat gloſſ.pragma.ſanctio.quæ Coſmo
Guinier attribuitur, ſub titu.de colla. in.§.ſi au-
tem, in uer.inane,uerſic.quæritur, an uigore no
2 minationis. Niſi reſpondeamus, quòd † gratia
ad uacatura, etiam tunc taliter uacantia compre
hendere forſan potuiſſet.l.uerbum oportebit.&.
3 l.uerbum erit.ff.de.uer.ſignî.ubi quòd † futurū
uerificatur etiam in præſenti, & in præterito gl.
in clem.1.in uer.not.ita.de conceſ.præben.Mil.in
ſuo reperto.in uer.uerbum temporis futuri, op-
time pro præmiſsis omnibus conſil.Oldrad.310.
thema tale eſt, & per Felin.in.c.ad hæc. colum.
1.in fi.uerſic.Item dicit Pau.de reſcr.Et adeo ue
ra ſunt proximè dicta, ut etiam in fortioribus ter
minis uideamus reſeruationes ad beneficia ua-
catura, quæ odioſæ, & in ſuis propriis terminis
continendæ ſunt. Ancha.conſi.297.eſ.icacibus.
in prin.Dec.in.c.1.num.6.uerſic.& certè.de ele-
4 ctio.Pariſ.conſil.19.uolum.4.numer.5.† trahi ad
uacantia.glo.prædicta in clem.1.in uer.notitia,
cum qua tranſeunt ibi docto.de conceſ.præben.
pro quibus faciunt tradi.per Imol.in.l.Titius.§.
Lutius.ff.de lib.& poſthum.& in l.ſi ita legatum.
ff.de condi.& demon.Gemini.& alii in.c.ſi pro-
pter rua debita, in fi.de reſcr.lib.6.idem Gemi-
ni.in cap.ſi poſtquam. poſt Archid.ſuper glo.in
uer.poſtmodum, & ibi Fran.de præben.eo.libr.
Alex.conſil.146.in cauſa.num.4.& ſequ.uolum.
5.D.meus Phi.Dec.conſi.233.uiſo tenore.uerſic.
& uidemus quòd ſi Papa: licet aliter ſentiat.I-
mol.in.l.hæc conditio filiæ meæ.ff.de cond.& de
mon.& Bald.in.c.conſtitutus colum.penul.uerſ.
quærit Collecta.de reſcr. diſtinguit inter Papam
ſcientem uacationem, ut de illa non cenſeatur
intellexiſſe, aut ignorantem, & tunc comprehen
datur.Alex.in dicto.§.lucius.poſt Bald.& Ange.
colum.fi.& ibi Iaſ.num.11.uerſic.quod inducitur.
& idem Alex.in præalleg.conſil.146.nume.5.uol.
5.& quòd gratiæ expectatiuæ, nominationes.&
aliæ gratiæ ad uacatura, comprehendat etiam
uacantia ante illarum datam, ſeu conceſsionē,
probatur etiam ex adductis, & ex ratione aſsi-
gnata in præalleg.gloſſ.pragma.uerſicul.Idem ſi
dirigerentur, cum addi.in uer.quod ſit quia non
deſinit &c.unde ad tollendum omne dubium, i-
ſta clauſula competenter appoſita ſit. Necnō
hic incipit ſecunda pars, & iſtę duę negatiuæ affir
mant.l.duobus negatiuis uerbis.ff.de uer.ſigni.
de hac dictione, nec non, per Io.Fran.Paui.in tra
cta.de oſſi.& pote.capi.ſe.uacan.in.3.prælud.nu.
6.uerſi.de dictione, nec non. Ac diſpoſitiones.i-
ſtud eſt additum ut ſupra dixi, & ad hunc effe-
ctum (ut credo) ut omnis modus ordinandi in
regula comprehenderetur, ad capitu.licet.1.de
præben.lib.6.in princip.ubi ſub uerbo diſpoſi-
tionis, uenit etiam collatio omnis, cap.cum tibi,
ibi alterius diſpoſitionem de teſta.Ioann.Andr,
poſt Archidi.in cap.cum in illis.colum.2.uerſic.
item quia uerbum, & ibi Gemini.in.§.illis.num.
7.de præben.lib.6. De præmiſsis.i.de quibuſuis
beneficiis uacaturis per promotionem ad eccle-
ſias, & monaſteria. Ac quibuſuis .hic poſſet
ſumi alia diuiſio, ut dicamus hanc eſſe ſecun-
dam partem, ſecundæ partis principalis. Per
promouendos, reſpectu eccleſiarum, & mona-
ſteriorum, aſſumendos reſpectu inferiorum.ad.c.
cum in cunctis.§.inferiora.ibi cum autem aſſum
ptus fuerit.de electio. Ad quaſcunque prælatu
ras.declara ut infra quęſt.5.Vel ex cauſa permu-
tationis. iſta clauſula tollit magnum dubium
quod oriri poterat, uidelicet an beneficia per-
mutata comprehendantur, ex quo permutatio
eſt ſatis diuerſa a renuntiatione, & per eam non
inducitur uera uacatio beneficiorum. Feder.de
ſen.conſil.62.uerius uidetur, colum.2.uerſicul.il
lud autem. & poſtea uerſic.quod autem dixi.&
conſil.73.factum tale eſt. & in tracta.permu.eiuſ
dem.in.18.quęſt.Vbicunque reſignari.& ſic tam
in curia Romana, quàm in partibus coram quo
cunque. Vel aliàs dimitti, per hæc uerba compre
henditur omnis modus abdicationis beneficio-
rum, de hoc uerbo dimitto, plura, quæ hic ap-
plicari poſſunt ſcripſi ſupra in.13.quæſtio.regulę
de Infir.num.9.Cum inde ſecutis: puta expedi-
tione literarum, fulminatione proceſſus, ca-
ptura poſſeſsionis, & aliis. Sint caſſæ, & irritę.
& ſic ipſo iure, auten.caſſa & irrita. iun.glo.1.C.
de ſacro.eccle.& notandum quòd hic ſunt uer-
ba geminata, quę plus afficiunt.l.non dubium.
C.de legi.ibi caſſum, & inutile, & ibi Bald.in
6.nota.

SVMMARIVM.

1 *Regula hæc quorſum tendat; & an ſit iuri, & rationi*
conſona.
2 *Importunè, & non concedenda petentes reprimuntur.*
3 *Curiales Romani per potentiam reſcripta impetrantes*
malefaciunt.
4 *Reſcripta a curialibus per potentiam obtenta ipſo iure*
ſunt nulla.
5 *Regula hæc emanauit ad fraudibus obuiandum.*

1 PRimo quæro† quorſum tendat hęc
regula, & an ſit iuri, & rationi con-
ſona? Quo ad primam partem in-
tentio ſummi Pontificis fuit tollere
omnem modum conceſsionis gra-
tiarum, ſuper beneficiis per huiuſmodi promo
tionem

tionem uacaturis. Quare autem ad id motus
fuerit, gloſator hic poſt princ. dicit, quòd ratio
fuit, quia, quando aliquis ad eccleſiam, uel mo-
naſterium promoueri debebat, Papa importu-
nè uexabatur ſuper illius beneficiis uacaturis,
adeo quòd Papa illa etiam indignis concede-
bat, unde ad iſtud inconueniens euitandum, e-
manauit Regula hæc, quæ in hoc conſormita-
tem cum iure communi habet, uidemus enim
2 quòd † importunè a principe, & non conceden
da petentes, reprimuntur, ad text. nota. io. l. 1. C.
de fun. limitro. libr. 11. l. omnes fundi. & l. penul.
C. de fun. patrimo. eo. libr. Raph. Fulgo. conſi. 20.
pro pleniori, colum. 3. ante num. 5. & no. Barto. in
præalleg. l. 1. C. de ſun. limitro. poſt And. de Baru
3 lo, quòd † Curiales Romani, qui per potentiam
reſcripta impetrant, malè faciunt. Arrigant ad
hæc aures Referendarii utriuſque ſignaturæ, ne
quis eorum audito nomine alicuius curialis præ
dilecti, reijcienda approbet, & non concedenda
ſubſignet. Legant & hi, & iudices omnes Apoph-
tegmata Plutar. inter quæ hæc notatu dignisſi-
ſima deſcripta inuenient. Aegiptiorum Reges ex
ſua ipſorum lege iudices adiurabant, ne quid
iniuſtè, etiam ſi Rex imperaret, iudicarent. Rur
ſus in eiſdē Apophtegmatib inueniēt Antiochū
tertium ad Ciuitates ſcripſiſſe, ſi quid contra le-
ges per literas, facere iuſſerit, ne ſibi tanquam
ignaro pareretur. Imò noluit Bar. poſt Barulum u-
4 bi ſupra, quòd † reſcripta taliter impetrata nul-
lius ſint momenti, & ipſo iure ſint nulla, ſequi-
tur Ant. Corſet. in ſuis ſingula. in uer. reſcripta im
petrata a potentibus. Aduertendum tamen eſt
in quantum gloſator annuit, quòd ſemota Regu
la, Papa pro tempore propter petentium impor
tunitates indignis conferret beneficia ſic uacatu
ra, quòd hoc non eſt ſibi abſolutè cōcedendum,
ſi enim principis mens, & intentio ſemper cen
ſetur ſe cum iure, æquitate, uel aliqua ratione,
uel cauſa legitima confrontare, ad Bal. in. l. ex fa-
cto. ff. de uulga. & pupil. uerſic. in tex. ibi uolunta-
tem, & per eundem Bald. in titulo, apud quem,
uel quos contro. inue. termi. debe. capit. 1. colum.
2. Rui. conſil. 60. ante num. 5. uolum. 5. Dec. conſ.
64. & diligenter, colum. penul. num. 7. Pariſ. conſ.
11. numer. 127. lib. 1. quanto magis iſta præſum-
ptio cadere debet in ſummo Pontifice, Deique
uicario? cuius factum, Dei factum reputatur. c.
quanto. de tranſla. prælat. Dec. conſil. 137. & dili-
genter colum. 3. num. 2. Quantum uerò ad ſecun-
dam partem regulæ attinet, intentio Papæ uide
tur fuiſſe cauendi ſibi, in beneficiis cuiuſcunque
præficiendi eccleſiæ, ſeu monaſterio, uel præla-
turæ, & cum per promotionem, uel aſſumptio-
nem omnino uacatura ſint, & ad diſpoſitionem
ſuam liberam, id eſt etiam citra ultroneum a-
ctum beneficiati per uentura, nihil interim de
illis fiat. An autem cum iure communi hæc pars
regulæ conformitatem habeat, uidetur quòd
non, beneficia enim ad eccleſias, uel monaſte-
ria promotorum olim reſeruata non erant. Imo il
la ordinarii conferre poterant. capi. cum in cun-
ctis. §. cum uerò. de electio. gloſſ. in clem. 1. ut lit.
pen. in uer. collato, ante fi. nec etiam ſtatim poſt
promotionem conferri poterant, ut prædicta om
nia probaui ſupra in. 13. quæſt. 1. Regulæ, quę hic
non repeto. Verum quòd etiam iſta pars Regu
5 læ † ſit rationabilis, probatur, emanauit enim
ad fraudibus obuiandum, quo caſu regula repu
tari debet rationabilis, fauorabilis, & amplian
da, prout in propriis terminis loquens de hac re-
gula concludit Felin. in. c. de quarta. colum. 5. an
te num. 16. & poſtea uerſi. & ſi aliqua diſpoſitio.
ſun. uerſicul. & ita per hoc. & alia multa obtinui
pridie in Rota in cauſa propria circa intellectum
regulæ. 24. de promouendis. & c. de præſcr. idem
concludit Domin. Pet. Rebuff. ſuper concor. ſub
rub. de manda. Apoſto. §. ſtatuimus. ante fi. pag.
mihi. 520. ubi poſt gloſatorem hic adducit incō-
ueniens, quod ante regulam euenire poterat, ui
delicet quòd ſciens ſe ad eccleſiam, uel mona-
ſterium promouendum, faciebat reſignationes
ſecretas, uel permutabat cum beneficiis mini-
mis, & ſic fraudes commitebantur. Cum igitur
ſecunda pars regulæ, imò & tota regula fraudi-
bus occurrat, non ſolum rationabilis, uerum &
iuridica, uel ſaltem a iure non aliena reputari de
bebit, iura enim fraudes aborrent, illiſque in
quātum poſſunt reſiſtūt. l. ſi cui. ff. de ſeru. ibi per
medias uias & c. l. in fundo. ubi gloſſ. dat concor-
dan. ff. de rei uendit. capitul. fin. in princip. cum
gloſſ. 1. de poſtul. Cardi. in cle. 1. in. 2. nota. de re.
permu.

SVMMARIVM.

1 *Conceſſiones, & mandata de quibus in Regula, cum il-
lius derogatione an erunt nullæ.*
2 *Caſum legis ubi habemus, ibi nulla dubitatio cadit.*
3 *Fruſtatoria non debet eſſe diſpoſitio.*
4 *Conſtitutio habens clauſulas derogatorias ſequentis uo-
luntatis, quomodo tollatur.*
5 *Legem ſibi imponere nemo poteſt, ut a priore uoluntate
ei recedere non liceat.*
6 *Clauſula, non obſtante tali conſtitutione, quando ſit ne-
ceſſaria.*
7 *Regulæ Cancellariæ habentes clauſulas derogatorias
quando non obſtent.*

SECVNDO iuxta primam partem
1 quæro, † an conceſsiones, gratiæ, &
mandata, cum derogatione huius
regulæ ſint caſſæ & irritæ? Pro parte
affirmatiua arguo ſic, ubi habemus
2 † caſum legis ibi nulla dubitatio cadit: hic habe
mus caſum legis in terminis propoſiti quæſiti,
quæſitum igitur erit de indubitabili. maiorem
probo per text. in. l. ancillæ. ubi Bald. & alii. C. de
fur. l. illam. C. de collatio. Coru. conſil. 109. uiſo in
fraſcripto themate. in fi. uolum. 1. D. meus. conſi.
452. uiſa

452.uiſa inſtructione,colum.fi.ante nu.27.conſil. 484.numer.1.ubi extendit etiam ad ſtatuta, & conſil.693.in ſtatuto.in prin. Et propterea dixit Bald.conſil.345.examinanda, colum.2.nume.4. uerſic.et de iſto,uolum 1.& conſil.174 caſus eſt talis, in fi.uolum.2.quòd ubi habemus textum clarum, non indigemus gloſa, & inuehitur contra aduocatos cauillantes uerba clara ſtatuti. Minor patet ex lectura noſtræ regulæ, uerba enim ſunt clara, & expreſsè dicunt, quòd conceſſiones, gratiæ, & mandata, cum derogatione huius conſtitutionis, ſi diem promotionis præceſſerint, ſint caſſæ, & irritæ &c.caſus autem legis clarus, ſeu apertus quando dicatur, & de indicante contra caſum legis poſt Barba.uideatur con.Calcan.1.poſt nume.17.uerſicul.dicitur ergo caſu contra legis. Inſuper ſi diceremus conceſsiones, & mandata contra prohibitionem hic expreſſam,obtineri,ſeu concedi ualidè poſſe,
3 † fruſtatoria, uana, & inutilis eſſet diſpoſitio, & prouiſio huius Regulæ: quod eſſe non debet, Iob capit.34.Verè enim Deus non condemnabit fruſtra.& argumento,l.ſi quando.in princi.ff. de legat.1.cap.ſi romanorum.ante medium, ibi vt quid vel membranas occupant.19.diſtin.cap. ſolitæ. cum gl. in uer.tanquam.poſt medium de maio.& obedi.Feli.ſuper rub.de præſcr.nume.5. pro quibus adduci poteſt illa propoſitio philoſophica. Non dari uacuum in natura, & altera: Deus, & natura nihil agunt fruſtra. cum igitur Papa ſit Deus terreſtris, Dei operationes, & actiones imitari debet,quo fit vt dicendum ſit eũ non intellexiſſe promulgare conſtitutionem fruſtratoriam, & inutilem, & hanc opin.tenuit pręceptor meus D.Philippus Dec.conſil.229.ſtante conſtitutione. ubi ponit ſimilem caſum, & ibi plura adducit, quæ hic non refero. Contraria opin.tenenda eſt, cum moderatione tamen,quã ſubiiciam, per quã ceſſabunt omnia quæ obiici
4 poſſunt. Vera igitur concluſio erit, quòd † conſtitutio, ſeu diſpoſitio habens clauſulas derogatorias ſequentis diſpoſitionis, ſeu uoluntatis prohibitiuaque,ne impetrationes, ſeu reſcripta contra eam emanent, tollitur, & annihilatur, ſi de ea ſpecialis fiat mentio, puta dicendo non obſtante regula tali, ſeu tali diſpoſitione, talia continente &c.ſecus autem dicendum eſt,ſi non fiat ſpecialis mentio, ſeu derogatio, prout habemus tex.in l.ſi quis in principio.ff.de leg.3.& ibi latè per Bar.ex quo tex.duo ſatis notanda ad
5 rem noſtram eliciuntur, unum quòd † nemo ſibi legem imponere poteſt, ut a priore uoluntate ei recedere non liceat. Alterum eſt,quòd debet fieri mentio ſpecifica, de priori contraria uoluntate, ita ut appareat eum priori ſuæ uoluntati derogare uelle, quod ultimum clarè probat uerſic.ſed hodie,& tex.in cap.nonnulli.cum glo. in uer.non obſtante,& ibi Abb.Felin.& alii de reſcrip.cap.uni,& ibi glo.de exceſ.prælat.libr.6.eſt tex.in l.nemini.C.de cano.frumen.urbis Ro.lib. 11.ubi illum ad hoc uot.Bartol.ibi: quem text. pro præmiſsis dicit ſingularem Anto.Corſet.in ſuis ſingu.in uer.reſcriptum, ubi dat etiam cautelam, quòd apponatur clauſula, per quam iudicibus mandetur, quòd diſpoſitionem, ſeu reſcriptum contra priorem conſtitutionem diſponi ſeu impetrari contra ipſam prohibentem admittant. Verum hæc clauſula in ſimilibus paſſim apponitur,ſub his uerbis,uidelicet,& ita per quoſcunque etiam S.Ro.Ecc Cardinales. Rotæ auditores &c. iudicari debere, ſublata eis,& eorum cuilibet, aliter iudicandi &c.irritum &c.&
6 pro iſta clauſula † non obſtante tali lege, ſeu tali conſtitutione, quòd ſit neceſſaria ad tollendum præcedentem diſpoſitionem derogatoriam ſubſequentis uoluntatis concludit Bart.in l. omnes populi. numer.3 r.uerſicu. E contra quòd requiratur ſpecialis derogatio. & poſtea in diſt.quam ſubdit verſic.ſunt qui diſtingunt, reſpondet ad omnia contraria.ff de iuſtit.& iur.Bald.in.l.eam quam.colum.8.nume.29.uerſic.interogatus fui, & num.36.uerſic. ſed pone quidam erat ex adulterio, ibi, Dicas quòd ſi eſt clauſula non obſtan. C.de fideicom.& per eundem Bald.in authen.ſi qua illuſtris.nume.5.uerſic.item no.quòd quando imperator.C.ad ſena conſul.Orfic.l.ap.alleg. 130.pro dubii.col.1.uerſic. Et maximè illud; & col.penul.uerſi.clauſula autem.Alex.conſil 37.in cauſa mota col.2.uerſic.& ita etiam in alio decreto.lib.1.& pro præmiſsis facit præalleg.conſil. Dec.229.ubi non negat, quòd interueniente derogatione ſpeciali non tollatur prima conſtitutio, ſeu diſpoſitio, imò id ſupponit in pluribus
7 locis, prout ibi uidere eſt. Demum quòd † Regulæ Cancellariæ habentes clauſulas derogatorias, non obſtent, illis expreſſe derogato, ſecus autem per clauſulas generales, concludit Felin.in præalle.c.nonnulli.num.7.in 3.declara.qui loquitur de tribus regulis Cancellariæ, tales clauſulas derogatorias habentibus, de reſcr.& Caſſa.dec.38. ſuper regulis num.11.& Samen.in q.q. prohe regularum.& in.6.q.in fi.uerſic.iſta tamen limitatio recipit reſtrictionem &c.

S. V. M. M. A. R. I. V. M.

1 *De quibus eccleſiis,& monaſteriis interpretanda ſit regula hæc.*
2 *Statuta a iure communi interpretationem recipere.*
3 *Eccleſia quomodo definiatur,& quotuplex ſit.*
4 *Eccleſia pro beneficio ſumitur.*
5 *Eccleſiarum appellatione inferiores ueniunt,non epiſcopalis,& maiores.*
6 *Vſus regionis, ſeu loci,proprietati uocabuli præfertur.*
7 *Interpretatio uerborum iuxta ſubiectam materiam fieri debet.*
8 *Abbatia & epiſcopatus a iure pariſicantur.*
9 *Abbatia eſt caput omnium beneficiorum regularium.*
10 *Eccleſiarum appellatione ueniunt cathedrales.*

Tertio

TERTIO, ibi, Ad eccleſiarum,& mo-
1 naſteriorum regimina, † quarto de
quibus eccleſijs, & monaſterijs in-
terpretanda ſit regula noſtra? & ſi-
ue dicamus regulas eſſe conſtitutio
2 nes, ſiue ſtatutis æquiparari, † interpretatio a iu
re communi ſumenda eſt.l.ut gradarim.uerſicu.
etſi lege municipali.ff.de mune. & hono.gloſ.in
l.fi.§.in computatione.in uer.non hæ. in fine. C.
de iu.delibe.& Pau.Caſtrenſ. ad hoc nota.glo.il-
lam,& dicit eam ſemper allegari,& ipſe Pau.ſub-
dit ibi,quaſdam limit.nu.11.& 12.c.cum dilect.
uerſi.cæterum cum ſupradictũ ſtatutum,de con-
ſuetu.c.ad audientiam,cum gl.in uer.in Apoſto-
licæ.& glo.ſeq.ubi ſtatutum, quòd abſentes non
percipiant, a iuribus declarantibus abſentes p
præſentibus haberi interpretationem recipit, de
cleri.non reſi.Lud. Roma.in l.ſtipulatio iſta, col.
2.num.8.ff.de uer.obl.Bar.in l.omnes populi. in
6.q.prin.ff.de iuſt.& iu.Lap.alleg.101.in ciuita-
te.nu.10.Anch.conſi.126.legit. poſt nu.3. conſil.
264.præmittendum.nu.2.& 314.uidetur.in prin
3 cip. † Eccleſia igitur uti ex iuris diffinitione col-
ligitur,eſt locus parietib. circundatus conſecra-
tus,ubi conſueuerunt ueniam peccatorum, Deũ
timentes exorare.§.quia uerò, ita comperiuntur.
in authen.ut lice.ma.& aui.1.ad Timoth.3.c.uo-
lo in eccleſia orationes fieri,& ſic pro ædificio ma
teriali.c.1.de conſe.diſt.1.Azo.in ſumm.C de ſa-
croſ.eccl.in prin.Secundo modo eccleſia dicitur,
collectio omnium fidelium.c.eccleſia.3.c.filii ſa-
pientiæ eccleſia iuſtorum.c.eccleſia.i.catholico-
rum collectio.de conſec.diſt.1.Azo ubi ſupra nu.
4.ubi ſubdit,q ita accipitur in l.nemo, uel in fo
ro.& in l.iubemus.C.de epiſ.aud. Tertio eccleſia
continet corpus diuerſorum,ſeu plures perſonas
ad ſeruiendum Deo deſtinatas, & ita accipitur
in l.pen.& fi.C.de ſacroſ.eccle.Azo.ubi ſupra.nu.
5.uer.tertio dr̃ eccleſia.c.1. ante fin. ibi quicquid
eccleſi.63.diſt.& ibi glo. fi.in prin. & pro præmiſ
ſis,& aliis ſignificationib.uideatur.gloſ.fi. in c.fi.
ne præla.ui.ſuas.& per gl.in c.cum clerici. in uer.
eccleſiæ.de uer.ſig.latè per Io.de Syl.in tracta. de
beneficio.par.1.q.4.nu.1.cum aliis ſeq.Amplius
4 †eccleſia pro beneficio ſumitur.c.cum non igno-
res.in prin.de præben.c.2.in prin. de conc. præb.
5 Demum†eccleſiarum appellatione inferiores ve
niunt,non epiſcopalis,ſeu cathedralis.c.dilectus.
ubi no.Inno.de conceſ.præb.c. quamuis. 1.uerſi.
cum tamen alicui de beneficio, &c. de præbend.
lib.6.Nic.Mil in reper.in uer.eccleſiæ appellatio
ne non intelligitur. Ad rem noſtram redeundo
dico, q iſtæ duæ ultimæ declarationes propoſito
quæſito applicantur, promotio igitur ad eccle-
ſias,de qua in regula,interpretãda eſt de promo
tione ad beneficia,ad quę autem beneficia,iuxta
ultimo loco adducta,dicendum eſſet, q ad om-
nia alia præter cathedrales,ſeu epiſcopales,cuius
tamen contrarium concludendum eſt, q immo
promotio iſta ad eccleſias interpretanda ſit ad
cathedrales,ſeu epiſcopales,& ſupiores. Et iſtud
colligitur ex cõi uſu loquendi,in cur.Rom. Sc̃do
ſumendo interpretationem a ſubiecta materia,
Tertio, quia alia uerba hic poſita id oſtendunt.
ſeu inferunt. Quo ad primum de communi uſu
6 Rom.cu.qui imo,† & cuiuslibet regionis,ſeu ciui
tatis attendi, & uocabuli ſignificationi præferri
debet.Gen. 29.ad fi.Non eſt in loco,&c.Leuit.18.
in prin.iuxta morem regionis Canaam. Conſue-
tudo Græcorum,q ſint mendaces. Cic.in orat.p
L.Flacco.At quot teſtes? Plaut.in Aulularia.Cæte
ra quę uolumus uti Gręca mercamur fide.i.ut pe
cunia coram numeretur. Quam attica fides græ
corum teſtimonio celebretur. Pœni infames, un-
de Plautus. Nemo me pœnus eſſe. Lucius lib.2.
Deca.3.In clade accepta a Flaminio ad Tranſi-
menum qui fugerant aſſequutus Maharbas pol-
licitus eſt ſi ſe dederint,ire cum ſingulis ueſtimẽ
tis paſſurum,quæ fides punica religione ſeruata
eſt ab Annibale,atq; in uincula omnes coniecti.
Herodotus lib 3.ait, Arabes ſeruare fidem inter
homines. Iuſtinus li.2. Scythas iuſtitia celebrari.
Strabo Abios Thracię populos. Athenis ingenia
perſpicacia,Thebis ingenia craſſiora. Hinc Pla-
to Diis gratias agit, q ſit Athenienſis, non The-
banus, Lactantius in alio ſenſu, accipiens Plato
nem non iure reprehendit. Regionibus ingenia
conſtant. Ariſto.7. Politico. Cæſar lib.1.Belli Gal
li. Vt ad bella ſuſcipienda Gallorum alacer, &
promptus eſt animus,ſic mollis,& minimum re-
ſiſtens ad calamitates perferendas mens eorum.
Gothorum gens perfida, ſed pudica eſt. Alano-
rum impudica,ſed minus perfida. Franci hoſpi-
tales. Saxones crudelitate efferi, ſed caſtitate ue-
nerandi. Parthis nulla fides eſt (inquit Iuſtinus)
niſi quantum expedit compotationes, compota
tionibusquè coniuncta in Germania.& aliis in lo
cis paſſim; & exacerbantur,& exercentur in a-
gris, & urbibus Spartanæ regionis non admitte-
bantur,uti de iis,& aliis huc ſpectantibus plenè
tractatũ uidemus per Platonem in Dialogo pri-
mo de legibus. lib.34. Omnes denique gentes ha
bent ſicut peculiaria mala, ita etiam quædam
bona. Extat adagium, qualibet patria ſuo abun-
dat ſenſu. Bartho.Caſſa. conſil 8. ſuper duabus;
nume. 36. Et quòd communis uſus cuiuslibet
regionis attendi debeat probat tex.in l.cum de
lanionis.§.aſinam molendinariam.uerſicu. opti-
mum ergo eſſe.ff.de fund.inſtru.l.labeo.ff de ſup
pel.leg.l.librorum.§.quod tamen Caſſius. verſic.
nemo enim.ff.de leg.3.c. quamquam.2.quæſti.7.
c.quamuis.& ibi Abb.no.de uerb.ſig. Et ſcripſit
diuus Hieron. Lucillo,unaquæque prouincia in
ſuo ſenſu abundet.cap.penult.66.diſtinctio.cap.
certificari.uerſicul.nos tale de ſepultu. Ang.con
ſil. 300.punctus talis.colum.2.poſt princip. Huc
pertinent, quæ Diog. Laert. in uita Pyrronis He-
lienſis,circa diuerſos regionum ritus refert, ſub-
dens,quod apud alios iuſtum, apud alios iniu-
ſtum eſt; idemque aliis bonum,aliis malum pu-
tatur,

catur. Cilices latrocinijs gaudent, Græci non: Egi
ptij quoque condiêtes ſepeliunt corpora, Roma-
ni uerò incẽdentes. Pœni in ſtagna proiiciũt. Am
plio etiam ad uſum, ſeu denominationem uulgi,
ut præferri debeat, argumẽto tex. in l. 1. poſt prin
ci. ff. de flumi. glo. nota. in extra. ſuſcepti, Io. xxii.
de electio. in uer. annalia. Amplio ut uſus, ſeu cõ-
ſuetudo generalis regionis, ſeu prouinciæ locum
habeat, & ſeruari debeat etiam in locis particula
ribus, ubi non uiget talis conſuetudo. c. cũ eccle-
ſia Vulnerata, de electio. & ibi Hoſti. Ioan. Andr.
But. & Abb. num. 6. idem Anto. de But. in c. dile-
cto. de offi. archidi. in 1. quæſt. pro quibus uidea-
tur Caro. Ruy. conſi. 29. plura proponuntur. num.
9. uol. 5. ubi teſtatur hanc eſſe communem opin.
Amplio etiam ut præmiſſa locum habeant in ſta
tutis exorbitantibus, & correctoris. Matthe. Mat-
theſi. ſingu. 96. not. unum mirabile, quòd beſtiæ,
ubi quod licet de iure, beſtiarum appellatione
ueniant ſolum animalia fera, puta Leones, Vrſi
&c. l. 1. §. beſtias. ff. de poſtu. tamenſi ſecundum
communem uſum regionis, animalia etiam do-
meſtica, beſtiæ uocarentur, illaq; uenirent etiã in
ſtatutis. pro proximè dictis uideatur Bart. in l. nõ
dubium. nume. 11. C. de legi. Ant. de But. & Ab-
ba. & poſt omnes Felin. latè in prohe. decret. poſt
nume. 4. uerſi. in ea gl. cum alijs quæ ſubiicit. Am
pliatio etiam ut conſuetudo loquendi quamuis
barbara, ſeu minus latina, præferri debeat ueræ,
& antiquæ ſignificationi. ad c. ex literis. de ſpon.
& c. præterea. de uer. ſigni. & pulchrè in lib. nun-
cupatio prouinciale. fol. 46. uer. quærit P. V. ubi
deciditur, quòd licet dictio, quilibet, iuxta. l. poſ
ſideri. §. 1. ff. de acqui. poſ. l. ſi pater. §. qui duos. ff.
de adop. l. ſi pluribus. ff. de leg. 2. capiatur pro, ali
quis ex pluribus, hodie tamen idem ſignificat, q
quiſque, ſeu omnis, ad Bar. in l. hoc articulo. ff. de
hæredi. inſtitu. nume. 3. in hoc tantum differunt
quilibet, & omnis, quia quilibet attribuit in ſoli-
dum: omnis uerò ſimul, & collectiuè. Romæ antẽ
ubi regulæ æduntur, & præcipuè uigent, dum in
palatio Apoſtolico, in Cancellaria, & apud tribu
nalia, loquimur de promouendis ad eccleſias, in-
diſtinctè, & paſſim de cathedralibus intelligi-
mus, & ſiquis hæc uerba proferat, uidelicet, talis
obtinuit, uel obtinebit eccleſiam, omnes intelli-
7 gunt de epiſcopali, uel maiori. Inſuper † interpre-
tatio, ſeu declaratio uerborum fieri debet iuxta
ſubiectam materiam, etiam ab illorum proprie-
tate recedendo. l. ſi uno. in princip. ff. loca. ubi do
nationis uerbum pro tranſactione accipitur. &
ibi ad hoc no. glo. in uerſicu. tranſactio. cap. rogo
iunc. glo. quæ exponit, rogare pro mandare, 11. q.
3. clemen. 1. iunc. glo. in uerſic. exhortamur. de te-
ſti. Dec. in cap. nam concupiſcentiam. in 1. lectu.
in fi. de conſtitu. & in l. 1. in ult. lectu. nu. 2. uerſic.
quia improprientur ſecundum ſubiectam mate
riam. ff. ſi certum peta. Iaſ. in prælud. feudo. num.
13. & in l. ſi is, qui putat. colum. fina. ff. de acquir.
hæred. Aret. in l. 1. §. ſi quis ita. ff. de uerbo. obligat.
idem Dec. in l. non uult hæres eſſe. numer. 8. ff. de
regu. iur. Aimo conſil. 231. num. 7. & conſil. 245.
nume. 6. Subiecta igitur materia huius regulæ,
quæ eſt de promotionibus ad eccleſias, facit tum
ex communi, etiam uulgari intelligentia, tum ex
iis quæ ſubiiciam, quòd interpretatio facienda
ſit, ut modo dixi. Tertio ut præmiſi, talis declara-
tio colligitur etiam ex alijs uerbis hic poſitis, ue-
luti ibi, per promotionem, promotio enim ada-
ptatur ad cathedrales, prout in capitu. 1. in prin-
cip. ibi aut promotioni Patriarchæ Metropolita
ni, aut cuiuslibet epiſcopi. 63. diſtinct. Innocen.
in capitu. ſicut noſtris. in gloſ. ſua in uerſicu. iura-
menta. de iureiuran. ibi & ad epiſcopatum pro-
motum. Niſi quis reſpondeat, quòd promotio
etiam cadit in dignitatibus inferioribus. capit.
cum in cunctis. §. inferiora. in fi. de electio. Poteſt
tamen replicari quòd dicendo ſimpliciter, & ſi-
ne alio adiuncto talis eſt promotus ad eccleſiam,
quòd interpretatio communiter recepta eſt, q
intelligatur aſſumptus ad cathedralem. Inſuper
parificantur hic eccleſiæ, & monaſteria, & per
monaſteria abbatias intellexit, & ſic deuenio etiã
ad ſecundam partem quæſiti, monaſterium enim
dicitur abbatis territorium. Cardin. in clemen. 1.
in 10. nota. de ſtatu. monaſte. & ſimilem interpre-
tationem de promotione ad monaſteria, pro pro
motione ad abbatias, fecit doctus modernus Do
min. Petr. Rebuf. ſuper concord. ſub rub. de man-
da. Apoſto. §. ſtatuimus. ante fin. in uerſ. monaſte
ria, & poſtea ante fin. dicti tituli, loquens de hac
regula, pro eiſdem accipit promotionem ad mo
naſteria, & ad abbatias. pag. 519 & ſequen. cum
8 igitur etiam a iure † abbatiæ, & epiſcopatus pari
ficentur cap. ne pro defectu. §. ſtatuimus. iuncta
gloſ. in uerſicu. regularis. cap. dilectus filius. iunc.
glo. fina. in fine. de conceſ. præbend. c. nullus mo-
nacus. ubi parificantur hæc, uel quòd monacus li
centiam obtineat cellulam conſtruendi ab epi-
ſcopo, ſiue ab abbate. 18. q. 2. cap. decernimus.
de iudic. ubi abbates nominantur inter epiſco-
pos, ſeu archiepiſcopos. capitulo ſecundo, & ibi
Archidiaco. colum. 1. uerſicu. dignitates quales-
cunque præter epiſcopalem &c. de præbend. li-
bro ſexto, & ſicut epiſcopatus eſt culmen d ai-
9 tatum ſecularium, ita † abbatia, eſt caput omniũ
regularium beneficiorum, totaque poteſtas mo-
naſteriorum ab abbatibus dependet. capit. nul-
lam poteſtatem. 18. quæſtio. 2. capit. cum ad mo-
naſterium. uerſicu. prior autem. & uerſicu. ab-
bas uerò cui omnes in omnibus reuerenter obe-
diant. de ſtatu monaſte. Abba. in capitu. ea noſci
tur. colum. 1. numero 4. uerſicu. ſed ego non ui-
deo. de his, quæ fi. a prælato. ſi. conſen. capi. latè
Ioan. de Syl. in tracta. de beneficio. parte 1. quæ-
ſtio. 2 numero 49. dum de primo beneficio regu-
lari tractat. Aduertant tamen iuniores ne deci-
piantur, quòd dum iura, ſeu Docto. adæquant
abbates epiſcopis, non de quibuſcunque abbati-
bus intelligunt, ſed ſolum de abbatibus haben-

tibus epiſcopalem iuriſdictionem, qui dicuntur magni abbates, ſeu abbates generales, & de his loquitur text. in capit. Adrianus. 2. ubi quòd epiſcopi, & abbates in illo concilio interuenerunt. 63. diſtin. & c. conuenientibus. in prin. ubi abbas tenuit locum Papæ in concilio. 1. quæſtio. 7. Optimè per Abb. in 1 diſpu. ſeu q. incipiente epiſcopus. ante num. 29 uerſi. Idem de inferioribus prælatis habentibus epiſcopalem iuriſdictionem, ut ſunt magni abbates &c. Et ego uidi plures hic in urbe, qui uocantur abbates, qui aliis maioribus ſubſunt, paruæque ſunt auctoritatis, ſeu poteſtatis. Sequitur quòd cum in iure nullas alias eccleſias abbatiis æquiperatas eſſe inueniamus, ſed ipſas cathedrales, quòd etiam hic æquipatationem ſimilem illi a iure factæ accipiamus, & ſic interpretatio fiat de eccleſiis epiſcupalibus, ſeu maioribus, per iura abbatis ut dixi æquiperatis. Ex prædictis ceſſabunt omnia contraria, & præſertim illud quòd eccleſiarum appellatione etiam inferiores ueniant, & alterum quòd ueniant aliæ cathedralibus exceptis, ratio enim eſt uel odium diſpoſitionis prout in prælleg. cap. quamuis. 1. de præben. lib. 6. qui tex. etiam retorqueri poſſet,
10 quòd imò † eccleſiarum appellatione cathedrales ueniant, pro quo etiam adduci poſſet text. in cap. cum clerici. iun. glo. in uer. eccleſiæ. de uerbo. ſignifica. in princ. ubi eccleſia capitur ſolum pro epiſcopo, & canonicis cathedralis, clem. in pleriſque eccleſiis, ubi pro cathedralibus ſumuntur, ut patet ex iis, quæ ſequuntur, & declarat ibi Boni. Vita. poſt prin. in uer. eccleſiis, ſubdens. ſ. cathedralibus. de electio. ca. poſtquam. ibi eccleſiā uacare. 50. diſt. niſi quis replicet, quòd in dicto capitulo poſtquam, illud ſit propter uerba addita, uidelicet. paſtore careat. Verum conſideratis communi uſu loquendi, ſubiecta materia, & aliis uerbis hic appoſitis, quorum alia, alia declarant, concludo quod regula loquitur de promotis ad epiſcopatus, archiepiſcopatus, & patriarchatus, nec non ad abbatias.

SVMMARIVM.

1 *Regula hæc, an locum habeat in beneficiis promouendorum ad epiſcopatus, apud infideles exiſtentes.*
2 *Epiſcopi diuitis, & mendici nulla eſt differentia ſubſtantialis.*
3 *Beneficia promoti ad epiſcopatum de iure quando uacent.*
4 *Promoti ad epiſcopatum beneficia, ut uacent quatuor requiruntur.*
5 *Stilus curiæ de conferendo ſtatim beneficia promoti.*
6 *Epiſcopi apud ſaracenos eccleſias ſuas habentes ab aliis epiſcopis differunt.*

1 QVarto quæro, † an regula hæc procedat in beneficiis promouēdorum ad epiſcopatus, in partibus infidelium exiſtentes? Pro parte affirmatiua arguo ſic, uerba regulæ talibus conueniunt: quod probatur, adeo enim uocatur, imò eſt eccleſia cathedralis illa apud infideles exiſtens, ſicut aliæ, ut patet ad ſenſum, & probatur per tex. in clement. in pleriſque. uerſicu. uolentes, ibi cathedrali eccleſiæ ſibi qualitercunque ſubiectæ, quæ clero careat, & ſubditis Chriſtianis. de electio. & ibidem probatur quòd quis promoueri poteſt ad talem eccleſiam in epiſcopum per Papam, uel de eius mandato: præfatis igitur epiſcopis, eorumque promotionibus conuenire debet diſpoſitio noſtræ regulæ, quum uerba ubi conueniunt diſpoſitioni locus eſſe debeat. & contra. l. hos accuſare. §. omnibus. ff de accuſat. l. ſi uero. 4. de uiro. ff. ſol. matr. l. dies cautioni. §. toties. & ibi nota. Bartol. ff. de damno infect. capitu. indemnitatibus. § penult. de electio. lib. 6. Maria. Socin. conſilio 186. inſpectis. numero tertio libro ſecundo. Inſuper uidemus quòd nulla ſubſtantialis differentia, eſt inter epiſcopales eccleſias in uno loco, magis quā
2 in alio exiſtentes, ac † inter epiſcopos diuites, & mendicos, prout reſpondit beatus Hieronymus Euandro epiſcopo, de quo habemus text. in cap. legimus in Eſaia. poſt medium. uerſi. ubicunque fuerit epiſcopus, ſiue Romæ, ſiue Eugubil &c. & poſt ea potentia diuitiarum, & paupertatis humilitas, uel ſublimiorem, uel inferiorem epiſcopum non facit. 93. diſtinctio & ibi pulchra gloſ. in uerſicu. eiuſdem meriti. not. quòd iſtud eſt uerum ſecundum peritos, & diſcretos, uulgus enim aliter ſentit, contemnit enim pauperem epiſcopum, ſiue paruæ Ciuitatis. Vtinam hoc idem non eueniret hodie. plerique enim illos magnos, nobiles, & aliis præferendos antiſtites, & prælatos cenſent, qui ſunt ualde diuites. & quòd diuites epiſcopi, a pauperrimis non differant concludit Imol. poſt glo. in prællega. cle. in pleriſque. numero 14. ſuper glo. in uerſicu. obnubilat. de elect. Abba. in capitu. primo. in fin. de cleri. no. reſi. ubi quòd redditus beneficii non debent facere prælatum humiliorem, uel excellentiorem. idem Abb. in c. licet. num 16. uerſi. & no. quod licet aliqui epiſcopatus habeant maiores redditus. de transla. epiſcop. cum quo tranſit Ioan. de Syl. de benef. parte 3. quæſt. 18 colum. penul. uerſi. nec obſt. text. ſic & inter ciuitates magnas, ac paruas differentia conſtitui non poteſt ſubſtantialis, ut apparet ex iis, quæ docet Ariſtot. Politico. libro 4. capitulo 15. in hæc uerba. Nam in magnis quidem licet, & debent ſinguli magiſtratus ad ſingula opera deputari, ſufficit enim multitudo ciuium ad magiſtratus gerendos, quare alios cum intermiſſione magna temporis, alios ſemel duntaxat gerunt, melius quod ſingula curantur quam ſi in multis cura noſtra diſtrahatur, ſed in paruis ciuitatibus neceſſe eſt in paucos magiſtratus plures conferre, nā cum ſit paucitas hominum non facile eſt multos in magiſtratib. eſſe, qui. n. poſtea forent ſucceſſores horum? Indigent quandoque magiſtratibus eiſdem, & legibus paruæ, magnæq; ciuitates &c.

Amplius

Amplius cum ab initio quælibet cathedralis ec-
cleſia inſtituta fuerit cum clero, populo, redditi-
bus, & omnibus aliis requiſitis, licet ex poſtfacto
pleraque ex illis defecerint attento initio con-
gruo, id quod poſtea euenit non eſt conſiderabi-
le, ad l. ſed an ultro. in fi. ff. negoc. geſt. immo cum
ſit in potentia recuperandi omnia, & uetus titu-
lus integer remanſerit, ita conſiderabilis erit ta-
lis epiſcopatus, ſicut alii, & quatenus etiam ta-
les epiſcopi grauati uiderentur, ſi eorum priora
beneficia per hanc promotionem quaſi ſterilem
(quantũ ad fructus, ſeu redditus attinet) amittãt
eis imputetur. ꝙ acceptauerint, ſeu potius obti
nere curauerint, ſeu ſtuduerint ad tales eccleſias,
quo ad commodum pecuniarũ inutiles. id enim
proſpicere ab initio poterant. ad tex. in l. ſiquis
domum. uerſi. Idem quærit. ff. loca. & l. qui bona.
§. cum inter. uerſi. ſed cum proſpicere ſibi potue
rit. ff. de dam. infect. nec excuſandus eſt, qui tales
eccleſias infructuoſas affectat, ſeu ambit. argu. §.
item tria onera. cum glo. magna. uer. Item, quod
dicit non affectare. Inſti. de execu. tuto. uel curat.
3 Poſtremo quum † beneficia priora uacent per aſ-
ſecutionem talium epiſcopatuum facta in ſede
epiſcopali intronizatione (ſic enim eam uocant)
uel ſi non adſit locus ad intronizãdum, facto alio
actu ſimili, prout concludit Cardin. in allega. cle.
in pleriſque. ante ſi. uerſi. mihi uidetur uerius, ꝙ
perdat priora beneficia, &c. de electio. cum quo
tenet, & ad eum ſe remittit D. Pet. Rebuf. ſuper
concor. tub. de mand. apo. §. ſtatuimus. in uer. ec
cleſias cathedrales. uerſi. quid ſi epiſcopatus poſ
ſeſſionem habere non poſsit. Quum igitur ita ua
cent priora beneficia per promotiones ad iſtos
epiſcopatus, ſicut per promotionẽ ad alios quoſ
cunque, idemq; ordo, forma, & modus ſeruetur,
tam in promouendo, quàm in expediendo lite-
ras, tam quo ad epiſcopatus, de quibus tracta-
mus, quàm quo ad alios omnes, non minus uide
tur regula hæc iſtos, quàm alios quoſcunque re-
ſpicere. Partem negatiuam, tanquam beniguio-
rem, & ueriorem teneo, pro qua tamen confirmã-
da, deueniendum eſt ad declarationem ſtili curię
Romanæ, ſecundum quem beneficia promoti, ſta
tim dicuntur uacare, & ſtatim conferuntur. Re-
peto pro iunioribus; quòd de iure cõmuni qua-
4 tuor copulatiuè requiruntur, ad hoc ut † promo-
tus ad epiſcopatum, Archiepiſcopatum, ſeu Pa-
triarchatum, perdat beneficia, quæ prius obtine-
bat. Videlicet, prouiſio, confirmatio, conſecra-
tio, & adeptio poſſeſsionis. c. cum in cunctis. §.
cum uerò. de electio. & ibi no. Ant. Card. & Abb.
Oldr. conſi. 14. cum quæritur, poſt princ. Roman.
conſil. 335. columna 1. Superuenit ſtilus curiæ Ro
manæ, qui habet, quòd beneficia huiuſmodi
per promotionem ſtatim uacent, ſtatimque con-
ferantur per ſummum Pontificem, contra quem
ſtilum inuehit. Ioann. And. in clement. 1. in gloſ.
in uer. collatio. ut lite penden. uerſicul. Item ad-
uertendum, &c. Rom. conſi. 345. circa primum.
colum. 4 nume. 17. Caſſador. deciſ. 2. de conſtitu.
pro quo, & pro dictis, requiſitis ad uacationem
beneficiorũ per promotionem, uideri poterunt,
quæ latius ſcribo ſupra. 1. regula. quæſtio. 13.
quibus addi poterit declaratio ſtili prædicti,
5 quam hic ſubdam: † ſtilus igitur prædictus, qui
durus ſatis uidetur, temperandus eſt hoc mo-
do, uidelicet, quòd licet beneficia promoti ſta-
tim conferantur, uerè tamen, & effectualiter ua-
care non cenſeantur, niſi adepta poſſeſsione, uel
promoto in mora exiſtente in illam capiendo, ita
ſtilum prædictum interpretatus eſt Abb. in di-
cto cap. cum in cunctis. §. cum uerò. in ultim. no-
ta. in fin. uerſic. & quanquam curia hodie de fa-
cto non ſeruet, &c. ſubdit rationem, quæ eſt,
quòd quis non debet perdere primum benefi-
cium, niſi plenè ſit ſecundum conſecutus. per
text. in cap. ſi quis iam translatus. 21. quæſtio. 2.
pro quo etiam adduci poteſt text. in cap. licet
epiſcopus. de prębend. lib. 6. & ita obſeruantiam
curiæ prædictam, inhærendo opi. Abb. ubi ſupra
interpretati ſunt, & declarauerunt, & decreue-
runt moderni R. Domini de Rota in una Panor-
mitan. beneficiorum coram R. P. D. Fabio Ac-
corambono inter R. D. Iulium Gallettum, & An
dream Vela ſub die 9. Ianuarii. 1548. amplius
dictæ interpretationi Abb. ubi ſupra, & Rotæ,
uidetur ſe confrontare cancellariæ ſtilus, qui at-
tendi debet. capit. porrecta. ibi, Cum igitur a
cancellaria noſtra, &c. de confirmat. util. uel in-
util. Roman. conſi. 376. quæſtio eſt nunquid. nu
me. 12. uerſicu. ſecunda ratio. Abb. & Felin. in
cap. ex parte. de reſcrip. Boni. de uita. in clemen.
ad compeſcendas. nume. 48. de ſequeſ. poſſeſ.
Qui quidem ſtilus Cancellariæ eſt, ut in quibuſ-
cunque cædulis conciſtorialibus, continentibus
diſpenſationem, de retinendo priora beneficia,
dicatur, ut quæcunque beneficia, uel talia be-
neficia, &c. quæ obtines, poſtquam poſſeſsio-
nem dictæ eccleſiæ, & illius bonorum adep-
tus fueris, &c. unà cum eccleſia; &c. retinere
poſsis, &c. & ſic datur intelligi, quòd ante a-
deptam poſſeſsionem nulla diſpenſatio reten-
tionis neceſſaria ſit, & ratio rationis ſit, quæ
tacitè, ſeu inconſequentiam colligitur, quia be-
neficia prius obtenta non uacent, ante adep-
tam poſſeſsionem eccleſię cathedralis, ad quam
quis promotus fuerit, alioquin fruſtra diceret,
& poſtquam poſſeſsionem adeptus fueris, imò
per talem diſpenſationem non eſſet cautum
promoto, ſi interim beneficia uacaſſent. Ex
præmiſsis ſequitur, quòd ſi priora beneficia
per promotionem ad eccleſias cathedrales non
uacant in effectu, ante adeptam poſſeſsio-
nem, uel per promotum ſtet quin adipiſca-
tur, promotus autem ad epiſcopatum apud in-
fideles exiſtentem poſſeſsionem aſſequi non poſ-
ſit, nec ad aliquem diligentiam propterea te-

neatur, cum etiam illa facta, clarum eſt, quòd nihil operaretur, nihilquè ſibi prodeſſet, ad text. in l. fina. uerſicu. ſed quid noceat. ff. quis ordo in bono. poſſeſſ. ſerue. l. hæc ſtipulatio. §. diuus. ff. ut lega. nomine caueat. nullo modo dici poteſt, quòd talis promoti beneficia uacent. quo fit, ut uerba regulæ talibus promotis, ſeu promouendis nullo modo conueniant, nec mandata, ſeu gratiæ ad eius beneficia concedi propterea poſſunt, unde diſpoſitio noſtræ regulæ illos, eorumquè epiſcopatus non reſpicit. Et ſic ceſſant omnia contraria, tum illud, quòd uerba regulæ conueniunt, tum aliud, quòd iſti epiſcopatus ab aliis non differant, quia contrarium eſt dicendum, ut etiam nunc oſtendam, tum & aliud, quòd beneficia talium uacent, & illa opinio. Cardinal. a Dom. Rebuff. approbata, de qua ſupra numero 3. per prædicta ſubuertitur, nec illa eius introuizato ad caſum noſtrum ada-
6 ptari poteſt, & quòd † epiſcoporum, de quibus tractamus (quos nullatenentes, ſeu nullatenenſes uocant) qui eorum eccleſias apud turchas, ſeu Saracenos habent, ab aliis ſatis differant, probat clement. in pleriſque, de electione. ſupra allega. & ibi per ſcriben. Bald. in authent. licentiam. poſt medium. uerſicu. ſed ponamus, quòd eſt quidam epiſcopus, qui habet dignitatem ſine adminiſtratione. C. de epiſcop. & cleri. Iaſon. in l. id quod apud hoſtes. nume. 22. uerſic. ſecundo, facit bonum ſimile. ff. de legat. 1. Ioann. Franciſc. Ripa reſpon. 23. nume. 25. ſub titul. de legibus nume. 25. lib. 1. Sarnenſ. in 47. quæſtio. de Anna. num. 4. uerſi. accedit etiam. ubi de epiſcopis nullatenen. & de Comitibus Palatinis, qui nō dicuntur proprie tales, ſed abuſiuè.

S V M M A R I V M.

1 *Hoſpitalia, an ſub hac regula comprehendantur?*
2 *Beneficiorum appellatione, quando ueniant hoſpitalia.*

QVINTO iuxta eandem. 1. par. ibi, de quibuſuis beneficiis uacaturis, & iuxta. 2. part. ibi, ac quibuſuis aliis
1 beneficiis, &c. quæro, † an ſub his uerbis comprehendantur hoſpitalia? Pro parte negatiua adduci poteſt text. in clemen. quia contingit. §. ut autem, de relig. domib. clemen. per literas, de præbend. Collecta. in cap. de multa. colum. 4. quæſtio. 26. & ſequen. co. & per me ſupra in 9. quæſtio. 1. regulæ. nume 3. & ſequen. & latè per Dom. Rebuf. in tracta. nomina. quæſtio. 15. num. 12. uerſicu. ſexto non comprehenduntur hoſpitalia. & tanto magis iſta procedunt in noſtra regula, cum termino beneficiis, ſit additum eccleſiaſticis, at hoſpitalia propriè non ſunt eccleſiaſtica, ad ſupra deducta. Pro parte affirmatiua, quæ tenenda eſt facit illud, quod notat Collecta. in cap. fi. in 21. quæſtio. de fortil. ubi, quòd temporibus ſuis curia traxit iura loquentia de beneficiis ad hoſpitalia. facit etiam quòd materia huius regulæ eſt fauorabilis quo
2 caſu ſub nomine † beneficiorum uenit etiam hoſpitale. glo. in clement. diſpendioſam, de iudic. in uer. beneficiis. in princip. ubi quia præmiſſum erat de beneficiis, ſeu officiis, concludit comprehendi etiam hoſpitalia, per textum in clem. quia contingit. ſupra adducta. Sylu. de benefic. part. 1. quæſtio. 3. nume. 9. & in terminis noſtris ad effectum huius regulæ, licet ſub alio numero antiquo, pro hac parte affirmatiua concludit Felin. in cap. de quarta. colum. 5. ante nume. 16. uerſi. & ſi aliqua diſpoſitio iuris, uel regularum, &c. & nume. 16. ubi in fine dicit in Rota, ita iudicatum fuiſſe in cauſa ſua propria, ſuper intellectu huius regulæ, de pręſcrip. ſequitur Dom. Sarnen. in 7. quęſtio. regulæ, de trienn. nume. 3. uerſicul. ſed Felyn. in cap. de quarta, & poſtea uerſicul. & licet, regula uigeſimaquarta, in huiuſmodi hoſpitalibus locum habeat, & licet Sarnenſ. in caſu ſuo dicat dubitari poſſe, tamen quo ad hanc regulam reſidet cum Felyn. Et pro hac opinio. cum Felyn. concludit Lambert. de iurepatronat. articul. 11. quęſtio. 11. parte 1. lib. 1. nume. 4. uerſicul. concludit demum. Ad omnia contraria reſponderi poteſt. quòd procedant in odioſis, uel in non fauorabilibus, & ampliandis, & quando non adſunt uerba generalia, ſeu uniuerſalia, ut hic.

S V M M A R I V M.

1 *Regula hæc, de quibus prælaturis loquatur?*
2 *Prælati dicuntur, qui habent ordinariam iuriſdictionem.*
3 *Ordinarij propriè epiſcopi dicuntur.*
4 *Abbates dicuntur pręlati, & ordinarij.*
5 *Pręlatorum appellatione uenire ſuperiores, & inferiores iuriſdictionem habentes.*
6 *Prælatorum appellatione ueniunt etiam rectores curam animarum habentes.*
7 *Rector curatus dicitur habere pręlaturam.*
8 *Eius eſt declarare, cuius & leges condere.*

SEXTO iuxta. 2. par. ibi, ad quaſcun-
1 que pręlaturas, &c. † quęro, de quibus pręlaturis interpretanda ſit regula hęc? Et quòd de epiſcopatibus
2 tantū probatur, propriè enim † pręlati dicuntur, qui habent ordinariam iuriſdictionē. Abb. in c. decernimus. nu. 16. ſuper glo ultim. uerſicu. nam propriè dicuntur, qui habent ordinariam iuriſdictionem, ſequitur Dec. ſuper d. gl.
3 fi. nu. 14. de iudi. † ordinarii autem propriè epiſcopi dicuntur. c. omnes baſilicę, &. c. ſequen. 16. quęſt. 7. cap. de perſona, ibi doceat prius, & c. 11. quęſt. 1. c. 1. de offi. ord. extra. Io. 22. execrabilis. §. cæterum ordinarios intelligimus, ſub titu. de prębend.

bend. Cardi. in clem. 1. quæſt. 14. in fi. ut lite pen-
den. Et quòd propriè epiſcopi dicantur ordina-
rii, non autem legati, quorum autoritas acciden-
talis: eſt uide Glo. pragma. titu. de collar. §. item
quòd omnia. in uerſicu. ordinarios. prælatorum
gradus ponit Ioan. de Syl. de beneficio par. 1. q. 4.
numero 6. ubi quòd prælatorum diuerſi ſunt gra
dus, alii. n. ſunt epiſcopi, alii archiepiſcopi, Pa-
triarchæ, Cardinales, & Papa, & iuxta præmiſſa il-
la uerba regulæ, ad quaſcunque prælaturas: inter-
pretanda eſſent, ad quaſcunque cathedrales ec-
cleſias. Secundus intellectus erit, quòd prælato-
rum appellatione ueniant propriè epiſcopi, & ſu
4 periores, de quibus ſupra, & etiam † Abbates, qui
etiam uerè dicuntur prælati, & ordinarii. capitu.
nullus monacus. & capitu. nullam poteſtatem.
18. quæſtio. 2. capitu. ne pro defectu. §. ſtatuimus,
cum glo. in uerſicu. regularis. de electio. cap. quan
to. uerſicu. mandamus, & ibi Innocen. in uerſ. præ
lati, ubi exponit. i. abbates: & poſtea exponit. i.
abbates, uel epiſcopi, & ibi Cardin. in 1. & 4. quę-
ſtio. de offic. ordin. capit. fina. in princip. eod. lib.
6. Abb. diſpu. ſeu quæſtio. 1. incipien. epiſcopus.
ante nume. 29. uerſicu. idem de inferioribus præ-
latis, habentibus epiſcopalem iuriſdictionem, ut
ſunt magni abbates &c. & idem Abba. in cap. de
cernimus. in 2. nota. de iudic. Iſta expoſitio in ter
minis noſtris ſuadetur alia ratione, quæ eſt. quòd
ſupra Papa præmiſit de eccleſiis, & monaſteriis,
& declaraui per eccleſias debere intelligi de ca-
thedralibus, per monaſteria uero de abbatiis, iſta
ſequens pars regulæ, ab illa priori interpretatio-
nem recipere debet, argumento text. in l. qui fi-
liabus. in princip. ff. de lega. 1. l. cum proponeba-
tur. ff. de lega. 3. Abba. conſilio 36. colum. ultima
uolum. 1. Rapha. Cuma. conſilio 117. in princip.
ſicut igitur illa prima pars huius conſtitutionis,
de epiſcopatibus, & abbatiis loquitur, ita hæc
ſecunda pars de prælaturis loquens, intelli-
genda erit de prælaturis, de quibus præmiſit,
& illa uerba ad quaſcunque prælaturas, inter-
pretanda erunt, i. ad quoſcunque epiſcopatus,
& ad quaſcunque abbatias. Tertius intellectus
5 erit quòd † prælatorum appellatione ueniant nō
ſolum omnes ſuperiores de quibus ſupra, immo
etiam inferiores iuriſdictionem ordinariam ha-
bentes, ut ſunt Archidiaconatus. capit. Rom. §.
ab archidiaconis, de appellation. lib. 6. cap. 1. §.
ne etiam ſuffraganeorum. de foro competen. eo.
lib. capit. primo. iunc. fina. ibi, prælationes amit-
tant. de æta. & qualita. ubi nominantur Abbates
Decani, Præpoſiti, Archidiaconi, Archipresbite-
ri. cap. decernimus. & ibi Abba. Felin. & Domin.
meus ſuper gloſſ. final. de iudic. & licet Deci ibi
ante numerū. 35. conetur ſubuertere doctri. ſeu
diſtinc. Abba. eo prætextu, quòd in iure non pro
betur, facile ſuſtineri poſſet, & ſecundum proxi-
mè dicta, uerbá noſtræ regulæ ibi, ad quaſcunque
prælaturas, interpretanda eſſent, ideſt ad Patriar
charus, archiepiſcoparus, epiſcopatus, abbatias,
archidiaconarus, præpoſituras, decanatus. & alia
ſimilia beneficia, quæ modo præmiſſo prælaturæ
dicuntur. Quartus, & ultimus intellectus erit, ꝙ
6 † prælatorum appellatione ultra præmiſſos, ue-
niant omnes alii rectores, ſeu presbyteri curam
animarum habentes, eſt text. in capitu. tua nos.
ibi, in parrochiali eccleſia prælationis officio fun
gitur, & ibi ad hoc no. Abb. 2. not. de cleri. ægro.
capitu. cum ab eccleſiarum prælatis. de offic. or-
dina. Archidia. in capit. ut animarum. poſt prin-
cip. de conſti. libro 6. Abba. in capitu. de multa.
colum. penul. uerſicu. communiter tamen. ubi
7 quòd largo modo † rector curatus dicitur habere
prælaturam. de præbend. & Abba. in præallega.
capitu. decernimus. nume. 16. & ibi Dec. ſuper
gloſſ. fina. in princip. numero 34. de iudi. gloſ. in
pragma. ſanctio. in capit. primo. in uerſic. præla-
tis. de electio. Lamber. in tracta. iuriſpatro. parte
1. libro 2. quæſtio. 7. artic. 20. numero 2. follo 223.
ubi concludit, quòd omnia diſpoſita in prælatu-
ris, & magnis beneficiis, locum habent in benefi-
ciis curatis. Et pro iſto ult. intellecto, qui uenit
ſecundum latiſſimam interpretationem prælati,
ſeu prælaturæ, ut uolunt Abba. Dec. & alii ſupra
adducti, ex quo dubitari poſſet, an talis accipien
da eſſet in materia regularum, & ſic ſtricta? pon-
dero dictionem uniuerſalem, iunctam termino
prælaturas, operatur enim, ut omnis prælatura
ueniat, nulla poenitus excepta, iſta enim eſt na-
tura, & potentia dictionis quicunque, ad l. qua-
cunque ratione, & ibi nota. ff. de procu. l. hoc arti
culo, & ibi Barto. numero 6. ff. de hæredi. inſtitut.
Roma. conſi. 31. uiſis his. numero 2. uerba igitur
regulæ, ad quaſcunque prælaturas, ſecundū hunc
intellectum, interpretanda erunt, ideſt ad præla-
turas cuiuſcunque naturæ, uel conditionis, ſecun
dum quamcunque interpretationem, etiam ſum
pra prelatura iuxta latiſſimam interpretationē,
unde licet alias ſtricta, & propria interpretatio fa
cienda eſſet, propter hanc dictionem uniuerſalē,
latiſſima fieri debet, ex præmiſſis quatuor intel-
lectibus. primus, & quartus periculoſi mihi uidē
tur, & non ueri: quis autem uerior ſit, an ſecun-
dus, an tertius, & quis tenendus, ab ipſo ſummo
Pontifice declaratio requirenda foret, eius enim
8 † eſt declarare leges, cuius & concedere, ſeu ſta-
tuere. l. fina. C. de legi. l. in prætoriis. ff. de præto.
ſtipu. capitu. quoniam. cum glo. de conſtitu. cap.
ex parte, 3. de uerbo. ſignifica. capitu. inter alia. de
ſenten. excommu. gloſſ. in clemen. 1. in uer. ſepeli-
re. in princ. ubi quod aliqua ſunt dubia, quæ prin-
cipis declarationem, pluſquam gloſantis opinio
nem expoſcunt. de ſepultu. Interim me remitto
ſaniori iudicio dominorum meorum de Rota,
ego enim horum duorum intellectuum, utrunq;
ſatis dubium, ac diſputabilem iudico, unde oēs
intellectus p̄fati periculoſi ſunt, ad l. in ambiguo
vbi Bar. nu. 2. ff. de reb. dub. ſequitur Alexan. in l.

ſtipulatio hoc modo.§.alteri.nume.18.uerſiculo. Item facit quia negari non poteſt. ff.de verbn.obligat.& de lege, ſeu conſtitutione plures intellectus habente, uideatur Iaſ. in l. natualiter. §. nihil commune.numero 99. ff. de acquirenda poſſesſione.

REGVLA XXVII.

De non iudicando iuxta form. ſupplicationum.

ITEM cum ante confectionem literarum, gratia Apoſtolica ſit informis, noluit, ſtatuit, & ordinauit idem dominus noſter, quòd iudices in Rom. Curia, & extra eam pro tempore exiſtentes: etiamſi ſint S.R.E. Cardinales: cauſarum palatii Apoſtolici auditores, uel quicunque alii, non iuxta ſupplicationem ſignatarum: ſuper quibus ſuis impetrationibus, niſi in dicta Curia duntaxat ſint commisſiones iuſtitiam concernentes: per Placet. uel per S.R.E. Vicecancellarium, iuxta facultatem, ſuper hoc ſibi conceſſam, ſignatæ: ſed iuxta literarum ſuper eiſdem impetrationibus & conceſſionibus confectarum, tenores, & formas iudicare debeant, decernens irritum, &c. & ſi literæ ipſæ per præoccupationem, uel aliàs minus bene expeditæ reperiantur; ad illorum, quorum intereſt inſtantiam, ad Apoſto. Cancellariã remitti poterunt, per eius officiales, quibus huiuſmodi tenores, & formas reſtringere conuenit, ad formas debitas reducendæ.

Plures aliæ regulæ ad eundem finem, ad quẽ præſens tendunt, de quibus per Domi. Sarnen. ſuper.6.quæſt.huius regulæ, & hic in præfa. qui materiam omnium huiuſmodi regularum ſimul tractare promittit. Ego uerò quantum ad hanc regulam attinet, eius ſequar ordinem, aliarum uerò regularũ huic ſimilium materias in ſuis locis tractabo. Quæ uerba addita, & commutata hæc regula habeat, quæ in antiquis non erant, ex inſpectione apparebit. & Domin. Sarnen. admonet. Illam in duas partes principales diuido, in prima mandat non iudicari iuxta formam ſupplicationum. In 2. quæ eſt ibi, & literæ ipſæ per præoccupationem, diſponit literas minus bene expeditas ad corrigendum remitti. Rurſus prima pars.in quarta parte diuidi poteſt. In prima præfatur, ſeu rationem conſtitutionis promulgãdæ adducit, in ſecunda quæ eſt ibi uoluit, & ſtatuit, diſponit ne iuxta ſupplicationes iudicetur, in 3.quæ eſt ibi niſi in dicta curia &c. limitat generalitatem diſpoſitionis, in 4. ibi decernens irritum, annullat, & inualidat quicquid in contrarium fiat. Amplius. 2.pars.in 2.partes diuidi poteſt, in prima ſtatuit circa iudices, qui literas remittere debent, in 2.ibi per eius officiales &c. loquitur de officialibus, ad quos ſit remisſio literarum, qui eas emendare debent. Verum quia emanauit altera regula, ſeu conſtitutio perpetua, de qua loquar infra q.3 & alibi ubi opus erit, pleræque difficultates quæ fieri poſſent, per eam tollantur, pleraque iam deciſa, alterantur, uti in ſuis locis opportunis annuam.

SVMMARIVM.

1 *Regula hæc, an extra curiam locum habeat?*
2 *Exempla declarant, non arctant regulam.*
3 *Conſtitutio intelligi debet in caſu, in quo ſuppoſita per eam locum habere poſſint.*

PRIMO quæro, cum gloſſ. antiquo, &
1 Domin. Sarnen. hic quæſt. 2. an † regula hæc extra curiam locum habeat? gloſsator concludit, quòd ſic. col. 2. uerſi. & dico quòd licet iſta regola loquatur de iudicibus in Roma. Cu non ſequitur a contrario ſenſu, quòd extra curiam non habeat locum, ſubdens, quòd a fortiori debet habere locum: iſtud argumentum ſuum a fortiori hic non conuenit, & mihi non concludit, niſi ſubtilius forſan quàm ipſe gloſator perſcrutando, illud argũ a fortiori reducamus, ſeu inducamus, prout faciã infra q. 5. ſuper tertio fundamento, ſeu argumẽto. Adducit aliud fundamentum, quod eſt, ꝙ quæ ponuntur cauſa exempli in curia, non firmane regulam in curia tãtum, quaſi dicat quòd
2 † exempla declarant, non arctant regulam. ad l. 1.§. quòd uulgo dicitur. ff. de ui & ui arma. l. damni infecti. 2. ff. de damno infect. in fine. §. hactenus inſtitu. ff. de gradi. l. ita uulneratus. ff. ad legem aquil. capitulo primo, ne cleric. uel monac. Abba. in capito. in omni. poſt numerum quartum. de teſtib. Gloſſa. pragma. titu. de collatio. §. item placuit. in uerſicu. parrochialibus. poſt medium. Corn. conſilio 195. circa primum. numero quarto. Licet igitur Papa nominauerit Curiam Romanam, ſeu iudices ipſius Curiæ Romanæ, per hoc non ſequitur ſecundum gloſſatorem, quin
etiam extra curiam regula locum habeat. Contrariam opin. uidelicet, partem negatiuam, tenet Domin. Sarnen. mouetur, quia regula hæc ſecundum eum non loquitur niſi de iudicibus Romæ deputatis, etiam ſi Cardinales, uel Rotæ auditores fuerint. Secundum eius argumentum eſt, quod a primo pendet, quòd ſi aliàs uoluiſſet dixiſſet. Tertium eſt arguendo ab inconuenienti, ꝙ magna ſeruitus, & diſpendium reſultarent prout latius per eum. Quid tenendum? Ego (ſi ingenue loqui liceat) puto Sarn. hic nec mentem gloſſatoris, nec textum noſtræ regulæ percepiſſe, diſtinguendi.n. ſunt duo caſus. Aut.n. loquimur an hæc regula prohibens iudicari iuxta formam ſupplicationum, mandanſque literas minus bene expeditas, ad officiales Cancellariæ remitti, ut corrigantur,

gantur,in omnibus eius partibus, uel etiam quo
ad eius primam partem,quoad omnia in regula
contenta, procedat etiam extra curiam, & iſte
caſus tempore gloſſatoris,& multo magis tempo
re Sarnen.fuit indubitabilis,tempore enim illius
tex.regulæ partem negatiuam neceſſariò ſuppo-
nebat in illis uerbis.S.R. Eccle. Cardinales,cau-
ſarum palatii Auditores,& poſtea ibi,per placet,
uel S. Roma. Eccl. Vicecancellarium,&c. in 2.ue
ro par. ibi ad Apoſtolicam Cancellariam remit-
ti poterunt per eius officiales, &c. iſta enim quæ
in regula.quæ erat tempore gloſſatoris ſuppone-
bantur,non poterant uerificari in literis,quæ ex-
tra Roma.cur.expediebantur,& ſecundum quas
3 iudicandum fuiſſet, † conſtitutio autem intelli-
gi debet in caſu in quo ſuppoſita per eam locum
habere poſſint. Iacob. But.Fulgoſ.& Salycet.in l.
mancipia.C.de ſer. fugi. Ludouic. Roman. ſing.
489.ſtatutum puniens.Dec.conſi.466.ſtante ſta-
tuto.colum.3.num.8.conſ.591.tex.in l. nume.3.
& ſeq.& conſi.640.quæritur in effectu.poſt princ.
uerſicu.primo præſupponitur,cum igitur ſuppo
ſita,de quibus in Regula antiqua nullo modo in
caſu ſupra propoſito locum habere poſſent, non
eſt credendum, quòd commentatoris imbe-
cillis fuerit, ut ad id non aduertens contrarium
firmauerit. Quantum uero ad Sarnen.attinet ip
ſe habebat uerba ſupra ponderata in ſua regula,
& ultra ea habebat alia, quæ ſunt in noſtra regu-
la,ſed omiſſis pleriſq; breuitatis cauſa, cum ex
prohemio ſumatur ratio finalis ipſius conſtitu-
tionis, & ex præfatione diſpoſitio, ac mens ex-
tendatur, reſtringatur, & declaretur, ad l.fin. &
ibi Bartol.nume.3.ff.de hęred. inſtituen.Roman.
conſi.16.uiſo themate.numer.4.& 6.Deci. conſil.
301.num.6.334.num.2.& 388.ante nume.3. Pa
ris.conſ.34.num.32.præfatio autem regulæ tum
nunc,tum tempore Sarnen.fuerit,& ſit hæc,uide
licet, cum ante confectionem literarum gratia
Apoſtolica ſit informis: quomodo potuit dubi-
tare ipſe Sarnen.ꝙ regula aliter, quàm de literis
Apoſtolicis loqueretur? Aut quærimus, an regu
la habeat locum extra curiam, in quantum uult
non debere iudicari iuxta formam ſupplicatio-
num,ſed literarum Apoſtolicarum,& ſic an regu
la ſtatuat quo ad iudices de curia tantum, an &
extra eam ubique exiſtentes, intelligendo ſem-
per de ſupplicationibus,& literis Romanæ curię,
ſeu Apoſtolicis, non autem de ſupplicationib.
& literis ordinariorum,ſeu aliorum. & licet tem-
pore commentatoris antiqui potuiſſet eſſe locus
dubitationi,quam ipſe facit, tamen D. Sarnenſ.
ſuper hoc nullo modo dubitare poterat,cum ha-
beret textum regulæ clarum ibi,ꝙ iudices in Ro-
mana curia, & extra eam pro tempore exiſten-
tes,&c. unde per illa uerba addita, & extra eam,
ceſſabat,& ceſſat omnis difficultas, & ſic ceſſant
eius ponderationes,& coniecturæ. In incertis.n.
non certis locus eſt coniecturis. ad.l. continuus.
§.cum ita ſtipulatus. in fin.cum uulga.ff.de uer.
obliga.& ubi eſt caſus legis, ibi nulla dubitatio
cadit.l.ancillæ.ubi Bal.& ali.C de fu.r.l. illam C.
de collatio.Corn. conſi.109.uiſo infraſcripto. in
fi.lib.1.Dec.conſil.442.uiſa inſtructione. colum.
fin.ante nu.27.Nec ego quæſtionem hanc poſuiſ-
ſem,niſi ut iunioribus (quibus prodeſſe pro uiri
li ſtudeo) præcauerem, ne cum Sarnenſ. in hunc
errorem incidant.ut credant extra Rom.cur. lice
re quibuſuis iudicibus iuxta formam ſupplica-
tionum Romæ obtentarum iudicare, regulamq;
hanc illudere. Et ita intelligi debet Ioann. Bap.
Ferret.qui poſt Sarnenſ. ſcripſit, conſil.6.factum
tale.num.8.uerſ.Tertio reſpondetur, quòd ipſa
regula non procedit extra Ro.curiã. & conſi.11.
quærendum eſt,nu.7.uerſ.Nam regula,ꝙ non iu-
dicetur iuxta ſupplicationem non ligat in parti-
bus, ut probat Gomeſ. Et niſi ipſum hoc modo
intelligas, ipſum etiam in errorem Sarn.incidiſſe
dicere poteris.

SVMMARIVM.

1 *Regula hæc,an locum habeat quando ordinarius prouidit in curia de beneficijs in ſua diœceſi vacantibus?*

2 *Confirmationes non conceduntur ſuper prouiſionibus ordinariorum.*

3 *Epiſcopus,an in curia Romana,de beneficijs ſuæ diœceſis prouidere poſſit?*

1 SEcundo quæro, † an regula procedat
quando ordinarius prouidet in cu-
ria, de beneficiis uacantibus in ſua
diœceſi, uidelicet, ut prouiſus tunc
teneatur literas expedire? D.Sarnen.
hic quæſtio.3. concludit, quòd non,ea ratione,
quòd ſat ſit beneficiato prouiſio ordinarii pro
titulo,remittens ſe ad ea,quæ in præcedenti quæ
ſtion. dixerat. Ego uerò ex mente Sarnenſ. re-
ſponderem quæſitum iſtud dupliciter intelligi
poſſe, uno modo, quòd ordinarius prouiderit
in curia, & expedita, ſeu ſignata ſit eius ſuppli-
catio,an neceſſariæ ſint literæ eiuſdem ordinarii
ſuper illa ſupplicatione. Altero modo, quòd
ſupplicatio per eundem ſimiliter ſignata fuerit,
an requiratur bulla Apoſtolica ſuper dicta gra-
tia ordinarii? in utroque caſu opinioni negati-
uæ adhærerem, neutri enim iſtorum caſuum uer
ba regulæ conueniunt, ergo nec eius diſpoſitio
ad l.dies cautioni.§.toties.uerſic.cæterum ſi non
ſit,ubi etiam glo.& ultra alios adhoc ibi no. Bar.
ff.de dam.infect.l.ita autem.in prin.& ibi Barto.
ff.de adm.tut.c.indemnitatibus.§.penult. de ele
ctio. libr.6. quòd autem primo membro uerba,
immo etiam intentio regulæ non conueniant,
probatum fuit in præceden. proxima quæſtion.
dum ponderaui uerba præfationis regulæ, quæ
ſolum reſpiciunt,& concernunt gratiam Apoſto
licam, quæ ante confectionem literarum infor-
mis habetur, de gratia autem ordinariorum
uerbum nullum, illa igitur in regula non com-

prehēſa, remanebit in diſpoſitione iuris commu nis tanquam caſus omiſſus. ad l. commodiſsimè. ff. de libe. & poſthum. l. ſi cum dotem. in princ. ff. ſolu. matrim. c. ſuſceptum. de reſcrip. lib. 6. Bal. in l. ſi mater. ff. de inſti & ſubſti. ſub con. fac. Abb. in c. mandatum. de reſcrip. colum. pen. uerſi. item ſecundum D Anto. & ꝙ etiam ſecundo membro non conueniant, patet, quia cum in præfatione præmiſerit Papa gratias Apoſtolicas ante confectionem literarum eſſe informes, & ſic de gratiis Apoſtolicis, & de literis Apoſtolicis intellexerit, dum ſubdit non iuxta ſupplicationum ſignatarum, facienda eſt interpretatio de ſupplicationibus, ſuper gratiis Apoſtolicis, & ſic ipſę ſupplicationes etiam Apoſtolicæ erunt, dum poſtea dicitur, ſed iuxta literarum ſuper eiſdem, &c. & in 2. par. ibi, & ſi literæ ipſæ, &c. de eiſdem literis Apoſtolicis ſuper ſupplicationibus apoſtolicis confectis, debet fieri interpretatio. ex præmiſsis ponderationibus ſequitur, quòd tota regula neceſſariò reſtringenda eſt ad ſupplicationes Apoſtolicas, & ad literas ſimiliter Apoſtolicas, ſuper eiſdem ſupplicationibus Apoſtolicia, non autem ſuper aliis confectas, præſertim ne ſequatur abſonus intellectus, & ad euitandum contrarietates, utquè priora inferioribus, ac inferiora prioribus correſpondeant. Accedit quòd anomalum, & inſolitum eſſet, quòd ſuper conceſsionibus ab ordinariis factis, bullæ a cancellaria expedirentur, miror què quòd Sarnenſ. per tot annos in curia Romana, imò in ipſa Rota practicus in præceden. q. nu. 3. ſuppoſuerit ſecundum aliquē regulæ huius intellectum debere ſupplicationes ordinariorum ad curiam pro expeditione bullarum tranſmitti, dum ibi dicit, quòd ſi aliter quā ipſe teneat ſentiremus, quòd reſultaret iſta ſeruitus, & magnum diſpendium. quòd ultramontani tenerentur mittere ſupplicationes ad curiam pro expeditione bullarum: imò hoc nunquam ſe quereretur, etiam ſecundum quamcunque regulæ interpretationem, interpretatio enim fieri debet iuxta ea, quæ ſunt moris, & conſuetudinis. ad l. quod ſi nolit. §. qui aſsidua. ff de edil. ædict. Inno. in c. olim. num. 2. ibi, & ea eſt ratio, de uerborum ſignifica. Abb. in cap. certificari. nume. 2. de ſepultu. Socin. conſi. 53. uiſo inſtrumento. nume. 8. uolum. 4. Dec. 441. præſens conſultatio. num. 12. & ſequen. immo non ſolum non expediuntur literæ in curia ſuper ſupplicationibus, ſeu prouiſionibus ordinariorum, uerum nec etiam ſuper
2 eis conceduntur † confirmationes, ea ratione, quòd ſufficiant prouiſiones ipſorum ordinariorum. cap. fin. cum glo. de confirm. util. uel inuti. D. Petr. Rebuff. in ſua praxi. dum de noua prouiſione tractat. nume. 21. & ſequen. pag. mihi. 147. ubi ſubdit, quòd ſuper prouiſionibus ordinariorum conceduntur ſolum gratiæ in forma, perinde ualere, ſeu nouæ prouiſionis. Verum Sarnenſ. tranſit ad maius; & utilius dubium, quærens, an
3 † epiſcopus in curia Romana prouidere poſsit, de beneficiis ſuæ diœceſis. Primo tenet partem affirmatiuam, demum uidetur adhærere cuidā practicæ, quæ ſe habet, ut Papa ab urbe abſente iſti conferant, præſente uero ſummo Pontifice exeant mœnia urbis, ad hoc ut ſint in aliena diœceſi. & Hier. Paui. in lib. dicto prouinciale. fol. 56. uerſi. an epiſcopus qui eſt in curia, poſt relationē aliquorum contrarium tenentiū ſubdit hæc uerba, uidelicet: Tamen communiter epiſcopi uadunt extra urbem ad conferendum, ad hoc, ut dicuntur eſſe in aliena diœceſi, ut practicatur. Præcedens opi. indiſtinctè tenenda eſt, quòd ordinarii in curia Romana Papa ſiue abſente, ſiue præſente conferre ualidè poſsint, & ultra adductos ibi per eum hoc tenuit Io. And. in c. ſi Apoſtolica. circa medium. de præben. lib. 6. facit Rot. 522. quidam Cardinalis. in prin. in anti. ubi ſupponitur quòd Cardinalis q. erat ordinarius, ſeu alias collator, ualide cōferre potuit in curia Romana, ſed dubitabatur propter reſeruationem, & alias ut ibi, nec dubitationi alicui fuiſſet locus, ſi collatio ordinarii in curia non fuiſſet ualida, idem tenet glo. antiquus ſuper regula, de concurrentib. ſuper beneficio. nu. 16. alias ſecundum ordinem antiquum. 5. col. 3. ante finem. dum loquitur de prouiſionibus, quæ fiunt præſentibus in curia, hanc opin. expreſsè etiam firmauit Ioan. Francis. Paui. præclarus olim Rotæ Auditor, in tractat. de offic. & poteſt. capi. ſede uacan. in 1. quæſt. 2. par. princ. num. 6. uerſic. & quia poteſtas conferendi beneficia, &c. Præpoſit. in cap. qui in aliquo, col. fina. 51. diſtin. Rebuff. in tract. Nominat. quæſt. 14. poſt num. 16. uerſicu. Immò poſſunt beneficia, & Ioan. de Sylu. in tract. beneficii par. 3. quæſtio. 59. circa medium, & ita ſæpiſsimè diuerſos ordinarios hic in urbe conferre beneficia uidi, eorumq; collationes pro ualidis habitæ fuerunt. Et ita in Rota concluſūm fuiſſe teſtatur Put. Dec. 169. incip. Quòd beneficii collatio.

SVMMARIVM.

1 *Regula hæc; an locum habeat quando agitur poſſeſſorio?*
2 *Supplicatio ſola ſufficit pro abſolutoria.*
3 *Supplicatio ſola pro poſſeſſore hodie non ſufficit.*
4 *Gratia Apoſtolica ante literarum expeditionem eſt informis.*
5 *Supplicatio habet quaſi tacitam conditionem ſi per Cancellariam tranſierit.*

TERTIO quæro cum D. Sarn. hic, an
1 † regula hæc locum habeat quando agitur poſſeſſorio? partem negatiuam tenuit hucuſque Rota in infinitis cauſis, & in terminis eſt Rota: Caſſa. 8. de reſti. ſpol. 4. de cau. poſſ. & prop. nu. 3. & 2. de re iudic. in quibus dec. plura adducuntur ad rē noſtram, quæ hic tranſplantare nolui, ibi. n.
2 uideri poſſunt, & ibi firmatur quòd † ſupplicatio ſola

tio ſola ſufficit, etiam pro abſolutoria, faciunt
etiam pro præmiſſis Dec. Caſſado. 1. in pluribus
cauſis, &. 35. utrum prouiſio, ſuper regulis & D.
Petr. Rebuff de paci. poſſeſ. numer. 51. pag. 311.
Samen. hic quæſtio. 5. & ſupra de impe. beneficia
uiuen. quæſtio. 5. circa medium, & alibi ſæpe Io.
Bap. Ferret. conſi. 15. pro fauore. num. 3. & ut uno
uerbo abſoluam, nulla concluſio eſt firmior apud
omnes in Rom. Cu. quàm iſta, uidelicet quòd ſo
la ſupplicatio pro poſſeſſore, & pro abſolutoria
ſufficiat. Qui igitur uellet contra firmiſſima Ro
tæ decreta, & a longiſſimo tempore uſque huc
obſeruata uenire, nullo modo audiendus eſſet,
mutanda enim non ſunt, quæ diu certam inter-
pretationem receperunt, ad. l. minimè. ff. de legi.
& l. quod ſi nolit. §. quia aſſidua. ff. de edili. edi. ue
rum ne iuniores decipiantur contrarium hodie
3 concludendum eſt, quòd imo ſola † ſupplicatio
pro poſſeſſore non ſufficiat, & hoc non ex hac re
gula, ſeu ex iure communi, uel doctorum aucto
ritate, ſeu ex noua huius regulæ declaratione, ſeu
potius ampliatione, uel extenſione, & ex noua
conſtitutione, ſeu extrauagante a ſæ. re. Iulio ter-
tio Pōtifice maximo, perpetuò ualitura, promul
gata & publicata, ſub die. 27. Maii. 1553. pont.
ſui anno. 4. quę emanauit contra retinentes bene
ficia literis ſuper retentionibus non expeditis.
Nec non contra quoſcunque, poſſeſſiones bene
ficiorum quorumcunque abſque literis appre-
hendentes, quæ conſtitutio habet decretum irri
tans, & clauſulas ampliſſimas, & potentes, ex cu
ius lectura clarè conſtabit, quòd propoſitum
quæſitum, ſiue ex ui præſentis noſtrę Regulę, uel
potius ex illius ampliatione, & diſpoſitione, in
partem affirmatiuam reſoluitur. cū igitur prius
haberemus pro opin. negatiua dominorum de
Rota, ac quorundam aliorum doctorum aucto-
ritatem, nunc autem in propriis terminis habea
mus caſum legis, non eſt ulterius dubietari, ſeu
diſputationi locus ad l. illam. C. de collatio. l. an-
cillæ. ubi Bald. & alii. C. de fur. Corn. conſil. 109.
uiſo infraſcripto. in ſi lib. 1. imò etiam ante hanc
nouam conſtitutionem promulgatam, Ratio no
ſtræ Regulæ hic ſcripta, erat adeo generalis, ut
etiam caſum propoſitum comprehendere uide-
4 retur, ſi enim † gratia Apoſtolica ante literarum
expeditionem eſt informis ut hic in præfa. & per
Oldrad. in conſi. 324. num. 5. Bald. in. cap. 1. in. 2.
colum. per quos fiat inueſtitura, ubi quòd gratia
Papæ non dicitur perfecta niſi reducatur in mun
dum per confectionem literarum. Rot. 458. num.
5. uerſic. ſed quia gratia facta per principem an
te confectas literas eſt quædam res informis, &
imperfecta &c. in no. Nic. Mil. in reper. in uer. gra
tia Apoſtolica non cenſetur perfecta. colum. 4.
prouin. fol. 33. uerſic. gratia ante confectionem
literarum eſt informis. Bartho. Caſſen. conſil. 10.
uiſo proceſſu. num. 22. Et quod gratia principis
ſcripturam exigat, uoluit poſt Bald. & Gemini.
Matthe. de Afflic. Deci. Neapo. 243. Nardus nu.
4. Abb in c. ex diligenti. ult. nota. de ſimo. Samen.
in tracta. expectatiuarum nume. 17. uerſic. ex quo
ſequitur iſte magnus effectus &c. quomodo ea ſe
poſſeſſor, uel alius iuuari, uel tueri poterat? Imò
ex præmiſſis & ex iis, quę apertius notauit Aegi.
Belleme. conſil. 24. ſuppoſito ſtatuto. col. 6. in fin.
& col. ſeq. in princ. dum ad primum dubium re-
5 ſpondet † ſupplicatio habet quaſi tacitam con-
ditionem, uidelicet ſi per cancellariam tranſie-
rit, quaſi conceſſio ſit conditionalis, & antea di-
xerat quòd Papa pro literis expediēdis, deputat
certas perſonas, quib. certas regulas dat, contra
uel præter quas literæ expeditæ eſſent nullę &c. &
per eundem Belleme. Dec. 609. impetrans bene-
ficium. & licet iſte caſus in Regula ſpecificatus
non eſſet, quia tamen ratio (ut præmiſi) hic ſcri
pta eſt, ex ea ad quemlibet caſum inferre poſſu-
mus, uirtute comprehenſiua, non extenſiua, ad.
l. iis ſolis. §. de cæteris, ibi, etiam tacitè cautum
putamus. C. de reuo. donatio. quem text ad hoc
pro nota. ponderat Bald. in auten. quas actiones
col. 2. uerſic. Sed ego dico. C. de ſacro. eccle. & ſu-
per rub. C. de nauti. fœno. & Calderi. conſil. 1. an
capitulum. in prin. ut lit. pen. Iaſ. in. l. a titio in. 3.
& ult. nota. ff de uer. obli. Et idem quòd conſtitu
tio noua de qua ſupra, quantum ad propoſitum
quæſitum, uoluit uir ſummę auctoritatis, & Ro-
tæ preclarus Auditor, Felin. in. c. ueniens. colum.
2. nu. 3. uerſ. & adde ꝙ intrans poſſeſſionem bene
ficii non leuatis bullis, perdit omne ius, non ob-
ſtāte ſignatura, de accuſa. idem etiam uoluit Bar-
thol. Caſſan. conſi. 10. uiſis proceſſu. uerſi. quo ad
aliud ſecundum dubium. nu. 13. cum plurib. ſeq.
numero 24. iſtud expreſsè concludit, & pro præ-
dictis pondero textum in l. final. uerſicul. Sed
ſciat is, qui ſine ſacro reſcripto ad eandem mi-
litiam peruenire auſus fuerit, non ſolum ea ſe
priuari, &c. C. de officio magiſtr. officio. Con-
cludo igitur, quòd hodie ſola ſupplicatio pro
poſſeſſore non ſufficit, reliqua dictam nouam
conſtitutionem concernentia tractabo, dum ſu-
per illa ſcribam, quo ad enim fieri poteſt curo ne
materias tranſplantem, ne ve indumenta unius
regulæ alteri tribuam.

SVMMARIVM.

1 *Regula hæc, an in gratia reualidatoria, ſeu, perinde ua-
lere, procedat.*
2 *Reualidatoria, ſeu reformatoria gratia, an eaſdem qua
litates, quas prima requirat.*
3 *Nullam fidem faciant, propoſitio eſt uniuerſalis ne-
gatiua.*
4 *Aliquis, dictio, diſtributiua eſt diuerſitatem ſuppo-
nens.*
5 *Aliquis, dictio, cui termino adiecta facit, de quocun-
cunque minimo intelligi.*

Quarto

1 QVARTO quæro, an † regula hæc procedat in gratia reualidatoria, ſeu perinde ualere, ut videlicet in eis expeditio requiratur, ſicut in principali gratia? Sarnenſ. hic quæſt. 7. hunc articulum ad partes diſputat, tandem concludit pro parte affirmatiua, limitando tamen ut ibi, pro cognitione iſtorum terminorum, Reualidatoriæ, & perinde ualere, & quare impetrentur, & quid operētur, Iuniores uidere poterunt ea, quæ ſcripſi ſupra in 1. quæſt. 10. Regulæ per totam, & pro iis,
2 quæ tradit hic Sarnen. num. 4. & 5. an † reualidatoria, confirmatoria, ſeu reformatoria gratia requirat eaſdem qoalitates, quas prima, ſeu principalis gratia, uideantur tradi. per Caſſadu. deciſ. 35. ne tum prouiſio ſuper regulis, & per eundem Sarnen. ſupra in 7. quæſtio. Regulæ de idiomate, per Dom. Pet. Rebuff. in praxi beneficiaria, de reſcripto etiam, & perinde ualere. nume. 45. uſque ad num. 53. pag. 241. & ſeq. uideantur etiam quæ adduxi ſupra in 9. q. nu. 8. & 9. ſuper regula 22. de unionibus: mihi ſatis placent limitationes de quibus per Caſſadu. & Sarnen. ubi ſupra. Verum hodie ſtante noua conſtitutione Iulii III. quæ etiam eo extincto durat, de qua locutus ſum ſupra in prima præcedenti quæſtione, omnes diſtinctiones, & limitationes prædictæ, & quæ dari poſſent, uidentur ſubuerti, & tolli, text. enim præfatę conſtitutionis ante finem. itâ cantat, uidelicet, Quodque de cætero ſupplicationes etiam manu noſtra, & motu proprio ſignatæ (niſi habuerint clauſulam, quòd earum ſola ſignatura ſufficiat) nullam aliam, quâm per literarum ſuper illis conficiendarum fidem, aut probationem faciant, ſeu præſtent, nec ulla eis in aliquo alio caſu, fides adhibeatur, aut adhiberi poſſit. Decernens, &c. iſta uerba generalia, & uniuerſalia uidentur, quamcunque probationem per ſupplicationes faciendam excludere,
3 uerba enim illa, uidelicet, ſupplicationes † nullam fidem faciant, conſtituunt propoſitionem uniuerſaliter negatiuam, uniuerſaliterque in uniuerſali non ineſſe enunciant, prout docet philoſophus in libro, de interpretatione ſectio. 2. in principio. dum de propoſitionibus ex ſubiecto tantum, & prædicato compoſitis tractare incipit, de quo habemus text. optimum in l. ſi is qui ducenta. §. utrum. uerſic. id accidit, quia ſignificatio ſumitur ex vniuerſo. in quo ſi aliquid falſum eſt, totam orationem falſam efficit. ff. de reb. dub. & per glo. in clem. ut hi qui, in uer. nullo modo, de æta. & quali. quam adhoc dicit eſſe notā. Abb. in c. qualiter. 2. nu. 18. uer. ſed contra hoc, de accuſ. Inſuper illa uerba, uidelicet: Nec ulla eis in aliquo alio caſu fides adhibeatur, aut adhiberi poſſit. deſignant etiam conſtitutionem illam comprehendere caſus diuerſos ab expreſſis, di-
4 ctio enim † aliquis diſtributiua eſt, diuerſitatē ſupponens. glo. no. in clem. 1. §. ad hoc. in uer. incerta. poſt medium, ibi cum illud in aliquo &c. de præben. cum qua tranſit ibi Cardi. quæſtio. 8. num. 9. & ſic ſub illa conſtitutione caſus diuerſi comprehēduntur. Rot. 216. uoluerunt inno. poſt prin. Feli. in. c. in noſtra. corre. 24 nume. 23. de re-
5 ſcr. Imò iſta dictio † aliquis, adiecta alicui termino facit de quocunque minimo intelligi. l. ſi ſeruum. §. prætor ait. ubi Bart. ff. de acqu. here. c. 2. de fi. inſtrum. ibi Alicuius firmitatis. gl. ſingu. in clem. 1. in uer. aut earum parte. quæ interpretatur de quacunque minima particula. de ſo. cō. pe. Bal. in. l. 1. colum. penul. uerſic. ſecundo quæro ibi, nam iſta dictio partem aliquam, uerificatur in qualibet particula etiam minima. C. de inoffi. dona. l. cum qui. cum his quę ponderat ibi Iaſ. nu. 2. uerſic. 3. pondera. ff. de iuriſ. om. iudi. Imol. in. l. plures. ff. de dam. infe. Abb. in. c. paſtoralis. poſt num. 9. & Fel. num. 8. vbi quòd licet partis appellatione ueniat dimidia: fallit ſi dicatur parte aliqua, de offic. dele. Card. Alex. in. cap. 1. de alie. feu. in 9. quæſt. Socin. conſil. 215. uiſa. ante nu. 5. lib. 2. Iaſ. in l. poſt. nu. 7. C. de pact. Bald. in c. 1. §. cum autem, de contro. inue. l. legitima. ff. de pact. iun. iis, quæ nu. ibi Iaſo. num. 7. col. 3. uerſicu. ſecundo pondera tex. ponderat enim ibi, quòd. l. illa non dixit ſimpliciter, lege, ſed addidit aliqua, unde operatur, quod terminus præcedens, puta ibi, lege, ſumatur largè, ut quancunque legem comprehendat, ut ibi per eum. Dec. conſ. 373. uiſo. nu. 4. & ſeq. ubi ſubdit, quòd idem operantur uerba, quoquomodo. & in l. cum quid. nu. 1. ff. ſi cer. pe. Rebuf. ſuper concord. rub. de reg. ad præla. nomi. in principio. in uer. in aliquo. & in compen. Alienare. eccle. num. 58. in uer. quicquam. Aug. Bero. in c. Rainutius. num. 135. de teſta. Idem etiam ſi terminus immediatè ſubſequatur, propter identitatem rationis. Applicando igitur ad rem noſtram, ubi conſtitutio dicit, nec aliquo caſu, includet omnem caſum quicunque ſit, tanto magis propter præcedentia uniuerſalia verba negatiua, nec ulla fides, adhibeatur: ut ſenſus ſit, quòd tā in caſibus expreſſis, quâm non expreſſis quibuſcunque, ſupplicationes ſolæ nullam penitus fidem faciant. Sequitur igitur, quòd ſiue ſit ſupplicatio reualidatoria, ſiue, perinde ualere, ſiue quęuis alia nulla penitus habita diſtinctione, excluſa reperitur per hanc nouam conſtitutionem, ab omni probatione.

S V M M A R I V M.

1 *Regula hæc de iudicibus loquens, an in arbitris locum habeat?*
2 *Iudices, & arbitri pro diuerſis ponuntur.*
3 *Argumentum ab eo, quod legiſlator, uel alius interrogatus uerisimiliter reſpondiſſet.*
4 *Iudicum appellatione arbitros uenire.*
5 *Dictio, alius, quando terminus uniuerſalis ei adijcitur, diuerſitatem, & uniuerſalitatem deſignat.*
6 *Arbitri non poſſunt ſuper beneficijs eccleſiaſticis cognoſcere.*

Com-

7 *Compromitti poſſunt cauſæ beneficiales, & ſpirituales.*
8 *Compromitti poſſunt cauſæ ſpirituales in ordinarios.*
9 *Ordinarius de iure ciuili poteſt eſſe arbitrator, ſed non arbiter.*
10 *Cauſæ ſpirituales in delegatos compromitti poſſunt.*
11 *Arbitri, & arbitratores ſuper ſpiritualibus quicunque eſſe poſſunt de licentia, uel auctoritate ſuperioris.*
12 *Laicus poteſt eſſe arbiter ſuper ſpiritualibus auctoritate Papæ.*
13 *Laicus ſolus abſque alicuius auctoritate ſuper ſpiritualibus arbitrator eſſe poteſt.*

1 QVINTO quæro † an Regula hæc de
iudicibus loquens, in arbitris locum
habeat? Pro parte negatiua facit tex.
in.l.a diuo pio, in princ.ff.de re iu-
di.ubi iudices, & arbitri pro diuer-
ſis ponuntur, quod oſtendit dictio, uel, quæ in-
ter diuerſa ponitur, diuerſitatemque inducit.
Bar.in.l.is qui ducenta.§.utrum.in.6.oppo.ff.de
reb.dub.l.filiæ,& ibi Bald.in.1.oppo.C.de colla-
tio.cle.1.de iudi,& ibi no.Cardi.in.9.nota.num.
2 7.& quòd † iudices, & arbitri pro diuerſis po-
nantur probat text.in.l.fi.C.de iudi.capitu.cum
dilectus,de arbi.& iſtud oſtendit etiam diuerſi-
tas rubricarum, & titulorum tam.ff.quàm.C.&
alibi, ubi pro diuerſis,& ſeparatis ponuntur rub.
de arbit.& rub.de iudi.& quòd ſint diuerſi con-
cludit Alex.conſil.34.uiſo themate,colum.2.nu.
2.uolum.1.neque igitur poſt principium Regu-
læ, ibi quòd iudices in Ro.cu.&c.interpretatio
fieri poterit, quòd iudicum appellatione arbi-
tri comprehendantur.ad ſupra deducta, neque
etiam poſtea,ibi uel quicunq; alii &c.uenient ar
bitri, ſed ſolum iudices, prout ponderat Alex.
ubi ſupra,quòd illa uerba (alius iudex) implicãt
de ſimili, non autem de arbitro, & in quibus ar-
bitrium a ſententia differat, latè proſequitur
Specu.de arbi.& arbitra.§.differt autem arbi-
trium a iudicio. Do.Sam.hic quæſt.8.diſtinguit:
Aut loquimur de arbitris datis a Papa,uel a po-
teſtatem habente, cum facultate cognoſcendi,
beneficium adiudicandi &c.& in iſtis locum ha-
beat, ex quo tales ſunt ſicut arbitri iuris,qui iu-
dices delegati appellantur, ut ibi per ipſum, in
aliis autem arbitris, & arbitratoribus Regula lo
cum non habeat. Ego uerò indiſtinctè teneo, q
Regula in quibuſcunque arbitris, tam iuris quã
compromiſſariis, quàm etiam arbitratoribus lo
cum ſibi uendicet, quod probabo ſeptem funda
mentis. Primum ſit, rubrica ubi orationem omni
no perfectam habet, pro deciſione cauſarum al-
legari poteſt, prout allegamus rubricam.C.ne li
ceat tertio prouo C.ne fideiuſſo. dotium den.&
ſimiles. Alex.& alii in.l.1.ff.ſi cer.peta. Pariſ.conſ.
53.D.Hieronymus num.95.& conſi.81.in præſen
ti.colum.2.num.3.uolum.3.Rubrica huius Regu
læ orationem perfectam habet, cum dicat, non
iudicetur iuxta formam ſupplicationum, ſed li-
terarum expeditarum, & generalis eſt, ipſa quo
ſcunque comprehendere, non magis ergo ad iu
dices, quam arbitros reſtringi debet. Secundo
ratio proheimii huius Regulæ, a qua licet argue-
re, ad.l.fi.& ibi Bartol.ff.de here.inſti.id eſt genera-
lis, & ſic non magis iudices, quam arbitros re-
ſpicit, ex qua ratione ſcripta, ad quoſcunque
caſus arguere poſſumus, etiam non expreſſos,
quo caſu non dicitur extenſio, ſed comprehen-
ſio, quaſi tacitè ſit cautum.l. iis ſolis.§.de cete-
ris.C.de reuo.dona. Bald.in authen.quas actio-
nes,colum.2.uerſic.Sed ego dico &c.C.de ſacro.
eccle. Tertio arguo a fortiori.Auten.multo magis
C.de ſacro.eccle.c.cum in cunctis.de electio.ſi iu
dices ordinarii, & delegati Ro.cu.inter quos e-
tiam connumerantur Rotæ Auditores,qui (iuxta
illud Ariſtotelis) oculis linceis ultra montes ui-
dent, & bene ultra montes, ſanum enim eorum
iudicium, & auctoritas ultra eos ſe extendunt;
& ii ſunt qui iudicant duodecim tribus, coarctã-
tur hic, ne iudicent iuxta formam ſupplicatio-
num, qui tamen uerìſimiliter perfectè ſciunt
quorſum qualibet clauſula in ſupplicationibus
appoſita tendat, quid operetur, & quomodo ex
tendi poſſit, ſeu debeat, quanto magis arbitri,
& arbitratores prohibiti cenſeri debent, ne iux-
ta formam ſupplicationum iudicent? quibus e-
tiam magis informis, & imperfecta ſupplicatio
uideri debet, quàm D. Rotæ Auditoribus qui pe
ritiſſimis legem dant, & ad quos, eorumque ar
bitria, iudices urbis, & orbis, arbitri,& arbitra-
tores, ac quicunque ſint, etiam ſponte con-
ſtituunt, & recurſum habent? a fortiori igitur ab-
ſtinere debent arbitri, & arbitratores a pronun-
ciando, uigore ſupplicationum, qui plerunque
non ſolum clauſulas quomodo extendi poſſint,
ſeu debeant non percipient, imò ſæpe non ſolum
accidentia, & qualitates ipſarum ſupplicatio-
num, uerum & ſubſtantias ipſas ignorabunt.
Ex proximè dictis defendi poterit illud argumẽ-
tum a fortiori gloſatoris hic, de quo loquutus
ſum ſupra in.1.quæſt.poſt prin.ſenſiſſe enim ui-
detur, quòd hæc Regula magis extra curiam,
quam in curia locum habere debeat: ratio enim
aſſignari poteſt, quia maius periculum eſſet, ſi
iudices de partibus iudicarent iuxta formã ſup-
plicationum, quas ut plurimum non intelligũt,
imò (eorum pace ſit dictum) communiter earũ
clauſulas, ſeu abbreuiaturas legere, & proferre
neſciunt, quàm ſi Iudices de curia iuxta eas, an-
te illarumque extenſionem ad debitam formam,
causas decidant. Quarto ualidum eſt † argumen 3
tum ab eo quod legiſlator, uel alius interogatus
uerìſimiliter reſpondiſſet. Philoſo.in.5.lib. Aethi
co.cap.10.ibi ut ea parte qua legiſlator omiſit,
atque peccauit, abſolutè locutus emendetur de
fectus, quod & ipſe legiſlator ſi id eſſet, hoc mo-
do dixiſſet, & ſi ſciuiſſet iubentem legem tuliſſet
&c.l.Titius.§.lucius.ff.de lib. & poſtu.gloſſ.fi.in.
l.taſe pactum.quam ibi no.Bal.extendens ad om
nem materiam.ff.de pact. Deci.conſil.89. uiſo
puncto

punĉto colum.2.poſt medium uerſic.& uoluntas
teſtatoris. ſed ſi ſummus Pontifex in promulga-
tione huius regulæ interrógatus fuiſſet an uellet
arbitros, & arbitratores, ab hac Regula immu-
nes eſſe, ueriſimiliter in partem negatiuam re-
ſponſum dediſſet, & forſan id etiam expreſsius
ſtatuiſſet, natura autem æqui & boni (uti ſubdit
Ariſto. ubi ſupra) hæc eſt, emendatio legis ea ex
4 parte, qua deficit &c. Quinto † iudicum appella
tione (ſaltem lato ſumpto uocabulo) ueniunt
etiam arbitri, eſt tex.in.cap.2 iudicibus.2.quæſt.
6.per Abb.in conſil.13.quia quinque.colum.2.
nume.5.uerſic.hinc eſt quòd largo.uolum.2.& in
quibus arbitria, & iudicia conueniant, ſeu confor
mia ſint, declarat, ut dixi, Specu.in titu.de ar-
bitro, & arbitratore.§.differt, uerſic.porrò quæ-
dam etiam. nume.12.& ſeq.& Roma.in.l.1.ff. de
arbi.& poteſtas arbitrorum, ſicut delegatorum
morte expirat unius.c.uno delegatorum.de offi.
dele.& ex illo text.colligitur quòd inter delega-
tum, & arbitrum eſt magna ſimilitudo, prout e-
tiam per Bald.in.l.1.C.de excep.rei iudi.Ludo.
Roman.ſyn.189.quæro an.l.ſi debitori &c.ubi in
alio caſu iſtos parificat. cum autem Regula hæc
iuxta Sarnen.opin.quæſt.1.ſit fauorabilis im o e-
tiam ſecundum eundem quæſti.9 ante numer.3.
tendat ad fauorem animæ, debet fieri latisſima
interpretatio, quo caſu arbitri iudicum appel-
latione uenient. Sexto ponderando uerba Re-
gulæ ibi, uel quicunque alii, iunĉtis uerbis, iudi
care debeant, colligitur quòd Regula interpre-
tanda ſit etiam de arbitris quibuſcunque, ſeu in-
5 diſtinĉtè, nam † dictioni, alius, quando adiicitur
terminus uniuerſalis ut hic, quicunque alii, non
ſimilia tantum, ſed & diuerſa, ac generalitatem,
& uniuerſalitatem deſignat, comprehẽdẽdo etiã
maiora expreſsis.clem.1.de re.iudi.in princ.ibi
uel alia quauis cauſa, iun.glo.in uer.quauis, quæ
generaliter exponit, quod illa uerba includant
etiam cauſas ſpirituales, criminales &c. & ibi
Imol.colum.2.uerſic.& no.bene ex glo.cle.1.cum
gloſſ.id uer.quouiſmodo. de reb.eccle.non alie.
Rot.612.ſi Papa.in anti.ubi de clauſula quouis
alio modo. Alex. conſil.30.ponderatis, nume.14.
uerſicul.ſed in dicta conceſsione, uolum.5. And.
Barba.conſi.34.præclarè optimus.colum.4.num.
22.uerſic.& mihi uidetur.lib.2.Feli. in tracta.lit.
Apoſto.contra patro.in.4.amplia.verſic.ſed pro-
fecto. & illa uerba, iudicare debeant, non eſt du
bium quòd non ſolum conueniant iudicibus,
ſed etiam arbitris, & arbitratoribus. Septimo &
ultimo quatenus præmiſſa argumenta non ſuffi-
cerent, dubium propoſitum hodie ceſſare omni
no uidetur, per conſtitutionem nouam a ſę.re.
Iulio III. Pont.maximo promulgatam, de qua
in præcedentibus quæſtionibus, illa enim uerba,
uidelicet, nec ulla eis in aliquo alio caſu fides
adhibeatur, quæ ponderaui ſupra quæſtio.4.con
cludunt indiſtinctè fidem ſupplicationibus non
eſſe dandam, & ſic abſque dubio comprehendũt
etiam caſum propoſitum. Verum prædictis ob-
ſtare uidetur, quòd uerba, ſeu potius mens regu
læ non uidentur conuenire arbitris, & arbitratori
6 bus, ex alio, quod eſt, quia † arbitri non poſſunt
cognoſcere, & decidere ſuper beneficijs eccleſia-
ſticis, beneficiaque eccleſiaſtica adiudicare, ad
Collecta.in cap.forus.in 4.colum.uerſi.ſed quod
de antiquo, de uerbo.ſignifi.Hoſtien.in ſum.in ti.
de arbit.§.de qua re. uerſicu. item prohibetur in
matrimoniali. Specula. in tit.de arbitro, & arbi-
tratore.§.teſtat.nume.2.uerſicu. Item de ſenten-
tia excommunicationis, uel alio iure ſpirituali,
uel etiam alio, in quo periculum animæ uertitur,
nõ uidetur, quòd poſsit in aliquem tanquam in
arbitrum cõpromitti, ne pateat uia ingreſſui ad
ſpiritualia uitioſo, &c. ſequitur Lanfran.de Oria.
in tracta.de arb.par.4.num.7.uerſicu.Idem tenet
Hoſtien. idem etiam ſentit Lap.alleg.54.quidam
coram iudice.colum.1.uerſic.nec uenire potuiſ-
ſe cum de cauſa ſpirituali, & uſuraria fieri nõ poſ
ſit compromiſſum, & maximè in laicos, & ſic ſup
ponit, quod nec etiam in clericos. Ad proximè
in contrarium ponderata tripliciter reſpondeo.
7 Primo, quòd immo de iure † compromitti poſ-
ſunt cauſæ beneficiales, ſeu ſpirituales, eſt text.in
c.non ſine. de arbit. ubi compromiſſum factum
fuit ſuper beneficio in duos clericos, uerũ quia
arbitrium, ſeu arbitramentum, continebat pactũ
illicitum, nullum eſſe decernitur, ſupponitur er-
go quòd aliàs tenuiſſet, ſi illud pactum illicitum
non interueniſſet. eſt tex.in c.cum contingit. rel
arguendo a ſpeciali, ad l. quod uerò.& l. ius ſin-
gulare.ff.de legi.c.præſente.§.loca.& ibi glo. quæ
ad hoc notabilis reputatur, de præben.lib.6.ſi igi
tur ſpeciale eſt in prællеg. cap. contingit, quòd
laici non poſſint eſſe compromiſſarii in ſpiritua
libus, in alijs ius commune, ſeu ordinarium ali-
ter diſponit. Inſuper argui poteſt ab excluſione
vnius, ad uulgar.l.cum prætor.ff. de iudi. ſi enim
laici prohibentur, ergo clericis permittitur, eſt ẽt
tex.in cap.cum inter canonicos Saonenſes, de ele
ctio.hoc idem firmat Gofred. in ti. de arbit.§.po-
teſt.in prin. Secundo reſponderi poteſt, quòd re
gula quantum ad arbitros attinet conuenire poſ
ſet omnibus arbitris, ſeu arbitratoribus, exiſten-
8 tibus iudicibus ordinariis, uel delegatis, † com-
promitti enim poſſunt cauſæ beneficiales, ſeu a-
liàs ſpirituales in ordinarios. c. cauſam quæ. de
electio.cap. ex parte.& c.cum tempore.iunct.gl.
1.in princi. vbi de compromiſſo in ordinarium.
9 de arbit.& licet de iure ciuili † ordinarius poſ-
ſit eſſe arbitrator, ſed non arbiter.authent. ſi ve
rò contigerit.iuncta glo. in uer. compoſitionem.
C.de iudi.l.ſed & ſi in ſeruum.§.ſiquis iudex.iun
cta gloſ.magna. circa medium.uerſicu.tu dic, q̃
non corrigitur.ff.de arbit.Bald.in l.ſi quis ex con
ſenſu.in prima not. & ibi, Sal.C.de epiſcop. aud.
quæſt.delphi.Guid.Papæ.69.licet forte. De iure
tamen canonico abſolutum eſt, quòd in ordina-
rios compromitti poteſt, etiam tanquam in arbi
tros,

tros, ad ſupra deducta, & per Inno.in.c.ex par-
te.circ.fi.in ſua gloſſ.cognoſcere.de arb.Specula.
in titu.de arbitro,& arbitratore.§. poteſt.nume.
6.uerſic.ſed nunquid in ordinarium.Ange.in.l.c.
§.& poſt operis.ff.de no.ope.nunci.Bart.in præ-
alle.l.ſed ſi ſeruum.§.ſi quis iudex.ff.de arbi.Lan
fran.in tracta.de arbi.par.2.num.14.uerſicul.de
iure tamen canonico. Quantum uerò ad dele-
10 gatos attinet, † quòd in eos compromitti poſ-
ſit etiam ſuper ſpiritualibus, probat text.in.cap.
cum olim. de arbi.capit.literas. iun.gl. 1.de præ
ſum.cap.niſi eſſent.de præben.glo.1.in cap.cum
tempore, de arbi. Specul.eo.titu.§.poteſt. ante
num.6.uerſic.in iudicem autem delegatum. Ter
tio, reſpondere poſſumus, quòd noſtrum quæſi
11 tum uerificari poterit in † omnibus arbitris, &
arbitratoribus concurrente licentia, ſeu auctori
tate ſuperioris.c.per tuas, & gloſ.in.c.contingit.
circa medium, de arbi.Hoſtienſ.in ſum.eo.§.de
qua re.uerſic.Item prohibetur in matrimoniali,
ibi, quia non eſt multum ſecurum, niſi per Pa-
pam confirmetur. & Spec.de arbitro & arbitrato
re.§.poteſt. num.5.præalle.quæſt.delphi.69.poſt
medium uerſicul.nam de re ſpirituali non poteſt
in iudicem &c.Lanfran.in tractat.de arbitri.par.
2.num.24.uerſic reſpondeo, quòd ſic de aucto-
12 ritate Papæ &c.ubi etiam † laicus poteſt eſſe ar-
biter auctoritate Papæ ſuper re ſpirituali. Gemi-
ni.in.can.legitima.colum.3.uerſic.in ea gloſſ.ibi
13 laici.de appel.quibus etiam addo, quòd † lai-
cus ſolus ſuper re ſpirituali, ſine alicuius licen-
tia, uel auctoritate poteſt eſſe arbitrator, prout
uoluit Pet.de Ancha.conſil.98.iſtam quæſtionem
dubiam facit. quem ſequitur Ludo.Roma.conſ.
173.pro deciſione, qui latius & firmius loquitur,
& in hoc magis clare quàm quiuis alius, de conſ.
Anchara.mentionem faciens licet numerum nō
citet. Idem Roma.conſil.299.in propoſita num.
4.Hanc opin.communem teſtantur Dom.meus
in.c.2.num.2.uerſic.ſed breuiter.de iudi.& Grat.
reſpon.87.in præſenti. num.10.lib.1.

SVMMARIVM.

1 *Regulæ huic an ſit locus in caſu, in quo gratia Papæ deperdita eſt, & eius tenor probatur.*
2 *Sumptum ſupplicationis ex regeſtro fidem non facit.*
3 *Sumptum bullę plenè probat.*
4 *Sumptum bullæ, ſeu ſupplicationis extra Ro.Cu.non probat.*
5 *Bullæ deperditæ an probatio per teſtes, & quomodo fieri poſſit.*
6 *Probationum facultas anguſtanda non eſt.*

1 SExto quæro † nunquid in caſu, in
quo gratia Papę deperdita eſt, & e-
ius tenor probatur, ſit locus huic Re
gulæ? D.Sarnen.hic quæſtio.13.ſicco
pede pertranſit, inclinando in par-
tem negatiuam. Ego uerò ut iuniores, quibus
ſcribo, ex quæſito D.Sarnenſ.& meo, aliquem
fructum colligant, præſens dubium in plura diui
dam diſtinguendo ut infra. Aut igitur ſupplica
tio porrecta. ſufficienter ſignata, antequam ſit
regiſtrata, deperdita eſt, & tunc probatio, quòd
gratia ſit conceſſa, & deperdita ſit, non plus o-
peraretur, quàm ſi ſupplicatio ipſa producere-
tur, uerum quia ſupplicatio fidem non faceret,
nec etiam iſta probatio ſupplicationis conceſſę,
ſeu gratiæ factæ, illiuſque tenoris, quæ eſt ſubro
gata in locum ipſius probationis faciendæ per
ſupplicationem. Quod autem dicitur, ſeu iudi-
catur de probatione facienda per ſupplicatio-
nem, dici, & iudicari debet de ſubrogato, in lo
cum illius probationis, in quacunque materia,
etiam exorbitanti, ad.l.is qui in poteſtate.§.fi.ff.
de bono.poſſeſ.con.tabu.l.libertum.ff.de ri.nup.
ubi ſicut tutor prohibetur pupillam in uxorem
ducere, ita & heres tutoris, etiam extraneus, qui
ſubrogatur in locum prohibiti.l.hæreditatis ap
pellatione la.2.ff.de uer.ſign.Iaſ.in.l.1.§.bonorũ
colum.1.num.5.&.6 in.2.lectu.ff.ad trebel. In ca
ſu præmiſſo ne impetrans eius gratia fruſtretur,
cautela eſſet, facta fide Datario, uel aliis, aliam
ſupplicationem ſignandam porrigere, in qua
poſſet apponi eadem data, quæ erat in prima,
ſi de ea fides fieret, uel Datarius memoria retine
ret, & ſuper tali noua ſupplicatione ſignata, lite
ræ expediendæ eſſent, iuxta formam quarum po
ſtea iudicaretur. Aut ſupplicatio eſt deperdita
poſtquam regiſtrata fuit, & tunc ad effectum li-
teras expediendi, ſumatur ſumptum a regiſtro
ſupplicationum, quod ad iſtum effectum datur
apertum, aliàs uero apud Rotam, ſeu alios iudi
ces producendum datur, ſeu ſumi debet clauſũ,
ſed utroque caſu cum quibuſdam ſubſcriptioni-
bus officialium, ac ſigillo munitum: bullæ igi-
tur ſuper iſto ſumpto ſupplicationis expedien-
dæ, a D.Auditoribus Rotæ, & aliis fides dabi-
tur, non autem ipſi ſumpto ſupplicationis, quia
nec daretur ipſi ſupplicationi. nec credat quis
me contrarium dixiſſe, cum nunc aſſeram ſum-
pto ſupplicationis, per iudices fidem adhiberi
non debere, & ſupra præmiſerim quòd ſumptũ
clauſum ſumendum eſt ſi producendum apud
iudices ſit, aut Regula, ius, ſeu ſtilus reſiſtit, aut
non: Reſpondeo quòd Regula reſiſtit, in aliquo
tamen caſu, prout tangam infra quæſt.8.& ſeq.
ſufficit, ſeu prodeſt ſola ſupplicatio, ſeu ſolum
ſupplicationis ſumptum, & poſtquam ſermo in
iſta incidit, ne noui in curia Ro.Rotæ deciſiones
percurrendo decipiantur, aduertant, quòd Ro-
tæ dec.620.no.ſumptum. &.680.no.quòd ſum-
ptum.Bellem.252.ſumptum de regiſtro, conclu
2 dunt † ſumptum ſupplicationis ex regiſtro fidẽ
non facere, pro qua opin.etiam facit conſil.Lu-
do.Roma.336.circa propoſitum, num.5.uerſic.
cæterum nec ſufficit adhibere reſcripti tranſum-
ptum &c. Verum Bartho.Belen.olim præſtantiſ-
ſimus Rotæ Auditor in tractat.de chari.ſubſi.q.

113.in

113.in fi.concludit contra Dec. Rot. ſupra alleg. quòd immo hodie de ſtilo æquè credatur ſumpto ex regiſtro ſupplicationum, ſicut ſumpto ex regeſtro bullarum, & ſi de alio contrario ſtilo conſtabat, ille ſtilus uigebat olim, ſecus hodie. Dom. Sarnen.ſuper hac regula, quæſt. 1.num.4.uerſicu. hinc eſt, quòd ſumprum, concludit pro parte negatiua iuxta dec.Rotæ ſupra adductas, cum quibus dicit concordare Bellenci. ubi ſupra, ubi tamen (iudicio meo) diſcordat, non cõcordat: ego in hac diuerſitate diſtinguerem ſic, Aut loquimur ſemota regula hac, & uera ſit opin. Bellenci. ubi ſupra, quòd de ſtilo curiæ ſumpto ſupplicationis detur fides eadem, quæ datetur ipſi originali ſupplicationi, & ita ſemper tam in cancellaria, quàm Rota, quàm in omnibus curiæ Ro. tribunalibus practicati uidi. Aut loquimur ſuppoſita hac regula, & uera eſt opin. Rot. 620. cũ aliis ubi ſupra, & ratio eſt, quia ſi non probat ſupplicatio originalis, pariter, uel multominus probare debet illius ſumptum, mens igitur. & intentio illarum deciſionum. uidetur eſſe, quòd ſumptum ſupplicationis non probet, non ex eo, quia ſumptum, ſed quia ſupplicationis ſumptum, ex quo ſupplicario ipſa (ut dixi) non probaret, & iſta interpretatio ſumitur etiam ex uerbis, quæ ſequũtur, quòd ſumptum bullæ fidem faciat, ratio autem diuerſitatis unius caſus, ab alio, unica tantũ aſſignari poteſt, quæ eſt, quòd bulla probat, ſupplicatio uerò minimè: ſumptũ igitur bullæ probat, ſupplicationis non. & iſta ratio ex quo alia aſſignari non poteſt, pro expreſſa habenda eſt. ad l.2.ff.de lib. & poſthum.l.milites.agrum.ff de miſit.teſtam.Bal.in l.quamuis.C.de fideicom. & in l.maximum uitium.colum.3.C.de lib. præt. Ale. in l.mutum.col.3.poſt prin, uerſic. non ob. dict.l. omnem, &c.ff.de acqui.hæredi. Nec dicatur alia ratio aſſignari poteſt, uidelicet, quòd liber, ſeu regiſtrum bullarum, magis probet quàm ille, ſeu illud ſupplicationum: uel ꝙ maior adhibeatur ſolemnitas in tranſumptando bullas, quàm ſupplicationes, quia nulla pœnitus differentia aſſignari poteſt, æqualiter enim libri, ſeu rigiſtra ſupplicationum, & bullarum, ſub æqualiquè cuſtodia, retinentur, & conſeruantur, in palatio Apoſtolico, magna cura etiam officialium ad id, & tranſumprandum adhibetur, quo fit, ut nulla ratio differentiæ, niſi præmiſſa aſſignari poſſit. Proſequendo principale quæſitum deuenio ad tertiã ſectionem, uidelicet. Aut deperdita eſt bulla antequam regiſtretur, & tunc ſuper eadem ſupplicatione alia bulla expediri poterit, & quia officialibus pro expeditione deputatis ſemel fuit integrè ſatisfactum, parum pro noua expeditione erogabitur, prout etiam fit quando poſt plurium manuum appoſitionem, bulla ab Abbreuiatoribus de parco maiori inciditur, ac reſcribi mandatur, pro noua.ſ. manuum appoſitione iuliũ unũ cuilibet capellano officialium, ad id deputatorum, tradi uidi, dum menſarius in cancellaria ꝓ ſignandis literis nomine D.Militum S. Petri electus eſſem, & aliàs ſæpe dum eſſem collegii Do. Militum Defenſor. Aut deperditãa eſſe literas ſupponimus poſtquam regiſtratæ fuerint. & hoc caſu ſumptum a regiſtro bullarum ſumendum

3 erit, † quod plenè ubique ſicut bulla ipſa originalis probabit, & de hoc nullus dubitat, & uolunt dec.ſupra adductæ.620.no.ſumptum. & 680.no. quòd ſumptum.in anti. Anto.de But. conſi. 2.uiſis literis.nu. 3.uerſ.his non obſtan. Belenc.de chari.ſubſi.præalleg.q.113 Sarnen.in c.ſtatutum.nu. 60.uerſi.ſufficeret tamen iſto caſu, ꝙ produceretur ſumptum faculraris, &c.de reſcr. lib. 6. & ita intelligi debent, quæ tradit Rebuf.ſuper concor. rub.de proro.dil.ad appro.concor.in ulti.gloſ.in uer.exhiberent. & tale tranſumptum bullæ a regiſtro de facili haberi poteſt (ut norunt omnes) propter quam facilitarem reiici ſoliti ſunt articuli ad probandum gratiam Apoſtolicam, ut per Rot. Belleme.611.licet capella. ante fi. Limitan-

4 da tamen ſunt pręmiſſa, uidelicet, quòd † ſumptũ bullę, ſeu ſupplicationis (quando ſupplicationi ipſi fides danda eſſet) in curia Rom. tantum ꝓbet, non autem extra eam, & ratio differentię eſt, quia in curia poteſt de facili haberi recurſus ad regiſtrum, uel Papam, ſi de uiribus ſompti dubitetur, & ad huiuſmodi regiſtrum indies recurtitur, prout in alio caſu ponderat Specu. in titul. de probatio.§ uidendum teſtar.nu.3.uerſi. quid de auditoribus palatii. Belenc. ubi ſupra quęſtio. 113.nume.8.uerſicu. & hęc fortè pragmatica: & Sarnen.in pręalleg.c.ſtatutum.nu.60. uerſicul. & ratio differentiæ. Aut ſupponimus, deperditam eſſe bullam expeditam, & regiſtrum ipſum, ſeu librum, in quo bulla erat regiſtrata, ſeu deſcripta, & tunc ſi reperitur ſupplicatio, expediatur alia bulla, ut ſupra dixi, ſi uerò ſupplicatio non adſit, ſumatur tranſumprum a regiſtro ſupplicationum, ſuper quo literæ, ut præmiſi, conficientur. Aut omnia deperdita eſſe ſupponimus, uidelicet, bullam expeditam, librum, ſeu folium, uel quinternum regiſtri bullarum illius temporis, ac ſupplicationem originalem, & librum ipſum ſupplicationum illius anni, ſeu menſis, qđ tamen raro eueniet, ut nullum præmiſſorum reperiatur, eo caſu putarem abſque aliqua regulæ huius derogatione, iudicari poſſe, & debere, iuxta teſtium depoſitionem, qui bullam, bullarumquè regiſtrum, ſupplicationem. ſupplicationumquè regiſtrum deperdita eſſe deponant, puta tempore excidij urbis, uel propter incendium, ſeu alios ſimiles ſiniſtros caſus. & qui concludenter deponant de ſubſtantialibus & accidētalibus ipſarum literarum, ad quæ probandum, debent eſſe homines ualde experti, & practici, ac literati, quibus probatis plena fides adhibenda

5 erit talibus atteſtationibus, prout † adhiberetur ipſi authenticæ ſcripturæ deperditæ.l.ſicut iniquum, & ibi gl. Bar. & alii.C.de fide inſt.l.teſtiũ. in fi.C.de teſti.cap.cum olim.i.cum gloſ.magna. in prin.

in prin.& in fi.de priui.Bart.in auten.ſiquis in a-
liquo.colum.2.nume.6.C.de eden.Bal.in.l.1.ff.ſi
cer.peta.colum.penult.uerſicul.ſi enim.Cardi.in
prohe.clemen.uer.hæc ſanè, in.5.quęſt.Rot.332.
licet Romana,poſt prin.in no.Abb.in.c.alberi-
cus.colum.2.& ibi Fel.de teſti.idem Abb.in.cap.
ſicut.colum.1.& Feli.ibidem. nume.2.uerſic.ubi
ſcriptura eſt de ſubſtantia . de re iudi.Idemque
Abb.in.c.ex diligenti,in ult.nota.de ſimo'. Et ita
intelligenda , & declaranda ſunt dicta per Petr.
Reboff.ſuper Concor.rub.de Manda.Apoſto.§.
primus,in uer.literas.uerſi.ſecundo fallit ſi man
datum , ſiue gratia fuerit perdita. Alexan.conſil.
196.uiſo teſtamento. num.9.& ſeq.uulnm.2.pul
chrè per Matth.de Afflict.dec.Neap.302.aliud
dubium.num.3.uſque ad fi.dec.Felin.ſuper rub.
de conſt.colum.penul.ante num.7.uerſic.tertius
caſus eſt.& ibi Fran.a Ripa.colum.penul.numer.
53.uerſic.item iſtud intelligo niſi agatur de pro
bando tenore gratiæ ſemel ſcriptæ, ſed caſu amiſ
ſæ &c. Præceptor meus D.Philip.Deci.conſil.82.
uiſo proceſſu colum.2.& conſi.215.in cauſa uer-
tente nu.1.Ex proximè adductis tres concluſio-
nes eliciuntur , prima eſt , quòd difficillima eſt
probatio ſuper præmiſsis , ſecunda eſt quòd poſ
ſibilis eſt , debet tamen per peritiſsimos , & ex-
pertos fieri , & in caſu noſtro nos exemplificabi-
mus ſi fiat per doctos, & expertos aduucaros,per
practicos procuratores, per Abbreuiatores , per
literarum Apoſtolicarum ſcriptores , & ſimiles ,
parum enim (quod ad terminos noſtros attinet)
curo de exemplo dato a doct.vbi ſupra,uidelicet
quòd teſtes examinandi ſint doctores,notarii ex-
perti , & ſimiles,ſi enim ad probandum tenorem
literarum , adducerentur mille doctores prima-
ri de partibus,& mille notarii tã Romani quàm
forenſes , qui cancellariæ Romanæ ſint ignari,vix
percipient literarum aliquarum tenorem,& clau
ſulas , poſtquam illas iteratis uicibus legerint.
Tertia concluſio erit,quòd facta probatione re-
quiſita , perinde teſtium depoſitiones ſufficient
regula hac non obſtante, ac ſi literæ ipſæ origi-
nales producerentur,& iſtud in effectu uidetur
ſenſiſſe Belleme.præalle.dec.611.licet capella in
fi.dum concludit probationem gratiæ non poſſe
fieri per teſtes ſed quòd habeatur ſumptum a re
giſtro , ſubdit niſi cauſam probabilem alleget
quare eam habere non poſſit, & qui plus quære-
6 ret , impoßibile deſideraret † probationumque
facultates an guſtaret , contra tex.in.l.quoniam.
in fi.C.de hęreti.l.nec omiſſa profeſsio, vbi ad ue
ri examinationem omnis iure prodita probatio
admitti debet.C.de libe.cau.ca.quanquam. 14.
quæſt.2.Specu.in titu.de probatio.§.uidendum
reſtat.nu.4.Rot.294.ſi ſuſpenſo. circ.medium.in
no.Nec quis miretur, quòd ego plures diſtinctio
nes ſupra fecerim , pluraque requiram quàm do
cto.ſupra adducti, ratio eſt,quia in caſu noſtro
non conuenientibus omnibus ſupra in quatuor
ſectionibus ponderatis, poteſt de facili fieri fra-
us legi . Inſuper tunc tutior & facilior uia pro-
bandi , ſeu ad probationem deueniendi dare-
tur , ut iam oſtendi . Demum termini noſtri ſũt
magis anguſti , quàm illi a doctoribus conſide-
rati, nobis enim obſtat Regula hæc,quæ mandat
expreſsè non poſſe,nec debere aliter quàm cum
literis iudicari , irritans ſi ſecus fiat .

SVMMARIVM.

1 *Regula hæc an penſionibus obſtet , ne ſine literis exigi poſſint.*
2 *Penſiones abſque literis exigi non poſſunt.*
3 *Penſio ſine literis exigi poteſt , quando adeſt obligatio quòd ſine illis ſoluatur .*
4 *Priuationis, & excommunicationis pęna an incurratur ob non ſolutionem penſionis , abſque literarum intimatione?*
5 *Ignorantia quando non excuſet .*

SEPTIMO cum gloſatore hic quæ-
1 ro † an regula hæc obſtat penſioni-
bus , ne ſine literis exigi poſsint? Ip-
ſe concludit pro parte affirmatiua,
poſtea dat cautelam,ad tollendum
regulæ impedimentum . Similem concluſionẽ
firmat Hiero.Paulus antiquus cancellariæ Apo-
ſtolicæ corrector , in libro uulgariter nuncupato
prouinciale,fol.mihi.34.q tamẽ ſolum loquitur
in foro poli , ſeu in caſu conſcientię , ſubdens , &
faciunt hæc ad quæſtionem , quòd quis ſalua cõ
ſcientia non poſsit recipere , aut ſoluere penſio-
nem,ſuper aliquo beneficio eccleſiaſtico aſsigna
tam , niſi literis expeditis , cum conſenſus partis
non poſsit operari ultra conſenſum Papæ , ſeu
principis, qui quidem princeps in hoc caſu uult
tacite , quòd ad effectum perfectionis gratiæ li-
teræ expediantur: & opin. præfati Hier.Pauli ſe-
quitur licet ad alium effectum D.Sarnenſ.9.q.
huius regulæ.num.3.contra quos tamen adduci
poteſt illud , quod uoluit Abb.in clem.dudum
ad fi.de ſepult.& Feli.ſuper rub.de conſt.colum.
penul.ante numerum.7.uerſic.ſecundus caſus,u-
bi quòd in foro conſcientiæ ſufficit ſupplicatio,
abſque literis. Breuiter opin.gloſatoris tenenda
2 eſt , & in praxi ſeruatur , uidelicet quòd † pen-
3 ſiones abſque literis exigi non poſsint uiſi † adſit
obligatio ad partes, iuxta cautelam ipſius gloſa
toris de illas ſoluendo abſque literis, illarumque
intimatione , uel niſi addatur forma cameræ A-
poſtolicæ in conſenſu , ſeu in præſtatione conſen
ſus,ſeu obligatione ad partes . Pro præmiſsis ui
deatur D.Sarnen.in.1.quæſt.huius Regulę num.
10.& quæſti.14.poſt prin.uerſic.Sed aduertendũ
& num.2.& D.Hier.Gigas in tracta.penſio.quæſt.
34.colum.2.ante numer.7.uerſi.ego autem arbi-
tror intrepidè &c.Pariſ.conſil.5.unio iſtius. nu.
59.uerſi.& paſſim uidemus penſiones ſolui , &
exigi nullis deſuper expeditis literis . uolum.4.&
quòd ſtante conuentione quis etiam literis non
expeditis

expeditis ad ſoluendum penſionem cogi poſſit, D.Pet.Rebuff de paci.poſſeſ.nume.137.conclu. 211.& in praxi Beneficiaria in 3.par.ſignaturę in uer.datum num.11.uerſic.quarto tempera pag. 141.& per prædictos plura ad rem noſtram adducuntur, quæ recenſere hic non curaui, ibi enim uideri poterunt. Et pro ſupplicatione continente cenſuras & pœnas in euentum non ſolutionis penſionis, uideatur Caſſa.dec.2.ſub titu. de penſionibus, ubi diſtinguit, an quis per ſe ipſum conſenſerit, an non, & primo caſu conclu
4 dit, & ita Rotam tenuiſſe atteſtatur, quod † etiam priuationis, & excommunicationis pœna incurritur, ob non ſolutionem penſionis abſque literarum intimatione. uideatur etiam dec.12. eiuſdem, incipit propoſui etiam, de reſcr. Ex ſupra adductis, & ex iis quæ indies obſeruari uidemus, concludi poteſt quòd tam in foro poli, quam fori, licitè penſio exigatur, & exigi poſſe abſque literis, accedente conſenſu eius, qui per ſe ipſum penſioni conſenſit. Imò in quantum Caſſado, præalleg. Deci.2.de penſio.& dec.12.de reſcr. diſtinguit prout ibi. etiam illo caſu facilè foret ſuſtinere, quòd idem dicendum ſit præſtito conſenſu per procuratorem, ſicut ſi per ſeipſum, imputet enim ſibi qui non idoneum procuratorem, præſertim in re magni momenti cõſtituit, uel quòd ipſe principalis non fuerit diligens in quærendo illud, ad quod tenebatur,
5 † ignorantia enim eum non excuſat, qui non adhibuit diligentiam in inquerendo illud, quod perquirere debebat.cap.penul.ante fi.&.cap.fi.37. diſtinct.cap.penul.cum ſua gloſſ.de reg.iur.gloſſ. magiſtra.in cap.innotuit.in uer.ignorantiam.de electio.& facit tex.in.l.regula.§.ſed facti ibi. uerum eius qui eam rem diligenter inquirendo notam habere poſſunt.ff.de iu.& fa.igno.l.ſi auiam in fi. C.de inge.manu.

SVMMARIVM.

1 *Regula hæc an obſtet quando probatio ex ſupplicatione ſumitur contra eum qui illam impetrauit.*
2 *Informe quid ſit?*
3 *Materia omnis rudis, & informis dicitur.*
4 *Forma materiam, quodque ex ea fit, ornat.*
5 *Forma dat eſſe rei.*
6 *Noua forma, dat nouum eſſe.*
7 *Diſpoſitio quæcunque ſecundum iura interpretanda eſt.*
8 *Statuta ſimpliciter loquentia, modificari, & reſtringi debent ſecundum iura.*
9 *Teſtator præſumitur ſe cum iure confrontare uoluiſſe.*
10 *Actus quilibet ſecundum legem de illo loquentem, fieri præſumitur.*
11 *Confeſſio in reſcripto probat.*
12 *Amplia etiam ſi reſcriptum ſit ſubreptitium, & etiam ſi literæ ſint caſſę.*
13 *Forma in accidentalibus, ſeu acceſſorijs mutata, non perit ſubſtantia.*
14 *Doctoratus in gratia narratus probari debet.*
15 *Baccalariatus, etiam non negatus, probandus eſt.*
16 *Impetrans narrata in ſua gratia probare tenetur.*
17 *Qualitates ſubſtantiales mutant ſubiectum.*
18 *Accuſatus de delicto cum aliqua qualitate, ſi non probetur, abſolui debet.*

1 OCTAVO quæro † an Regula hæc obſtet, quando probatio ex ſupplicatione ſumitur, contra eum, qui illam impetrauit? puta ſi dixerit beneficium vacaſſe in menſe ordinarii, vel impetrans plura beneficia per obitum, uel aliàs, dixit ualorem fructuum illorum, non excedere centum duc. Aduerſarius uerò fundans ſe ſuper tali confesſione in ſupplicatione facta, in uim illius, puta ex quo prouiſus fuerit ab ordinario, & ſit anterior in data, uel quia unum ex tribus beneficiis, ſuper quo litigat, ſupponit aſcendere ad duc.80.& alteri impetranti obſtare regulam de ualore, ex quo omnium trium in ſimul expreſſerit ualorem annuum ad ducat.c.& ſic unum quodque beneficium pro ſua rata ſecundum hanc expresſionem fuerit ad duca.33. cũ tertia parte alterius duc.uel ponamus quòd ſit lis ſuper tribus, & detur de Regula de ualore, ex quo probentur illa tria beneficia excedere ualorem c. & ad probandum ſubreptionem producitur, ſeu repetitur ſupplicatio, ſententiam pro ſe ferri, ſeu uigore dictæ confesſionis in ſui, fauorem pronunciari inſtat, an ſententiæ ferendæ cõtra impetrantẽ Regula hæc impedimento ſit? Pro parte affirmatiua, facit generalis, ſeu indiſtincta locutio, huius regulæ, prohibentis iuxta formã ſupplicationum iudicari, & ſic omnes, & quaſcunque ſupplicationes (in quantum ut iuxta illas iudicari poſſit) excludit, in caſu propoſito iudicaretur ex ſupplicatione, ſeu contentis in illa, ergo Regula obſtat, argumento tex.in.l.3.ff. de offi.præfi.in.l.imperator.ff.de poſtu l.de præcio.iun.ibi ſummario Bart.ff.de publici.&.l.1.§. generaliter.ff.de leg. præſtan.§.ſed ſi inſtituto.Inſti.de uulga capit.quia circa.de priuile.Iaſ.in.l. quamuis.nume.1.ff.de in ius uocan.Deci.conſil. 360.perſcrutaris, nu. 5.& ibi,& cum generaliter dicatur de iuriſdictione, uidetur includi qualibet ſpecies iuriſdictionis &c.Secundo quando ratio eſt ſcripta, ut (aliàs ponderaui) ex ea inferimus ad omnes, & quoſcunque caſus, etiam non expreſſos, ex ui comprehenſiua, non extenſiua, ad.l.iis ſolis.§.de cęteris.C.de reuo.do.Bald. in rub.C.de nauti.fœno.Iaſ.in.l.a titio in ult.nota ff.de uer.ob.iſta ratio igitur comprehendet caſum propoſitum, tanto magis, quia ſi gratia Apoſtolica, ante confectionem literarum eſt informis, & ratio informitatis militat etiam in propoſito quæſito, ergo diſpoſitioni locus eſſe debet, argumen.l.illud.uerſicu.ſed magis.ff.ad leg. aqui.l. ſi poſtulauerit.§.ratio.ff.de adulte.cum uulga.& quòd gratia in caſu præmiſſo, ante expeditionem literarum dicatur informis, probabo

poſtquam

poſtquam declarauero, quæ & qualis dicatur gra
tia informis, ne per terminos ignotos proceda-
2 mus. Informe igitur idem eſt, quod impolitum,
& rude, ut ſi aut figulus naſculum pingere, aut fa
ber ſtatuam dolare cęperit. & quo ad terminos
noſtros optimè facit principium metamorpho-
ſeon, unus erat toto naturæ uultus in orbe, quem
dixere chaos, rudis, indigeſtaque moles, nec quic
quam niſi pondus iners, & poſtea, nulli ſua forma
ma manebat, & ſic elementa a poeta ſupponebã
tur confuſa & informia. Ante Ouidium idem di
xit Plato, & ante omnes Mercurius Trimagiſter,
qui prudens ab ipſo Platone, & ab aliis uocatur,
& fuit parum poſt Moyſem, omnes iſti a Moyſe
habuerunt, & Moyſes ipſe ex reuelatione Spiritus
ſancti, dum in ſuo pentatheuco exordiatur, terra
autem erat inanis, & uacua, & tenebræ erant ſu-
per faciem abiſsi. Iuxta ſentẽtiam diuorum Hye-
ronimi in quæſtionibus in Geneſ. ac Gregorii. lib.
32. Moral. cap. 10. & Magiſtri ſenten. lib. 2. capit.
12. ac aliorum. quæ communior uidetur. Prima
materia rudis, incompoſita, atque informis, qua-
tuor elementorum commixtionem, & confuſio-
nem tenens creata fuit, poſtmodum uerò per in-
teruallia ſex dierum rerum corporalium genera
formata fuerunt ſecundum ſpecies proprias. Ma
teria illa quatuor elementorum inanis, & in com
poſita erat, propter omnium elementorum com
mixtionem, unde abiſſus, etiam nuncupabatur.
Materiam elementatem. i. hylen primam infor-
mem ex qua elementa diſcreta ſunt habes etiam
apud Gui. Bud. in l. uulgo concepti. cir. medium.
3 ff. de ſta. homi. Imò omnis † materia rudis, & infor
mis, ſecundum philoſophos dicitur, eam enim
turpem, & informem uocant, & de marmore in
rudi materia exiſtente, habemus tex. in l. quæſi-
4 tum. §. illud fortaſsis. ff. de legat. 3. † forma autem
quæ græce εἶδος, μορφὴ, τύπος dicitur, ea eſt quæ ſuo
ornatu materiam, quodque ex ea fit ornat, prout
apud porphyrium dum de differentia tractat, &
apud Ammonium ſuper eo, legere eſt. & commu
5 niter dicimus, quòd † forma dat eſſe, & perfectio-
nem rei, ſecundum philoſo. in 7. & 8. metha. l. ſti-
pulatio. §. opus. ff. de no. ope. nun. l. Iulianus. §. ſed
& ſi. ff. ad exhiben. l. ſi is qui quadringẽta. §. ſed ſi
opus. ff. ad leg. falci. c. ſi morum. iun. gl. 1. de con-
ſecra. diſt. 2. c. detrahe. iun. gl. in uer. & ſic ſacra-
mentum. in prin. 1. q. 1. l. mulieris. §. 1. ff. de uerb.
ſigni. l. qui falſa. quæ eſt. 19. iun. glo. ff. de falſ. Et
forma pro exemplari uſurpatur. 1. ad Theſſaloni-
6 cen. c. 1. & 2. & † forma noua dat nouum eſſe. præ-
alleg. l. Iulianus. §. ſed & ſi quis. ff. ad exhib. l. Sæia.
ff. de au. & argen. lega. l. qui uſumfructum aree, in
prin. ff. de uſufru. iun. glo. in uer. facta. l. quid ta-
men. §. ſi maſſæ. ff. qui. mo. uſu. amit. l. adeo. §. quod
ſi tota. & §. cum quis. ff. de acqui. re. domi. & pro
præmiſsis omnibus latè Bart. in tracta. de alueo,
dum præfatum. §. quod ſi tota, declarat, ubi de
forma melius (mea quidem ſententia) quàm ce-
teri iuriſperiti, loquitur, cuius tamen dicta, meri
legiſtæ, & puri canoniſtæ parum guſtabunt, qui
ad ſola decem ſummorum generum nomina, frõ
tem contrahunt. Redeo ad id quod dicebam, gra
tiam iuxta terminos propoſitos dici informem,
quod (iactis fundamentis de quibus ſupra) facile
probabo. Qui enim in ſua impetratione (de qua
in princ. noſtri quæſiti) narrauit fructus trium be
neficiorum, quæ per obitum, ſeu aliàs impetrat,
non excedere ualorem annuum centum ducato-
rum, hoc modo, uidelicet, quorum duorum ſim-
plicium, & alterius curati beneficiorum, in ſimul
fructus, redditus, & prouentus centum duca. au.
de ca. ſecundum com. extı. ualo. an. non exce. ap-
poſita poſtea clauſula ordinaria, & quòd præmiſ
ſorum omnium, & ſingulorum, etiã fructus &c.
augendo, uel minuendo, ſeu diuidendo &c. ma-
ior, & uerior ſpecificatio, & expreſsio fieri poſsit
in literis, ſimul, uel ad partem expedien. quantũ
ad ualorem attinet, rem informem, & confuſam
expreſsit, reducendam poſtea in literis, ad melio
rem. & perfectam formam. Dum enim literæ ex-
pediẽtur, uel omnia tria beneficia, in eadem bul-
la comprehendentur, uel uigore clauſulæ ſimul,
uel ad partem &c. diuerſæ bullæ expedientur, ſi
una tantum, uel idem ualor exprimetur, uel uigo
re clauſulæ augendo, uel minuendo, expreſsio fru
ctuum fiet, in 120. duc. uel etiam aucta tertia par
te, quod fieri poteſt, immo in uim aliquarũ clau-
ſularum, etiam uſque ad dimidiam, & ultra, uel
ut libuerit, ſi uerò diuerſæ bullæ expedientur, po-
terit narrari ualor unius beneficii ad 80. duc. alte
rum ad duos, alterum uero ad decem & octo, uel
etiam ultra, propter uerbum, augendo, pro qui-
bos clauſulis uideatur praxis beneficiaria Domi.
Pet. Rebuf. in 3. par. Signa. pag. 120. & ſequen. in
uerſicu. etiam in hac ſignatura ſolet apponi clau
ſula de augendo &c. Ex pmiſsis patet, quòd nul-
lum fundamentum fieri poteſt, ſuper talibus in
ſupplicatione narratis, quæ ſunt informia, confu-
ſa, & impolita, & prout ſubdit Ouidius, ubi ſu-
pra, quòd diſcreta, & ſeparata fuerunt elementa,
ſeu elementorum materiæ, prius commixtæ, & cõ
fuſæ, & cuilibetque pprius locus aſsignatus, pro-
priumque officium ordinatum fuit: addens, Ma-
gni ſpeciem glomerauit in orbis, & poſtea addi-
dit, & fontes, & ſtagna immenſa, lacuſque, ita ex
tota materia ſeu macchina, ac clauſulis in ſuppli
catione contentis, efficitur a doctis abbreuiatori
bus, nouum opus, facieſque, & forma mutatur,
clauſulæ ſuis deputatis locis aptantur, commuta
to ordine, aliqua etiam in ſupplicatione non con
tenta, immo nec alibi apparentia, adduntur, ple-
raque pretermittuntur, nonnulla ampliantur, alia
coarctantur, & in ſumma noua facies, nouaque
forma, ipſi gratiæ conceſſæ datur, ſeu conſtitui-
tur, unde ſequitur, quod et iuxta terminos noſtri quæſiti, gra
tia informis, & impolita reputari debet, ante ip-
ſas literas confectas. Tertio nos habemus Rot.
Belleme. 252. ſumptum de regeſtro ſupplicatio-
num, non probat pro producente, nec contra

eum &c.& ego pariſico (quo ad probationem ſa
ciendam)tranſumptum ſupplicationis, ipſi ſup-
plicationi,prout ſupra quæſt.6.num. 2.ergo quæ
uis ſupplicatio,nec pro producente, nec contra
producentem probabit,nec igitur in caſu propo
ſito. Quarto pro hac parte facit gloſ. infra ſuper
regula de ueriſimili,quæ eſt. 28. ſecundum ordi-
nem antiquum,ubi circa medium.uerſic.& con-
tra hanc regulam faciunt curiales &c. uult per
ſupplicationem ab aliquo porrectam , non reſul-
tare contra eum probationem inhabilitatis, pro
pter impetrationem beneficii uiuentis. cum glo
ſatore tenuit etiam Felin. ſuper anno. regulæ.de
impe.ben.uiuen..prout refert Sarneu.in 5. quæſt.
dictæ regulæ,de impe.ben.uiuen.in prin. Quinto
& ultimo,hæc opin.corroborari poteſt, ex uerbis
nouæ conſtitutionis,hanc noſtram regulam am-
pliantis,de qua locutus ſui ſupra.quæſtio.3.& 4.
quæ omnem probationem per ſupplicationem
faciendam,in quocunque caſu prohibet, ergo &
7 in iſto.Pro parte negatiua arguo ſic. † Diſpoſitio
quæcunque ſecundum iura,& iuris terminos in-
terpretanda.eſt.l.2.C.de noxa.l.fin.§. in compu-
tatione.& ibi nota.C.de iure delib. Bar.in l.uxo-
rem,§.teſtamento.2.ff.de lega.3.Bald.in l.Gallus.
§.quidam rectè.in 3.nota.ff.de libe.& poſtu.& in
l.hæredes mei.§.cum ita.ff.ad Trebell.ra.Anchar.
conſil.264.præmittendum eſt, poſt princip. ubi
8 pulchrè infert ad† ſtatuta ſimpliciter loquentia,
quòd modificari,ſeu reſtringi debeant,ſecũdum
ius commune,de quo habemus text. in capitulo
cum dilectus.uerſicu.cæterum cum ſupradictum
ſtatutum,de conſuetu. prout etiam dicimus præ
9 ſumendum eſſe † teſtatorem uoluiſſe ſe cum iure
communi conformare. Bal. in l.precibus.colum
na antepenultima. ante numer. 45.uerſicu. nam
& teſtator fingitur cogitare id , quod lex diſpo-
nit.C.de impube.& in l.2.in fine. C. de condict.
inſet.Alexand.conſilio quinto.circa primum.nu
10 mero 7.uolum.tertio.& in ſumma† actus quili-
bet fieri præſumitur,ſecundum legem de illo a-
ctu loquentem.l.ſi duo.& ibi Bald.nota.ff.de ac-
quirend.hæredita.ſequitur Dec.conſilio 278. uã
leuis.columna penult.uerſic.decimo quia in du-
bio.& conſilio 446.uiſo eleganti. numero ſexto.
11 & ſequ.Nos autem habemus quòd de iure† con
feſſio in ſupplicatione,ſeu reſcripto,probat con
tra impetrantem,l.cum precum.C.de libe.cau.l.
2.C.de inſtitu.& ſubſti.Ioan.And. in capit. cum
in poſitionibus.poſt princip. uerſicu. & faciunt
prædicta ad quæſt.de iureiuran. libro 6.Rot.Bel
leme.684.quamquam.de appellatione. ante me
dium.& 691.confeſſio miſſa.colum.penult. ante
6.fallen.uerſicu.item ſi in commiſſione &c. Ro-
ma.conſilio 23.A imo conſilio 201.numero 4. &
de antiq.tempo.parte 1.numero 148.Iaſ. conſil.
79.colum.2.libro primo. Regulam igitur noſtrã
interpretari taliter debemus,quòd per eam non
excludatur probatio confeſſionis in reſcripto cõ
tra impetrantem,quæ aliàs a iure non excludi-
tur, immo pro concludenti probatione reputa-
12 tur, etiam ſi †reſcriptum appareat ſubreptitium
Io.Andr.ubi ſupra . & Abba.conſilio 38.in quæ-
ſtione quæ ad præſens.num.1.uer.nec obſt.quòd
2 *Ante expeditionem literarum dicitur ius implicitum,
& non clarum.*
3 *Poſſeſſor de non iure tertij dare poteſt.*

1 DEcimoquinto quæro † an ſi poſſeſſor
det de iure tertii, & ad illud pro-
bandum producat ſupplicationem,
obſtet hæc regula? Pro opin.affir-
mariua concluſum fuiſſe in cauſa S.
Andreæ, uidere eſt in Dec.Creſcen.1.ſub titul.de
exceptio.quæ incipit, poſſeſſori danti, quæ eſt ea
dem cum illa eiuſdem Creſcen.etiam.1.rubr.de
regu.de non iudican.ſic pariter incipien.poſſeſ-
ſori danti de iure tertii per ſupplicationem, ſi a-
ctor det de regula, quòd non iudicetur iuxta
formam ſupplicationis, offuſcatur illud ius, ita
ut non ſit clarum, & ei non noceat ſecundum
maiorem partem Dominorum in una S.Andreæ
coram Dom.Nicolao: pro qua opin. allegabatur
Dec.Aegid.Bellem. 609. impetrans beneficium.
2 Item dicebatur, quòd ante † expeditionem dici
tur ius implicitum, & ſic non clarum, pro quo
ego citare ſoleo conſil.Oldra.326.quòd articuli,
ante num.9.uerſi.Item quia dubitat.& Rot.458.
numer.5.uerſic.ſed quia gratia eſt, ac Matthe.de
Aſflic.Dec.Neapo.253.colum.2.in princ.& in fi.
& Ferret.conſil.126.eſt ſciendum.numer.1.Et ſic
inferebatur, quòd de iure tertii non claro dari,
ſeu excipi non poſſet: prout etiam per Bartol.&
Socin.in.l.2.ff de excep.rei iudi.Ipſe uerò Cre-
ſcen.prout in Deciſionibus prædictis ſubiicit, cō
trarium ſentiebat, ſupponendo, quòd ſola ſup
plicatio daret ius. ad conſil.Gemini.106.colum.
3.pro quo uidere poteris quæ ſcripſi in.1.quæſti.
8.regu.cancel.Rationi congruit. Si igitur ſuppli
catio dabat ius, meritò opponi poterat de illo
iure tertii per productionem ſupplicationis, ſuf
3 ficit enim poſſeſſori † docere de non iure tertii
agentis in totum excluſiuo etiam ſi ipſe intruſus
eſſet. Pro hoc adduco text.in c.cum dilectus.de
iu.patro.vbi poſſidens eccleſiam fuit a petitione
ex iure tertii defenſus, & in.c.cum uenerabilis.de
exceptio. Vide etiam Compoſtel.in c.manda-
tum.uerſic.ſed pone.de reſcr.Abb.in.c.ueniens.
num.23.de præſcriptio.Ancha.conſil.197.ſubti
liter.ante num.2.uerſi.uel poteſt dici.& Caſſad.
Dec.7.proponebatur.num.9.ſuper regu.cancel.
Idem Caſſa.Dec.2.de re iudi.Ego cum Rotæ de-
creto reſideo, & pro præmiſſis uidere poteris
quæ ſcripſi ſupra. quæſt.13.

SVMMARIVM.

1 *An uigore alternatiua, collatio fieri poſſit literis non ex
peditis?*
2 *Alternatiua requirit literarum expeditionem.*
3 *Expeditio literarum eſt neceſſaria quando priuilegia ad
exercitium deducuntur.*
4 *Alternatiua collatoribus ordinariis præiudicans, extraor
dinaria & reſtringenda eſt.*

Decimo-

1 DEcimoſexto, quæro an † uigore alter
natiuæ collatio fieri poſſit literis
non expeditis. Pro opin. affirmatiua
habemus Deci. Put. 5. ſub titul. de
offic. Vica. in hæc uerba. Vicarius
generalis poteſt conferre, & inſtituere uigore al-
ternatiuæ conceſſę epiſcopo, etiam, quòd in eius
facultate nihil dictum ſit de alternatiua, & ad
huc literæ ſuper illa non eſſent expeditæ, ita in
cauſa Portugalen. de Golpalares coram Puteo
19. Octobris 1546. Pro opin. negatiua eſt in ter-
minis Dec. Mohed. 173. alias 203. ſub tit. de con.
præb. iterum ſub titul. de priuileg. quam hic ad
uerbum inſerere libuit, Alternatiua fuit cōceſſa
epiſcopo Seguntino, & ſuper hoc ſupplicatio
fuit ſignata per Papam, literæ tamen non fue-
runt expeditę, & epiſcopus fecit collationem prę
ſtimonii de Vtande, dicebatur pro parte Lu-
douici de Torres ſcriptoris Apoſtolici prouiſi,
contra A. Pacecchum ab ordinario prouiſum,
collationem fuiſſe nullam. Fuit dubium 25. Iu-
nii 1546. R. P. D. Epiſcopo Rauellen. cauſam pro
ponente, utrum literis alternatiuis non expeditis
potuerit epiſcopus prouidere? fuit reſolutum per
omnes, quòd epiſcopus non potuit prouidere
2 uigore † alternatiuæ literis non confectis, primò
propter uerba poſita in alternatiua ſupplicatio-
ne, uidelicet: Ac ſuper præſentibus conficiendis
literis. per quæ uerba apparet, quòd Papa non
uult, quòd poſſit uti ſupplicatione, ſed quòd de
beat expedire literas. Secundo quia ex quo de-
bet procedi ad exercitium, non ſufficit ſupplica
tio, quia licet reſpectu gratiæ, ſeu priuilegii ſine
expeditione dicatur gratia facta, quando tamen
deducuntur priuilegia, & facultates in exerci-
3 tium, eſt neceſſaria † expeditio. Vtrunque tenet
Io. And. & Gemini. in prohe. lib. 6. ad capit. vlt. de
con. pręb. & ita eſt deciſio communis in Rota. Di
ctum eſt in Rota, quòd alternatiua non eſt ſim-
plex ſublatio obſtaculorum, imò dantur duo
menſes ex menſibus papæ, uel potius commutan
tur cum aliis duobus menſibus ordinarii, & in ex
peditione adiungitur, quòd ordinarius non u-
tatur regula cancellariæ quatuor menſium ex ſti-
lo, qua ratione requiritur expeditio. Confide-
ratum fuit per Dominos, quòd ſupplicatio ſola
nullius eſſet effectus extra curiam, niſi adiunga-
tur, quòd ſupplicatio ſufficiat. Ita fuit conclu-
ſum, licet uideatur, quòd ad petendam abſolu
toriam, & oſtendendum nullum ius habere ad-
uerſarium ſufficiat ſupplicatio. ad nota per Caſ-
ſado. Dec. 8. de reſti. ſpolia. & Deci. 2. de re iudi.
& ſic fuit dictum. Hactenus Rota. a cuius opin.
recedendum non eſt. Et illa prima Putei uidetur
ſicca, frigida, & abſque lege, & ratione, unde illa
non magni facienda eſt. Qui autem opiniones
Rotę cōcordare uellet, ſupponere deberet duos
caſus, ut infra. Primum uidelicet quòd alter-
natiua conceſſa fuiſſet epiſcopo in ſua ciuitate,
& diœceſi? In ſecundo uerò caſu epiſcopo, uel
alteri prælato pro ciuitate, ſeu diœceſi aliena,
prout nonnunquam concedi uidi: primo caſu
ſufficiat ſola ſupplicatio; ſecus uerò in ſecundo.
Ratio differentiæ ea eſſet, quia ordinaria colla-
tio eſt fauorabilis, naturalis, & ampliãda: Al-
4 tera † uerò extraordinaria, collatoribus præiudi
cans, & reſtringenda. clem. 2. de offic. ordi. in ra-
tione ſui. & ibi gloſſ. penul. in uer. uolumus. facit
Deci. Caſſa. 8. papa contulerat. numer. 6. de præ-
bend. ubi, quòd indulta Cardinalium remotiua
obſtaculorum & præſeruantia ordinarios in pro-
pria iuriſdictione fauorabilia ſunt. Idem Caſſad.
Dec. 3. num. 2. & Dec. 5. numer. 3. de priuileg. Pro
qua diſtin. uide quæ ſcripſi in 11. quæſti. 11. reg.
cancel. Reuocato. num. 5. & ſequen. Et in ſumma
quid eſt opus literis, & expenſis expeditionis
quo ad ipſum uerum, & naturalem ordinarium
in remotione obſtaculorum, quæ ipſius liberam,
& naturalem collationem impediebant? eo enim
ipſo, quòd quis eſt epiſcopus, eſt ordinarius col
lator omnium beneficiorum in ſua ciuitate, &
diœceſi exiſtentium. c. omnis baſilica. & capitu.
nullus. 16. quæſt. 7. c. cum olim. de præſcrip. Car-
dinis clem. 1. quæſt. 14 in fi. ut li. penden. Impedi
tur ordinarius a Papa in toto, uel in parte: remo
uetur deinde impedimentũ totum, uel impedi-
menti pars, ad quid expeditio noua, nouæque
expenſæ. Nec me mouet, quòd non ſit addi-
tum a ſignatura, Quòd ſola ſupplicatio ſufficiat,
quia in hoc caſu nil aliud requiritur, prout e-
tiam dixi ſupra quæſtio. 9, quòd ſola ſupplicatio
ſufficiat pro probandis qualitatibus, & circum-
ſtantiis: & etiam dixi ſupra ſuper 13. quæſt. quòd
ſupplicatio ſufficit ad probandum ius anteceſſo
ris ſuppoſita expeditione literarum ſuper ſubro-
gatione: Quanto magis in caſu noſtro ſuppoſita
expeditione literarum ſuper promotione ad suã
eccleſiam, ad quam promotus fuerat, quod ali-
ter euenit circa extraneum, & non naturalem, &
proprium collatorem fretum tantum ſua alter-
natiua ad alienam diœceſim: minus de me mo-
uet clauſula, de qua in d. dec. Mohed. videlicet, In
literis exped. Quia uel in Alternatiua pro ordina
rio collatore non apponetur, uel prudenter a-
diicietur hoc modo, uidelicet. In literis ſi uidebi
tur expedien. & ſic non cogetur nolens ad expe-
ditionem. Sic etiam reſpondetur ad illud,
quòd quando priuilegia reducuntur ad execu-
tionem expeditio requiratur, quòd hoc proce-
dat in extraneo collatore, non in ordinario, quo
ad quem alternatiua non poteſt uerè, & propriè
priuilegium dici. argu. tex. in c. cum aliquib. de
reſcr. lib. 6. & ad alia, quæ adduxi in alle. quęſt. 11.
regul. 11. num. 3.

SVMMARIVM.

1 *Iconomus literis non expeditis, an beneficia conferre poſſit?*
2 *Iconomus omnia, quæ ſunt iuriſdictionis epiſcopalis exer-*

lis exercere poteſt.
3 *Iuriſdictionis eſt beneficia conferre.*
4 *Literarum ante expeditionem, & præſentationem, iuris ditio in habitu tantum traditur.*
5 *Iuriſdictio non tribuitur partium conſenſu.*

1 DEcimoſeptimo quęro an † iconomus
literis non expeditis beneficia con-
ferre poſsit? Hoc quæſitum habere
uidetur aliquam conformitatem cũ
præcedenti, uerum in propoſito du
bio indiſtinctè pro opin. negatiua concludo, &
præter ponderationes de quibus in præceden. q.
2 conſidero, quòd † iconomus, ſeu adminiſtra-
tor alicuius eccleſiæ cathedralis per Sedem A-
poſtolicam deputatus, prout uidere eſt nunc in
Iconomo, adminiſtratore, ac uicario generali in
eccleſia Montis faliſci, qui omnia, quæ iurisdi-
tionis ſunt epiſcopalis exercet. iuxta text. in cap.
is cui procuratio. de electio. libr. 6. & Lap. Alleg.
49. ſunt & alii. num. 1. ac Mil. in reper. in uer. Ad-
miniſtrator eccleſiæ. conferre autem beneficia eſt
3 quid † iuriſdictionis. c. noſti. &. c. tranſmiſſa. ubi
quòd conferre beneficia, & alia facere, de quibus
ibi iuriſdictionis epiſcopalis ſunt, de electio. At
4 iuriſdictio † in habitu tantum traditur, non in
actu ante expeditionem, & præſentationem li-
terarum. cap. paſtoralis. in fi. de reſcr. c. ſuper eo.
2. de appel. c. audita. & ibidem Abb. in 6. nota.
de reſti. ſpolia. Rot. 240. ſi unus, & 459. circa ter-
tium. in no. Bellemer. Deci. 110. colum. 5. Bald.
in. l. ea, quæ. poſt princ. C. de tempo. in inte. reſti.
ubi inquit hac de cauſa Specu. feciſſe ſpecialem
titulum de reſcripti præſentatione. Idem Bald.
in. l. 1. C. ut li. penden. Et quòd hęc ſit communis
opin. affirmat Ludo. Roma. plura allegando in
l. abſenti. in prin. ff. de donatio. Hanc opin. tenue
runt etiam Io. Andr. in c. cum te. in fi. de reſcript.
Bar. in l. multum. num. 2. ff. de condi. & demonſt.
Lap. alleg. 81. non ualuit. numer. 6. Aimo conſil.
124. ſcripſi alias. num. 4. ac Pariſ. conſi. 12. in iſto.
num. 18. uolum. 4. Nec obſtat ſi diceretur, quòd
iconomus exercuiſſet officium iconomatus ſi-
ne literis, illarumque præſentatione, conſentienti
bus habitatoribus diœceſis ſibi creditæ, quia
non propterea eſſet attributa ſibi aliqua iuriſdi-
ctio, conſenſus enim diœceſanorum, uel partium
5 non potuerunt dare † iuriſdictionem, uel tribue
re illam non habenti: ad l. priuatorum. C. de iu-
riſ. om. iudi. c. ſi diligenti. de fo. compe. Bald. in l.
falſus. in 8. oppo. uerſic. ſed pone, quòd cauſa eſt
mihi ſoli delegata. C. de furt. Poſtquam hæc ſcri
pſeram reperi Dec. Por. 275. libr. 3. incipien. Die
25. Octobris 1549. ubi quòd Rota contrarium te
nuit, ex quo in economo noſtro ſimili non ſit lo
cus extra. Iniunctæ. de electio. cum economus nõ
dicatur titularis, ſed potius quidam commen-
datarius (ſupple tu, ad tempus, non autem per-
petuus, ſeu ad uitam) in quo commendatario
ad tempus iam reſolutum affirmabatur reſolu-
tum fuiſſe nono. Decembris 1542. non eſſe lo-
cum extra. iniunctæ, & ſic non fuiſſe neceſſa-
riam expeditionem, literarum, & quia in ſup-
plicatione ille erat deputatus economus ſolus
ſignatura gratiam perficiebat, ut per Feli. ſu-
per rubr. de conſtitu. & ad ea, quæ alibi addu-
ximus. Reſpondebatur etiam ibi ad illud, quòd
executor non præſentatis literis non haberet iu
riſdictionẽ, quòd ꝓcederet in executoribus nõ
nominatis in gratia, ſed nominandis a cancel-
laria: uide quòd quæſtio hæc ſatis diſputabilis
remanet.

SVMMARIVM.

1 *Regula an obſtet ſupplicationi, ſiue neutri?*
2 *Titulus nouus acquiritur ex gratia, ſi neutri.*
3 *Sententiæ formula uigore reſcripti, ſi neutri.*
4 *Si neutri, requiris, quòd declaretur neutri ius compe-tere.*

1 DEcimooctauo quæro † an regula obſtet
ſupplicationi, ſi neutri? Pro opi.
affirmatiua pondero, quòd reſcri-
ptum, ſi neutri, non dicitur propriè
reſcriptum gratiæ, ſed, uel iuſtitiæ,
uel ſaltem mixtum: committit enim cognitio-
nem ſuper eo an ſit uerum, quòd neutri ius com
petat, & deinde conferat, & ſic habet uim reſcri
pti delegatorii, & ſic requiritur expeditio litera
rum cum regula: excipiat tantum commiſsiones
iuſtitiam continentes per placet ſignatas. Et pro
hac opin. conferunt, quæ probaui in proxima
præcede. quæſt. quòd iuriſdictio non datur actu
ante expeditionem, & præſentationem litterarum
Rurſus, quòd conferre beneficium eſt iuriſdi-
ctionis, ille enim cui dirigatur, reſcriptum, ſi
neutri, uigore primæ commiſsionis cauſæ non ha
bet hanc iuriſdictionem in euentum in quem
neutri competat ius, impetranti ſi neutri, confer
re, alioqui ſi potuiſſet, ad quid hæc impetratio
ſi neutri. Videmus enim in terminis cle. audi-
tor. de reſcr. non requiri nouum reſcriptum Au-
ditori Rotæ dirigendum pro facultate prouiden
di de beneficio. ut ibi. & per Card. ibidem in 14.
quæſt. ac D. meum Phi. Dec. in c. ſuper eo. colum.
ulti. uerſic. ſed ad iſta. de offic. dele. Inſuper reſcri
ptum, ſi neutri. dat nouum ius. Rot. 238. Impe-
trans gratiam, ſi neutri. ibi, Quia noua eſt gratia,
2 & noua eſt prouiſio, & † nouus ex illo titulus ac
quiritur. Ludo. Roma. qui illam Rotæ Deci. cita-
re uoluit conſil. 362. quo ad primum. poſt num.
4. uerſic. Ad hoc accedat. Feli. in cap. in noſtra. in
15. conte. de reſcr. ac Sarnen. in 28. quæſti. regu. de
Anna. nume. 2. Amplius formula, ſeu ſubſtantia
3 † ſententiæ ferendæ ſuper reſcripto, ſi neutri, hæc
erit. Cum ex euentu litis nobis conſtiterit neu
tri A. & B. litigantium ius competere, benefi-
cium ipſi A. conferimus &c. Et ſic ſententia hu-
iuſmodi canonizatoria potius dicẽda erit, cui au
tem

tem dubium quòd canonizatoria nullo modo
proferri poſſit literis non expeditis? ut in aliis
quæſtionibus concluſimus. Quæ maximè pro-
cedunt quando reſcripto, ſi neutri, additur ſoli-
ta clauſula in fin. uidelicet, Et ad effectum gra-
4 tiæ, ſi neutri, tantum. Et quòd gratia † ſi neutri
requirat effectum, quòd ſcilicet declaratum fue
rit neutri ius competere, & ſic ante dictam decla
rationem ex ea nihil inferatur, concluſerunt Reu.
Domini de Rota ſub die 16. Octobris 1549. in
cauſa Aſtoricen. parro. de Lomba, coram Reuma
no pro D. Ludouico Villalobos contra Stepha-
num de Barrio, uti annotauit bo. me. Nouatus.
Pro opin. negatiua ſuper quæſito noſtro conclu-
ſit Rota 19. Decembris. 1548. coram Veſtan. in
cauſa Fulginaten. canonicatus inter D. Alexan-
drum de Elmis, & Petrum Paulum in hæc uer-
ba: Rota dixit Petrum Paulum non eſſe cogendũ
ad expeditionem literarum, cum in ſupplicatio
ne appareat de bono iure. Et quia adhuc ſub
iudice lis eſt, & quia inſtantiſſime ego requiſi-
tus fui ut in fauorem D. Alexandri ſcribere uel-
lem, hic quid ſentiam ſuper huiuſmodi dubio
non aperio.

SVMMARIVM.

1 *Quæ literæ, & quando remittendæ ſint ad corrigen-
dum.*
2 *Minus. i. non, uel parum.*
3 *Præoccupo, & præoccupatio quomodo accipiantur?*
4 *Aliàs, dictio quid ſignificet?*
5 *Bulla quando à ſupplicatione diſcordare dicatur, ut re-
mittenda ſit.*
6 *Matrici potius ſtandum, quàm publico inſtrumento ab il
la diſcordanti.*

DEcimonono iuxta. 2. partem principa-
1 lem quæro † quæ literæ, & quando
remittendæ ſint ad corrigendum?
Ampla eſt materia hæc, & anceps,
ac in Ro. cu. ſatis utilis, ideo dili-
genter tractanda, & exemplo. D. Samenſ. hic qui
pro ornamento huius regulæ utramque ſignatu-
ram reuoluit (ſuper qua aliqua ſcribam dum Re
gulam. 33. de ſignatura, per fiat, & per conceſſum
declarabo, quæ illi potius, quam huic conue-
nient) Praxim uerò rerum, & clauſularum aſſi-
gnatura Gratiæ concedi, denegari, & limitari ſo-
litorum cum Typographo excudendam tradidi,
ego materiam hanc remiſſionis literarum ad
corrigendum, prius in præſenti quæſt. in genere,
poſtea applicando ad diuerſos caſus, non inuti-
liter tractabo. Ante omnia ponderandus eſt tex.
noſtræ regulæ, qui eſt diuerſus a regulis antiquis,
ſeu habet uerba quædam poſtpoſita, litera enim
Regulæ Sixti, & Innocentii dicebat, & ſi literæ
ipſæ minus bene per præoccupationem, uel a-
lias expeditæ reperiantur &c. & hæc lectura dura
uit uſque ad tempora Pauli Tertii. eadem enim
uerba erant in regula Cle. vii. Paulus uero com-
mutauit, ſeu poſtpoſuit quędam uerba, quem
ſecutus eſt Iulius Tertius & ſucceſſores ſub his
uerbis, uidelicet & ſi literæ ipſæ per præoccupa-
tionem, uel aliàs minus bene expeditæ reperian
tur &c. remitti poterunt &c. differentia igitur
modernæ lecturæ, ab antiqua (ut patet ad ocu-
lum) in hoc conſiſtit, quòd illa uerba, minus be-
ne, quæ prius ante illud uer. præoccupationem,
hodie ſunt poſtpoſita, poſt illa uerba, uel aliàs:
2 declaro ſingula uerba prædicta, ibi † minus id eſt
non, uel parum, & ita accepit Cic. de Diuina-
tione. At nonnunquam ea quæ prædicta ſunt
minus eueniunt, & idem epiſt. 30. Cœlix libertus
tuus antea mihi minus fuit notus: exponamus i-
gitur minus bene. i. non bene, uel parum bene, ſi
ue malè etiam iuxta ſententiam Ariſto. in 5. Ae-
thico. c. 1. cir. medium ubi dicit. Sed quia uide-
tur minus malum, quodammodo bonũ eſſe &c. ſi
igitur minus malum bonum cenſetur, ergo mi-
nus bonum malum cenſendum, cum contrario-
rum eadem ſit diſciplina. Quid intelligendum
ſit per illa uerba, per præocupationem expeditæ
reperiantur, ſat dubitari poteſt, ſi ad proprieta-
tem huius termini, præoccupatio, recurramus,
3 diuerſimodè enim capitur: † præoccupo, enim
Καταλαμβανω ante occupo, ante uerto, præ-
uenio, anticipo, uti apud Cic. in M. Anto. Phi-
lippica 10. in princip. ſub iis uerbis, Quas enim
ſententias mihi ipſe ſumpſeram, eas præoccupa
uit oratio tua, & hoc modo occupare, & præoc
cupare pro eodem ſumi uidemus, prout in l. plu
ribus. ff. de procu. Bar. & alii in. l. ſi pluribus. ff. de
lega. 1. Pau. Caſtren. conſil. 211. in hoc paſſu duo
ſunt. lib. 1. Alex. conſil. 27. in. 3. dub. nume. 9. uol.
6. Anchara. in repe. cap. poſtulaſti num. 49. de fo.
compe. præoccupare etiam hominem, beneficio
irretire dicimus, prout apud Cæſar. 2. bel. ciui.
præoccupatum ſeſe legatione ab CN. Pompeio,
teneri obſtrictũ fide. p̃occupatio πρόληψις apud
rethores color eſt, ſeu figura, quum aliquid nos
reticere dicimus, tacitum tamen intelligitur.
nulla ex præmiſſis interpretationibus caſui no-
ſtro applicari poteſt, niſi forſan illi ſimilis, quòd
præoccupare aliquem, ſit illum beneficio irretire
quali expeditio literarum propter fauores, cali-
ditatem, ſeu dolo malo proceſſerit, in tantum
quòd præoccupatio ſonat in malam partem.
4 Illa uero dictio † aliàs, diuerſimodè etiam accipi
tur. Et ſignificatio illius dictionis facilè deprehen
ditur ex natura orationis inquit Bar. in. l. 1. ff. de
condi. & demonſt. aliquando enim conditionem
facit, ſeu exponitur pro, ſi non. l. diuortio. poſt
princi. ff. neg. geſt. l. aliàs. ff. de in lit. iuran. l. aliàs
&. l. admonendi. in fi. ff. de iureiur. Barto. in. l. 1. in
5. quæſt. ff. de condit. & demon. aliquando poni-
tur pro alio loco. l. adeo. §. quod ſi toto. ff. de ac-
qui. re. domi. aliquando exponitur alio tempo-
re. l. diem. §. unde uidendum. ff. de arbi. Bartol.
in pręalleg. l. 1. quęſt. 5. ff. de condi. & demo. Acci-
pitur

pitur etiam aliàs pro aliquando. Cic. de Amicitia: mutantur etiam ſæpe hominum mores, aliàs aduerſis rebus, aliàs ætate ingraueſcente. Idem de ſenectute. Terra nunquam ſine uſura reddit, quod accepit, ſed aliàs minore, plerunque maiore cum fœnore. Aliàs.i.aliter, & eſt aduerbium qualitatis iuxta tex.in l.denique. uerſic. Et Iulianus, aliàs accipiendum legatum peculij ait, ſi ipſi ſeruo legetur, aliàs ſi alii.ff.de pecu. lega. Demũ exponitur aliàs.i.alio caſu, uel alio modo.l.qui teſtamento.§.mulier.ff.de teſta.l.1.§.ſiue autem intra urbem. iun.glo.in uer.aliàs.ff.de aqua quotid.& æſti.Bar.in tracta.de alueo.in uer.aliàs, pro qua dictione, uide etiam And.Tiraqu.de ut. retr, par.1.glo.6.§.8.in uer.Aultremeat. Et iuxta præfatam ultimam expoſitionem capienda eſt hic dictio aliàs: ſenſus igitur iuxta primam lecturam erit, ſi literæ non bene per fauores, ſeu calliditatem, uel malitiã, ſeu alio modo expeditæ fuerint remittantur, &c. hic uidetur uerus ſenſus, iuxta uerba antiqui tex.qui in ultimis uerbis non bene ſonat auribus, uel.n.opus erit confiteri, quòd per dictionem, alias, includatur quilibet modus, etiam non ſimilis præmiſſis, & hoc modo literæ etiam bene expeditæ remittendæ eſſent, quod abſurdum eſſet, aut interpretatio facienda eſſet de caſibus ſimilibus præoccupationi, de qua immediatè præmiſit, nec iſtud dicendum eſt, quia natura huius dictionis, aliàs, eſt comprehendere quoſcunque caſus, ſeu modos etiam diſſimiles, ut probatur ex ſupra adductis, ſequitur quod litera antiqua erat dubia ſatis, immo periculoſa, iuxta uerba ipſa intellecta, & propterea commutationem uerborum ſapienter factam fuiſſe crediderim, unde moderna lex ita interpretanda erit, Si literæ dolo malo, uel fauoribus, uel aliàs minus bene.i.alio quocunque modò non bene, ſeu malè; & ſic non ſolum per præoccupationem, ſed quocunque alio modo malè expeditæ, remittantur, &c.& ſic illa uerba, minus bene, in moderna lectura, reſtringunt naturam præcedentis dictionis, aliàs: unde non omni caſu remittendæ ſunt ultra præoccupationem, ſed quando minus bene expeditæ reperiuntur, ſecundum igitur literam modernam, & ſenſum qui dabatur, ſeu dari debebat regulæ antiquæ, & iuxta ea, quæ doctores uolunt, redeundo ad principale quæſitum, reſpõdendum mihi uidetur quantum ad hanc regulã attinet (& ad hæc iuniores aduertant) dari poſſe
5 regulam generalem, quòd ubicunque † bulla diſcordat a ſupplicatione ſignata, ſiue plus contineat quàm ſignatura, ſiue minus, tunc remittenda ſit ad corrigendum, prout uoluit Ant. de But. conſi.2.niſi ſi literis.ante nume.4 ibi apparet euidenter, quòd aliter ſumpta eſt minuta per uicecancellarium magis ſtrictè, quàm fuerat a Papa conceſſa, cum his, quæ ſubdit nume.4.& conſil.49. quod eſt idem, ſeu idem ſonat, quibus addo, quòd ad cognoſcendum an plus, uel minus literæ quã ſupplicationes contineant, non ex eo percipi poterit, quòd facta collatione ſupplicationis cum bulla diuerſitas reſultet ex pluribus, uel paucioribus, uel diuerſis commutatis clauſulis, ſed ex eo præſertim, ſi in ſubſtantialibus uarient, uel in aliis præter, uel contra ſtilum, ab abbreuiatoribus, ſeu aliis huiuſmodi expeditioni propoſitis, in talibus ſeruari ſolitum, ad text. in cap. porrecta. ibi, cum igitur a cancellaria noſtra huiuſmodi literas emanaſſe non credamus, &c. de confirm.util. uel inutil. Roman. conſil. 376. quæſtio eſt.num.12.uerſicu.ſecunda ratio. Aegid. Belleme.conſi.34. ſuppoſito ſtatuto, colum.6.ante fin. uerſi.& puto quòd non, ibi & eſt ratio. quia princeps præſertim Papa, ad literas ſuper gratiis expediendas deputauit certas perſonas, quibus certas regulas dedit, contra uel præter quas literę expeditę eſſent nullę, &c. & col.8.poſt princip. uerſi.ſi uerò quęritur de errore bullę, attendendũ eſt, quòd bulla cum ſupplicatione concordat in duobus, &c. poſtea ſubdit, & diſcordabat ſolum in uno, quia ſupplicatio non habebat, quod uacaſſet per mortem Simonis, &c. per Fel. in c. ex parte.1.de reſcrip.col.7.num.17.uerſi.& uult regula cancellarię.25.quòd reſcripta contra tenores, & formas conſuetas, remittantur ad cancellariam Papæ, ad inſtantiam eorum, quorum intereſt; ecce igitur quòd Fel. præclariſſimus Rotę Auditor, hanc regulam interpretatur habere locum quotieſcunq; expeditio emanauit contra conſuetas formas cancellariæ. Pro præmiſſis etiam faciunt ea, quæ annotauit D. Pet. Rebuf. in ſua praxi. in 3.par.ſigna.num.9.pag.141.iuxta ſecundam impreſſionem, uerum iuniores ne decipiantur aduertant, ſupponit enim ibi iſte præclariſſimus doctor, quod Romæ Abbreuiator ſignaturã in quodam libro ad uerbum ſcribit, ad quem, ſi de ea dubitetur tanquam ad prototypum recurratur, pro quibus adducit Butr. allega.conſil.2. ubi tamen, nec alibi hoc dicit, immo ſtilus talis penes me eſſet nouiſſimus, & inauditus. Dum uerò arguit de ſupplicatione ad protocollum, ac de bulla ad inſtrumentum, bene loquitur, nam ſicut diſcordante inſtrumento publico à matri-
6 ce † matrici magis creditur, & ad illam, ſeu ad protocollum recurri debet pro corrigendo publico inſtrumento diſcrepante.l.ſi quis ex argentariis.§. prætor, & ibi Bartol. & alii.ff.de edend. Bartol. in l.Sempronius Proculo.ff.de legat.2. Felin.in c.quoniam contra.nu.10. de probat. & in c.in literis, colum.2.in fi.de fide inſtrum. Alexan. conſi.79.eleganter.col.3.nu.4.uol.5.& conſi.105. lib.2.Bart.& moderni in l.ſi librarius.ff.de regu. iu. Socin.conſil.94. præſtantiſſimi. num.1.uol.1. Abb.in cap. tam ex literis. nume.8.de in integ. reſtitu. Marian. Socin.iun.conſi.23.dubia primo aſpectu.num.11.uol.2. Bertrand. conſil.59. data uarietate, libr. 3. in primis. & conſil. 25. ex proceſſu. nume. 3. In nouis, ita etiam cum diſcordant literæ Apoſtolicę à ſupplicationibus, ſecundum illas corrigendæ ueniunt, obtenta deſuper

com-

commiſſione à ſignatura. In pleriſque autem in-
ter protocollum, & ſupplicationem, ac inter
inſtrumentum publicum, & bullam, eſt magna
differentia, & magnum chaos. Hactenus de
iis, quę ſub quadam generalitate tractanda erant
circa remiſſionem literarum ad corrigendum,
nunc ad aliquos ſpeciales caſus deſcendam, ex
quorum diſcuſſione, & aliquibus deciſionibus
in Sacro Rotæ Auditorio factis, quas ſubiiciam,
elici poterit determinatio ad ſimiles, & alios ca
ſus, qui ſuper remiſſione literarum ad corrigen-
dum euenire poterunt.

SVMMARIVM.

1 *Supplicatio annexionis medietatis fructuum parrochia-
lis, dicit medietatem omniū fructuum &c. parrochia
lis prædictæ, cuius fructus &c. 1000. duc. &c. bulla
uero dicit medietatem omnium dictæ parrochialis fru
ctuum &c. qui 500. duc. &c. an bulla iſta ſit remit-
tenda ad corrigendum.*
2 *Valor beneficii impetrandi exprimi debet.*
3 *Oneri iniuncto ut ſatisfiat, interpretatio facienda eſt.*
4 *Qui, relatiuum, generalitatem præcedentem reſtrin-
git.*
5 *Contrarietates ut euitentur, debemus etiam diuidere, &
diſtinguere.*

VIgeſimo: Supplicatio unionis, ſeu an
nexionis medietatis fructuum par-
rochialis de Villa noua collegio ſco-
larium conceſſa, cōtinet hæc uerba:
uidelicet, medietatem omnium, &
ſingulorum fructuum &c. parrochialis prædictæ,
cuius fructus, redditus &c. 1000. duca. &c. ualo-
rem annuum non excedunt, eidem collegio uni-
re, annectere &c. literæ uero expeditæ dicebant,
medietatem omnium, & ſingulorum dictæ par
rochialis fructuum, redditnum, & prouen-
tuum, qui quingentorum ducatorum &c. ualo-
1 rem annuum non excedunt, quæro † an lite-
ræ prædictæ debuiſſent remitti ad corrigendum?
Pro parte affirmatiua facit, quia negari non
poteſt, quin inter ſupplicationem, & literas
non ſit diſcordantia, cum in illa ualor exprima-
tur in mille, in iſtis uerò in quingentis, & ſic
repugnantia, & contrarietas colligitur, quæ
cuicunqoe diſpoſitioni nocere ſolet, ad text. in.
l. ubi repugnantia. ff. de regul. iur. l. ſcripturæ C.
de ſi. inſtru. cum ibi no & hæc repugnantia eſt ſa-
tis conſiderabilis, imò ſubſtantialis, tum in ex-
preſſione ualoris, propter regulam de ualore,
tum quia etiam de iure, dato, quòd alias ualor
neceſſario exprimi non debuiſſet, falsò tamen
expreſſus gratiam uitiat. Rot. 41. de reſcript.
in anti. Felin. in. c. ad aures colum. 3. in 2. conclu.
eo. cum igitur bulla præfata ſit ſubreptitia, & a
ſupplicatione aliena, & ſic minus bene expedi-
ta, remittenda erat ad officiales, iuxta formam
a Regula noſtra traditam. Pro parte negatiua (cui
adhęreo) pondero, quòd Regula de ualore, & ſti
2 lus curiæ cogit ad exprimendum † ualorem be-
neficii impetrādi, ita quòd ualor exprimendus,
cenſeatur pars gratiæ. Cardi. in clem. 1. colum. 1.
cir. medium. uerſic. ex qua no. quòd quis non te-
netur, de præben. Rot. 292. licet impetrans. in no.
& Belleme. 683. Felin. in. cap. ſi. numer 4. de præ-
ſum. Cum igitur teneatur exprimere ualorem e-
ius, quod impetrat, & in caſu propoſito fuit im
petrata ſolum medietas fructuum parrochialis,
& ſic onus conſiſtebat in exprimendo ualorem
3 medietatis. in dubio † oneri iniuncto ſatisfactum
eſſe exiſtimandum eſt, ad. l. unum ex familia. §. 1.
& ibi Bar. in. §. ſi duos uerſic. no. quòd Inſtituen-
do &c. de lega. 2. Pariſ. conſil. 72. inficiari numer.
33. uerſic. & in dubio ita relinquendo, uidetur
relinquere ob dictam cauſam, & ut pareat graua
mini ſibi iniuncto, uolum. 2. unde cum fuit di-
ctum in bulla, quòd fructus non excedebāt. 500.
duc. dēbat fieri interpretatio de illis fructib. me-
dietatis, qui exprimendi erant circa partem fru
ctuum impetratam, non autem de alia remanē
te, & non impetrata, cuius expreſſio non requi-
rebatur, & ſic nulla diſcordantia: idem eſt enim
(ut ad ſenſum patet) dicere cuius parrochialis
fructus &c. duc. 1000. non excedunt, ſicut cuius
medietatis fructuum &c. dictæ parrochialis. 500.
duc. non excedunt. Accedit, quòd illud relati-
4 uum † qui, eſt reſtrictiuum ad fructus impetran-
dos enarratos. & ſic generalitatem reſtringit. l.
ea tamen adiectio, cum ſeq. ff. de leg. 3. Barto. in.
l. omnes populi. in. 1. oppo. ff. de iuſti. & iur & in.
l. cunctos populos. numer. 1. & ibi Iaſ. in utraque
lect. colum. 3. C. de ſum. Trin. & ſi. catho. Ange. in.
§. omnium autem actionum. nu. 1. Inſti. de actio.
& ſic ratione dictæ reſtrictionis, expreſſio prædi
cta uidetur ſolum reſpicere dictam medietatem.
Demum iudicandum potius eſt, quòd dicta ex-
preſſio in bulla reſpiciat medietatem fructuum,
quam omnes fructus ad effectum ut gratia po-
tius ualeat quam pereat, ex communi regula. l.
quoties ff. de reb. dubiis. Deci. conſil. 344. in fin.
ubi ſubdit, quòd iſta præſumptio pro ualidita-
te actus, ſuperat omnes alias. & pro iſta opin. ne-
gatiua cōcluſerunt R. D. mei de Rota in una Cō
chen. medietatis fructuum, pro collegio Sala-
mantin. contra Illu. D. Ioannem Baptiſtam Cæſa-
rinum, coram bo. me. Nouato. 28. Iunii. 1549. Ex
præmiſſis patet ſolutio ad ponderationes in con
trarium factas, cum interpretando, ut ſupra, nul-
la cadat diſcordantia, contrarietas, ſeu repu-
5 gnantia, † contrarietates enim ut euitentur, de-
bemus etiam diuidere, & diſtinguere, ad text. in
l. inter ſtipulantem. ff. de uer. obli. Bart. in. 1. con-
ſtit. C. unme. 13. uerſicul. no. quod contrarietates
Idem Bat. in. l. 1. §. & parui, num. 5. ff. quod ui, aut
clam. Nel. a S. Gem. in tract. de Teſtiū. in uer. con-
trarietas, numer. 23. Io. Campeg. in tracta. peti. &
reſti. dotis. quæſt. 118. num. 2. uerſic. Præterea non
eſt in-

eſt ineõuenjens, quòd una dictio exponatur pro alia gratia contrarietatis tollendæ per gl. in l. eas cauſas. ff. de condi. & demonſt. ff. Cur. Iun. conſil. 147. contra ea, num. 4. & 6. Doctores ẽt qui uidẽtur ſibi contrarii, debent ſicut leges ad cõcordiã reduci. Caſſa. 1. de reſcr. nu. 2.

SVMMARIVM.

1 *Bulla, an ſit remittenda ad corrigendum, continens hæc uerba, uidelicet, collegio medietatem fructuum applicamus, poſtquam illius ædificia conſtrui cœpta, licet nondum completa fuerint, ſumptum uero ſupplicationis dicit, collegio poſtquam erectum, & ædificatum fuerit, licet finitum non ſit.*

2 *Opus eſſe factum, uel cœptum differunt.*

Crucis ſigno regiſtratores ſupplicationum ad indicandum caſſaturas uti non deberent.

3 *Cancellatio in ſupplicatione inducit expreſſam denegationem.*

4 *Cœptum pro facto, imò pro perfecto in fauorabilibus haberi.*

Vigeſimoprimo, ſumptum ſupplicationis habet hæc uerba, uidelicet Collegio huiuſmodi poſtquam erectum, conſtructum, & ædificatum fuerit, licet finitum ✠ nõ ſit, medietatem fructuum annectere, & ſic poſt uerbum, finitũ, erat crux, uerba autem bullæ erant, Collegio huiuſmodi poſtquam illius ædificia conſtrui cœpta, licet nondum completa fuerint, medietatem fructuũ
1 applicamus &c. Quæro † an bulla huiuſmodi a ſumpto diſcordet, ita ut ad corrigendum remittenda ſit. Pro parte affirmatiua clara uidetur cõtrarietas, ſeu diuerſitas, & diſcrepantia, quæ nullo modo ſaluari poſſit. Vbi enim ſupplicationis ſumptum habet illa uerba, poſtquam erectum, conſtructum, & ædificatum fuerit, bulla hẽt poſtquam illius ædificia conſtrui cœpta, licet nondũ completa fuerint, & nulli dubium quin magna ſit differentia inter conſtrui cœptum, prout habet bulla, & erectum, conſtructum, & ędificatum, prout habet ſupplicatio, quę ſupponit opus iam
2 eſſe factum, literæ autem opus cœptum † quæ inter ſe ualde differunt. l. rei appel. §. opere. & l. ædificia. §. perfeciſſe. ff. de uer. ſig. l. ſi is qui. §. ſed etſi opus. ff. ad l. fal. & l. ſtipulatio. §. opus aũt. ff. de no. ope. nun. l. ueſtimentũ. ff. de au. & arg. leg. l. librorũ appellatione. §. qd igitur. ff. de leg. 3. Rot. 544. quidam patronus. ante fi. quæ eſt eadem Biſign. 17. de prębend. in antiquis. Inſuper (ut præmiſi) poſt uerbum, finitũ, adeſt crux, ſub hoc ſigno, uidelicet. ✠ ad quod aduertant noui in Roma. Cũ quòd ſtilus eſt regeſtratorum ſupplicationum, quòd in regeſtro ſupplicationum, & poſtea in ſumptis ipſarum ſupplicationum, ubi reperiunt caſſaturas a Papa, ſeu ſignaturas factas, apponũt illud ſignum crucis, indicatiuum caſſationis, ſeu denegationis clauſulæ alicuius, ſeu clauſularum: do exempla pro inexpertis, in ſupplicatione nouæ prouiſionis inter clauſulas generales eſt poſita iſta, uidelicet, cum derogatione regulæ de ſubrogan. collitigantibus, caſſatur iſta clauſula a ſignatura: regiſtrator loco iſtius clauſulę ponit crucem ſub hoc ſigno, uidelicet. ✠ fingamus etiam in eadem ſupplicatione dictum, & quòd literæ per uiã gratioſæ ſubrogationis, gratiæ, ſi neutri, ſi nulli, ſi alteri, perinde etiam ualere, ſimplicis uel nouæ prouiſionis &c. caſſantur illa uerba, ſimplicis uel, & apponitur crux, & remanent regiſtrata uerba hoc modo, perinde etiam ualere ✠ nouæ prouiſionis &c. ponamus etiam appoſitam clauſulam in quacunque gratia, uidelicet. & quòd præmiſſorum, omnium, & ſingulorum, etiam fructus &c. augendo uel minuendo, nominum, cognominũ, inuocationum &c. caſſatur illa dictio, nominum, in locum illius in regeſtro, ſeu ſumpto ſupplicationis ponitur crux, & hoc ſumma ratione inſtitutum crediderim, ad occurrendum dolo, & fraudibus illorum, qui ſub colore, quòd non habeant penes ſe ſupplicationes originales, ex quibus facile deprehendi poſſet, quod expreſſè denegatum, ſeu immutatum ſit, ſuper ſumptibus faciũt literas expediri, ſeu apud iudices ſumptus producunt, ad illos effectus, in quibus ſupplicationibus iuuari poſſent. Laudo hunc ſtilum, & hanc diligentem obſeruantiam regiſtratorum, mallem tamen quòd alio ſigno uterentur, uel ſtella, uel uti ipſis uiſum foret, præclaro autem illuſtri, glorioſo, immo diuino ſigno crucis, ipſi, uel quiuis alii (ut uulgo fit) nollem (ſi fas eſt ita loqui) circa prophanos uſus abuterentur etiam argumento rub. & l. uni. C. nemi. lice. ſignum ſalua. & tex. in capitu. ſi canonici. §. cæterum. & ibi gloſſ. in uerſic. in terram. de offic. ordina. libro 6. & per Pet. de Vbal. de cano. epiſco. quæſtio. 16. numero 3. uerſicu. ideo prohibuit lex ne ſignum crucis. Et de præfiguratione Sanctiſſimæ crucis uide in Reperto. Inquiſito. in uer. crux. uerſic. No. quòd ſignum crucis traxit originem. De crucis ſigno, & eius ueritate, & quòd Cõſtantino apparuerit, idemque eam in reuerentia habuerit, ad præliũquè geſtauerit, uide Euſeb. libro 9. Hiſto. eccleſia. cap. 9. Soſome. libro 1. Triparti. cap. 4. 5. & 9. ubi etiam quòd ſupplicium crucis, quod apud Romanos erat in uſu a Conſtantino prohibitum fuerit. & per Luc. de Pen. ſuper rub. C. de præpo. labo. ubi de uiſione crucis per Conſtantinum: & quod in caſtris, & bellis pro ſigno uictoriæ geſtari iuſſit, uide etiam Paulum Diaco. lib. 17. Huc ſpectant pulchra illa uerba, crucẽ Domini, qua frontem noſtram, & pectora munire debemus, eam ſub pedibus conculcamus? Ad rem noſtram redeundo, in propoſito quæſito ſupponatur can-
3 cellatio poſt dictum uerbum, finitum, † & ſic expreſſa denegatio quo ad cancellata. ad l. primã. & toto titulo. ff. de his quæ in teſtam. deleu. l. tribunus. §. 1. ff. de milita. teſtamen. Rota. 560. can-

cellaria non conſueuit, in antiq. quæ loquitur in
caſſaturis ſupplicationũ per Papam. facile imo
neceſſariò concipi poteſt, aliquid fuiſſe cancella
tum, clauſulam premiſſam concernens, quod gra
tiam non caſſatum ampliaſſet, unde bulla etiam
ad terminos caſſaturæ reducenda eſſet, uel ad mi
nus negari non poteſt, quod ſtante diuerſitate
uerborum, bullæ a ſupplicatione. & ſtante cancel
latura huiuſmodi, non debeat eſſe hæſitationi lo-
cus, an bulla corrigenda ueniat, uel non, & an ſit
bene expedita uel non, quo dubio ſtante, D. Ab-
breuiatorum iudicium, & opera requiritur, quo-
rum eſt (etiam ex mente regulæ) literas reſtringe-
re, reducere, & reformare, & quatenus forſan non
eſſet reſtrictioni, ſeu correctioni locus, nihil ipſis
partibus deperit, nec per hoc ſplendori & maie-
ſtati ſacræ Rotæ detrahitur, cum D. Auditorum
circa præmiſſa officium ſit, deguſtare quid circa
literarum, & ſupplicationum conformitatẽ, uel
difformitatem ſentiant, at D. Abbreuiatorum
ſit reſtringere, reducere, & reformare, incidere, caſ
ſare, comburere, & omnia alia facere circa præ-
miſſa occurrentia, ex quibus ſequitur quòd data
aliquali difficultate, ſeu dubietate, an diſcordia
inter ſupplicationem, & bullam prætendi poſſit,
R. D. de Rota non debent eſſe difficiles, ad remit
tendum ad cancellariam, cum iſta remiſſio poſ-
ſit prodeſſe, nunquam autem obeſſe. Contrariã
opin. & ſic partem negatiuam ſequuta eſt Rota
in cauſa Conchen. medietatis fructuum (de qua
in fin. præceden. quæſtio. loquutus ſum) propo-
nente cauſam, ſeu dubium bonæ memo. Domin.
Hieronimo Nonato uiro peritiſſimo, & integer-
rimo, de menſe Iunii. 1549. uoluerunt enim R. D.
Auditores non eſſe differentiam quantum ad
terminos præmiſſi quæſiti, inter conſtructum, &
conſtrui cæptum, etiam ex uerbis ipſis de quibus
ſupra, & crucem inferre, quòd aliqua uerba fuiſ-
ſent deleta, uerum non deleta ſufficere, & quia
ſupplicatio ſatis declarat bullam, pro hac parte
ponderari etiam poteſt quòd hic agebatur in fa-
uorem Collegii ſcholarium, cui fiebat applicatio
medietatis fructuum unius parrochialis, ſchola-
rium autem cauſa fauorabilis eſt, prout conclu-
dunt omnes. in l. 1. ff. ſoluto matrimo. nos autem
4 habemus. quòd in fauorabilibus cæptum † pro
facto, immo etiam pro perfecto, ſeu completo
habetur. l. etſi non ſunt. §. quid ergo. ff. de au. & ar
gen. lega. & ita diſtinguit gloſſ. in l. ſtipulatio §.
opus. in uer. opus factum. ff. de no. oper. nuncia.
exponit enim opus factum inceptum, ſed non
perfectum.

SVMMARIVM.

1 *Literę coadiutoriæ, an diſcordent a ſupplicatione, ſi in
iſta caſſentur uerba, etiam ſi coadiutore non indigeat,
& narretur eum cui datur coadiutor, habere ius ad
beneficium, in literis uerò dicatur, eundem habere
ius in illo, uel ad illud.*
2 *Ius in re, a iure in rem multum differt.*
3 *In alternatiuis ſufficit unam partem eſſe ueram.*

VIgeſimoſecundò: Supplicant Gaſpar,
& Ioannes quòd in portione Hiſpa-
len. ipſe Gaſpar detur coadiutor
Ioanni, qui in dicta portione ius ha-
bet, quoad dictus Ioannes uixerit,
& dictam portionem obtinuerit, ut ſtatui, & feli
ci ſucceſſui dictæ portionis conſulatur, etiam ſi
coadiutore non indigeat, Literæ uerò dicunt, ꝙ
Gaſpar deputatur coadiutor Ioanni in portio-
ne, cui in illa, uel ad illam ius competit, quæro an
1 † literæ huiuſmodi dicantur diſcordare, ita ut ad
corrigendum remittendæ ſint? pro parte affirma-
tiua pondero, quòd iuxta propoſitum quæſitum
duobus modis diſcordantia bullæ, a ſupplicatio
ne colligi poteſt, in quantum in ſupplicatione ex
primitur Ioannem habere ius in portione, in lite
ris uero dicitur, quòd habet ius in portione, ſeu
ad portionem, & ſic additum eſt, ſeu ad portio-
nem, aperta ſit diſcordantia in exceſſu, non ſolũ
2 enim bulla plus continet, ſed & diuerſum † dif-
fert enim multum ius in re, a iure ad rem ſeu ius
in beneficio, a iure ad beneficium, tum quia a di-
uerſis principiis proueniunt, ſeu naſcuntur, tum
quia ſatis diuerſos effectus operantur, tum etiã
quia unum altero facilius tollitur, ſeu debilita-
tur. capitulo penulti. de præbend. libro ſexto. ca-
pitu. fina. de conceſ. præbend. eod. lib. Calde. con
ſil 8. ante ſi ſub titu. de reſcrip. Felin. in cap. cau-
ſam quæ. num. 26. uerſic. ſimiliter. Calde. de reſcr.
Larè Sam. in 1. q regulæ de non tollen. iu. quæſit.
nume. 27. uſque ad fi. cum igitur bulla contineat
iſtam clauſulam diuerſam a ſupplicatione, ergo
diſcordat, & conſequenter remittenda eſt ad cor
rigendum. Secundo modo reſultat diſſonantia,
nam ſupplicatio dat coadiutoriam Gaſpar, do-
nec Ioannes portionem obtinuerit, & ſic propter
poſſeſſionem cum titulo, uel ſine, id enim infert
uerbum obtinere, poſt Archidiac. in capitulo, ſi
ſententia de ſenten. excommun. libro 6. Rot. 273.
no. quòd ubi Papa. in antiq. Mil. in reper. in uer-
ſicu. obtinere. in princip. Domin. Samen. in ſexta
quæſt. regulę de impe. ben. uacan. per obi. famil.
Cardina. in fin. bulla autem dat coadiutoriam &
propter ius tantum, & non ſolum in re, ſed ad rẽ,
& ſic etiam quòd Ioannes non poſſideat, immo
inuſitatum, & inconueniens uidetur, ꝙ coadiu-
toria quæ datur ut coadiutor ſubleuet coadiutũ
in adminiſtratione, quam ipſe, uel propter mor-
bum, ſeu aduerſam ualetudinem, uel ſenectutẽ,
uel aliud impedimentum exercere non poteſt in
beneficio. ad text. in capitu. fina. de cleri. ægro. &
in capitu. 1. eodem titu. libro 6. & ad ea, quæ ad-
duxi ſupra in quinta quæſtio. regulæ. 11. Reuoca-
toriæ concedatur, quando coadiutus adminiſtra
re non poteſt, quia poſſeſſionem non habeat, ſed
ſolum

ſolum ius in re, uel ad rem, quo caſu non eſt locus coadiutoriæ, nec coadiutori, nec tunc quando non poſsidet poteſt dici coadiutore indigere, & cum in ſupplicatione illa uerba, uidelicet, etiã ſi coadiutore non indigeat (ut præmiſi) ſint caſſa, & cancellatio expreſſam denegationem indicat. ad. l. 1. & toto tit. ff. de his, quæ in teſta. delen. & probaui ſupra proxima præceden. q. nume. 3. ſequitur ꝙ Papa expreſſè denegauit locum eſſe coadiutoriæ, ſi Ioãnes coadiutore non indigeat, ſed non põt dici indigere, nõ poſsidens, ergo &c. Pro parte negatiua, quòd nulla diſcordia prætendi poſsit, conſiderari poteſt, ꝙ ſecũdum communem uſum loquendi, ex quo datur ſignificatio, interpretatio, & declaratio uolũtatis, ad. l. labeo. cum uulg. ff. de ſuppel. lega. idem uidetur eſſe dicere, mihi cõpetit ius ad tale beneficiũ, uel mihi competit ius in tali beneficio, licet quo ad effectum iuris ex aliqua ſubiecta materia aliud dicẽdum ſit, unde ad euitandum diſſonantias, & correctiones, ſat ſuperquè ſufficere uidetur iſte communis uſus loquendi. Inſuper cum in bulla dica
3 tur, in illa, uel ad illam ius habet, & ſic in alternatiuis † ſufficit unam partem eſſe ueram. l. ſi hæredi plures. ff. de cond. inſt. §. ſi plures conditionem. inſti. de hære. inſti. l. ſi quis ita, & ibi Alex. & alii. ff. de uerbo. ob. Bart. in l. ſi is, qui ducenta. §. utrũ. poſt princ. ff. de reb. dub. Bald. in l. ea lege. nu. 19. uer. ultimo quæritur circa alternatiuam. C. de cõdi. ob cau. c. inter cæteras. de reſcr. c. cum plures, ubi plurium, delegatorũ inſolidum quilibet cognoſcit, & ibi glo. 1. uerſicu. unde non ſunt iſtæ alternatiuæ ordinis. de offic. delegá. in. 6. Ludo. Ro. conſi. 273. clarum. in princ. Card. in clem. uni. §. quin etiam. in prin. de conceſſ. præb. Et non ſolũ præmiſſa procedunt, quando alternatiua concipitur uerbis affirmatiuis, ut in exemplo in d. c. inter cæteras. cum ſimilib. quo caſu nemo dubitat; ſed etiam quando alternatiua concipitur uerbis negatiuis, ſufficit alterum non eſſe factum: prout ſi promitto tibi centum ſi hoc anno nauis, ex Aſia non uenerit, uel filius mihi non naſcatur, obligatus enim ero, ſi iſtorum aliquid non eueniat, licet alterum eorum eueniat. Si autem ambo eueniant, tunc non teneor, prout concludunt Io. de Imo. & Fel. in d. c. inter cæteras, & probat text. in alle. l. ſi quis, ita ſtipulatus fuerit decem. uerſus ſi. quod etiam affirmat uterque Imol. ibidem. Et ſicut alternatiua, affirmatiua uult alterum fieri ſic, & alternatiua negatiua uult alterum non fieri, & conſequenter neutrum fieri, quia altero non facti uerum eſt dicere illud, aut illud factum nõ eſſe. l. ſi is qui ducenta. §. utrum. & §. cum ita. ff. de reb. dub. quæ tãto magis procedunt, quando tractamus de tollenda, ſeu remouenda contrarietate. Bar. in l. illud. §. ſi. ante ſi. ff. de bono. poſſ. contra tab. ſequitur, quòd, cum in literis dicatur, ꝙ Ioanni ius in portione, ſeu ad portionem competat, uerificatur ſi competat in ea, ergo concordat cum ſupplicatione, in qua exprimitur, quòd cõpetit ius in ea. Quantum uero attinet ad illud uerbum, obtinet, reſponderi poteſt, quod immo obtinere, referatur ad ius tantum. c. uni. cum gl. in uer. obtinendis, & ibi per doct. de eo, qui mitt. in poſſeſſ. lib. 6. c. ſi gratioſæ. in prin. iun. ſi. & c. ſi prote. eo. lib. 6. Pariſ. conſi. 74. gratia ſuper, nu. 2. uerſi. ipſe enim Ioãnes obtinebat præpoſituram, dato ꝙ non haberet poſſeſsionem. uol. 4. ex proximè dictis ceſſat illud inconueniens, ꝙ coadiutor non ſoleat dari non poſſeſſori, quia Papa poteſt dare cuicunque, & quandocũque uult: ipſe enim in beneficialibus habet pleniſsimam, & abſolutã poteſtatem. c. propoſuit. §. licet, de conceſſ. præb. Dec. conſi. 137. nu. 2. 141. col. 2. & conſil. 624. ante nume. 5. Quid tenendum? Dubium præmiſſum fuit in Rota propoſitum per R. P. D. epiſcopũ Veſtan. in una Iſpalen. portion. inter Alexium Romiero, & Gaſparem del Rio. ſub die 13. Nouem. 1550. R. D. de Rota uoluerunt conſilium capi a Datario, & aliquibus ex D. Abbreuiatoribus, de parco maiori. Duo uerò ex primariis Abbreuiatorib. uidelicet: Barenghus, & Aragonia iam expeditionem huiuſmodi approbauerant, & ſic aſſerebant non eſſe locum alicui correctioni. Quid poſtea ſubſecutum fuerit, non percepi, ego tamẽ potius priori opinioni adhærerẽ, & ſic pro remiſſione ad corrigendum, & pro correctione.

SVMMARIVM.

1 *Subrogationis ſupplicatio ad omne ius, etiam quo ad poſſeſsionem, ſi illam cedens obtinuerit, an diſcordet a bulla, in qua datur ſubrogatio etiam ad proſecutionem ſpolij.*

2 *Subrogatus non cenſetur quis ad proſecutionem cauſæ ſpolij, niſi expreſſè dicatur.*

3 *Succeſſori in beneficio nouum ius creatur.*

Beneficiatus a conferente tantum ius acquirit.

4 *Subrogationes ſunt odioſæ, & contra iuris regulas.*

5 *Reſcripta ſunt ſtricti iuris.*

6 *Subrogatio ad omne ius, etiam quo ad poſſeſſionem, ſe extendit ad iudicium poſſeſſorium.*

VIgeſimotertiu, commiſſa cauſa ſuper ſpolio, propoſituræ Aquilan. per Hieronymum Francum, contra R. Dom. Epiſcopum Reatinum, ex ceſsione Hieronymi, prouidetur D. Paſquali Barbonio, cum ſubrogatione ad omne ius Hieronymo, in dicta præpoſitura, uel ad illam quomodolibet competens, etiam quo ad poſſeſsionem ſi illam Hieronymus obtineret, nulla in ſupplicatione facta mentione ſpolii, literæ expediuntur de ſpolio, pluries facta mentione, cum clauſula, quòd ſubrogatur etiam ad pro-
1 ſecutionem ſpolii, quæro † an literæ diſcordent a ſupplicatione, & remittendæ ſint ad corrigẽdum? uidetur affirmatiuè reſpondendũ eſſe; quia literæ plus concedunt, quàm ſupplicatio,

& expeditores de parco maiori, ſeu illi de came-
ra non poſſunt in bullis concedere, quæ Papa in
ſupplicatione non conceſſit, ergo malè expedi-
2 tæ, & conſequenter remittendæ, & quòd † ſubro-
gatus non cenſeatur quis ad ſpolium, ſeu pro-
ſecutionem cauſæ ſpolii, niſi expreſsè dicatur,
eſt Dec. Belleme. 351. incipit eadem die. Sarnen.
quæſt. 9. ante finem. ſuper regula, de ſubrogan.
& quæſtio. 11. nume. 13. uerſicul. circa uero ſe-
cundum. de triennal. & idem uoluerunt. R. D.
mei de Rota, in una Imolen. canonicatus, & præ-
bend. coram R. D. Epiſcopo Veſtan. pro Hora-
tio Lollo, contra Georgium Paſinum, 12. No-
uembris. 1550. prout etiam dicimus, quod quis
non cēſetur ſubrogatus ad fructus niſi expreſſum
fuerit. Rot. Belleme. 366. per ſententiam ſubro-
gato. & aſsignari poteſt ratio, quare actio; ſeu iu-
dicium ſpolii non tranſeat in ſucceſſorem, quia
3 † ſucceſſor in beneficio, non ſuccedit in iure, qđ
competebat beneficium prius obtinenti, ſed il-
lud ius extinguitur, & nouum ius in perſona ſuc-
ceſſoris incipit, & creatur. c. Moyſes. & c. ſeq. 8. q.
1. c. 1. de præbend. Ioann. And. in cap. ex parte. de
arbit. in cap. 2. ut lite. pendent. lib. 6. & in c. ſi tibi
abſenti. in uerſi. non acquiras. eod. lib. & ubique
per Ioa. Mona. Rot. 13. de procu. ſi. A. conſtituat
in fin. in no. aliàs. 171. Mil. in reper. in uerbo, ſuc-
ceſſor in beneficio defuncti. Idem uoluit pul-
chra gloſ. in l. tutela plerunque, in uer. ad alium.
ff. de tute. dum dicit tex. nullā tutelam hæredita-
rio iure ad alium tranſire. ampliat gloſ. dicens.
Idem dicas in qualibet prælatura, & etiam in cō-
miſſaria. & quod beneficiatus à conferente ius
acquirat, non autem a defuncto, uel cedente, ſeu
alio, probat textus in cap. ex frequentibus. de
inſtitu. & cap. 1. ubi Abb. in 2. not. de præbend.
Guiliel. de Monte Lau. in extra. ſuſcepti regimi-
nis. in uer. uacantium. colum. 2. uerſicu. nec in be
neficialibus, aliquid de iure mortui, ſub titu. ne
ſede uacante. & in extrauag. execrabilis. in uerſi.
quæ aliàs. colum. 2. But. in cap. ſi diligenti. de præ
ſcrip. Areti. in l. Pomponius. §. cum quis. colu. 3.
de acquirenda poſſeſſ. Bonif. de Vita. in clemen.
1. num. 42. ut lite pendent. gloſ. pragma. ſub tit.
de paci. poſſeſsio. in uer. poſſedit. colum. 2. uer-
ſicu. item in beneficialibus nulla datur ſucceſ-
ſio. ex quo ſequitur, quòd in nullo penitus ſub-
rogatus Paſqual dici poterit niſi in expreſſis,
ſpolium non eſt expreſſum, ergo ad illud non fuit
ſubrogatus. Non obſtat, quòd de poſſeſsione
fuerit facta mentio, unde pro alia opinio. addu-
cti poſſit præallegat. Dec. Belleme. 351. quia re-
ſpondeo, quòd licet ſit conceſſa ſubrogatio quo-
ad poſſeſsionem, fuit tamen limitatè conceſſa,
uidelicet, ſi illam Hieronymus obtineret. Hiero-
nymus non obtinebat, ſed alter, ergo non poteſt
etiam dici facta ſubrogatio quo ad poſſeſsionē.
4 Accedit, quod † ſubrogationes huiuſmodi ſunt
odioſæ, & contra iuris regulas, utpote conceſſæ
ſuper beneficiis litigioſis, cap. 2. & ibi Franc.
in 2. not. & alii, ut lite penden. Pariſi. conſil. 47.
uidetur prima. colum. ſin. num. 46. uolum. 4. ſtri-
ctè igitur interpretandæ erunt, ut non cenſeantur
conceſſæ, niſi quatenus expreſſè petantur, & con
cedantur. Socin. in l. rem, quæ nobis. ff. de acqui.
poſſeſsio. & in dubio cum ſint odioſæ, contra ip-
ſos impetrantes interpretandæ. etiam ex eo, quia
5 † reſcripta ſunt ſtricti iuris, & eorum uerba in be
neficialibus, ubi motu proprio non emanauere.
extendi non debent. c. cum te, ſecundum unū in-
tellectum, de reſcrip. cap. p. & g. de offic. deleg.
Innocen. Ioann. And. & Compoſtel. in cap. ſuper
literis. de reſcrip. Roman. 396. ſi committatur.
num. 3. Roman. conſi. 388. in caſu. poſt nume. 4.
uerſicul. breuiter dicendum uidetur. Mil. in re-
perto. in uer. reſcripta ſunt ſtricti iuris, idem uo-
luit Sarnenſ. in 15. quæſtio. regulæ de Annali.
poſt nume. 4. ubi quòd commiſsiones ſunt ſtri-
cti, & limitati iuris. Inſuper iuxta ſtilum Roma.
curia, qui attēdi debet pro deciſione dubiorum.
c. quam graui, de crim. fal. Calderin. conſil. 8. an
exiſtens. num. 4. ſub titu. de reſcrip. quando ſub-
rogatio conceditur, etiam quo ad litem apponi
conſueuit clauſula, uidelicet: Et quod admit-
tatur ad proſecutionem iuris, litis, & cauſæ in eo
ſtatu, in quo defunctus debuiſſet admitti, uel e-
rat: iuxta Rotæ dec. 5. quæ incipit, ſubrogatus,
ut lite penden. aliàs 64. in no. Hic non ſupponun
tur præfata, uel ſimilia uerba, ergo &c. Contra-
rium in caſu propoſito concluſit Rot. in Aquila
na præpoſituræ inter præfatos R. D. Epiſcopum
Reatinum, & D. Paſqualem Borbonium, cauſam
proponente R. D. Achille de Graſsis, ſub die 9.
Iunii. 1550. tenuerunt enim non diſcordare bul-
lam præfatam à ſupplicatione, & propterea non
eſſe ad corrigendum remittendam: & potiſsimū
fundamentum credo fuiſſe, ex quo ſubrogatio
fuit etiam quo ad poſſeſsionem, quo caſu etiam
iuxta præallegat. deciſio. Belleme. 351. uidetur,
6 quòd † ſubrogatio ſe extendat ad iudiciū poſſeſ
ſoriū, ſeu cauſam ſpolii, præſertim pp uerba gene
ralia, & uniuerſalia, uidelicet, ad oē ius, pro qua
reſolutione ēt adduci pōt. Rot. 384. no. qđ ſubro
gatus, in antiq. in no. 67. ſubrogatus in litem. Fel.
ſuper rub. de reſcr. nu. 6. uer. & ideo dicit. Sarn. in
14. q. de trien. nu. 3. uerſi. & hac ratione uidemus,
ſequitur D. P. Rebuf. ſuper concor. in §. declaran
tes. ſub rub. de mād. Apoſt. uer. ſubrogatus in ius
mortui. pag. 506. & tanto magis prędicta in caſu
propoſito procedunt, quia lis introducta erat ſu
per poſſeſſorio tantum, ad ea, quæ uoluit Sarn. in
11. q. regulæ, de triennā. ante nu. 14.

S V M M A R I V M.

1 *Conſenſibus præſtitis à mandatis ad reſignandum ex cauſa permutationis diſcordantibus, an ſit locus remiſsioni ad corrigendum?*

2 *Conſequenti poſito cenſetur poſitum antecedens, quando eſt neceſſarium ad conſequens.*

Suppli-

3 *Supplicatio diſcordans a mandatis, an ſit remittenda ad corrigendum.*
4 *Origo a qua alia uim capiunt magis attenditur.*
5 *Cauſæ ſecundæ non debet cenſeri plus conceſſum quàm primæ.*
6 *Literæ a mandatis diſcordantes, an ſint remittendæ ad corrigendum?*
7 *Multiplicatio actuum, ſeu factorum non præſumitur.*
8 *Actus pro ualiditate in dubio præſumendum.*
Plenitudine poteſtatis non præſumitur princeps uti uoluiſſe, fallit pro ualiditate actus.
9 *Officialibus pro publicis ſemper præſumendum eſt.*
10 *Officium ſuum dignè exercens quicunque ſit, diuinitus uocatus cenſetur.*
11 *Superflua non nocent.*
12 *Superflua eſſe uerba potius admittere debemus, quàm quòd quis indebitè damnum patiatur.*
13 *Ablatiui abſoluti faciunt conditionem.*
14 *Non aliter, uerba conditionem non inducunt.*
15 *Forma ſubſtantialis inducitur ubicunque diſponens adijcit nullitatem aduerſus non obſeruantiam.*
16 *Formæ defectus uitiat actum, etiam quando agitur præter formam.*
17 *Amplia etiam non ſeruata forma in minima parte.*
18 *Formæ nihil addi, uel minui poteſt.*
19 *Vtile per inutile uitiatur.*
20 *Qualitate à lege, uel ſtatuto requiſita non concurrente, legi, uel ſtatuto locum non eſſe.*

Vigeſimoquarto permutare intenden-
tes, conſtituunt procuratores ad reſi
gnandum, ex cauſa permutationis
in manibus Papæ, cum reſeruatione
regreſſos, in fauorem unius ex com-
permutantibus, in certos euentus, & ſub certis
aliis pactis; & conditionibus, cum clauſula ho-
die in ſimilibus applicationibus ſemper apponi
ſolita, uidelicet: Seruatis ualidè infraſcriptis, &
non aliàs, aliter, nec alio modo: expeditur ſuppli-
catio diuerſa, & diſcordans a mandatis, & pleraque ultra ea quæ erant in mandatis continens,
præſtantur conſenſus per procuratores, qui extē-
duntur iuxta formam ſupplicationis, iuxta quā
1 literæ expediuntur, quæro † an ſit locus remiſſio-
ni ad corrigendum, uel quomodo circa præmiſſa
prouidendum ſit? & quia caſus eſt notabilis, &
in Ro. Cu. ſæpè accidere poteſt, aliquando pro-
pter incuriam conſenſus extendentium, ob ni-
miam occupationem, & ob alias rationes, ideo
diligenter examinandus uenit, utque diſtinctè
procedam, ſubdam ſeptem opiniones, quæ quic
quid circa prædicta mihi occurrerit complecten
tur. Prima erit, quòd conſenſus, qui diſcordant a
mandatis remittendi ſint ad corrigendum, ſi. n.
dicimus mādatum eſſe primam ſcripturam ma-
tricem, ſeu originem ipſius reſignationis, ſuper
quo tanquam baſi fundatur, ſeu fabricatur ſup-
plicatio, præſtatur poſtea conſenſus, & ſucceſſiuè
expediuntur literæ, ſequitur quòd ex ui, & mēte
huius regulæ, quàm ēt de iure communi, data di
ſcordantia inter matricem, ſeu primam ſcriptu-
ram, & ſcripturam exinde confectam, ſtandum
ſit originali, ſeu primæ ſcripturæ. §. fi. & ibi. Ang.
in Auten. de tabelli. Bar. Bal. Imo. & Pau. de Caſt.
in l. Sempronius. ff. de lega. 2. Alex. conſi. 105. lib.
2. & latius probo ſupra. q. 15. num. 6. locus igitur
erit remiſſioni conſenſuum ad corrigendum, iux
ta formam mandatorum. Inſuper arguendo de
toto ad partes, ad l. quæ de tota. ff. de rei uendi. l.
ſi duo. in fi. ff. de admini. tuto. l. qui ſcit, primo re
ſpon. ff. de uſu. prouiſio q̄ fit p noſtrā regulā ſuper
tota expeditione literarum, debet concernere ēt
conſenſum, qui eſt pars ipſius totius expeditio-
nis literarum, vnde non minus remitti debet ad
corrigendum hæc pars diſcordans, quàm ipſum
totum, uidelicet tota ipſa bulla expedita. Am-
plius cum conſenſus ſit antecedens ipſius bullæ
reſignationis, ipſius expeditionis, cum ſine cōſen
ſu (ut omnes norunt) expediri non poſſit, ſucce-
dit regula iuris, quòd qui uult conſequens, uelle
uidetur etiam antecedens, ad l. oratio. ff. de ſpō-
ſa. l. iter. §. fi. ff. de ſerui. ruſti. præd. l. ad rem mobi-
lem. & l. ad legatum. ff. de procu. & quia (ut dixi)
conſenſus neceſſariò requiritur, & ſic eſt neceſſa-
rium antecedens ad conſequens, ſine quo antece
dente conſequens ſtare non poteſt, indubitanter
2 † poſito conſequenti, cenſetur poſitum antece-
dens, licet aliàs ſecus dicendum eſſet, prout com
muniter uolunt legiſtæ in l. 2. ff. de iuriſ. om. iudi.
& in l. 2. §. inſpecto. ff. quemad. teſta. ape. cano. in
c. præterea. de offi. delega. & iſtam eſſe communē
diſt. teſtatur Pariſ. conſi. 21. omne ius, ante num.
27. uol. 4. & pro argumento ut antecedentis con-
ceſſione, & ab antecedenti deſtructo. Bal. in l. cō-
uenticulam. col. 4. cir. medium. C. de epi. & cle. ad
tex. in l. 1. §. 1. ff. ſi uſusfru. peta. l. 3. §. qui habet &
ibi Pau. Caſt. ff. de ſerui. ruſti. prædi. cum igitur re
gula mandet remitti literas diſcordantes ad cor
rigendum, dicendum eſt, quòd etiam uelit remit
ti neceſſariū antecedens diſcordans, & ſic ipſum
3 conſenſum. Secunda opi. erit quòd † ſupplicatio
remitti debeat ad corrigendum, tum quia mili-
tant omnia fundamenta adducta pro prima opi.
tum etiā quia origo, & quaſi cauſa prima ipſius
bullæ eſt ſupplicatio: ſi igitur Papa ꝓuidit quo
ad ipſam bullam, ut ſi diſcordet ad corrigendum
remittatur, ſimiliter, imò multo magis prouidiſ-
ſe cenſeri debet, ut ſi in ipſo primordio, ſeu origi-
ne defectus ſit, ille purgetur per ſimilem remiſſio
4 nem ad corrigendum, † origo. n. a qua alia uim
capiunt magis attenditur, & nobilior habetur. l.
5 qui id quod. 1. reſpon. ff. de dona. & † cauſæ ſecun
dæ, tanquam ſubalternæ, non debet cenſeri plus
conceſſum, uel prouiſum, quàm cauſæ primæ, ēt
quòd uerba aliud ſuadeant, argumento text. in l.
reſpon. ff. de cond. & demon. & pro præmiſſis pul
chrè per Cur. Iun. conſi. 1. num. 9. ſequitur Io. Ne-
uiza in ſua ſilu. nuptia. lib. 1. dum ponit argumē
6 tum a cauſa. nu. 202. Tertia opi. ſit quòd † literæ a
mandato diſcordantes remittendæ ſint ad corri-

gendum,& ultra aliqua ex argumentis ſupra po
ſitis,quæ huic opin. applicari poſſent, probatur
ex iſta Iuris regula,quòd uerba, ubi conueniunt
diſpoſitiuni locus eſt.l.hos accuſare.§. omnibus.
ff.de accuſa.l.4.§.prætor ait. & ibi Bartol. in ult.
no.num. 25.ff. de dam.infe.cum uulga.ſed uerba
regulæ ſunt, quòd ubi literæ per præoccupatio-
nem,uel aliàs minus bene expeditæ reperiuntur,
remittantur ad corrigendum. in caſu propoſito
literæ poſſunt dici per præoccupationem malè
expeditæ,uel aliàs minus bene, cum diſcordent
a mandatis,ſuper quibus(ut ſupra dixi) tota hæc
matchina,uidelicet,ſupplicationis conſenſus, &
literarum fundata eſt,unde licet petitio, uideli-
cet.Ipſa ſupplicatio plura contineret,quæ limita
ri debebant,dum ſignatura ad formam reduce-
batur,pro ut no.Feli.ſuper rub.de conſti.colum.
penul.uerſic.& hinc eſt,quòd ante confectas, ibi
quia multa petuntur quæ poſtea ex ſtilo &c.licet
igitur petitio,ſeu ſupplicatio,pleraque contine-
ret ultra mandata,dū literæ expediebantur, de-
bebant ſuperflua,& inconuenientia reiici,ad de-
bitamque formam reduci,etiam cum ipſis man
datis concordando,quod cum factum non fue-
rit,tum uerbis,tum menti regulæ locus erit. Ac-
cidit quòd ualidum eſt argumentum de eo, qđ
ſtatuens,ſeu diſponens interrogatus, ueriſimili-
ter reſpondiſſet.ad l.Titius §.Lucius. ff. de liber.
& poſthu.gloſſ.fina. in l.tale pactum.ff.de pactis.
quam no.Bald.extendens ad omnem materiam.
Dec.conſilio 7.& pro tenui.colum.fina. ante nu
me.7.& conſi.89.uiſo puncto.colum.2. poſt me-
dium.ſed ſi ſummus Pontifex interrogatus fuiſ-
ſet,an data diſcordia bullæ, non ſolum a ſuppli-
catione,ſed conſenſibus, uel mandatis locus eſſe
deberet remiſsioni ad corrigendum, uerisimili-
ter coniecturandum eſt,quòd pro parte affirma-
tiua reſpondiſſet. Quarta opi.eſt, quòd licet ſup
poſuerim ſupplicationem,conſenſus, & literas, a
mandatis apud notarium,coram quo conſenſus
præſtiti fuere exiſtentibus, diſſentire, tamen ex
quo bulla concordat cum ſupplicatione, & con-
ſenſibus, dicatur bene expedita,nec ſit locus re-
gulæ,ex quo potuerunt interuenire alia mandata
ſufficientia iuxta formam conſenſuum, & ſuppli
7 cationis,& ſi dicatur † multiplicatio actuum, ſeu
factorum non præſumitur.l.omnium. cum glo.in
uerſic.comprobatur.C.de teſta quæ glo.commu
niter approbatur.Cur.Iun.conſi.162.nume.8. &
in fi.conſi.& facit glo.magna. circa medium. in
l.eum qui.§. popularibus.ff.de iureiuran.capitu.
in præſentia.§.uerum.2. ubi Bur.& Abb. ad hoc
notant,cum concordan.ibi datis per præceptorē
meum Dom.Philipp. Dec. qui etiam ſubuertit,
& confutat illam diſtinctionem,an ſimus in mul-
tiplicatione perſonarum,an actuum,ſeu rerum,
& per Iaſ.in l.bonorum.nume.7. & 8.C.de bono.
poſ.ſecun.tabu.Reſponderi poteſt,quòd una præ
ſumptio tollit alteram,glo.in l.diuus.in uer. exi-
ſtimari.ff.de in integ.reſtit.cap.cum Ioannes. de
fide inſtrum.& quod dicta præſumptio multipli
cationis actuum,ſeu factorum ceſſet. ſtante alia
præſumptione,concludunt Abba.& Feli.poſt eū.
in c.cum tu.col.4.in prin.uerſic.modo iſtis. de te
ſti.& Iaſ.in præalleg.l.bonorum.ante nu. 10. & in
8 caſu noſtro præſumptiones concurrunt pro † vali
ditate actus, pro quo ſemper in dubio præſumen
dum eſt,ex communi regula.l.quoties. ff. de reb.
dub.Felin.in c.paſtoralis.col.3.uerſicu. ad identi
tatem.de reſcr.Hinc dicimus factum quid præ-
ſumi eo modo quo teſtator mandauit. ad l. qui
negociationem,ubi per Bar.ff.de admi.tuto.Bal.
in l.cum oportet.numero 9.uerſicu. ſi autem. C.
de bon.quę lib.Et procurator faciens actum poſt
mandatum præſumitur in executionem manda-
ti feciſſe.Iaſ.poſt alios latè in l.poſt docem.num.
75.uer.& ſic ſi mandauit.ff.ſol.mat.quæ præſum-
ptio ualiditatis actuum ſuperat omnes alias.ca.
quoniam abbas,& ibi Dec.de offi.deleg.& idem
Dec.conſi.344.applaudent rationes.in fi.& adeo
præſumptioni pro ualiditate actus fauetur,ut li-
cet princeps non cenſeatur, ſeu præſumatur uti
plenitudine poteſtatis.Innoc.in c.innotuit, ante
nu.6.de elec.Bal.in l.ſi teſtamentum. poſt princ.
C.de teſta.Pau.Caſt. in l. ex imperfecto. nu.2.C.
eo.Ang.in l.bene a Zenone.colu. 1. C.de quadri.
præſcri.Lap.alleg.9.diſputat hic antè num.3.Fe-
lin.in cap.cum inter.colum.4.de excep.Cur.Sen.
conſi.65.ſuper præmiſſa.nu.12.Ancha.conſ.110.
tres domini.col.4.in fin. ibi quia hoc uerum ubi
appareat de iſta uoluntate, tamen ſi actus aliter
non ualere, & princeps hoc ſcit, ut actus ualeat
præſumitur uti poteſtatis plenitudine, Pau. de
Caſt.in d.l.ex imperfecto,& conſil.284. incip. in
ſucto propoſito non intendo adulari.Alexan.in l.
quanquam C.de mili.teſta.Feli.in c.1.nume.27.
uer.& hoc eſt,quod nunquam præſumitur. de cō
ſtitu.Idem Feli.in cap.in cauſis.de re iudi.Hypp.
de Marſi.ſingu.84.& D.meus Philip.Dec. in l. in
contrahenda uenditione.nume. 7.ff.de regu.iur.
Aimo conſi.177.ſcripſi iam,poſt nume.2. Altera
præſumptio ſumi pōt, quòd præſumatur ꝓ præ-
poſitis officio extenſionis conſenſuum, & ſimiliū
9 expeditionum,pro † officialibus.n.publicis ſem-
per præſumendum eſt.l.magis puto.ff.de reb.eo.
l.ſi quis decurio.C.de falſ.l.2.ibi quod non arbi-
tramur. C.de offi.ciuili.iudi. Spec.de inſtr. edit.
§.reſtat uidere quib.inſtrūis.nu.10.uer.quid ſi dū
atteſtationes.Bal.in l errore.col.2.ante mediū. C.
de teſta.ubi illū tex.l.2.licet corruptè alleget. l. 1.
dicit eſſe ad hoc notabilem.Lap.alle. 77. Tabel-
lio.num.6.Rui.conſi.16. circa illud.nu. 4.uolum.
5.Barto.in l.ſi librarius.nume.4.ff.de regul. iuris.
pulchrè conſil.crimi.Thom.Gramma.35.in cau-
ſa magni.numero 36.ubi etiam quòd contra of-
ficiales publicos,eorumque geſta requirūtur pro
bationes multum euidētes:unde ſequitur, quòd
præſumendum ſit,quòd officiales,qui Romæ de-
putantur ſuper expeditionib. conſenſuumq; ex-
tenſionibus,ſint omni exceptione maiores, opti-
mèque

meque,& ea,qua decet arte,& diligentia ad om
nia eorum officia concernentia aduertant, tali-
ter enim ſe gerere monentur,ad l.monente.C.de
10 delato.lib. 10.& qui † officium ſuum laudabili-
ter,& dignè exercet,quicunqoe ſit,& undecunq;
ueniat,diuinitus uocatus cenſetur.c. cum depu-
tati.de iudic. Do.Pet.Rebuf.ſuper concord.ſub.
rub.de conſtit.in glo in uer.cogentor. inſi.Quin
ta opin. erit, quòd non ſit locus remiſſioni, ſed
bulla,& gratia in ea contenta ualeat,& ſubſiſtat
pro ea parte,quæ eſt conformis mandatis, ea ue-
rò pars quæ eſt difformis non ſubſiſtat,nec ſu-
per ea prouiſus ſe fundare poſſit , cum enim ſi-
mus in diuiduis,ex quo gratia plura , & diuerſa
contineat capitula, ſeu diuerſas conditiones,ſuc
cedet communis illa regula,& opin. quòd indi-
uiduis utile per inutile [illegible] uitiatur. l. 1.§.treba-
tius . ubi approbatur ſententia Marcelli , ex quo
pecora erant ſeparabilia.ff. de aqua quotidi.l.ſi
unus.§. ſi cum mihi decem.ff. de pactis.l.ſanci-
mus primo reſpon.C.de donatio.Bar.in l. græcè.
§.illud. num.3. & ſequen.ff.de fideiuſſo.& in ter-
minis,quòd tranſgreſſio mandati non uitiet niſi
in exceſſu, eſt tex.in l.præterea . cum duabus ſe-
quen.ff.manda.Inſuper dicere poſſumus , quòd
ea,quæ appoſita ſunt in ſupplicatione, & literis ,
ultra ea,quæ continebantur in mandatis, dican-
11 tur ſuperabundare,quo fit ut † ſuperflua non no
ceant,eſt text.in l.teſtamentum non ideo.C.de te
ſtam.l.quæ extrinſecus.ff.de uerbo.obl.l.pedicu-
lis.§.labeo.ff.de auro,& argen.legato.Innocen.in
in c.in noſtra.de renuncia.optimè per Rom. con
ſil.343 .expoſito themate.num.7.& ſequen. & ꝙ
clauſulæ ſuperfluæ non uitient bullam, tenuit do
ctus modernus.Dom.Pet. Rebuf. in ſua praxi be
nefic.dum ponit formam ſignaturæ,numero 14.
& tanto magis iſta procedunt, quia aliter tenen-
do fieret præiudicium compermutanti,ſeu com-
permutantibus,quo caſu potius admittere debe
12 mus, quòd uerba ſint † ſuperflua,& nihil operen
tur, quam quòd quis indebitè,ſeu ſine cauſa da-
mnum patiatur.l.final.§. in computatione, & ibi
glo. Bar.& alii.C.de iu.delibe. & hanc opini. eſſe
communem teſtatur Dec.conſi.356.in cauſa D.
Mariæ.colum.2.uerſicul.non obſtat, quòd ſtatu-
tum non uidetur recipere. Samen.in capit. 2. de
conſtitutio.lib.6. ante num.58. uerſic. tamen au-
dias. Sexta opinio.adduci poteſt , quòd non ſit
locus correctioni,ſed omnia corruant ſtante præ
ſertim clauſula apponi ſolita,uidelicet : Reſerua
tis ualide infraſcriptis,& non aliàs,aliter, nec a-
lio modo, illa enim uerba reſeruatis ualidè infra-
13 ſcriptis , cum ſint † ablatiui abſoluti,faciunt cō
ditionem.l.a teſtatore.ff. de condi. & demonſt.l.
fideicommiſſum.§.cum eſſet,& ibi Barto.ff.de le
ga.3.Cald.conſi.1.ſub titu.de uerbo.ſignifi Dec.
conſi.383.uiſo punct.col.2.poſt medium.uer.ſed
in caſu iſto. At conditio formam inducit,& ſolē-
nitatem non leuem , cuius omiſſio inducit actus
nullitatem.Bald. in l.comparationes.in 3.oppo.
C.de fi.inſtrumen.& in authen.matr.& auiæ.cōl.
1.ou.3.uerſi.quidam tamen dicunt, quòd renun
ciatio &c. C.quan.mulie.tute.offic. fun. poſ.Fel.
in c.quo ad conſultationem.col.8.poſt medium.
nu.12.uerſic.& ultra eum adduco. de re iudic. &
uoluit Bart.in l.ſtichum,qui meus erit.ff. de leg.
1.dum declarat.l.2.& l.talem §.1.ff.de hæred.in-
ſtitu. quòd quando adiectio conditionis con-
cernit aliquid,in quo conſiſtat ſubſtantia diſpoſi
tionis , tunc eius defectus omnino uitiat. Inſu-
14 per forma inducitur ex illis uerbis † non aliter.
l.moto.§ 1.uerſico.non aliter.ff.de tute.l.de his ,
& ibi no.Barto.num.3.uerſic. præterea iſta lex ui-
detur diſponere circa formam.ff. de tranſactio.
idem Bar.in l.fin.C.de uen.re.ciui. lib.11. Felin.
in c.cum dilecta. colum.8. in 7.ſigno. de reſcrip.
Dec.conſi.528. pro reſolutione.colum.fin.nu.11.
& Pariſi. conſil.19. ad reſolutionem. colum.2.nu.
15.& 20.lib.2.Amplius forma ſubſtantialis indu
15 citur , ubicunque diſponens adiicit nullitatem
aduerſus non obſeruantiam ſuæ diſpoſitionis ,
Bald. Imo Ange.Alexan.& Iaſon in l.1.ff.de libe.
& poſthu.Rom.conſ.66.uiſo.num.2.Alexan.in ſ.
hac conſultiſſima.poſt numerum 4.uerſicul. & ſi
ſtatutum.C.qui teſta.face.poſſ. Iaſon in l.non du
bium.poſt nu.17.C.de leg.Fel.in præalleg c.cum
dilecta.colom.7.in 5.ſigno.Pariſi. in præall.conſ.
19.num.187. forma igitur prætermiſſa , ſeu non
ſeruata,reſultabit nullitas,& inualiditas actus,&
ultra adducta hoc ꝓbat tex.in c.uenerabili.de of
fic.deleg.c.Piſanis.de reſt.ſpol.prea̧ll.c.cum dile-
cta.& ibi latè per Fel.de reſcr.Pariſ.d.conſ. 19.nu.
16 19.lib.2.& non ſolum †.formæ defectus uitiat a-
ctum,quando agitur contra formam , ſed etiam
quando citra,uel præter formam,ut ſi aliquid ad
datur,uel minuatur Ioan.And.in c.prudentiam.
in uer.citra.de offic.dele.& ibidem Abb.in 4. no.
Idem Abb.in c.fin.colum.3.uer.no.geſta. de reſt.
ſpol.Albe.de Roſ.in l.conſtitutionibus.ff.ad mu
nicip.cum aliis adductis per Fel. in præallegat.c.
cum dilect.de reſcrip.colum.9.uerſic. amplia pri
mo . quæ etiam procedunt, ut nullitas reſultet
17.†forma non ſeruata, etiam in minima parte,
Archidiac.in c.ſi non ſanctificatur. de conſecra.
diſtinct.4.But.in c.fin.not.7.de reſtit.ſpol. Felin.
in dicto cap.cum dilecta.col.10.uerſicu.ſeptimo
nota,quòd omiſſio formæ, in qualibet minima
qualitate.Dec.in c.prudentiam.in 4.no. colum.
18.2.de offi.deleg.& ratio eſt,quia † formæ nihil ad
di,uel minui poteſt,prout dicit Bald.in l.2.C.de
ſero.fug.& in l.fina.C.de ſnis,& legit.Iaſon in l.31
num.41.ff.de leg.1. Dec.in dicto. c.prudentiam,
Et præmiſſa procedunt ſiue forma inducta ſit a le
ge,ut probari poteſt ultra adducta, ex tex.in l.ſi
hi.§.ſi prætor. & ibi Doct.ff.de tranſactio. in cap.
quia propter.& ibi etiam Docto.de electio. in c.
ſiue exceptione.12.quæſt.2.in cap.1.de reb. eccl.
non alie.lib.6.& in cle.1.eo.titu. ſiue forma Indu-
cta ſit ab homine. præalle.c.cum dilecta.de reſcr.
c.Piſanis.de reſtitu.ſpoli.& c.uenerabili.de offi.

dele. Et maior eſt defectus formæ, quam materiæ. ut per glo. & Pau. Caſtren. in l. ſi unus. §. ſi acceptilatio. ff. de pac. & iuxta tex. in l. certa formā, & ibi Ioan. de Plat. C. de iu. fiſci. lib. 10. Sequitur
19 etiam, quòd cum forma ſit inducta † utile per inutile uitietur. Bar. in l. græcè. §. aliud. ff. de fideiuſſo. & idem Bart. in l. 1. §. ſed & ſi mihi bona. ff. de uerbo. obli. optimè per Ludou. Roma. conſil. 66. uiſo. num. 2. ubi quòd actus ratione ſuæ eſſentiæ ſeparabilis, & diuiduus, propter formam datam dicitur indiuiduus, & utile per inutile ſemper uitiatur. & iſta eſt communis opinio, prout per Iaſon. poſt omnes. in dicto. §. ſed & ſi mihi. nu. 6. uerſicu. ſecundo, in quantum. Bart. & omnes. Septima, & ultima opinio eſt, quòd caſus iſte ſit omiſſus, & in regula noſtra non comprehenſus, unde remanet ſub diſpoſitione iuris communis. ad. l. commodiſsimè. ff de lib. & poſthum. l. ſi cum dotem. in prin. ff. ſoluto matrim. Dec. conſi. 334. colum. 3. in princ. num. 4. quod autem in regula non comprehendatur, probatur, nam regula, de ſupplicatione, & literis loquens, duo diſponit, primum quòd non iuxta ſupplicationem, ſed iuxta literas iudicetur, poſtea prouidet quid faciēdum ſit ſi literæ a ſupplicationibus diſcordent, quòd tunc remittantur, ad debitam formam reducendæ per officiales, iſta qualitas diſcordantiæ literarum à ſupplicatione in caſu propoſito non cōcurrit, quia immo bulla cum ſupplicatione concordat, unde non eſt, quid corrigatur, ad nota. in authen. de tabellio. §. pen. per Barto. in l. Sempronius proculo. ff. de lega. 2. per Fel. in ca. quoniam contra. colum. 4. de probation. cum igitur Regula noſtra non loquatur ſimpliciter de remittendis, & corrigendis literis ubicunque datur aliqua diſcordantia, ſed cum iſta qualitate
20 quando diſcordant a ſupplicationibus, † qualitate iſta a lege, uel ſtatuto requiſita non concurrente, conſtitutioni, ſeu ſtatuto locus eſſe non poteſt. Bartol. in. l. 1. §. quod autem ait prætor. ff. ne quid in flumine publico Bald. in l. ſi quando. C. unde ui. præceptor meus Dom. Philip. Dec. conſ. 13. & pro tenui. colum. 2. poſt princi. uerſi. & pro reſponſione. conſi 18. uiſo puncto. num. 4. conſil. 83. in cauſa accuſationis. colum. 3. uerſic. quinto reſponderi poteſt. & conſi. 550. iuridicam. nu. 4. Ruin. conſil. 60. in cauſa, quæ uertitur. columm. 3. poſt medium. uolu. 5. Pariſi. conſil. 72. ad uetam. num 96. & conſil. 171. banna etiam. nu. 11. & ſeq. uolum. 4. In caſu igitur propoſito poſſet impetrari nouum remedium, puta obtinendo reſcriptū, quod mandaret omnia reduci ad terminos mandatorum, uel aliud quod magis expediens uideretur.

S V M M A R I V M.

1 *In literis ponitur derogatio indulto Cardinalium ordinariorum collatorum, in ſumpto ſupplicationis dicitur. Etiam ſi de beneficijs ciuitatum, & diœceſum prædictarum Ioanni, & Alphonſo Cardinalibus conceſſum extitit, & non eſt uerbum indultum, ſed crux, an literæ ad corrigendum remittendæ ſint?*

2 *Referens non plus continet, quam relatum.*

3 *Cæteri præſumi debent bene expedita.*

4 *Concedo verbum latiſſimum eſt.*

Vigeſimoquinto, in literis, perinde ualere, dicitur fuiſſe dubitatum de ualiditate gratiæ ex eo, quòd non fuerat expreſſum, quòd Ioannis, titu. ſ. Ioannis, & Alphonſo baſilicæ Sanctorum Apoſtolorum Cardinalibus indultū ſuper beneficiis Toletan. & Hiſpalen. diœceſum conceſſum extiterit, & propterea gratia ualeat perinde, acſi expreſsè fuiſſet derogatum cum expreſsione nominum, & indultorum prædictorum. In ſupplicatione uerò, ſeu ſupplicationis tranſumpto prædicta non narrantur, ſed conceditur ad reſeruatum cum derogationibus, de quibus in aliis literis, in quibus non aderat derogatio indultorū Cardinalium ordinariorum collatorum. In ſupplicationis tranſumpto dicitur, etiamſi de beneficiis ciuitatum, & diœceſum prædictarum Ioanni, & Alphonſo conceſſum extitit, at non eſt ibi poſitum uerbum, indultū, ſed eſt appoſita crux,
1 quæritur an literæ, † tanquam a ſupplicatione diſcordante debeant remitti ad corrigendum? Pro opinio affirmatiua dicebatur, quòd derogatio indultorum Cardinalium Collatorum in literis concedi non poterat per illam clauſulam. Cū derogationibus, de quibus in aliis literis, tum quia in ſupplicatione, perinde ualere, ſupponebatur non fuiſſe hactenus factam expreſsionem dictorum indultorum, & propterea dubitabatur gratiam iam obtentam ualere. Inſuper nulla derogatio huiuſmodi indultorum uigore ſupplicationis. perinde ualere, cum clauſula, cum derogationibus. de quibus in aliis literis concedi poterat, cum ſupponeretur in prioribus literis nullā adeſſe huiuſmodi indultorum derogationem: &
2 ſic non plus debet eſſe in † referente, quam in relato. l. aſſe toto. ff. de hæred. inſti l. ſi ita ſcripſero. ff. de condi. & demon. Bar. in l. 1. ff. ſi fami. fur. feciſ. dica. D. meus Phil. Dec. in c. 2. in 2. not. de reſcrip. & in authen. ſiquis in aliquo. uerſus ſi. C. de edend. Inſuper, ut præmiſſum eſt in illa clauſula in ſupplicationis tranſumpto. Etiamſi de beneficiis ciuitatum, & diœceſum prædictarum Ioanni, & Alphonſo conceſſum extitit, appoſita cruce, quæ caſſationem infert, oſtenditur denegatum eſſe illud, quod deletum, ſeu caſſum, uel caſſatum fuit. l. 1. & toto titulo. ff. de iis, quæ in teſta. de len. Bartol. in l. ſi quis priorum. ff. ad Trebellian. De qua crucis appoſitione, & effectu loquutus ſum ſupra queſtio. 21. Ponderabatur igitur cancellatum fuiſſe uerbum, indultum, & ſic expreſsè derogatam derogationē indultorum præmiſſorum, uel ſaltem aliud cancellatum, quod imperfectum redderet ſenſum ne derogatio

tio indultorum elici poſſit, & conſequenter in literis exprimi. Et de caſſatura, ut præmiſi, ex ui crucis appoſitæ: Et cum non dicatur quid ſit conceſſum ex huiuſmodi ſupplicationis, & ſic matricis uerbis imperfectis, non potuerit in literis dari clauſula derogationis indultorũ, de quib. ſupra, unde literæ oĩno ad corrigendum remittẽdæ ſint tanquam a tranſumpto ſupplicationis, & ſic a matrice diſcordantes. Amplius nõ grauatur quis propter remiſſionem ad corrigẽdum, quia remiſſio talis non infert, quòd literæ corrigendæ ſint, & in tali loco, uel ſuper tali re ſeu uerbo, ideo in dubio remiſſio facienda ſit: & quia plures melius diſcernunt quam pauci. c. prudentiam. de offic. dele. l. ult. uerſicul. Et per ampliores homines perfectiſſimè ueritas reuolet. C. de fideicom. c. de quibus. 20. diſtin. philoſoph. politico. lib. 3. cap. 11. Pro opin. uerò negatiua pon-
3 derabatur, quòd † literæ præſumi debebant bene expeditæ, ſicut præſumitur pro inſtrumento publico. pro quo adduco tex. in. l. cum precibus. & ibi gloſſ. & Bald. C. de proba. in ca. ad audientiam de præſcrip. & uoluit D. meus conſil. 463. in cauſa. poſt num. 7. uerſi. ſolum ſupereſt. & 488. in cauſa. num. 1. Adduco etiam, quòd ſi officialis præſumitur officium ſuum diligenter exercuiſſe ut probaui in præceden. queſt. num 9. fortius præſumendum erit in hoc caſu literarum, quippe quæ per manus plurium illę tranſeunt, quas oculis linceis illas perſpiciunt. argu. text. in alle. cap. prudentiam. de offic. dele. Nec obſtat illud ſignũ cancellaturam oſtendens, & ſic denegationem indicans, & ſupponens, cum diuinare eſſet quid ſublatum, quidve cancellatum fuerit: huiuſmodi autem diuinationi locus eſſe non debet. ad. l. ſi putator. ff. ad leg. Aquil. M. Tullius in oratio. pro P. Quintio, inquiens: Nemo enim quiſquam diuinare poterat te poſtulaturum. l. ſi fideiuſſor. §. ſi cum debitor. ff manda. Amplius dicebatur ſenſum colligi licet aliquid deletum fuiſſet. Illa enim uerba, Iohanni, & Alphonſo conceſſum exiſtit, comprehendunt quicquid illis conceſſum fuerit, ſiue indultum, ſiue aliud. Et conceſſum etiam dicitur, quòd indultum fuit: Verbum e-
4 nim concedo † latiſſimum eſt, ulm a natura rei cui adiicitur accipiens. Bal. in. l. non ambigitur. in ſi. ff. de legib. Socin. conſil. 93 num 4. concedere etiam pro transferre accipimus. l. 1. & ibi gloſ. in uer. conceſſit. ff. de conſti. princ. & Inſti. de iur. natu. gen. & ciui. §. ſed quod principi. Conceſſio item pro poteſtate, & facultate, ſeu indulto ſumitur, prout in. l. uni. cit. prin. ff ſi quis ius dicen. non obtem. & Inſti. de iure natu. gen. & ciui. dicto. §. ſed quod principi. Præmiſſum dubium diſcuſſũ fuit in Rota in cauſa Canonicatus, & præben. inter Peſqueram, & Laſſum, Puteo cauſam proponente 4. Februarii 1549. & R. Dominorum fratrum diuiſi, an literæ ad corrigendum remittendæ eſſent. Poſtea uero die 11. eiuſdem menſis concluſum fuit conſulendos eſſe Dominos Abbreuiatores, putos ſuper eo an literæ præmiſſæ remittendæ eſſent ad corrigendum; quid poſtea ſubſecutum fuerit hactenus percipere nõ potui. Mihi magis placet, etiam tanquam æquior & minus periculoſa prima opin. quòd literæ ad corrigendum remitti debuiſſent.

SVMMARIVM.

1 *Literæ, ſi neutri, an ſint remittendæ ad corrigendum, ſi in iis narratur ſententia, & res iudicata, & quòd executoriales decreta, & intimatæ erant: In ſupplicatione uerò, ſi neutri, narrabatur litem pendere in prima, ſeu alia inſtantia indeciſam, appoſita clauſula, Quòd litis, & cauſæ ſtatus pro expreſſis &c.*
2 *Indeciſa cauſa dici non poteſt poſt rem iudicatam.*
3 *Contumax uerus non appellat.*
4 *Contumacia uera procuratoris non excludit dominum ab appellando.*

Vigeſimo ſexto lata fuerat ſententia ſuper canonicatu Leodien. contra Licinium abſentem, quæ nulla prouocatione ſuſpenſa in rem tranſiuerat iudicatam, ac literæ executoriales contra eundem Licinium decretæ, & intimatæ fuerunt: poſtea idem Licinius a ſententia præmiſſa a die notitiæ appellauit: cauſamque appellationis ac reſtitutionis integrum committi obtinuit. Succeſſiuè impetrauit ſupplicationem gratię. ſi neutri, narrans litem pendere in prima, ſeu alia inſtantia indeciſam, cum clauſula, Quòd litis, & cauſæ, & aliorum ſi qui ſint, ſtatus, & merita pro expreſſis habeantur. Et uerior, ac maior ſpecificatio, & expreſſio fieri poſſit in literis. In literis narrabatur ſententia, & res iudicata contra ipſum Licinium, & quòd executoriales decretę fue-
1 rant, & ſibi intimatę, quęro an † literę huiuſmodi tanquam a ſupplicatione diſſonę ad corrigendum remittendę ſint? Pro opin. affirmatiua adducebatur, quòd ſtante expreſſione in ſupplicatione, quòd cauſa indeciſa pendebat, illa uerba non poterant comprehendere rem iudicatam, & executoriales obtentas, & intimatas, quia poſt rem iudicatam non poteſt dici cauſa
2 † indeciſa, imò per ſententiam diffinitiuam finita. l. terminato. & ibi gloſſ. in uer. tranſactio. C. de fruct. & lit. expen. pro quo adduco etiam tex. in c. 1. de lit. conteſta. libr. 6. in c. cauſam. quę. & ibi D. meum Phi. Dec. num. 2. in tex. ibi. ſine debito terminetis. Rot. 411. in no. Pro opin. uerò negatiua ponderabantur illæ clauſulę, in prima, ſeu alia inſtantia: Item ſtatus, & merita pro expreſſis ſiet c. Et uerior, & maior ſpecificatio in literis fieri poſſit, papa uidetur ex certa ſcientia committere; & omnia, quę ſpecificanda erant pro expreſſis habere ad ualiditatem actus. Rot. 214. ſi cauſa in no. Anto. de But. conſil. 2. & ad ea, quę adduco ſupra in. 9. queſt. 11. Regu. Amplius ſunt dictum in ſupplicatione, In prima, uel alia inſtantia,

ſtantia, & quia ſupponitur appellatum a die no
3 tit iæ licet † appellatio reſpueretur in uero con-
tumace, tamen contumatia procuratoris uera in
caſu noſtro ex quo ſe abſentauit, non nocet do-
4 mino ut ipſum ab appellando † excludat. l. 1. §. ſi
procurator. & ibi Bart. & alii. ff. ſi quis iuſdi. non
obtem. Bar. in. l. 1. §. ult. num. 2. ff. quan. appel. ſit.
Docto. in c. r. ut li. non conte. Alex. in. l. properan
dum. §. ſin autem reus. num. 24. C. de iudi. Iafre.
Dec. 397. incip. contumacia expreſſa. Item cau
ſa reſtitutionis cõmiſſa aſſerebatur, & ſic reſcrip-
tum huiuſmodi repoſuerit impetrantem ad pri
ſtinum ſtatum, ac ſi ſententia non tranſiuiſſet in
iudicatum. Rot. 379. ſi committatur. in no. Et ſic
uere dici potuit, quòd cauſa pendebat in pri-
ma, uel alia inſtantia. Inſuper etiam ſi ſententia
in rem iudicatam tranſiuiſſet, quia non eſſet exe-
cutioni demandata, adhuc durabat lis, uel litis
reliquię ad omnes effectus litis pendentię, vt latè
per Sarnen. in 44. quæſt. reg. de Anna. Pro prima
opin. affirmatiua concluſerunt R. Domini de Ro
ta, & bene in præfata cauſa Leodiẽ. coram Puteo,
ſub die 17. Octob. 1550.

S V M M A R I V M.

1 *An ſi literæ reſignationis faciant mentionem de regreſ-
ſu, ſupplicatio uerò cum clauſula, Ne nimium diſpen
dium patiatur de acceſſu, ad corrigendum remittendæ
ſint?*
2 *Regreſſus dicitur quando eſt de iure de præterito:*

1 Vigeſimoſeptimo quæro an † ſi ſuppli
catio reſignationis canonicatus per
A. in fauorem B. cum clauſula, Ne ni
mium diſpendium patiatur faciat
mentionem de acceſſu, literæ uerò
de regreſſu cum clauſula, Vt poſſit in uim prio-
ris tituli &c. perinde ac ſi numquam reſignaſ-
ſet ad corrigendum remittendæ ſint? Pro opin. af
firmatiua pondero, quòd diuerſus eſt acceſſus a
regreſſu, prout oſtendo ſuper Signa. Gratiæ titu.
de Regreſſu, & acceſſu. in princ. ergo literæ a ſup-
plicatione diſcordant, & conſequenter ad cor-
rigendum remittendæ ſunt. Pro opin. negatiua
concluſit Rota in cauſa Palentin. canonicatus, &
ſic quòd bulla non diſcordaret, nec ad corrigen
dum remittenda eſſet: quia licet uerba ſupplica
tionis eſſent de acceſſu, tamen in ueritate, & in
2 ſubſtantia erat regreſſus, † quia erat de iure de
præterito iuxta nota. per Caſſad. Dec. 1. de pact.
& Dec. 4. in fi. de priuile. Vnde attendi debet ſub.
ſtantia rius, quod agitur, non autem uerba. l. ſi
uno. ff. loca. Et quòd mens potius attẽdi, debeat
quam uerba eſt text. in l. contra legem. 2. reſpon.
& l. ſeq. ff. de legib. l. ſcire oportet. uerſic. ſed & ſi
maximè uerba legis. ff. de excu. turo. cum ſim. De
ciſionem in terminis pro opin. negatiua inue-
nies inter illas Accorumbo. ſub titul. de præ-
bend. 32.

S V M M A R I V M.

1 *Breuibus an obſtet 2. pars regulæ?*
2 *Officiarij non debent ſe intromittere circa ſpectantia ad
alium officiarium:*

Vigeſimooctauo quęro, an ſecunda pars
regulæ procedat in breuibus, ut ad
corrigendum remitti debeatur? ſu-
pra quæſt. 11. diſcuſſimus an regula
hæc ſcilicet in prima par. obſtet bre-
uibus, ne iuxta eorum formam iudicari poſſit?
Plura ex ibi ponderatis præſenti quæſito inſerui-
re potuerunt, tamen quo ad pñs dubium, quod
ab illo 11. quæſtionis diuerſum, & alienũ eſt, di-
ſtingui poſſe uidetur. Aut ſumus in breui expe-
dito abſq; ſignatura ſupplicationis, & negatiue
reſpondendum eſt, iuxta decretũ Rotę, prout Pu
tei dec. 8. ſub titu. de fi. inſtru. in hæc uerba: breue
expeditum ſine ſignatura ſupplicationis dicitur
originale, ideo non poteſt remitti ad corrigen-
dum. Ita in cauſa Legionen. canonicatus coram
Fabio 1. Martii 1545. inter Matthęum Lofred. &
Franciſcum de Toledo. Aut eſt bene expeditum
uigore ſupplicationis. & ex præmiſſa Deci. arguẽ
do a contrario ſenſu affirmatiuè reſpondendum
erit, præſertim quia eædem rationes, etiam regu
læ huius militare uidentur in breui diſcordante
a ſupplicatione, quæ in literis pariter a ſupplica
tione diſcordantibus. Et licet exemplum in re-
gula noſtra ponatur in literis, non autem in bre
ui, cum ratio ſit generalior exemplo, uel dicto, il-
lud per rationem ampliatur. auten: caſſa. & ibi
glo. in uer. per Italiam. C. ſacroſan. eccl. & nota. in
l. quod ſi dictum. ff. de pact. & eſt tex. in. l. 1. ium. gl.
in uer. Illiricanus. C. qui. mune. uel præſtatio. ne
mi. lice. ſexc. lib. 10. gloſ. in clem. 1. in uer. præſidẽ-
tes. in. fi. de reſcr. Verum obſtare uidetur, quòd
breue etiam a ſupplicatione diſcordans non poſ
ſet, nec deberet remitti ad Abbreuiatores ut il-
lud corrigerent, quia Abbreuiatores (ut omni-
bus notum eſt) non ſe intromittunt circa bre-
uia: Nec Romæ toleraretur ut breuia ad Abbre
uiatores corrigenda tranſmitterentur. Imò ſi iſti
2 officiarii, † aut alii ſe intromittere uellent circa
ſpectantia ad alium officiarium, non carerent cul
pa, & repelli deberent, per text. in. l. culpa eſt. ff.
de reg. iur. & c. non eſt ſine culpa. eo. libr. 6. Barto.
per illum text. in. l. in prouinciis. C. de numera. ac
tuar. & cartular. lib. 12. Bald. in l. reperita. C. de e-
pi. & cleri. l. 1. C. de apparito. præfe. anno libr. 12.
l. ulti. C. de apparit. procon. eod. libr. Vnde re-
gula hęc intelligi tantum debet in caſu, in quo
ſuppoſita per eam locum habere poſſint, ad pul
chram theori. Iacob. Butri. Fulgo. & Saly. in. l. mã
cipia. C. de ſeru. fugi. & per alios, quos cito ſu-
pra. in 1. quæſt. nu. 5. Concluderẽ regulam hanc
in 2. pãr. non uendicare ſibi locum in breuibus,
uerũ quatenus breue a ſupplicatione diſcordat
alio remedio utendum eſſe. Poſtquam hæc ſcri-
pſeram

pſeram reperi eandem Dec. Putei extenſè poſitam, quæ eſt. 286. lib. 2. ſub iis uerbis. In una Legionenſ. canoni. coram Domin. Fabio. 3. Iunii. 1545. Fuit reſolutum, quòd etiamſi conſtaret de minuta diſcrepante a breui ſignato, & ſigillato per Papam, quod breue non erat remittendum ad corrigendum, quia minuta, quæ non habet ſignaturam aliquam Cardinalis, uel alicuius expeditoris, non dicitur originalis ſub breui ſigillato, quia tunc gratia eſt perfecta quando per Papam ſigillatur: antea autem conficitur minuta, & additur, uel detrahitur: ſecus quando eſt minuta habens ſignaturam expeditoris, quia illa diceretur matrix, & originalis, & ille articulus fuit deciſus pro Matthæo Goſire contra Franciſcum de Toledo. Hæc ille. Tu aduerte, quòd tempore deciſionis factæ Puteus erat Rotæ Auditor, & deciſiones plures truncatæ in uulgus currunt, ſuis ſub titulis collocatæ, poſtea uerò Cardinalis dignisſimus effectus, manum extremam poſuit ſuis deciſionibus, quas in libros tres diſpoſuit, & hoc tempore expeditio breuiſſibi demandata fuit, unde non mirum ſi in hac ſecunda eius editione aptius, & magis diſtinctè loquutus fuerit.

REGVLA XXVIII.

De Regulis cancell. producen.

ITem attendens idem. D. N. Papa, quòd ſuper habendis de Cancellaria Apoſtolica regulis, & conſtitutionibus inibi deſcriptis, faciliter per eos, qui in Romana Curia indiguerint, ad ipſam Cancellariam recurſus dirigi poteſt, nec conſultum foret, quòd ſuper earundem regularum, & conſtitutionum quas iuxta uarietatem occurrentium cauſarum, & negociorum aliquoties immutari conuenit, probando tenore, uel effectu teſtium plerunque tenacem deſuper memoriam non habentium, depoſitionibus ſtari deberet. ¶ Voluit, ſtatuit, & ordinauit, quod deinceps quilibet ex Auditoribus cauſarum palatii Apoſtolici, & alii ſi. S. Roman. Eccleſi. ſint Cardinales in Curia pro tempore deputatis authoritate Apoſtolica iudicibus, etiam in cauſis actu pendentibus ſuper huiuſmodi tenore, uel effectu probando duntaxat ſtet, fidemquè adhibeat cedulæ, ſeu ſcripturæ deſuper à duobus de maiori parco, quòd danda ſit a tergo ſignatæ; & etiam duobus aliis literarum Apoſtolicarum Abbreuiatoribus in ipſa Cancellaria auſcultatæ, & D. Vicecancellarii, ſeu dictam Cancellariam regentis manu ſubſcriptæ, ut moris eſt. ¶ Quicquid autem ſecus fieri contigerit nullius ſint roboris, uel momenti.

SVMMARIVM.

1 *Regula ſemel producta, quando repetita coram alio iudice ſidem faciat.*

DIuiditur regula hæc in tres partes. In prima par. adducit cauſas conſtitutionis promulgandæ. In ſecunda, quæ eſt ibi, uoluit, &c. ſtatuit qualiter extrahendæ ſint regulæ cancellariæ apud iudices producendæ. In tertia, quæ eſt ibi, quicquid autem, irritat ſi ſecus fiat. Iſta eſt eadem cum regulis antiquis, & modernis, nec in aliquo immutata, & a gloſatore antiquo utiliter dilucidata. In quantum autem colum. 2. uerſicul. ſed ſi talis eſt regula iam pro-
1 ducta, uult, quòd ſufficiat † regulam ſemel productam eſſe, ego clarius declaro, quòd ſtilus ſe habet, quòd producta aliqua regula in aliquo tribunali, ad inſtantiam alicuius, iuxta formam hic datam, a cancellaria extractam, poteſt poſtea regula prædicta coram eodem, uel alio auditore, ad inſtantiam eiuſdem qui in una cauſa produxit, immo cuiuſuis alterius pro quacunque alia cauſa repeti, & ſi Notarius eſt diuerſus, uel producetur regiſtrum ad effectum iurium, & ex regiſtro extrahetur copia talis regulæ, uel ab alio Notario, ſiet copia talis regulæ, cum atteſtatione, quòd in tali cauſa producta fuit in ſuo officio, & plenam fidem faciet, & ita euitabitur expenſa, & circuitus, & ita ſapiſſimè obſeruari uidi, pro quibus etiam uideatur Ioann. Franciſ. Pani. in prælud. extrauagan. col. 3. uerſicul. Aliquæ autem dantur cum ſubſcriptione, &c. Per Feli. in cap. 1. colum. 7. verſic. Et pondera regulam cancella. 26. de re iudica. & per Sarnenſ. in ſecunda quæſtio. prohem. regularum, nume. 16. uerſicu. hinc eſt, quòd quamprimum per extractionem, &c. Bertrand. conſil. 292. uiſis copiis. ante nume. 9. uolum. 3. in primis. Aduertendum tamen eſt in quantum gloſator hic & nonnulli ex relatis dicunt, quòd requiratur commisſio, ut fidem faciat pro alio, quòd illa non eſt neceſſaria, & ita ſeruatur. Nunc ad aliqua quæſita deſcendam.

SVMMARIVM.

1 *Regula hæc, an prouideat circa extractionem, ſeu productionem omnium regularum, an aliquarum, & quarum.*
2 *Regulæ, quæ non ſunt de dandis, non comprehenduntur ſub hac regula, & quæ ſunt de dandis, & non dandis.*
3 *Extrauagantes notas non licet ignorare.*
4 *Extrauagantes eſſe notas, vel eſſe in iudicio productas paria ſunt.*
5 *Sententiæ latæ contra regulas etiam notas non productas ſubſiſtunt.*

Primo

1 PRimo quæro † an regula hæc proui-
deat circa extractionem, ſeu produ-
ctionem omnium regularum, an ali-
quarum, & quarum? Tres opi. conſi
derari poſſunt, prima φ generalitas
ꝓhemii huius regulę, a quo licet arguere, ad text.
ĩ l. fi. & ibi Bar. ff. de hær. inſt. & Bar. in l. 1. ff. ad ma
ced. & in l. cum hi. cir. prin. ff. de trāſ. operetur, φ
omnes regulæ hic comprehendantur, præſertim
cum uerba hic poſita circa omnes regulas extra-
hendas, & producēdas uerificari poſſint, omnes
enim uocantur regulæ, ſiue ſint iudiciales, ſiue a-
liæ, omnes ſimul deſcribuntur, & imprimuntur,
omnibuſque partes ipſæ ſecundum caſuum con
tingentiam indigere poſſunt, pro ipſarum quali
bet extrahenda ad cancellariam recurſus habe-
tur, quælibet ipſarum immutationis caſui ſubii
citur, & immutari poteſt, cuiuslibet ipſarum
probatio per teſtes periculoſa eſt, ergo verba om
nib. regulis conueniunt, igitur & diſpoſitiu. ad. l.
hos accuſare. §. omnib. ff. de accuſ. l. ab omnib. ff.
de leg. 1. c. indemnitatib. §. pen. de elect. lib. 6. cū
2 uulga. Secunda opin. eſt quòd † excipiantur regu-
læ, quæ non ſunt de dandis. i. quæ non ſolent par
tibus petentibus dari, ſeu concedi, quia ipſis
officialibus tantum, ſeu aliis curiæ Romanæ expe
ditoribus, principaliter inſeruiunt, & illis ſolum
patere debent, pro qua opin. pondero tex. noſtræ
regulæ ante fi. ibi quòd danda ſit, ubi elicitur li-
mitatio, conſtitutionem ſolum comprehende-
re regulas, quæ ſunt dandæ, ſeu dari, & conce-
di quibuſcunque conſueuere, & hoc etiam uult
hic gloſator. & Paul. in prælud. extraua. colum. 3.
uerſicul. quædam ex eis ſunt de dandis &c. Felin.
in capitul. 1. colum. 7. uerſicul. & de prædictis. de
re iudic. & differentiam regularum quæ ſunt de
dandis, ab illis quæ dari, ſeu concedi non con-
ſueuere, ponit Sarnen. in. 2. quæſt. prohe. regula-
rum ante fi. uerſicul. ut magis prædictæ, & Caſſa-
do. dec. 4. de conceſ. præben. num. 2. Tertia opin.
magis ſtricta eſt, quòd ex regulis de dandis, ſo-
lum hic comprehendantur illæ, quæ ſunt incogni
tæ, & non famoſæ, ſecus autem in notis, & a
multis annis citra promulgari per quoſcunque
ſucceſſiuos ſummos Pontifices conſuetis, pro-
ut ſunt illæ de Annali, & altera de Triennali, &
ſimiles a pluribus gloſatæ, & illuſtratæ, & in
ſacro. Rotæ Auditorio, & in aliis tribunalibus,
tam urbis, quàm totius Chriſtiani orbis allega-
ri, & diſcuti, ſeu diſputari ſolitæ, unde non uidē-
tur egere alia extractione, præſentatione, ſeu
3 productione, inſtar † extrauagantium publica-
rum, & notarum, quas ignorare non licet, &
contra quas lata ſententia eſt nulla. Bald. in. l.
leges ſacratiſſimæ. numer. 4. C. de legi. Alex. poſt
Imo. & Paul. Caſtrenſ. in l. cum prolatis. numer.
13. uerſic. quod ſingulariter limita. ff. de re iudic.
4 ubi etiam æquiparat † extrauagantes eſſe noto-
rias, uel eſſe formiter in iudicio productas,
idem Abb. in. c. paſtoralis. de fi. inſtru. col. 2. uerſ.
ſi autem eſt publice nota. ubi æquiperat extraua
gantem eſſe notam, licet non incorporatam, uel
quòd ſit ſub bulla, & ſic formiter producta, &
ibi Fel. numē. 7. in. 2. declara. ubi parificat extra-
uagātem eſſe notam uel de ea factam eſſe fidem
in iudicio. Breuiter omiſſa diſputatione, contra-
rium ſeruatur, quòd indiſtinctè Regulæ ſeu no-
tiores, ſiue non, producendæ ſint ſub forma hic
data, alioquin non habentur in conſideratione,
& poſſunt ignorari, & ſententiæ contra eas latæ
5 ſubſiſtunt † poſt Anchara. conſi. 297. efficacibus
colum. 1. Feli. in. c. 1. de re iudi. num. 11. uerſic. &
idem credo de regulis cancellariæ. Caſſador. dec.
7. ſuper regulis. num. 5. & dec. 12. num. 3. Sarnen.
in. 2. quæſtio. prohem. Regula. præſertim numer.
4. & num. 15. & in. 4. quæſt. de Anna. numer. 6. ibi
loquens de regula de annali (quæ eſt notiſſima,
& famoſa) concludit, regula hac non ſeruata, ea-
que non producta, illam allegare non prodeſſe.
ex præmiſſis patet quòd ſecunda opin. eſt uerior
uidelicet quòd omnes regulæ quæ ſunt de dan-
dis quæcunque ſint, ſub hac regula comprehen-
dantur, formaque hic data non ſeruata non rele
uent. Prout etiam idem uoluit Phi. Prob. in Ad-
di. ad Glo. pragma. tit. de Reſerua. §. ipſas omnes
ſuper uer. regulas, ad fi.

SVMMARIVM.

1 *Regulæ hæc an extra Curiam locum habeat, uel quomo do regulæ pro tribunalibus extra Curiam extrahendæ ſint?*

2 *Ratio expreſſa in conſtitutione, diſpoſitionem ad limites ipſius rationis reſtringit.*

3 *In caſu non deciſo ſi non habemus conſuetudinem, attendi debet ſimile conſuetudinis, uel ſimile legis.*

4 *Regulæ omnes de dandis ut fidem faciant extra curiam, dantur ſub plumbo.*

SEcundo quæro cum gloſatore hic an
1 † Regula hæc extra curiam locum
habeat, uel quomodo regulæ pro
tribunalibus extra cu. R. extrahen-
dæ, & producendę ſint? Quo ad pri
mam partem quæſiti, textus regulæ eſt clarus, un-
de non indigemus gloſſ. Bald. conſil. 343. exami-
nanda. colum. 2. num. 4. uerſic. & de iſto. libr. 1. ſe-
cundum meam impreſſionem, & conſil. 174. ca-
ſus eſt talis. in fi. ubi contra aduocatos cauillan-
tes uerba ſtatuti clara, facit. l. ancillæ. ubi Bald. &
alii. C. de fur. Corn. conſil. 109. uiſo infraſcripto
themate. in. fi. lib. 1. & quòd uerba regulę difficul
tatem tollant, pondero illa uerba poſt princ. ibi
Faciliter per eos, qui in Ro. cu. indiguerint. &
ſic prouiſio hæc reſpicit ſolum eos, qui uolunt re
gulas pro Ro. cu. Poſtea etiam dum conſtitutio
ipſa ponitur, diriguntur verba Auditoribus Ro
tę, & aliis iudicibus Apoſtolicis, etiam Cardi-
nalibus in curia deputatis, & illa uerba, in curia
deputatis, exponi debent pro curia, ſeu cu. Ro.

caufis

cauſis deputatis, & ſic excluduntur iudices qui
ſunt extra curiam. idem intellectus etiam colli-
gitur ex ratione prohemii, quòd indigentes regu
lis in Rom. cu. faciliter ad cancellariam recurſum
habere poſſunt, quæ ratio non militat extra Ro.
cu. quia ſicut hic exiſtentibus facilis eſt recurſus
ad cancellariam, ita extra eam degentibus, præ-
ſertim in longis partibus, difficilis, & diſpen-
dioſus erit ad cancellariam recurſus, & quia
2 † ratio expreſſa in conſtitutione reſtringit, limi-
tat, uel ampliat diſpoſitionem ad limites ipſius
rationis. l. cum pater. §. dulciſſimis. ff. de lega. 2.
l. ſi is qui ſaltus. iun. gl. in uer. amittere ff. de acq.
poſſeſ. l. 1. ff. de autho. ruto. l. 1. C. quæ ſit lon. cõ-
ſue. Iaſ. conſil. 2. colum. 8. uerſic. ſeptimo prædi-
cta. libr. 2. Bald. in l. ſi quis ſerno. C. de furt. & iſta
eſt communis opin. prout per Curt. Iun. conſil.
175. colum. fi. cit. medium. coarctanda eſt regula
hæc iuxta rationem præmiſſam, curiam ſolum
concernentem, ut in ea ſolum locum ſibi uendi
cet. Altera uerò pars quæſiti regula hac non
comprehenſa, remanebit ſub diſpoſitione iuris
communis, ad l. commodis. ff. de libe. & poſthu.
l. ſi cum dotem. in princ. ff. ſolu. matri. Dec. conſil.
334. colum. 3. in prin. nume. 4. uerum quia caſum
iſtum a iure deciſum nõ habemus, recurrendum
eſſet ad conſuetudinem, uel ſi non habeamus
3 conſuetudinem † ad ſimile legis, uel ad ſimile
conſuetudinis, docto. in. capit. cum ſint homines
de deci. & communis diſt. & doctri. eſt, quòd non
reperto caſu deciſo, ſed ſimili legis, & ſimili con-
ſuetudinis, data paritate in omnibus, attendi-
tur magis ſimile conſuetudinis, & in materia iu-
ris ſcripti, magis ſimile legi. Cur. in. capitul. fi. de
conſue. colum. 4. uideamus igitur an recurrere
debeamus ad conſuetudinem, an ad ſimile con-
ſuetudinis, an ad ſimile legis? gloſator hic ſim-
pliciter mouet dubium, & pedes non figit, tan-
dem dicit uidiſſe dari ſub plumbo regulam re-
ualidatoriam literarum prædeceſſoris, abſque
commiſſione extra curiam producendam. Feli.
uerò in cap. 2. col. pen. uerſi. ſoleo de hoc dubita
re. de reſcr. dicit, quòd quotidie regulæ in cau-
ſis extra curiam pendentibus allegantur, & fit de
eis fides per literas uicecancellarii Papæ. Cum
Felin. tranſit Stepha. Bertran. conſil. 292. uiſis co-
piis num. 8. uolum. 3. in primis, & ſic intelligunt
ſub bulla, ſeu ſub plumbo, uerum quia appella-
tione literarum uicecancellarii, poſſet quis meri
rò dubitare an Felin. & Bertran. intellexerint de
literis miſſiuis, ſeu epiſtolis. quo ad præmiſſa
clarius, & melius loquitur Ioann. Franciſ. Paui. in
prelu. extraua. colum. 3. uerſicul. quædam uero ex
4 eis. ubi concludit, quòd omnes † regulæ quæ
ſunt de dandis ... fidem faciant extra curiam
dantur ſub plumbo in forma aliarum bullarum,
ſequitur præceptor meus Dom. Philipp. Deci. in.
l. 1. in nouiſſima lectu. numer. 74. ff. ſi cer. peta. &
quòd extra curiam dentur ſolum ſub plumbo,
aduertit etiam Sarnen. in. 2. quæſt. prohem. regu.
num. 26. uerſic. eſt tamen circa hoc ulterius ad-
uertendum. idem uoluit prob. in addi. ad Glo.
pragma. titu. de reſeruationibus. §. ipſas omnes
ſuper uer. regulas, ibi attende quod huiuſmodi
regulæ dantur. Ex prædictis ſequitur quod cum
habeamus conſuetudinem in propriis terminis
noſtris, non ſit ulterius quærendum, ſed conce-
dendum quòd extra curiam neceſſaria ſit extra-
ctio regularum ſub plumbo, alioquin nulla eis
fides danda erit, nec ad ſimile conſuetudinis, uel
ſimile legis deueniendum eſt.

SVMMARIVM.

1 *Regula hæc an in extrauagantibus extrahendis, ſeu pro ducendis locum habeat.*
2 *Interpretatio a rubrica ſumi poteſt.*
3 *Conſtitutionum appellatione quid ueniat.*
4 *Extrauagantes dicuntur conſtitutiones.*
5 *Extrauagantes, & Regulæ Cancellariæ magnam inter ſe conformitatem habent.*
6 *Extrauagantes quomodo producendæ.*
7 *Extrauagantes an ſint de dandis, quomodo conſideratio cadere poſſit.*

1 TErtio quæro an † regula hæc in extra
uagantibus extrahendis, ſeu produ
cendis locum ſibi uendicet? Pro par
te negatiua pondero, regulam hanc
prouidere circa regulas, & conſtitu
tiones a Cancellaria extrahendas, regulæ, & con-
ſtitutiones in toto uolumine regularum non cõ-
prehendunt extrauagantes, nec ſub illis extraua
gantes ueniunt, ut patet in prohemio, & in toto
libro regularum: ergo nec hic. una enim pars cõ
ſtitutionis, ſeu ſtatuti ab aliis partibus interpre
tationem, ſeu declarationem recipit. l. cum pro-
ponebatur. ff. de lega. 2. l. qui filiabus. in princip.
ff. de lega. 1. Abb. conſil. 36. colum. ult. lib. 1. ante.
num. 4. Secundo arguendo ab uſu patrisfami-
lias, ad. l. qui ſemiſſis. §. fi. ff. de uſu. l. hæredes pa-
lam. §. ſed & ſi notam. ff. de teſta. ibi uel ex cõſue
tudine patrisfamilias &c. l. uel uniuerſorũ. ff. de
pigno. actio. ubi Papa uoluit comprehendi in
hoc uolumine extrauagantes, expreſſit prout in
regula prima, in regula. 23. de mendicantibus. &
in regula. 24. de male promotis. hic non expreſ-
ſit, ergo illæ non comprehendantur. Tertio ſu-
2 mendo † interpretationem a rubrica, ad glo. in
uer. retractare. in. l. unic. C. ne lice. in una cau. cir.
medium. vbi ſumit declarationem illius text. qui
dubius erat, ab ipſa rubrica. Alex. ſuper rub. ff. de
offi. eius. poſt princ. Curt. Iun. conſil. 56. caſus ta-
lis eſt. colum. 2. ante fi. ubi quòd rubrica ſtatuti,
dicitur index nigri, per tex. in. l. impetrator. ff. de
in diem adiect. Licet igitur text. noſtræ regulæ lo-
quatur de extractione regularum, & conſtitutio
num, & propter illud uerbum, conſtitutionum,
oriri poſſit dubium an comprehendantur extra
uagantes, a rubrica ſumendo declarationem, in
terpretabi-

terpretabimur, ut de regulis tantum loquatur in xta ipſam rubricã. Quarto, uerba ubi non conueniunt, diſpoſitioni locus eſſe non debet ad l. dies cautioni. §. toties, & ibi no. Bar. ff. de dam. infect. cum uulg. ſed hic mandatur, q cædula a duobus Abbreuiatoribus, de maiori atteſtetur, quòd dãda ſit, qui terminus non poteſt uerificari niſi in regula: magna enim eſt differentia, & quæſtio, q̃ regulæ ſint de dandis, & quæ non. Paui. in prælu. extrauag. & tractaui ſupra quæſt. proximè præceden. nec iſtam qualitatem, ſeu conſiderationem reperimus in extrauagantibus, ergo diſpoſitio hæc ſolum in regulis locum habebit. Quinto arguendo à ratione prohemii expreſſa, ad l. fina. & ibi Bar. ff. de hæred. inſtitu. Bar. in l. 1. in princi. ff. ad macedo. & in l. cum hi. circa prin. ff. de tranſac. utraque ratio prohemii neceſſariò uerificatur tã tum in regulis cancellariæ, non autem in extrauagantibus, ergo, &c. minorem probo, duæ enim rationes in hoc prohemio deſcribuntur, facilitas recurſus ad cancellariam pro extractione de qua loquimur, at pro extrauagantibus extrahendis recurſus haberi poteſt ad Archiuium, in quo reperiri conſueuere, & ab illo extrahi. Et quæ ſic extractæ plenam fidem facient. Gemini a. conſi. 82 circa thema. nume. 6. Ludou. Roman. conſi. 165. liber Regiſtri, quem ſequitur D. meus Philippus Dec. conſi. 146. & pro tenui. nume. 10. Et in propriis terminis extrauagantium, idem Rom. conſ. 260. in propoſito. num. 3. uerſicu. tertio iſtam. Et Roma. ſequitur Hippo. de Marſil. ſuper rub. C. de proba. num. 293. præſertim illæ, quæ ſunt indubitatæ. Paui. in prælu. extrauag. col. 1. uerſic. & ſi reperitur in archiuio publico, &c. per tex. in authẽ. ad hæc. C. de fide inſtrumen. immo cum extrauagantes ſint ſimul redactæ, & in uno codice deſcriptæ, ad inſtar aliarum legum, ſat eſt eas allegare abſque alia extractione, ſeu productione. c. paſtoralis. & ibi omnes. de fide inſtrum. Bald. in l. leges ſacratiſſimæ. nume. 4. C. de legi. Bald. in l. 2. poſt prin. C. quan. prouo. non eſt neceſſe. Roma. conſi. 260. in propoſito caſu. nu. 2. uerſi. certum eſt, &c. quod ſecus eſt in regulis, quas neceſſum eſt extrahere, & producere, quæcunque, & qualeſcunque ſint, ut probaui in præcedent. quæſtio. Altera ratio eſt, quòd regulæ ſunt mutabiles, & mutationi ſubiectæ, qualitas autem iſta non cadit in extrauagantibus, quæ ſunt fixæ, immutabiles, & perpetuæ. Pro parte uerò affirmatiua quam teneo, pondero uerba regulæ, in princip. ibi ſuper habendis de cancellaria Apoſtolica regulis, & cõſtitutionibus, dictio, &, ponitur inter diuerſa. l. huiuſmodi. §. ſi Titio, & meuio. ff. de legat. 1. l. 1. in principio. ibi, boni, & æqui, cum gloſ. in uer. ius poſt medium, ubi propter illam dictionem, &, notat, quod aliud eſt bonum, aliud æquum, & ibi Bart. Iaſo. & dec. ff. de iuſtit. & iu. Bar. in l. ſi is, qui ducenta. § uerum. nume. 5. uerſicu. tertio caſu. ff. de rebus. dub, ſi igitur in textu noſtro conſtitutiones pro diuerſis a regulis accipere cogi-

3 mur. † Conſtitutionum autem appellatione uenit quodcunque princeps ſtatuit, uel cognoſcẽs decreuit, uel edicto præcepit iux. text. in l. 1. ff. de conſti. princi. §. quodcunq; ergo. inſti. de iu. natu. gent. & ciuil. c. conſtitutio. 2. diſtinct. Hoſtienſ. in prohem. ſum. §. quo nomine. uer. conſtitutio eſt, & de conſtitu. in ſum. §. quid ſit conſtitutio, ubi declarat quomodo accipiatur generaliter in illo titulo. Abb. & Fel. & Dec. ſuper rub. de conſtitut.

4 & † extrauagantes ipſæ dicantur conſtitutiones. l. cum prolatis, & ibi Bar. num. 1. ff. de re iud. c. paſtoralis. ubi omnes. de fide inſtrumento. Roman. conſi. 260. iu propoſito. num. 2. uerſic. ſexto quia debet, & uerſic. aut certum eſt. Alex. in authent. iubemus. num. 6. uerſi. dum tamen dictum. C. de iudi. ibi conſtitutionem extrauagantem. Fel. in c. 1. de re iudica. num. 12. in 4 limita. ubi plura adducit. Sarnen. in 2. quæſt. prohem. regularum. nu. 5. uerſic. & tamen nemo dicet extrauagantes nõ eſſe conſtitutiones generales. At cum ſub illo uerbo, conſtitutionibus, hic poſito, non poſſimus interpretationem ſumere, ut de regulis cancellariæ Papa intellexerit, cum de regulis præmiſerit, & fruſtratoria fuiſſet iſta additio, uerbum autem immo, nec ſillaba una ſuperflua apponi debet, glo. 1. in l. 1. ff. quod met. cau. Bal. ſuper rub. C. de contra. emptio. quæſt. 9. Dec. conſi. 69. uiſis nu. 4. & 414. uiſo. nu. 2. minus etiam dicere debemus, quòd hic ſub uer. conſtitutionibus Papa ſenſerit de legibus, ſeu decretalibus, leges enim, & decretales non ſubiiciuntur formæ hic datæ, ſat. n. eſt eas allegare abſque alia extractione, ſeu productione. l. cum prolatis, & ibi Bart. Alexand. & alii. ff. de re iudic. prælleg. c. paſtoralis, & ibi omnes. de fide inſtrum. & in aliis locis ſupra adductis. Nec etiam de epiſtola principis, decreto, uel edicto intelligere poſſumus, cum legib. æquipolleant, & hodie tales epiſtolæ, decreta, uel edicta emanare non conſueuerint, & ſi emanarent ſub hac regula non comprehenderentur, ſed decretalium loco haberentur, prout uidemus in decreto, & decretalibus, ubi ſæpiſſimè ad inſtar, ſeu in forma epiſtolarum, Papa reſcribit alicui epiſcopo, uel iudici, ſeu alteri, remanet igitur firma cõcluſio, arguendo à ſufficienti partium enumeratione, ad l. ex maleficiis §. hæres. ff. de actio. & obl. l ſi dotem. in ſi. C. de fal. cau. adie. l. ad inſtructiones itinerum. C. de ſacroſanct. eccleſi. quòd hic neceſſariò appellatione conſtitutionum, de extra

5 uagantibus intelligamus. Inſuper † extrauagantes, & regulę cancellarię magnam inter ſe conformitatem, & ſimilitudinem habent, ſicut enim regulę, ut contra eas ſententia lata ſit nulla, extrahendę, & producendę ſunt, ita etiam extrauagantes. cap. paſtoralis, & ibi docto. de fide inſtr. Roman. pręallega. conſil. 260. Card. conſi. 71. omnis meę, ante ſi. Alex. in pręallega. authen. iubemus. nu. 6. uerſi. dumtamen dictum eſt. C. de iud. Fel. in c. 1. de re iud. nu. 12. col. 6. in prin. Paui. in pręlud. extraua. poſt prin. uerſi. uerum ipſis extrauagantibus

bus parem uim pœnè regulæ cancellariæ uiuente earum conditore, Caſſado.dec.8.de conceſ.præbend.numer.8. Alex.in præalleg.auten.iubemus, nume.6.uerſic.duntamen dictum eſt.C.de iudi. propter ſimilitudinem igitur prædictam, & alias quæ colligi poſſunt, & apparebunt ex infra dicendis, dum contrariis argumentis reſpondebo, ubi etiam oſtendam, quod uerba hic poſita etiam extrauagantibus conueniunt, dicendum eſt extrauagantes hic comprehendi. Demum quòd regula in extrauagantibus locum ſibi uendicet uult hic in effectu antiquus Hiſpanus gloſator licet uideatur diſtinguere, & ex præmiſsis hoc ſit mat Paui.in prælud.extraua.ante medium.uerſicul.debent autem
6 † extrauagantes quando de eis dubitatur, per allegantem in forma autentica produci ſub plumbo, ſi extra curiam ſint producendæ, uel ſub ſignecto uicecancellarii, ſi in curia ſint producendæ, & ita dicit ſeruari, idem uult Saruenſ. in 5.quæſtio. prohem.regularum, ante numer.7.ubi loquitur de hac regula. uerſicu.præſertim cum extrauagantes, & regulæ debent prius impetrari &c.& ita ego etiam pluries ſeruari uidi, unde hæc opin.affirmatiua omnino tenenda eſt. Ex præmiſsis colligi poteſt ſolutio ad contraria. Sigillatim autem reſpondendo, dico primum, & ſecundum argumentum non obſtare, quia materia ſubiecta non patiebatur talem interpretationem extrauagantium comprehenſarum, & ſi dicatur præfatio regularum pro eiſdem accipit regulas, & conſtitutiones, replicari poteſt, quòd non eſt abſonum, quòd idem uerbum in diuerſis locis diuerſimodè accipiatur, imò plerunque in eademmet diſpoſitione unum uerbum diuerſa ſignificat ſecũdum ſubiectas materias, iuxta quas uerba interpretari debemus ad.l.ſi uno, in prin. ff.loca.ubi donatio pro tranſactione accipitur, & ibi gloſſ.in uer.tranſactio notat.capitul.rogo cum gloſſ.quæ exponit rogare, pro mandare.11.quæſtio.3.clemen.1.iun.gloſſ.in.ver.exhortamur de teſti. quod etiam procedit impropriando uerba, declarat præceptor meus Domin.Philipp.Dec.in.l.bonorum,numer.15.C.qui admit. & in.capitul.ex parte.poſt gloſſ.numer.8.de reſcrip.Inſuper periculoſa ſunt argumenta ſupra in contrarium facta declarationis unius regulæ ab aliis, & alterum ab uſu patrisfamilias, in materia in qua ſumus, quia regulæ a diuerſis fabricatæ, & ſæpè immutatæ fuere, & in dies mutantur, ut etiam textus noſter exorditur. Ad tertium reſpondeo quòd quando rubrica eſt generalior nigro, & habet perfectum ſenſum attenditur, aliàs ſecus. But.in prohem.decreta.Alex.poſt Saly.in.l.1.numer.9.ff.ſi cer.pet.Curt.Iun.conſil.65.caſus talis eſt.numer.3. Ad quartum replicari poteſt, quòd quantum de danda loquitur regula, reſpiciat ſolum regulas, & ſic ſingula ſingulis referantur, iuxta loquentis intẽtionem, etiam ſi ſic non exprimatur, glo.in.l.qui in futurum, in uer.poterimus.ff.de pact.gloſſ.3.in.l.fin.C.de fideic. glo.in.l.generaliter. in uer.diffinitiua.C.de reb.credi. Vel etiam dicere poſſumus quòd conſideratio, an
7 † ſit de dandis, cadere poſsit etiam in extrauaganti, ad tradi.per Sarnen.in.5.quæſt.prohe.regu.ante num.9.uerſicul.quod introductum fuit, uel ſaltem alio reſpectu, de quo per Feli.in præalleg.capi.paſtoralis.numer.5.de ſide inſtr. Ad quintum argumentum reſpondeo, primam rationem extractionis a cancellaria, ſeu recurſus ad eam, militare etiam in extrauagantibus, ad ſupra adducta, & pręſertim per Sarnen.in allega.5.quæſt.prohe.regularum ante numer.9. ubi quod hæc regula procedit etiam quo ad extrauagantes extrahendas, iuxta formam hic datam, & per Paui.in pręlud.extrauagan.ante medium, uerſic.debent autem. Quantum uero ad alteram rationem attinet, illa conſiderari poteſt, quo ad pleraſque extrauagantes, quę aliquo tempore obſeruantur, aliquo ſecus, uel quòd aliquando confirmantur, prout uidemus in reſeruationibus extraua.ad regimẽ.& iuxta extraua. execrabilis, uidemus etiam innouationem extrauagantium per regulam 23.de mendicantibus, & per regulam ſequentem, an autem in extrauagantibus ualde notis ſeruanda ſit forma huius regulæ non proſequor, ſed ad aliam regulam tranſeo.

REGVLA XXIX.

De Subrogan. colli.

ITem D.N. Litium ſuccidere cupiẽs anfractus, & ne noui colligitantibus aduerſarii dentur, prouidere. ¶ Voluit, ſtatuit, & ordinauit, quòd quoties deinceps, aliquem ſuper quouis eccleſiaſtico beneficio colitigantem in iure, uel ad ius, ſi quod forſan eius aduerſario in dicto beneficio competierit, ſubrogari conceſſerit, dummodo prefatus collitigans in dicto beneficio intruſus non fuerit; nec ſuper eo contra dictum aduerſarium (poſtquam illud per triennium pacificè poſſederit) lis tunc mota fuerit; aliorum quorumlibet de pręmiſſo iure, ſiue tũc uacet, uel cum uacauerit impetrationes, uel cõceſsiones etiam motu proprio, infra menſem ante conceſsionem huiuſmodi factę, nullius ſint roboris, uel momenti. ¶ Et nihilominus fę.re. Pauli Secundi. Innocentii Octaui, Adriani Sexto & Pauli Tertii. ac Iulii etiam Tertii. Necnon Marcelli etiam Secundi, Ro.Pont.prędeceſſorum ſuorum ueſtigiis inherendo, cupiens eorum fraudibus obuiare, qui uiuentium beneficia, illorum pręſertim, quibus, aut propter infirmitatem imminet uitę periculũ, impetrant, ut illis decedẽtibus, tanquam collitigantes, in illorum iuribus facilius ſubrogentur. ¶ Voluit, ut deinceps nullus

nullus in iure, uel ad ius in beneficio defuncti, quod illo uiuente in caſibus præmiſsis, uel ſimilibus impetrauit, aliquo modo ſubrogetur, ac ſubrogatio, & gratia, ſi neutri, ſi nulli, ſeu nouæ prouiſionis, aut perinde ualere, taliter impetranti nullatenus ſuffragetur, quod etiam ſtrictisſime obſeruari mandauit in impetrationibus beneficiorum per priuatiunem, & amotionem ex quibuſuis criminibus, & exceſsibus forſan perpetratis, etiam ſi uſque ad diffinitiuam ſententiam, quæ tamen in rem non tranſiuerit iudicatam, proceſſum foret.

S V M M A R I V M.

1 *Lites tolli ſeu execrari optimum eſt.*

HAnc regulam diuido in. 2. par. princip. in prima Papa prohibet ſubrogationem in fauorem alterius; quã collitigantis, infra menſem concedi, & iſta prima pars eſt tota, & integra regula, quæ antiquitus promulgari ſolebat nullaque uerba hic mutantur diuerſa ab illa regula antiqua, niſi illa quæ in antiquis non aderant, ſed per Leonem x. ſuppleta fuerunt, uidelicet (uel conceſsiones etiam motu proprio) quę appoſita fuere ad remouendum dubium quod mouet hic gloſator antiquus colum. fi. uidelicet an regula ſuo tempore haberet locum in conceſsione facta motu proprio; & concludit pro parte negatiua. In. 2. quæ eſt ibi, & nihilominus fæ. re. Pau. 2. ultra regulam antiquam ſequutus Pa. 2. & alios ibi nominatos plenius prouidet quãm per antiquos Ro. Pont. prouiſum eſſet: occurritque fraudibus, & dolis. Rurſus prima pars ſubdiuiditur in. 4. partes. in prima enim ponuntur duæ rationes conſtitutionis promulgandæ, ut ad oculum patet, & ponderat hic. D. Pet. Rebuff. uel potius dici poteſt quòd ſit unica tantum ratio, uel ambæ in unam recincidant, uel ad unum tẽdant finem, prohibere enim nouos collitigantes; nihil aliud eſt quam lites tollere, ſeu litibus, & ex
1 penſis finem imponere, illaſque execrari† quod optimum eſt, & ualde rationabile. l. quidam exiſtimauerunt. ff. ſi cer. pet. & l. minoribus. 25. an. ff. de mino. l. item ſi res. § fi. ff. de alie. iud. muta. cau. fa. cap. finem litibus. de dul. & cont. c. diſpendia, de reſcrip. lib. 6. cap. ſicut ſacerdotes. in fi. 2. quæſtio. 7. & prouerbiorum cap. 16. & ſequen. ubi lites exquirentes peruerſi appellantur: ſic & Eſaiæ capitu. 58. ubi improbatur ieiunium litigantiũ. Ecce ad lites, & ad contentiones ieiunatis. l. litibus imponentes celeritatem. C. de agri. & cenſi. lib. 11. l. fi. ibi, ut aliquis litium finis eſſet. ff. pro ſuo. Specul. in titul. homici. poſt numer. 6. Iaſ. in. l. filio pater. in 1. not. ff. de legat. 1. & dixit diuus Augu. in quodam ſuo ſermone, nihil tam ſimile eſſe demonum actibus quam litigare. Et Deus ipſe ut a litibus abſtineremus, illaſque deteſtaremur, dixit, ſiquis uoluerit tuam tunicam tollere, & in iudicio tecum contendere, dimitte ei & pallium. Matth. cap. 5. & tranſumptiuè in capit. 1. 14. queſt. 1. & in cap. ſuſcepimus. de homici. In. 2. quæ eſt ibi, uoluit, ſtatuit &c. ponitur ipſa conſtitutio, quæ durat uſque ad dictam. 2. par. prin. In. 3. quæ eſt ibi. dummodo præfatus, ponitur prima limitatio quæ reſpicit perſonam ſubrogationem petentis. In 4. ibi, nec ſuper eo, ſubditur altera limitatio concernens perſonam, cui mora erat lis, & cui ſubrogatio fieri petitur, ut ſi triennalis pacificus poſſeſſor fuiſſet, ſubrogatio denegetur. Item. 2. pars priu. ſubdiuiditur in. 6. par. in prima ponitur ratio additionis faciẽdæ antiquæ regulæ. In. 2. quæ eſt ibi, uoluit, ſubditur prouiſio, ſeu diſpoſitio ipſa. In. 3. ibi ac ſubrogatio &c. ponitur ampliatio. In. 4. ibi, quòd etiam, adducitur altera ampliatio, ſeu declaratio. In. 5. ibi etiã ſi uſque, ponitur ampliationis, ſeu declarationis proximæ dictæ ampliatio. In. 6. & ult. ibi quæ tamen, limitatur ultima ampliatio.

S V M M A R I V M.

1 *Subrogatio quid, quotuplex, & quomodo hic accipiatur?*
2 *Subrogationis definitio.*
3 *Subrogationem tripliciter fieri.*
4 *Subrogationum altera eſt gratioſa, altera dicitur mandatum de ſubrogando.*
5 *Supplicationis ſubrogationis formula.*

PRimo (ne per terminos ignotos pro-
1 cedam) quæro † quid, & quotuplex ſit ſubrogatio, & qualiter in regula noſtra accipi debeat? ſubrogo, uel ſurrogo ἀντικαθίστημι. ſubſtituo, ſufficio: & ſubrogare collegam conſul dicebatur, qui alterum in demortui conſulis locum ſufficiebat Liuius ab urbe cond. lib. 2. Regnum enim affectare fama ferebat, quia nec collegam ſubrogauerat in locum Bruti: & lib. 9. M. Cornelium Malu-
2 ginenſem collegam ſubrogauit. † Subrogatio igitur, uel ſurrogatio ἀντικατάστασις & latè ſumpta, dici poterit ſubſtitutio, uel ſuffectio in locum alterius, ſiue uiuentis, & tunc aut uolentis, aut inuiti, ſiue defuncti: de ſubrogatione in locum uiuentis, loquitur text. in. cap. cauſam quæ. 2. de offic. deleg. & in. c. cauſam quæſt. 2. de iudi. de ſubrogatione, ſeu ſuffectione in locum defuncti, loquitur tex. in. l. proponebatur. ff. de iudi. at quantum ad rem noſtram attinet, ſubrogationem deſcribemus eſſe ſubſtitutionem, ſeu ſuffectionem
3 in locum colligantis†. Subrogatio autẽ iuxta terminos noſtros tripliciter fit, uidelicet per ceſſũ deceſſum, & per priuationem. de ſubrogatione, per ceſſum, & deceſſum, loquitur text. in. capit. ſi, ut lit. pend. lib. 6. & clem. 1. uerſicul. ſi uerò alter.
4 iun. prin. cum glo. in uer. mori. eo. † Inſuper ſubrogationum altera eſt gratioſa, dum ipſemet Papa ſubro-

ſubrogat per uerbum,ſubrogamus, altera dicitur mandatum de ſubrogando,per uerba ſubrogari mandamus,uel ſubtoges,uel ſimilia, prout declarat de utraque loquens Caſſado.deciſ. 1.ut lit.penden.harum etiam ſubrogationum differẽtiam ponit Samen.in 70.quæſtio.regulæ de annali.nume.2.adducens ibi pulchram reſolutionem ad effectum illius regulæ. Pro faciliori intelligentia præmiſſorum,& ſuper hac regula dicendorũ iuuenibus ſupplicationis ſubrogationis formulam
5 ſubiciam †.Beatiſſime Pater,lite,& cauſa in Roma.Cu.coram R.P.D.Iulio Oradino ueſtri ſacri Palatii Apoſtolici cauſarum auditore inter deuotum.S.V.Oratorem A.de & ſuper Prioratu S.N.&c.rebusque aliis &c. ac B. aduerſarium in prima,ſeu ulteriori inſtan. lite ſic penden. B.aduerſarius præfatus ſicut Deo placuit diem uitæ ſuæ clauſit extremum extra Roma.Cu.ſeu in Roman.Cu.ſicque per eiuſdem q.B.obitum, & finem,ius ſibi,quod eidem in dicto prioratu, uel ad illum competebat,uerè uacauit,ne autem nouus aduerſarius oratori detur,ſupplicat S.V.idẽ A.orator quatenus litis,& cauſæ ac inſtantiæ huiuſmodi,ſtatum,& merita,uerumque, & ultimũ dicti prioratus uacationis modum,etiam ſi ex illo quæuis generalis reſeruatio.in corpore iuris clauſa reſultet,pro expreſſis habentes, cauſamquè ad ſe aduocantes,& litem huiuſmodi pœnitus extinguen.ſibiq́ue ſpecialem gratiam faciendo,auditori præfato,ſeu in eius locum ſubrogato,uel ſubrogando committere, & mandare dignemini,ut oratorem præfatum in omni iure, & ad omne ius,quod dicto B.in,ſeu ad dictũ prioratum quomodolibet competebat, ſeu competere poterat,ſubroget,& de illo ſibi prouideat, nec non ad illius,ac litis,& cauſæ huiuſmodi proſecutionem,in eiſdem terminis, ac ſtatu, quibus dictus q. B.ſi non obiiſſet potuiſſet, & debuiſſet, admittat,& admitti faciat, etiam quoad poſſeſſionem,ſi in ea non exiſtit,in forma etiam gratioſa,ut moris eſt, & nihilominus prioratum prædictum,cuius & illi forſan annexorum fructus, &c.ſiue præmiſſo,ſiue alio quouis modo,aut ex alterius cuiuſcunq; perſona, ſiue,per liberam reſignationem,ſeu ceſſionem dicti q.B.uel cuiuſuis alterius de illo in Ro.Cu.uel extra eam, etiam coram notario publico, & teſtibus ſponte factam, aut conſt.execrabilis,uel aſſecution.&c. uacet & ſi deuolut.affect.elect.curat.ſpecialiter, uel aliàs ex quauis cauſa in literis etiam conditionaliter, uel diſpoſitiuè exprimen.generaliter reſeruat. litigioſ.&c.cuius litis ſtatus &c.exiſtat eidem oratori conferre,& de illo etiam prouidere dignemini,de gratia ſpeciali,non obſtantibus &c. & cum abſolutione à cenſuris, &c. De ſubrogationibus tracto ſuper ſigna. Gratiæ hoc titu. de ſubroga. ibi plura huic quæſtioni, quàm & huic regulæ conferentia uidere poteris.

S V M M A R I V M.

1 *Quis ſit intellectus huius regulæ.*
2 *Subrogatio collitiganti infra menſem conceditur, non collitiganti infra dictum terminum denegatur.*
3 *Interpres optima,conſuetudo.*
4 *Interpretatio uera à praxi, & communi obſeruantia ſumitur.*
5 *Principem decet ſecundum leges uiuere.*

1 SEcundo quæro †de intellectu huius regulæ.Breuiter quicquid uelint gloſ antiquus,& Samen.hic poſt Felin.ueritas eſt, quòd regula uult, & ita in praxi obſeruatur, quòd collitiganti
2 infra menſem concedatur† ſubrogatio,non collitiganti uerò infra dictum terminum denegetur quòd ſi forſan ipſe non collitigans infra menſem ſubrogationem obtinuerit, illa nullius erit roboris,& ab illa collitigantis,etiam in data poſteriori.excludetur. Verum huic intellectui obſtat. quia uerba regulæ hoc non dicunt, ut gluſſator antiquus etiam ſentit,& pondero illa uerba, uidelicet quoties aliquem collitigantem ſubrogari cõceſſerit,& ſic euentualis uidetur eſſe regula iſta, ut tunc tantum locum habeat, quando principi placuerit ſubrogare, reſpunderi poteſt tripliciter,primo quòd regula hæc diu talem interpretationem recepit,unde ab iſta interpretatione iam diu recepta,recedere non debemus.ad l. minimè ff de legi.l.quòd ſi nolit.§.quia aſſidua.ff.de ædi. ædic.Dec.conſilio 460.numero 13. & optima eſt
3 legum† interpres conſuetudo.l. ſi de interpretatione.ff.de legi.l.hos à patre.& ibi gloſ & Bartol. C.ſolu.matrimo.cap.cum dilectus.poſt medium cum glo.in uerſic.interpres,& Cardina.in 9. not. de conſuetu.Ange.conſilio 99.Petrus de Vrbe ueteri.columna tertia.ante fin.uerſicu.ſaluo niſi aliter dictum ſtatutum interpretatum fuerit in ciuitate Vrbeuetana temporibus retro actis,&c. Socin.conſilio 109.licet nulla.colum. fina. numero 4.uerſicu.nono comprobo,ubi poſt Ant.de But. ampliat etiam uerba impropriando,& ut uoluit Bald.in capitulo primo. in princip. de feud.ſine
4 cul.non amit.† interpretatio uera à praxi,& communi obſeruantia ſumitur. ſequitur præceptor meus Domi.Philipp.Dec.conſilio 358.placet mihi. columna 2. poſt medium, ante numerum 3. Aimo Crane.conſilio 118.in hac cauſa. poſt numerum 2.Secundo iſte intellectus elicitur ex prohemio,ſeu ex præfatione,ex quo, ſeu qua ſumitur ratio finalis ipſius conſtitutionis, diſpoſitioquè,& mens à præfationibus reſtrictionem, extẽſionem ſeu ampliationem,ac declarationem recipit.l.fina.& ibi Barto.numero 3.ff. de hæredib. inſtituen. Roman.conſilio 16. uiſo themate. numero 4.& 6.deci.conſilio 301.numero 12. Pariſ. conſilio 34.nume. 32.libro ſecundo.prohemium noſtræ regulæ eſt,ne collitigantibus noui aduerſarii dentur: limitatur poſtea tempus non dan-

di nouos aduerſarios ad menſem, ergo intentio regulæ eſt, diſponere ne infra menſem deuturuo ui collitigantes. noui collitigantes darentur ſi alii collitigantibus infrà dictum menſem ſubrogarentur: ſequitur in effectu quòd hic duo diſponuntur, uidelicet, non ſubrogari non collitigantes infra menſem, alterum quòd eſt correlatium, uidelicet, ut infra illum ſoli collitigantes ſubrogentur. Tertio cum rubrica huius regulæ habeat ſaltem intellectualiter ſenſum perfectum, poſſumus ab ea declarationem textus elicere, glo. in l. uni. C. ne lice. in uua, eademque. cau. in uer. retractare. cir. medium. ubi tex. qui dubius erat declaratur iuxta rubrum, per Alex. ſuper rub. ff. de officio eius. poſt prin. rubrica hæc dicit de ſubrogãdis collitigantibus, & ſic de omnibus collitigantibus, indefinita enim legis, etiã in odioſis æquipollet uniuerſali, ſecundum communem opinionem, de qua per Cur. iun. conſilio 10. numero 3. & conſi. 107. nume. 3. & 4. & cum dicat de ſubrogandis collitigantibus, interpretari debemus quod ſemper collitigantes ſint ſubrogandi, ſupplendo tamen infra menſem, iuxta limitationem in textu additam, iungendo igitur rubrum, & nigrum, uerus intellectus erit, quòd omnes collitigantes ſemper in locum aliorum collitigãtium, infra menſem, aliis non collitigantibus excluſis, ſubrogari debeant, imò ſola rubrica addita ſuppletione, de qua in textu, uidelicet infra mẽſem, dicendo de ſubrogandis collitigantib. infra menſem, ſufficeret ad excludendos alios non collitigantes, uel ſola excluſio aliorum, ad inducẽdum incluſionem collitigantium. ad l. cum prætor. ff. de iudic. l. ex eo. ff. de teſti. cum uulga. & ſic non obſtabũt illa uerba, quoties Papa ſubrogari conceſſerit, quia immo ſemper Papa ſubrogabit, ſeu ſubrogari mandabit. cum ſibi ipſi legem impo-
5 ſuerit qui licet legibus ſolutus ſit, decet tamen eum ſecundum leges uiuere. l. digna uox. C. de legi. l. ex imperfecto. ff. de lega. 3. & l. ex imperfecto C. de teſt. Dum quærit Plutarchus quis imperabit principi? reſpondet, lex omnium regina, non iſta quidem lex foris, in libris, aut ligneis, uel æneis ſcripta tabulis, ſed uiua illi inſita ratio ſemper conueniens, ac familiaris principi, nec unquam animum, ſuo ductu, ſua moderatione deſtituẽs. Pro præmiſſis etiam uideatur apud eandem Plutar. in Apohthegmatibus, dum de Antigono Rege loquitur, cui cum quidam dixiſſet, omnia regibus, & honeſta, & iuſta eſſe. Per Ionem, inquit, Regibus Barbarorum, ſed nobis ſola honeſta ſunt honeſta, & iuſta ſola iuſta. Videatur omnino poſt diuum Thomam ibi alleg. Felin. in capit. primo. de conſtitu. numero 25. uerſicu. prima colligitur, & numero 30. & Pau. Romanus olim pœnitentiarius apoſt. in ſuo tracta. de penſio. in fin. 6. quæſtiones, an penſio poſſit redimi. numer. 34. folio 18. in fine. & folio ſequentib. Ex præmiſſis facile ſuſtineri poſſet, quòd ſupplicibus libellis ſignãdis, ſeu gratiis concedendis præpoſiti, non ſine conſcientiæ ſcrupulo, ſine expreſſo mandato ſummi Pontificis, uel ſine rationabili cauſa denegant ſubrogationes ipſis collitigantibus, derogationẽque regulæ huius, & aliarum, quando eis uidebitur uolunt eſſe, uel non eſſe locum: uerum quia hęc alterius ſunt notionis, ea miſſa facio, ſat ſit annuiſſe. Non tamen taceho me indies uidere R. P. Franciſcum Baccodium Epiſcopum Gebennen. S. D. N. Datarium digniſs. boniq́ue, & æqui obſeruantiſs. derogationes prædictas, uel ſimiles ab eo, & ſignatura extorquere tentantes, à ſe reiicere, & arcere.

SVMMARIVM.

1 *Regula hæc an extra Ro. Cu. in ordinarijs, & legatis locum habeat?*
2 *Regulæ Cancellariæ ubique ligant. ſimi. nu. 5.*
3 *Caſus qui ualde innititur æquitati contra alias regulas iuris non debet extendi ex identitate rationis.*
4 *Regulam hanc non eſſe fauorabilem.*

1 TErtio quæro an† regula hæc extra Roma. Curiã in ordinariis, & legatis locum habeat? uterque Hiſpanus hic pro parte affirmatiua concludit, tũ quia regula indiſtinctè loquitur, ergo indiſtinctè intelligi debet. ad l. 3. ff. de officio præſid. & l. imperator. cum uulga. ff. de poſtulan. tum quia ſi Papa ſibi ipſi legem impoſuit, à fortiori, aliis, qui ei ſubſunt, tum etiam quia eadem ratio militat extra curiam, ſeu in ordinariis, uel legatis, quæ in ipſo Papa, & ſic in curia, & ut patet ad ſenſum ita expedit lites tollere, & remouere extra Curiam Romanam, ſicut in curia, ergo idem ius. l. illud. ff. ad leg. Aqui. cum gloſ. magiſtra. l. ſi poſtulauerit. §. ratio. ff. de adulter. l. 1. §. hoc interdictum eandem habet. & ibi nota. Barto. ff. de fonte. Sarnen. quæſtione ſecunda. addit, quòd regula hæc fauorabilis eſt, quia ad tollendas lites, ut in prohemio 1 amplianda igitur ſit, ut quoſcunque comprehendat, & ubique locum ſibi uendicet, immo quòd comprehendat etiam caſus non expreſſos. autentic. caſſa. C. de ſacroſanc. eccle. capitulo primo. cum gloſſ. in uerſicu. Italiæ de tempor. ordinat. libro ſexto. & tam antiquus Hiſpanus, quàm ipſe Sarnen. reſpondet ad contrariam ponderationem illorum uerborum, uidelicet, ſubrogari conceſſerit, quæ Papam tantum reſpiciunt, quòd exempla non arctant regulam, & quòd loquendo de ſe, à fortiori de aliis intellexerit. Addi etiã poteſt, quòd
2 regulæ Cancellariæ de ſui natura ubique tam in curia, quàm extra eam ligant, & iſta eſt communior opinio. Ripa in 2. libro interpre. in capitulo 2. de reſcrip. Philipp. Prob. in cap. cum in illis. in apoſtil. ad Io. monac. de præb. libro 6. latè Domin. Petrus Rebuff. in tractat. nomina. quæſtione 17. uerſiculo. nec refragatur. & plenius per Domin. Sarnen. in 2. quæſtione. prohemio.

regu-

regularum,& ante numerum 12. dicit hanc eſſe
magis communem. Contrariam opinionem,&
ſic partem negatiuam ueriorem puto,pro qua
in primis multum vrget ponderatio illorum uer
borum,quoties ſubrogari conceſſerit S.D.N. Pa-
pa,ex quibus uerbis clarè conſtat quòd conſtitu
tio hæc non poteſt uerificari, niſi in ſubrogatio-
ne ipſius Papæ tantum,nec reſponſio gloſatorum
quòd exempla non reſtringunt regulam,facit ad
rem,quia hic non exempli cauſa Papa ita loqui
tur,ſed ad oſtendendum ſuper quibus ſubroga-
tionibus diſponat. Nec ualet aliud fundamen-
tum a fortiori, quòd ſibi legem imponit, ergo
multo magis aliis, quia uerba non patiuntur ta-
lem interpretationem. & ubi uerba non conue-
niunt, ſeu aptari non poſſunt, diſpoſitio locum
non habet,ad l. hos accuſare.§.omnibus.ff.de ac-
cuſare.§.omnibus.ff. de accuſa.l. ab omnibus.ff.
de lega.1.c.indemnitatibus.§.penult.de electio.
lib.6.& quòd etiam uerba regulæ non conueniât
ordinariis, pondero alio modo illa uerba,ſubro-
gari conceſſerit,dico enim quo ad beneficia liti-
gioſa ſolum Papam ſubrogare poſſe, non autem
legatos, ſeu ordinarios:& cum de beneficiis liti-
gioſis in ſimilibus terminis iura loquuntur,pro-
ut cap. fin.ut lite penden.lib.6.& clemen. 1.eod.
concedunt ordinariis collationem, in illis ca-
ſibus duntaxat expreſſis, & ſi quam ſubrogatio-
nem forſan præfati concedere poſſunt, in illis ca
ſibus deciſis, poterunt tantum acceſſoriè ad ip-
ſam collationem, ſeu in eius conſequentiam,
non autem principaliter, & de per ſe ſubroga-
bunt, prout ipſe Papa facit, cuius ſubrogatio-
nis Papæ formam poſui ſupra quæſt.1.nu.5. In-
ſuper Papa ſubrogari concedit, prout in dicta
forma ſubrogationis, nos autem non habemus
iura permittentia legatis, ſeu ordinariis, quòd
ſubrogari concedant, nec etiam conueniunt a-
lia uerba,quæ ſequuntur,uidelicet: Siue tunc ua
cet,uel cum uacauerit. Solus enim ſummus Pon
tifex dat, ſeu concedit ius uacaturum, ſeu ius
ad uacatura. cap.2. & c.ex tenore. de conceſſio.
præbenda.cap.2. primo reſpon. de præbend.lib.
6.Minusque aptari poſſunt legatis, ſeu aliis ordi
nariis illæ gratiæ ſi neutri,ſi nulli,nouæ prouiſio-
nes,aut perinde ualere,talia enim ſolus Papa cô-
cedit. Ex præmiſſis ſumi poteſt ſolutio contra-
riorum, ſigillatim tamen reſpondebo. Quo ad
primum negatur, quòd regula indiſtinctè lo-
quatur,immo limitatiuè in conceſſionibus ip-
ſius Papæ tantum. Quo ad ſecundum negatur, ꝙ
procedere poſſit illud argumentum a fortiori,
præſertim cum uerba reſiſtant, ut probaui. Ad
tertium de identitate rationis, negari poteſt,
quòd ſit eadem ratio, cum enim ut præmiſi
ſubrogare, uel ſubrogari mandare poſſit ſolus
Papa, uel ſi forſan ordinarius,uel legatus, in ca-
ſibus tantum hactenus expreſſè deciſis, non
poteſt hic conſiderari iſta rationis identitas, cû
ſimus extra illos terminos. Inſuper quo ad or-
dinarios, ſeu alios erat ſatis prouiſum, ut li-
tes tollerentur, & ne noui aduerſarii ſubrogen-
tur, per cap. 2. ut lite pendente.& clemen.1.eo.
Amplius ſicut prædictum cap.2.ut lite pendent.
lib.6. fundatum in ea ratione, ne propter nouos
aduerſarios, qui ſubrogantur,litigia in eccleſia-
rum diſpendia prorogari contingat: de æquita-
te,non de rigore proceſſit, prout poſt Ioan. Mo-
nach.& Archidia.concludit Ioann.And. in dicto
cap.ſuper glo.ult.in fina.uerbis, ita dicamus re-
gulam hanc ſuper eadem, uel ſimili ratione fun-
datam de æquitate, non de rigore iuris, immo
contra iuris regulas proceſſiſſe, quo fit, ut etiam
ſi fateremur rationem eandem in legatis, ſeu or-
dinariis militare, non tamen eſſet locus exten-
3 ſioni † propter identitatem rationis, ita conclu-
dit Ioann.And.in præallega.cap.2.poſt princip.
uerſicul. tamen cum hæc conſtitutio, ſequitur
Abb. in cap. propoſuiſti. colum.5.ibi unde ille
caſus non debet extendi ad caſum habentem cô
ſimilem rationem, & c. de proba.& licet ante uer
ba,habentem conſimilem rationem,adſit in mea
lectura negatiua,non, illa eſt appoſita per erro-
rem, & debet deleri. & ex dictis Ioann. And. ubi
ſupra,Iaſon. in l. à Titio.ff.de uerbo, oblig.in fin.
elicit limi.ad regulam, de qua ſupra, uidelicet,
ubi eſt eadem ratio, eadem debeat eſſe iuris di-
ſpoſitio. Ad quartum fundamentum in contra-
rium factum, reſpondeo, quòd non eſt ita exper-
4 ditum † regulam hanc eſſe fauorabilem, immo
potius exorbitat à regulis iuris, quæ aliter diſpo
nunt quàm regula hæc, prout. in c.2.ut lite pen
den. lib.6. & clemen.1.eo.Rot.307.no. quòd ſe-
cundum,& 432.nonnunquam,in anti.quę eſt ea-
dem cum illa Biſigne.1.ut lite penden.nunquid
reo.in antiquio. & Pariſ.conſi.47.uidetur.nu.46.
uerſi.potiſſimè cum talis ſubrogatio ſit odioſa.
uol.4.& non ſolû hæc,ſed quaſi omnes regulæ o-
dioſæ reputantur. Anc.côſ.295.ꝓ clariori.in prin.
& 297.efficacib.in prin.Pariſ.conſi.19.nu.3 4.&
5.ubi etiam,quòd deſtruant ius commune, nec
ualet conſequentia, exordium eſt ad tollendum
lites, ergo eſt fauorabilis,nam ultra alias reſpon
ſiones,poteſt dari inſtantia in infinitis regulis, &
etiam extrauagantibus,& bullis,quæ indies ema
nant, quæ habent ſuas præfationes ita prima
fronte rationabiles,ut nihil ſupra,at eorum cau-
da aliter cantat, ſeu alio tendit: & in quantum
hæc regula ſubrogationes concedit,uidetur ali-
quo modo odioſa, cû plurimum ſubrogationes
odioſæ ſint. c.2.& ibi Fran.in 2.not.& alii, ut lit.
penden.lib.6.Pariſi.conſi.47.uidetur prima, col.
fi.a.46.uol.4. Ad quintum fundamentum, quòd
regulæ ligent etiam extra curiam. reſpondeo,
quòd articulus iſte eſt ſat ſuperquè ad partes di-
ſputabilis,uerum data pro ueriori opin.affirma-
5 tiua † limitanda uenit,quando uerba patiuntur,
uel niſi regula innuat contrarium, & niſi regula
loquatur de actu expediendo in curia tantum.
Feli.in cap.ex parte. el primo,colum. penul.uerſ.

& de eis iudicatur, ut de aliis canonibus, de reſc.
D. Pet. Rebuf. in tract. nomina. quæſtio. 17. uerſi.
item ſi regulæ cancellariæ loquantur, de actu
expediendo.

S V M M A R I V M.

1 *Intruſus quomodo hic accipi debeat?*
2 *Intruſus quis, & quot modis.*
3 *Felini authoritas magna eſt.*
4 *Subrogatum collitigantem, qui obtinuit poſſeſſionem vigore executorialium ſine intimatione, non comprehendi ſub fallentia huius regulæ.*
5 *Executorialium vigore non poteſt quis propria authoritate poſſeſſionem capere.*
6 *Poſſeſſio, ſeu tenuta, tradita forma non ſeruata dicitur infecta.*
7 *Intruſum dici poſſumus in poſſeſſionem beneficij authoritate ſuperioris de facto ſpoliantis.*
8 *Poſſeſſionem propria authoritate capiendi licentia quando operetur.*

QVarto, iuxta primam limi. primæ par-
1 tis princ. quæro quomodo † intruſus
hic accipi debeat? perquirendo eius
derivationem, & propriam ſignifica
tionem, dico, quòd intrudo græcè εἰσωθέω idem
infert, quòd introcludo, & quaſi ui quadam, ita
accipit Cicero in oratione pro A. Cecinna. col.
5. ubi hæc uerba, uerſabatur quoque eo tempore
in his rationibus auctionis, & partitionis, atque
etiam ſe ipſe inferebat, & intrudebat, & in eam
opinionem Ceſenniam adducebat, ut mulier im
perita nihil putaret agi callidè poſſe, ubi non
adeſſet Abutius; quam perſonam iam ex quo-
2 tidiana cognoſcitis uita. † Intruſus autem quis,
& quot modis dicatur ponit Geminia. in capit.
propter. colum 2. uerſic. de ſecundo, quis dica-
tur intruſus, uſque ad finem. 19. diſtinct. qui om
nino uideatur magiſtraliter enim loquitur. ui-
deatur etiam Abb. in cap. quia diuerſitatem. in
2. not. de conceſſio. præbend. ubi quòd intruſus
in beneficio, dicitur ille qui obtinet beneficium
ſine authoritate illius, ad quem de iure ſpectat
collatio. Nicol. Mil. in reperto. in uerſicul. intru-
ſus uidetur. cum pluribus ſequent. Felin. cap. in
noſtra. correla. 2. uerſicu. quot modis autem dica
tur quis intruſus. de reſcript. & in cap. ueniens.
de accuſa. præceptor meus Dom. Philipp. Deci.
conſi. 181. in cauſa uenerabilis. num. 4. Io. de Syl-
ua. de beneficio par. 3. quæſt 11. num. 15. Bartho.
Caſſen. conſi. 10. num. 14. conſi. 20 num. 40. & con
ſil. 42. num. 7. Augu. Bero. in cap. in literis, nu. 2.
& 28. de reſtit. ſpol. Pariſi. conſil. 47. uidetur pri-
ma. nu. 40. uol. 4. ubi quòd intruſus dicitur etiam, qui
habet titulum, uel colorem, non tamen canoni-
cum, quando ille, qui dedit non habebat poteſta
tem conferendi. Sarnen. quæſtio. 47. ſuper regula
de triennali. latè per D. Pet. Rebuf. ſuper hac re-
gula. gloſ. 4. & Innoc. intruſum uocat furem, in c.
niſi cum pridem. poſt princip. de renunc. ſequi-
tur Caſſado. deciſio. 3. num. 1. de ſequeſt. poſſeſſ.
& deciſio. 1. ante finem. de ſimo. Applicando ad
regulam, & quæſt. noſtram dico, quòd plura du-
bia oriri poſſent, ego tamen, ut breui ſermone
multa complectar, omnes intruſos, de quibus
per Gemin. in præallega. capit. propter. hic com-
prehendi putarem, immo quoſcunque intruſos,
etiam lato ſumpto uocabulo, ſeu ſecundum la-
tam interpretationem. Iſtam meam opinionem
tribus fundamentis corroboro, primum erit, quòd
cum hic ponatur fallentia, de intruſis, omnes ſpe
cies intruſorum, tanquam ſub ſuo genere ueniēt.
ad l. ſi quid earum. §. inter emptum. & l. item le-
gato. ff. de legat. 3. cap. deliberatione. §. prohibe-
mus. cum gloſ. in uerſi. ſpecie, de officio legat.
lib. 6. & ibi Gemin. in 1. nota. infert, quòd pro-
hibito genere, quælibet ſpecies prohibita cen-
ſetur, genereque remoto, quælibet ſpecies re-
mota uidetur. Bald. in l. omnes populi. colum.
2. uerſicu. præterea, à quo remouetur. ff. de iuſti.
& iur. Secundum fundamentum erit, quod cum
regula hæc potius exorbitans, quàm iuri conſo-
na reputanda ſit, unde coarctanda erit in quan-
tum fieri poteſt, in tantum. quòd exceptio con-
tra hanc conſtitutionem amplianda ueniet, quo
caſu omnes pœnitus intruſos continebit, tanto
magis, quia intruſi omni iure ſunt odioſi, & ta-
lis interpretatio intruſorum quomodocunque
excluſiua, erit animæ fauorabilis, & ſic amplian-
da, & extendenda ueniet, ad gloſ. in l. omnes dies.
in uerſicul. Apoſtolicæ. in fine. C. de fer. quæ fa-
uore animæ extendit conſtitutionem illam ad
feſtum Beatæ Virginis. Bartol. in authen. ſacra-
menta puberum. nume. 19. C. ſi aduerſ. uendi.
Alexand. conſil. 63. ſtantibus his, colum. 3. num.
8. ibi, & maximè ubi fauetur animæ, &c. conſil.
Mar. Mantuæ. 174. caſus eſt. num. 21. ubi ad plu-
ra infert. Pro tercio, & ultimo fundamentum erit
3 authoritas † Fel. quæ magna eſt, & qui a Rocco
Cur. in tracta. iuriſpatron. in uer. ius. in 6. quæſti.
colum. 2. appellatur maximus accumulator, &
canoniſtarum princeps. ſequitur Lamber. in eo-
dem tracta. par. 2. lib. 1. quæſt. 2. artic. 36. num. 8.
fol. 133. & a Claudio in repeti. l. ut uim. col. 1. ff.
de inſt. & iure, uocatur doctor ſuper omnes con-
ſummatiſsimus, & copioſus. Et a Barth. Caſſen.
conſi. 1. in 4. dubio, nu. 48. pariter modernorum
princeps uocatur. & pro eius laudibus uideatur
Ioann. Neuiza. in ſua ſylua nupt. lib. 5. colum. 9.
uerſicu. etiam ſi eſſet opin. Felin. Præfatus autem
Fel. in ſimi. fallen. de intruſo, ſuper regula non
minus hac noſtra fauorabili, ſeu rationabili, con-
cludit, fallentiam illam, de qua in regula de trien
nali, comprehendere intruſos largo modo di-
ctos, ſeu quaſi intruſos, prout in pulchro conſil.
44. Titius poſſeſſor. num. 5. Ex præmiſsis, & aliis,
quæ hic adduci poſſent, facilè ſubuerteretur, uel
ſaltem dubia redderetur concluſio illa Caſſado.
deciſ. 6. de cauſ. poſſeſſ. & proprie. & Sarnenſ. hic

quæ

quæ eſt, quòd fallentia huius regulæ non compre
4 hendat † ſubrogatum colligantem, qui obtinuit poſſeſsionem uigore executorialium ſine intimatione, uel citatione facta parti condemnatæ. Cũ enim, ut ipſi ſupponunt, ex antiqua obſeruantia,
5 & patet ex notorio ſtilo Ro. Cu. † executorialium uigore non poſſit quis poſſeſsionem propria authoritate capere, immo neque etiam per executorem in poſſeſsionem immitti, niſi præuia intimatione illarum, ac poſt lapſum triginta dierum à tempore intimationis, ſeruatis quibuſdam terminis ad dicendum contra, & docendum illis paruiſſe, deinde obtenta declaratoria, & tandem decreto brachio ſeculari, prout etiam per Felin. in cap. ad probandum. nume. 6. de re iudic. & per eundem Felin. in cap. de cætero. nume. 15. eodem titu. ac Dec. Ioan. Pauli Prolo. 3. incipien. Bellucen. pârro. & per eundem Sarnen. in 44. quæſtio. regulæ, de aonali. nume. 2. & nume. 7. & in tracta. Breuium. numero 15. conſtat quòd talis poſſeſsio eſt iniuſta, & infecta: nemo enim poſſeſsione fra etiam facto iudicum, ſeu ſuperiorum, niſi ordine iudiciario præmiſſo, & ſeruatis ſeruandis, priuari debet. l. meminerint, & l. ſi quis in tantã. C. unde ui l. extat. ff. quod met. cau. l. fina. C. ſi per uim, uel alio modo. cap. uolumus 16. quæſtio. 4. quod ampliatur, etiamſi poſſeſſor à quo poſſeſsio amoueatur ſit iniuſtus. l. 1. §. qui à me. ff. de ui. & ui arma l. 2. 1. reſpon. C. ut ne. priua. titu. cap. licet epiſcopus. de præbend. libro ſexto. Raphaël Fulgo conſilio 2. Petrus tenetur. in ſi. Ludoui. Roman. ſing. 766. incipien. poſſeſsio etiam iniuſta. dec. conſi. 400. uiſo eleganti. nume. 6. Caſſado. de
6 ciſ. 4. de ſeq. poſſeſſ. numero 2. & quòd † poſſeſsio, ſeu tenuta tradita forma non ſeruata ſit infecta, & corruat, uoluit etiam Pariſ. conſilio 125. uiſo proceſſu. nume. 30. libro 1. unde ſequitur, quòd iſte poſſeſſor uigore executorialium poſſit ſaltẽ largè dici intruſus, & ſub diſpoſitione de intruſis loquente comprehenſus: quod etiam colligi poteſt ex iis, quæ uoluit Gemini. in allega. capitulo propter. in ulti. ſpecie intruſorum. 19. diſtinctio.
7 uult enim † intruſum dici poſitum in poſſeſsionẽ beneficii authoritate ſuperioris, de facto ſpoliantis, ſine cauſa legitima, uel iuris ordine non ſeruato. Sequitur Domin. Per. Rebuff. hic gloſ. 4. numero 11. ſi quis opinionem Caſſado. & Sarnen. ubi ſupra, ſequi maluerit, illam limitare poterit procedere tantum in poſſeſsione non uiolenta, ſecus autem in uiolenta, prout etiam innuere uidetur ibi Caſſado. & Rot. 417. colum. 2. nume. 2. uerſic. ſed pone. & nume. 3. uerſi. & in caſu noſtro. in no. facit diſtinctio Nico. Mil. in reperto. in uerſi. executionem ſententiæ ſi pars eam fecit, & ſic pariſicabimus. quòd executio ſit facta per partem ſine executore iuxta caſum Mil. & quod ſit facta ordine non ſeruato iuxta caſum noſtrum, immo dato quòd illa facultas in executorialibus contenta
8 † poſſeſsionẽ propria authoritate capiendi, poſſet operari (quòd tamen ſtante ſtylo cõtrario ego negatem, & eſſet etiam contra tex. in l. non eſt ſingulis concedendum, quod per magiſtratum publicè fieri poſſit. & ibi Domi. meus latè, & Cagno. ad id alios citat. ff. de regu. iur.) operaretur ſolum quando ſine uiolentia caperetur poſſeſſio. Barth. Veronen. conſilio 60. omiſſa facti ſerie. colum. penult. in 2. dub. Pariſ. conſilio 1. num. 175. libro 1.

S V M M A R I V M.

1 *Triennalis poſſeſſor quomodo hic accipiatur, & cur contra eum ſubrogatio denegetur.*

2 *Vitioſus triennalis pro non triennali habendus.*

3 *Sequeſtro non eſt locus, lata contra triennalem poſſeſſorem ſententia, etiam quòd regulæ de triennali gaudere non poſſit.*

4 *Cle. uni. de ſeq. poſſeſ. nihil aliud requirit, quàm tempus triennalis poſſeſsionis.*

1 QVinto iuxta 2. limit. quarto † triennalis poſſeſſor quomodo hic accipiatur, & quæ ſit ratio, quòd mouenti litem contra triennalem poſſeſſorem, ſubrogatio denegetur? Sarnen. hic quæſtione 16. ſupponit triennalem hic accipi iuxta terminos alterius regulæ, quæ eſt infra, de triennali, prohibentis triennales poſſeſſores moleſtari, quo fit, ut eo ipſo quòd quis triennales poſſeſſores pacificos uexat, ſeu iudicialiter conuenit, præſumi debet calumnioſus, & improbus litigator: hic repelluntur litigantes impetrantes contra ſenes, & infirmos, quia præſumptionem calumniæ, & malitiæ contra ſe habent, eodem modo, ſeu eadem ratione, ij qui contra triennales pacificos litem introduxerunt, ex præmiſsis ſubtilius perſcrutanti occurret altera concluſio magni momenti, & limitationis limitatio, ſeu reſtrictio, uidelicet quòd ſicut iuxta terminos regulæ de triennali, non omnis triennalis, & ſic non omnis eo ipſo quòd triennio pacificè beneficium poſſedit, dicta regula gaudet, ita hic non omnis qui mouit litem contra triennalem à regula hac excluderur, ſed limitatio hic data ſublimitari debeat, niſi triennalis, contra quem lis mota fuerit, fuerit talis, ut priuilegium dictæ regulæ de triennali ſibi competere non potuiſſet. Qui autem ſint illi, quibus dicta regula non ſuffragetur, ſuper ea (Deo dante) aperiam, & quòd hæc regula ab illa, & ibi per gloſatores adductis, interpretationem recipere debeat, probatur ex iuris regula, quæ eſt, quòd una conſtitutio ab altera interpretationem recipere debet. ad l. uni. in princip. C. de inoffic. doti. & ad tex. in autentic. de exhiben. reis. uerſus fi. & in auten. ut clerici. apud propri. epiſco. uerſus finem. ibi. & per hanc ſacram declarata ſunt legem. ſeu una conſtitutionis, ſeu diſpoſitionis pars, à reliqua declaretur, amplietur, & limitetur. l. qui filiabus.

in prin.ff.de lega.1.l.cum proponebatur. ff. de
lega.2.l.ut gradatim,ibi,& ita reſcripto diui Mar
ci continetur,ſecundum quod edictum declara-
tur,& regulatur municipalis lex,&c. ff. de mune,
& hono l.fi.C.qui teſta.face.poſſ. Abba.conſ.36.
col.ult.lib.1.Triennalis igitur poſſeſſor ille repu-
tandus erit ad effectum noſtræ regulæ,qui erat ha
bilis & coloratus iuxta terminos dictæ regulæ de
2 triennali: uitioſus,& improbus † triennalis, pro
non triennali habendus erit,argumento tex. in l.
quoties.ff.qui ſatiſda.cogan.l. ſi ſe non obtulit.§.
condemnatum.ff.de re iudic. Sarnen.in 2.quæſt.
regulæ.de trienna.& in aliis quæſtio. Sequitur igi
tur quòd ad excludendum ſubrogationem non
ſufficit ſolus lapſus triennii pacificæ poſſeſſionis
ante litem motam. Pro contraria uero opinio-
ne,quòd immo quilibet triennalis coloratus,uel
non coloratus,ſubrogationem excludat,& quòd
ſolus lapſus triennii à regula conſideretur, pon-
derari poteſt,quòd hic non dicitur, nec ſupponi
tur, quòd ad hoc ut ſuperſtes gaudere non de-
beat regula de ſubrogandis,mortuus collitigans
ſi uiueret iuuare ſe poſſet,regula de triennali,ſed
ex hoc ſolo,quòd mouetur lis contra poſſeſſorem
triennalem,excluditur talis litem mouens, à pri-
uilegio regulæ,& ſic regula hæc conſiderauit dun
taxat tempus poſſeſſionis, ſicut etiam fecit cle-
ment. uni. de ſeque. poſſeſ. quæ in hoc cum no-
ſtra regula fraternizat,nam ſi lis mouetur contra
triennalem pacificum poſſeſſorem etiam qui re-
gula de triennali gaudere non poſſit, nihilomi-
nus lata contra talem poſſeſſorem ſententia non
3 non eſt locus † ſequeſtro,& ita aliâs concluſerunt
Domini mei de Rota in cauſa Ceſaraguſtan. de
Vilel. coram Epiſcopo Rauellen. & ita pluries
obſeruari uidi, non alia ratione, niſi quòd dicta
4 † clemen. non aliud requirit quàm tempus trien
nalis poſſeſſionis pacificæ, & non effectum regu-
læ de triennali; ſeu alia requiſita, prout etiam ſup
ponunt ibi Cardina.in 8.nota. numero 7. & alii,
per Caſſado.deciſ.4.de ſequen. poſſeſſ. ubi am-
pliat diſpoſitionem dictæ clement. etiam quòd
triennalis habuerit ſententiam contra ſe priua-
toriam,ob non ſolutionem penſionis, ſolus enim
curſus triennalis pacificæ poſſeſſionis,tali priua
tione inefectiua non obſtante ſufficit ad ſeque-
ſtrum excludendum,ita dicamus in caſu propo-
ſito. Nec conſideratio illa, quòd hæc regula
de triennali loquens, interpretationem recipere
debeat à regula de triennali ſubſiſtit, quia ſunt
diuerſi termini, & diuerſa eſt ratio unius con-
ſtitutionis ab altera, & primus conditor noſtræ
regulæ cum illa limi.nec ſuper eo contra dictum
aduerſarium poſtquam illud per triennium &c.
non potuit habere conſiderationem ad regulam
de triennali,per multos annos poſtea per Calix-
tum promulgatam.

SUMMARIUM.

1 *Regula an excludat à ſubrogatione impetrantes benefi-*
cia quorumcunque uiuentium.
2 *Dictio,præſertim,exprimit caſum minus dubitabilem,&*
implicat caſus magis dubitabiles.
Simoniæ citra labem pauperes prælatos pro ſacris acci
pere poſſe.
3 *Dictio,præmiſſis facit relationem ad caſus ſupra ſpecifi-*
catos.
4 *Dictiones,præfatis,dictis, & ſimiles faciunt relationem*
ad ſpecificata cum ſuis qualitatibus.
5 *Maximè, dictio quandoque abundat.*

1 Exto iuxta 2.par.prin.quæro † an regu
la excludat à ſubrogatione impe-
trantes beneficia quorumcunque ui
uentium? Pro parte affirmatiua pon
dero uerba præfationis dictæ 2. par,
ibi cupiens eorũ fraudib. obuiare, qui in uiuen-
tium beneficia,illorum præſertim,&c. illa dictio
2 † præſertim, q̃ exponitur pro maximè,ſeu præci-
puè,exprimit caſum minus dubitabilem, & im-
plicat caſus magis dubitabiles, & in eis uult idẽ
eſſe l. 1.§.pater.uerſic.uel maximè.ff. de colla. bo
no.l.fina. poſt princ.iunc.glo.in uerſic. præſertim,
ff.de libe homi.exhib.l. 1.& ibi nota. C.de reſcin,
uendi l.qui ſe patris.C.unde libe:glo.in l.illud.in
uerſic.extimari.ante fi.ff.ad l.Aqui,& etiam dici
mus dictionem, maximè, uel præcipuè,denotare
identitatem in caſu contrario non expreſſo, ſeu
in caſu conuerſo.ad tex.in l & ſi maximè. ff.de ſer
ui.leg. Ang.de Peri.Peruſi in tracta.ſuitatis,quæ
inſeruit.in repet.l in ſuis.ff.de libe.& poſtu. q. 9.
nume. 19. Bar.in extra.ad reprimendum.in uerſi.
& maximè.c.ad hæc.in fi.de appel. c. audiris. &
ibi glo.& Docto.de electio.c.ſponſam. de ſpon-
ſa.c.ad abolendam de fil.preſbi.Henric. Boic, &
Abb.in c.quoniam frequenter.§. porrò.nume. 7.
ut li.non conte.Glo.pragma.in prohe.§.quæ qui-
dam.in uerſi.maximè.Cardin.in clemé.uni.in 3.
nota.de renuncia & quomodo accipiatur dictio
maximè,etiam in ſtatutis pulchrè per Geminia.
conſi.6.quia diffusè.num. 4.& ſeq. Alberi. in di-
ctio.in uer.præſertim,& in uer.maximè,pro præ-
miſſis etiam, glo.in c.pro humani.in uerſi.præſer
tim,& ibi docto.de homici.lib.6.Pariſ. conſi. 49.
ad primum.num.12.uol.4.Corne. conſi.69.uiſis
nonnullis,colum. 2.num.3.li. 1.idem Pariſ.conſi.
92.communicatio bonorum.col. 2.num. 17.li.1.
Grat.reſpon.4.num.62.lib.1.Mar.Soc.Iun.conſil.
86.num.9.li.2.ſequitur igitur, quòd licet expri-
mat regula eos,qui propter ſenium, aut infirmi-
tatem impetrant,includet etiam alios iuniorum
beneficia impetrantes de quibus præmiſit:& pro
pter naturam, ſeu ſignificatum talium dictionũ,
dum electus inter canoniſtas pro ſancta reforma-
tione,in primo congreſſu diſputarem in materia
ſimoniæ,ponderabam uerba S. Thomæ ſecunda
ſecundæ quæſtione. 100. articu. 2. ad quartum
ibi,

ibi, & præcipuè quando aliquis uoluntariè ſoluit, unde inferebam prælatos pauperes citra ſimoniæ labem, pro ſuſtentatione, ſeu ſubuentione accipere poſſe pro ſacris dandis, ſeu miniſtrãdis a ſpontè ſoluentibus, & etiam exigere ab inuitis, propter illam dictionèm, præcipuè. Accedit ꝙ ratio hæc in ſecunda parte regulæ expreſſa ad obuiandum fraudibus, & altera ad referendum impetrantes ad hoc ut decedentibus ſubrogentur, ita militant quando fit impetratio beneficiorum uiuentium nõ ſenium, ſeu non infirmorum, ſicut ſi impetrentur beneficia ſenium, uel infirmorum, & ſic dato, & non conceſſo, quòd diſpoſitio, ſeu lex noſtra eſſet ſpecialis, ſeu limitata ꝓpter rationis generalitatem, indiſtinctè, ſeu generaliter intelligenda eſſet. ad l. cum inter. §. dulciſsimis. ff. de lega. 1. Ludouic. Roman. conſi. 457. circa propoſitam. colum. 2. In princip. præceptor meus Dom. Philipp. Dec. conſ. 35. num. 8. ibi licet poſtea in diſcurſu loquatur, &c. & conſ. 299. in cauſa. num. 10. Pariſi. conſi. 83. pro reſolutione. nume. 16. lib. 3. Amplius iſta regula in quantum reprimit impetrantes beneficia uiuentium. eſt omni iuri, & rationi conſona, ad tex. in l. fin. C. de pact. c. non furem, & c. ſicut alterius. 7. quæſtio. 1. c. 1. & 2. de conceſſio. præbend. & ad ea quæ adduxi ſupra, in 1. quæſtio. regulæ de imper. beneficia uiuen. unde quantũ ad excludendum impetrationes beneficiorum uiuentium, & earum ſequelas, & ſic ſubrogationes, debet fieri latiſsima interpretatio. Qui uellet contrariam opinionem tenere, quòd immo regula ſolum cõprehendat impetrantes beneficia ſenium, aut infirmorum, uel iis ſimilium, moueri poſſet ex rationibus huius 2. par. regulæ, quæ ſunt ad obuiandum fraudibus, & quia taliter impetrantes, ſperant illos, quorum beneficia impetrant citò morituros, & ſic ſe ineuitabiliter illis ſubrogaturos, iſtæ autem rationes militant contra impetrantes beneficia infirmorum, uel ſenum, contra quos impetrantes maxima fraudis, & calumniæ inſurgit præſumptio. cap. 2. de renun. lib. 6. Caſſado. dec. ultim. de do. & contuma. num. 1. prout etiam uidemus prouiſum eſſe circa reſignationes infirmorum, aliter quàm circa renunciationes in infirmitate non conſtitutorum; prout ſupra in regula de infirmis, & ad ea, quæ ibi adduco. Accedit, quòd in parte diſpoſitiua conſtitutio hæc ſe reſtringit, licet enim uerba præfationis eſſent a apta de ſui natura comprehendere impetrantes beneficia quorumcunque uiuentiũ, cum tamen ſint ſpecificati duo caſus, uidelicet; quando impetrantur beneficia propter ſenium, uel quando propter infirmitatem, & poſtea in diſpoſitiua ſint poſita illa uerba, quòd illo uiuente in caſibus præmiſsis, & ſic ad beneficium uiui impetratum denegat ſubrogationem in caſib.
3 præmiſsis, uel ſimilibus; iſta dictio † præmiſsis, facit relationem ad caſus ſupra ſpecificatos. l. 1. §. cum qui, & ibi Bartol. qui dictum §. legit cum §. hoc edicto. num. 2. ff. de poſtuland. idem Bart. in l. talis ſcriptura. §. fin. uerſicu. quæro ergo quid ſi teſtator. num. 4 ff. de leg. 1. & de iſtis dictionibus
4 † præfatis, dictis, prædictis, præſcriptis, & ſimilibus, quòd faciant relationem ad ſpecificata cũ ſuis qualitatibus, Aret. conſil. 21. ſi diligenter. colum. 1. uerſicul. ex quibus uerbis. Socin. conſil. 251. quoniam in præſenti. colum 2. nu 5. & conſil. 513 in ciuitate, ante numerum 12. Ruin. conſ. 89 num. 9. lib. 2. Pariſ. conſil 7. nume. 29. lib. 1. & conſi. 4. num. 25. uol. 4. ſupra ſpecificati fuerunt caſus impetrationis beneficiorũ propter ſeniũ, uel propter infirmitatem, ergo ad iſtos ſpecificatos relatio facienda uenit, & non ad alios nõ ſpecificatos, niſi ſimiles, prout ſubiungitur. Amplius in conſtitutione nihil ſuperfluum poni debet, etiam nec ſillaba. l. ſi ſtipulatus. . . iun. gloſ. in uer. uerba, ibi ne fruſtra fieret adiectio. gloſ. 1. in l. 1. ff. quod met. cau. Bal. ſuper rub. C. de contrahen. empt. quæſt. 9. Alex. conſil. 52. circa hanc. nu. 22. uolum. 4. Deci. conſil. 69 uiſis. num. 4. & 414. uiſo. num. 2. Superfluo autem appoſita fuiſſet illa clauſula, uel ſimilibus, ſi de quibuſcunque impetrationibus beneficiorum quorumcunque uiuentium interpretatio fieri debuiſſet. Immo, ꝙ plus eſt, ſuperflua fuiſſet additio de impetrationibus per priuationem, & amotionem, ſi de qualibet impetratione beneficii uiuentis Papa intellexiſſet. Ad ponderationem pro opin. contraria adductam de dictione, præſertim, quę magis urget, reſpõderi poſſet, ꝙ procederet niſi aliud ſuaderetur, & quando mens, & uerba paterentur: & alibi hanc dictionem, præſertim, pro tantum accipi uidemus. c. diſcretionem iun. gl. in uer. præſertim, de eo, qui cogno. conſang. uxo. ſuæ. immo
5 quod plus eſt, dictio † maximè, & ſimiles plerunque abundare ſolent. l. 2 in fin. & ibi glo. ſi. in pri. & l. ſi quis pecuniam §. & rectè, iun. glo. in uer maximè. ff. ſi quis omiſ. cau. teſta. l. 1. iun. glo. ſi. C. de reſcin. uen. l. fi. §. ſin autem libertatibus. cum gl. in uer. maximè. C. de teſta. manu. Ang. de Peri. in ꝑalleg. tract. ſuitatis. q. 9. in uer. licet ergo. nu. 40. & Bar. in præall. extra. ad reprimendum. in uer. & maximè. ante fi.

SVMMARIVM.

1 *Subrogatus quo ad litem, & ius defuncti, an cenſeatur etiam quo ad poſſeſſionem, & proſecutionem cauſæ ſpolij.*
2 *Subrogatio ad omne ius, quod defuncto quomodolibet cõpetebat, comprehendit etiam poſſeſſionem.*
3 *Spolij iudicium comprehenditur ſub ſubrogatione ad omne ius, ſeu per alia verba generalia.*
Cedi non poteſt facultas recuperandæ poſſeſſionis alij quàm ſpoliato.
4 *Subrogatus quo ad poſſeſſionem cenſetur ſubrogatus quo ad ſpolium, ſeu iudicium poſſeſſorium.*
5 *Subrogatus ad ius defuncti cenſetur ſubrogatus etiam ad poſſeſſionem, ſeu ſpolium, ſi in aliqua parte ſup-*

plicationis de poſſeſſione, ſeu ſpolio mentio facta ſit.

6 *Subrogatus quo ad litem, & ius defuncti, ſi lis ſit tantum ſuper poſſeſſorio, ſeu ſpolio, ad illud ſubrogatus videtur.*

7 *Nominatim dicitur facta expreſſio, quando in vno tantum verificari poteſt.*

8 *Specialis dicitur expreſſio quando clauſula generalis in vno tantum verificari poteſt.*

1 SEptimo quæro, an † ſubrogatus quoad
litem, & ius defuncti, cēſeatur etiam
ſubrogatus quoad poſſeſſionem, &
proſecutionem cauſæ ſpolii? præſen-
ti quæſito ultra tradi. hic per Sarnen.
quæſtin. 9. inſeruient ea, quæ ſcripſi ſuper regula,
de non iudi. iux. for. ſupp. quæſtio. 23. quantum
ad rem noſtram attinet, diſtinguerē ſic, aut quis
eſt ſimpliciter ſubrogatus in litem, & ius defun-
cti, in nulla parte gratiæ de poſſeſſione mentione
facta, & tunc ad illam quis ſubrogatus non cenſe
tur, prout voluit hic D. Sarnen. & bene, dicta q. 9.
& facit tex. in l. Pomponius. §. quæſitum, & l. cum
hæredes. 1. reſpon. ff. de acqui. poſſeſ. & per Rot.
Bellemer. 351. ubi diſtinguit, aut fuit facta men-
tio, aut non. Nec ius, nec præſcriptio, nec poſſeſ-
ſio præceſſoris, ſeu prædeceſſoris proderit ſucceſ-
ſori expreſſione non facta, prout per Gloſ. prag-
ma. de paci. poſſeſ. in uer. poſſedit. Sarnen. in 13.
quæſtio. regula, de trienn. & Rebuſ. ſuper concor.
de paci. poſſeſ. num. 158. & 267. ac ſequen. Aut
2 eſt facta † ſubrogatio ad omne ius, quod defun-
cto quomodolibet competebat, & tunc propter
uerba uniuerſalia, uenit etiam poſſeſſio. Rot. 64.
ſubrogatus in litem. uerſi. alii tamen, in no. Feli,
ſuper rub. de reſcr. colum. 3. num. 6. uerſic. & ideo
dicit. Claud. de Seiſel. in l. 1. colum. 2. ante nume-
rum. 12. ff. de acquir. poſſeſ. Sarnen. hic præallega.
quæſt. 9 in 2. caſu. & ſuper regula de trienna. que-
ſtio. 14 nu. 3. & D. Pet. Rebuſ. ſuper concord. ſub
titu. de manda. Apoſto. §. declarantes. uerſic. ſub-
rogatus in ius mortui. pag. 506 & ſic iſta opinio
uidetur communis, quicquid ſentiat Bellemer.
dec. 351. eadem die, de qua infra loquar, nec di-
ſtinctio Sarnen. in dicta quæſtio. 9. uerſic. quam-
obrem putarem, mihi ſatisfacit; caret enim ra-
tione, & iuris adminiculis. Aut quærimus, an p
dictam ſubrogationem quo ad omne ius, quod
defuncto competebat, ſeu ſimilia uerba genera-
3 lia, cenſeatur facta † ſubrogatio quo ad ſpolium,
ſeu iudicium ſpolii, uel illius proſecutionem, uel
interdictum recuperandæ, & negatiuè reſponde
rem, ad dec. Belleme. præallega. 351. quam in hoc
Sarn. in d. quæſt. 9. ante fi. dicit per Rotam com-
muniter teneri: pro quibus uideri poterunt, quæ
dixi ſupra in 19. q. regulæ, de non iudi. iux. form.
ſup. nu. 2. & ſeq. Aut quærimus, an facta ſubroga-
tione, etiam quo ad poſſeſſionem, ſubrogatio ſe
extendat ad ſpolium, ſeu ſpolii proſecutionem,
& uidetur negatiuè reſpondendum, per ea quæ
ſupra proximè dixi, ex quo ſubrogatio ad ſpo-
lium non cenſetur inducta, niſi expreſſè dictum
ſit, Cum enim cedi non poſſit facultas recupe-
randæ poſſeſſionis alii quàm ſpoliato. l. cum fun
dum, & ibi nota. ff. de ui, & ui arma. Bald. conſil.
316. quidam creditor. num. 4. verſic. quarto præ-
mittendum. uolum. 3. ex ultimo impreſſ. igi-
tur, nec concedi, nec conceſſa præſumi debet,
ſubrogatio facultatis recuperandæ poſſeſſionis,
ex ceſſione, uel alio modo. Contrariam opi-
nionem ego tenerem, facta enim ſubrogatio-
4 ne, etiam quoad poſſeſſionem, † ſubrogatus quis
cenſeri debebit quo ad omnem poſſeſſionem, &
ſic etiam quo ad illam quam defunctus habebat
ante quam ſpoliaretur, ratione cuius poſſeſſio-
nis remedium poſſeſſorium competit, & quòd
paria ſint de poſſeſſione, ſeu poſſeſſorio iudicio
mentionem facere, colligitur ex iis, quæ uoluit
Belleme. deciſio. 351. ſupra alleg. ubi dicit, quòd
poſſeſſio, uel poſſeſſorium iudicium non uenit
in ſubrogatione niſi de poſſeſſione, uel poſſeſ-
ſorio iudicio fiat mentio. Sarnenſ. ſuper regula,
de trienna. quæſtio. 12. nume. 17. Demum con-
5 cluſiones illæ, quòd ſub ſimplici † ſubrogatione
ad ius defuncti non ueniat poſſeſſio, & ſub illa
ad omne, & quodcunque ius, non ueniat ſpo-
lium, ſeu ſpolii proſecutio, limitantur non pro-
cedere quando in aliqua parte ſupplicationis,
puta in narratiua ſit facta mentio, de poſſeſ-
ſione, ſeu ſpolio, uel iudicio poſſeſſorio. Belle-
me. dicta deciſio. 351. uerſicu. ſecus ſi facta fuit
de hoc ſaltem in narratione. Rot. 384 no. quòd
ſubrogatus. in anti. & in no. 64. ſubrogatus in
litem. in princip. Sequitur Syl. de beneficio par.
3. quæſtio. 12. ante numerum 27. uerſicul. & ſi
in aliqua gratia. & ante ipſum Felin. in cap. ſu-
per literis. nume. 10. uerſicu. ſimiliter dixit Rota
de reſcrip. Altero modo etiam limitari poſſunt
6 niſi ſubrogatus quis ſit quoad litem, & ius de-
functi, & lis ſit tantum ſuper poſſeſſorio, ſeu ſu-
per ſpolio. Cum enim in ea tantum uerba ſubro-
gationis uerificari poſſint, perinde eſt, ac ſi de
lite ſuper ſpolio nominatim dictum fuiſſet, quia
7 † nominatim dicitur facta expreſſio, quando in
uno tantum uerificari poteſt. l. 2. ff. de liberis, &
poſthumis. Abba. in capit. ex parte, el primo.
8 colum. 2. de officio delegat. ubi quòd † ſpecialis
dicitur facta expreſſio, quando clauſula gene-
ralis in uno tantum uerificari poteſt. Iaſon conſi.
25. lib. 1. Mar. Socin. iun. conſi. 107. uiſo teſtamen
to, num. 14. & ſeq. lib. 1. & in terminis noſtris. Sar
nenſ. in 11. quæſtio. regulæ, de trienn. ante nu-
merum. 14.

S V M M A R I V M.

1 *An ſubrogatus ad quodcunque ius poſſeſſoris, etiam quo ad poſſeſſionem, commiſſa cauſa contra collitigantes, ſeu intereſſe putantes poſſeſſionem capiens dicatur attemptare.*

Poſſeſſio

2 *Poſſeßio in ſubrogatum transfertur per ſubrogationem etiam quoad poſſeßionem.*
3 *Poſſeßionem continuans non attemptat.*
4 *Ampliatur etiam ſi contra poſſidentem ſit lata ſententia, & ipſe appellauerit.*
5 *Ampliatur etiam ſi poſſidenti inhibitum fuerit.*
6 *Poſſeßio ne dicatur uitioſa operatur licentia principis.*

1 OCtauo, quæro † an gratioſe ſubrogatus, ad omne, & quodcunque ius defuncti poſſeſſoris, etiam quo ad poſſeſsionem, commiſſa cauſa contra collitigantes ſuperſtites, ſeu contra quoſcunque intereſſe putantes, capiens poſſeſsionem dicatur attemptare, ita quòd poſſeſſio ſic capta ſit uitioſa, & infecta. Pro parte negatiua facit Rot. 384. no. quòd ſubrogatus. in anti. & 64. in no. ſubrogatus in litem. Belle. 351. Sarn. quæſt. 9. hac regula, & quæſt. 11. num. 13. & ſeq. de trienna. in quibus locis concludit, quòd facta
2 ſubrogatione, etiam quo ad poſſeſsionem † illa in ſubrogatum transfertur: imo etiam in aliqua parte ſupplicationis tantum, de poſſeſsione mentione facta, uel ſecundum alios etiam non facta mentione poſſeſsionis, ſtante ſubrogatione per uerba uniuerſalia, ſeu generalia quo ad omne ius, & in ſtatu, & terminis, &c. Secundo ſicut licebat poſſeſſori ante eius obitum poſſeſsionem continuare lite pendente, ſeu ſuperueniente, etiam ſi per ipſum poſſeſſorem uel alium mota
3 fuiſſet, cum † poſſeſsionem continuans non attẽptet c. cum teneamur. de appel. gloſſ. fin. poſt medium. in cap. non ſolum. de appell. lib. 6. & glo. in clem. 2. in uer. innouari. ut li. penden. Rot. 89. no. quòd ubi poſt appellationem. circa medium. in anti. Caſſador. Deci. ult. no. 14. de cau. poſ. & proprie. Stepha. Bertran. conſil. 31. etiam ſi ſpoliatus, nume. 3. libr. 2. in primis præceptor meus D. Philippus Deci. conſil. 103. in cauſa poſſeſsionis colum. 1. uerſic. ſed tunc inſurgit. Ampliatur cõ-
4 cluſio prædicta etiam † ſi contra poſsidentem ſit lata ſententia, & ab ea ipſe appellauerit. Alberi. in l. 1. ff. nil nouu. appel. penden. in princ. Angel. in l. ſi cuius. ff. de appel. recipi. Io. And. in capitu. non ſolum. de appell. lib. 6. Iaſre. dec. 447. poſsidens contra quem. Pariſi. conſil. 39. non poſſunt num. 3. & ſeq. libr. 1. Ampliatur ſecundo etiam ſi
5 ipſi † poſsidenti inhibitum fuerit, quia inhibitione nõ obſtante poterit ſuam poſſeſsionem continuare. Dec. præalle. conſi. 103. num. 1. uerſic. ſed tamen inſurgit. Pariſ. præall. conſil. 39. nume. 8. & ſeq. lib. 1. & conſil. 172. alias ult. numer. 14. uol. 4. iſte igitur ſubrogatus etiam quoad poſſeſsionem, & ſic etiam quantum attinet ad poſſeſsionem, repreſentat perſonam illiuſmet in cuius locum ſubrogatus eſt, eodemque iure utetur, & illud quod dicitur de uno etiam in materia ſtricta & exorbitanti, iudicatur de altero, ad text. in l. ſi is qui in poteſtate. §. fi. ff. de bono. poſſeſſ. con. tabu. ubi conditio dandi hæredi quæ eſt ſtricti iuris, & in forma ſpecifica impleri debet, uerifi catur in bonorum poſſeſſore contra tabulas, ut ei dari ſufficiat, quia ſubrogatur loco hæredis. l. libertum. ff. de ritu nup. ubi ſicut tutor prohibetur pupillam in uxorem ducere, ita & hæres tutoris etiam extraneus, qui ſubrogatur in locum prohibiti. l. hæreditatis appellatione, la. 2. ff. de uer. ſigni. l. ſicut. §. qui iniuriam. ff. ſi quis cautio Alex. conſil. 192. colum. 3. lib. 2. Feli. in capi. cum acceſsiſſent. num. 18. & ſequen. de conſtitu. unde idem quod licebat illi in cuius locum iſte ſubrogatus eſt, huic licere debet, & ſicut ille non attẽptaſſet, ita nec iſte ſubrogatus. Accedit quòd
6 † principis licentia de capienda poſſeſsione etiam quam alius teneret, operatur ut poſſeſsio non ſit uitioſa, quodque nec ſpolio, nec attemptatis locus ſit l. iuſte poſsidet. & l. Pomponius. §. ſi. ff. de acqui. poſ. arguẽdo a fortiori, ſeu a, ſi de quo minus. auten. multo magis. C. de ſacro. eccle. c. cum in cunctis. de electio. cap. ſi in laicis. 38. diſtin. cap. cum per bellicam. circa medium, ibi ꝙ ſi in mancipiis &c. ſi enim auctoritate prætoris poſsidens, iuſte poſsidere dicitur, fortius ſi auctoritate Regis, Imperatoris, ſeu ſummi Pontificis Rot. Bellemer. 105. auctoritas ſuperioris. in fi. Pariſ. conſil. 99. Adriano agenti. num. 17. & ſequ. uerſic. & quia Adrianus ipſe. & uerſicu. unde expulſi a prædicta poſſeſsione etiam per uiolentiam, &c. uol. 4. Contrarium in caſu præmiſſo uoluerunt R. D. mei de Rota in una Tiraſonen. canonicatus, & præben. coram R. D. Achille de Graſſis, inter Alfonſum de Attreda, & Martinum Sibili, uti annotatum inueni à bo. me. Hieronymo Nonato, dum uixit peritiſsimo, & integerrimo Auditore, & cuius ego ſum executor teſtamentarius: concluſerunt enim die 9. Iunii 1550. ſubrogatum prædictum commiſſa cauſa ſibi mouiſſe controuerſiam, & ideo non potuiſſe capere poſſeſsionem, Plura pro hac opinione affirmatiua mihi ſubueniunt argumenta, quæ ſubticeo exemplo ſcholarium Pitagoræ, qui dicere ſolebant, ipſe dixit, eius authoritatem unicuique ſyllogiſmo, enthimemati, imo ipſi demonſtrationi præferentes. non tamen omittam iunioribus annuere, deciſionem hanc modernorum Dominorum conformem eſſe antiquæ deciſioni, de qua per Rot. 438. no. nunquid ſi mortuo, in anti.

S V M M A R I V M.

1 *Regula hæc an locum habeat, quando lis mota fuit in uim reſcripti ſubreptitij.*
2 *Nullum ſeu inualidum inconſiderabile eſt.*
3 *Iuramentum non rite præſtitum pro non iuramento habetur.*
4 *Inualide factum, & non factum paria eſſe.*
5 *Citatio nulla citatum non afficit, etiam ut teneatur uenire ad allegandum priuilegium.*
6 *Præſcriptionem ex citatione, ſeu conteſtatione nulla non interrumpi.*

Reſcriptum

7 *Reſcriptum nullum, ſeu elidibile non operatur.*
8 *Reſcriptum ad lites non eſt ipſo iure nullum.*

1 NOno, quæro † an regula hæc locum ha
beat quando lis mota fuit in nim re
ſcripti ſubreptitii? D. Sarnenſ. hic
quæſt. t t. concludit pro parte nega-
tiua, D. Pet. Rebuff. gloſſ. 5. poſt me-
dium, pro affirmatiua. fundamentum partis ne-
2 gatiuæ eſt, illud quod † nullum, ſeu inualidum
eſt non præſtat impedimentum; ſeu eſt inconſi-
derabile, & pro nihilo habetur, reſcriptum ſu-
breptitium eſt tale, in nulla igitur conſideratio
ne haberi debet, etiam illud quod ex eo ſequi-
tur. maiorem probo per tex. in l. 2. cum duabus
ſequen. ff. de optio. lega. c. illud. de iu. patro. non
præſtat impedimentum. de reg. iu. lib. 6. l. qui per
3 ſalutem. ff. de iureiur. ubi † iuramentum non ri-
te præſtitum, pro non iuramento habetur. ex quo
tex. Pau. de Ca. ſing. 26. infert ad teſtes non bene
4 examinatos, & generaliter dicimus † non factum,
& inualide factum paria eſſe, ad l. quoties, & l.
de die. §. t. ff. qui ſatiſ. cog. l. ſi ſe nõ obtulit. §. cõ-
5 demnatum. ff. de re iudi. ſic etiam videmus † cita
tionem nullam non afficere citatum, etiam ut te
neatur venire ad allegandum priuilegium ſuum
glo. magna in fi. in cap. placita t 5. queſtio. 4. Ar-
chidi. in cap. non ita poſt prin. 2. quæſt. 6. Citatio
item nulla non inducit præuentionem. c. propo-
ſuiſti, ibi, legitimè citatus. ubi Io. And. & Anto.
de. But. de fo. compe. Ludo. Rom. 4 1 x. pro habẽ-
da, num. 5. quem ſequuntur Feli. in c. illud. nume.
5. de præſcr. Hippo. de Marſi. in l. penul. num. 23.
ff. de quæſtio. & Bartho. Caſſen. conſil. r. in 4. præ-
6 lu. num. 1. ſimiliter † præſcriptio non interrumpi
tur ex citatione, ſeu conteſtatione nulla, quæ ta
men ſola notitia malæ fidei interrumpitur, Bald.
in l. & poſt edictum §. 1, uerſi. extra quæro utrum
per iſtam citationem, ff. de iudi. gl. fi. in l. ſi pater
C. ne de ſtatu defun. glo. 2. in fi. in cap. ut debitus
de appell. Abbas in c. illud. colum. 4. num. 14. de
præſcr. Io. Fran. Balb. in tracta. præſcrip. in 4. quæ-
ſtio. princ. 6. & ult. par. An. Tiraq. de utro. retra.
glo. 2. num. 3. pag. 435. & de citatione nulla, pu-
blicatione teſtium nulla, & libello nullo, quod
non operentur, Iaſ. in l. licet. nu. 6. C. de procura.
& in terminis noſtris quòd reſcriptum nullum,
ſeu elidibile non operetur, nec de eo neceſſario
ſit facienda mentio, glo. magna in cap. ex tenore
in fi. de reſcr. & ibi latiſſime per Fel. colum. 3. nu.
2. uerſic. de reſcripto nullo. & iſta eſt communis
opinio, prout teſtatur Cur. Iun. conſil. 126. præ-
ſupponitur in facto, ante numerum 9. Amplius
prout dicit hic Dom. Sarnenſ. regula de lite, &
colligantibus loquens, debet intelligi de uali-
da, & efficaci. l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudic.
cap. Cumana. de electio. cum ſimil. Fundamentũ
uero pro parte affirmatiua, de quo hic per D.
Rebuff. glo. 5. illud eſt, quòd ille dicatur aduerſa
rius, ſiue collitigans, qui mecum litigat, ſiue iu
re, ſiue iniuria, adducta tamen per eum quoad
aduerſarium bene concluderent, qui non tam ex
lite, quàm ex uoluntate fieri ſeu conſiderari po-
teſt, ſecus uero videtur quo ad collitigãtem, qui
ſine uera lite denominari non poteſt: collitigans
enim à lite nomen capit, & ubi non eſt lis, col-
litigantis nomen non competit, arguendo a
nomine, ſeu ui nominis ad l. ita uulneratus.
poſt princip. ibi tracta, uidelicet interpretatio-
ne uocis a cedendo, & à cæde. ff. ad l. aquil. l. de-
beroimus. ante fi. iun. gloſſ. fin. C. de epi. & cler. l. à
nullo. & ibi gl. fi. C. de fer. cap. cleros. in prin. 21.
diſt. l. tugurii. ff. de uer. ſig. cũ ſi. & prout cõſiderat
& ponderat D. Sarn. ſuper hac regula q. 12. nu. 3.
Quid tenendum? uti iunioribus morem geram
eis annuo. quòd primæ opinionis negatiuæ mi-
nor non eſt hactenus probata. nec p Sarn. nec per
me, a cuius probatione potiſſime pendet quæſi-
tum noſtrum. ante omnia igitur uideamus an in
diſtincte, dicere poſſimus reſcriptum ſubrepti-
tium, ſeu obreptitium eſſe inualidum. & uerior
8 eſt concluſio † reſcriptum ad lites non eſſe ipſo iu
re nullum, & proceſſum illius uigore factum ua-
lere. cap. ſi autem, & cap. plerunque. de reſc. Rot.
Bellem. 485. proceſſus factus, Ion. Butr. & Abb. in
cap. cæterum. de reſcr. Docto. in cap. ſedes. & late
Felin. in cap. ad audientiam. 2. num. 17. in uer. li-
teræ ad lites, ubi more ſuo ſubdit poſteà ſuas fal-
lentias, co. Caſſado. dec. 1. dicto titulo, & hanc eſ-
ſe communem opinionem atteſtantur Felin. in
præall. c. cæterum. num. 10. in uer. non eſt nullũ. &
Cur. Iun. conſil. 175. contra ea, num. 2. qui loquun
tur de ſecundo reſcripto tacẽte de primo; ex præ-
miſſis ſequi uidetur, quòd argumentum ſupra-
dictæ opinionis negatiuæ corruit, cum minor nõ
poſſit probari, imo ſit falſa, niſi in quibuſdam
caſibus exceptis: uera igitur uidetur concluſio,
regulam hãc regulariter uerificari, & locum ſibi
uendicare etiam in litibus motis uigore reſcri-
ptorum ſubreptitiorum, ſeu obreptitiorum: o-
pinio igitur Sarnen. pro parte negatiua indiſtin
cte loquendo falſa uidetur. poſſet forſan ſaluari
in caſibus regulæ exceptis, cumulatis, & late diſ-
cuſſis per Feli. in præalle. c. ad audientiam 2. nu.
18. & ſeq. poſſet etiam ſaluari quando de ſubre-
ptione, ſeu obreptione datum, ſeu exceptum
erat.

S V M M A R I V M.

1 *Lite per aſſertum procuratorem introducta, ſuperuenien*
te ratihabitione obitum eius, contra quem lis mota
erat, ſeu poſt ſententiam an ſit locus regulæ?
2 *Voluntatis defectus inhabilitatem, per ratihabitionem*
tolli.
3 *Procuratoris falſi proceſſum, & ſentẽtiã ratificari poſſe.*
4 *Geſta per falſum procuratorem poſt ſententiam ratifica*
ri non poſſunt.
Amplius quòd nec etiam poſt concluſionem in cau-
ſa. num 5.

Commu-

6 *Communi ab opinione recedere non debemus.*
7 *Communi ab opinione quando recedere poſsimus.*

1 DEcimo, quæro, introducitur lis per aſ
ſertum procuratorem Titii, contra
Mæuium: ratificat Titius poſt obitũ
Mæuii, ſeu poſt ſententiam, ante obi
tum, an ſit locus huic regulę? pro par
te affirmatiua facit iuris regula, quæ eſt ratihabi
tionem retrotrahi, & mādato comparari. ad l. fi.
C. ad maced. ubi ſi filiusfamilias recipiat pecu-
nias mutuo, pater conueniri non poteſt, ſi appro
bat poſt contractum, ipſe pater conuenitur, ac ſi
a principio mandaſſet. cap. cum quis, de ſentent.
excomm. lib. 6. vbi excommunicatio ratihabitio-
ne iniuriarum in clericum illatarum incurritur,
ac ſi ipſe ratum habens mandaſſet. l. hoc iure. §.
deiecit. ff. de regul. iur. c. ratihabitionem. eodem
lib. 6. prout etiam dicimus ratihabitionem uali-
dare actum præcedentem, omnemque inhabilitā
2 tem tollere, quæ à defectu † uoluntatis cauſari
poterat. l. Iulianus. ff. qui ſatiſda. cog. l. cum man-
dati. in fine. C. manda. & prædicta regula amplia
tur procedere etiam in requirentibus ſpeciale
mandatum. l. quod ſi de ſpeciali. C. ad Macedon.
c. fin. uerſic. idem fiet ſi te expreſsè mandante, vel
etiam ex poſt facto ſciente. de iureiurando. lib. 6.
Bald. in. l. ſi maritus, ibi, quia ubi requiritur ſpe-
ciale mandatum, &c. C. mandat. Felin. in c. ſicut
huius. ante finem. de ſimon. ratihabitio igitur, de
qua in quæſito noſtro, operabitur idem ac ſi à
principio Titius mouiſſet litem, & quia eo caſu
eſſemus in claris, quòd regulæ locus eſſet, eodem
modo ſuperueniēte ratificatione. Amplius quo
ad primum de ratificatione, ſeu conſenſu, uel ra-
tihabitione poſt obitum, uidemus id paſſim fie
ri, prout per Caſſad. dec. 1. de renun. per totam, &
dec. 3. colum. fi. ibi, & ualet gratia ſignata ſuppli
catione, &c. Sarneu. quæſt. 12. de infirm. num. 2. &
3 quæſt. 31. nume. 4. Quo uerò ad † ratificationem
poſt ſententiam geſtorum per aſſertum procura-
torem, facit text. in l. licet. ff. de iudic. iuncta ibi,
nota l. licet. & ibi gloſa, & doctor. C. de procura.
glo. fina. & ibi Bart. in l. ſi mater. §. hoc iure. ff. de
excep. rei iudic. Socin. in tracta. fallen. regul. 165.
incipien. geſta per falſum procuratorem. & ibi
ſubdit fallentias, inter quas non ponit iſtam, ꝙ
non poſſit fieri ratificatio geſtorum per falſum
procuratorem poſt ſententiam, & communis eſt
opin. dominum poſſe ratificare proceſſum, ſeu
ſententiam latam in fauorem falſi procuratoris,
prout teſtatur Ludouic. Roman. ſing. 679. tu au-
diſti. l. ſi tutor, &c. & Iaſon in prælleg. l. licet. C. de
procura. num. 10. & Felin. in cap. cauſam. colum.
penul. circa medium, dicit, quòd eſt magis com
munis, à qua non ſit recedēdum de iudi. Pro par
te negatiua, quæ tenenda eſt, concludit Caſſado.
deciſ. 40. ſuper regulis incipien. introducta erat
lis in palatio. Sarn. ſuper hac regula, q. 3. num. 3.
& quæſt. 49, num. 3. ſuper regula de annali, ubi
atteſtatur ita concluſum fuiſſe, in terminis pro-
poſiti quæſiti, in una Hipporigien. parrochialis
coram bo. me. Nicolao de Aretio. de anno. 1521.
idem etiam uoluit hic Do. Pet. Rebuf. qui tamen
ſicco pede pertranſit. Pro motiuo principali hu
ius opin. negatiuę adducitur authoritas, & ratio
deciſio. 13. no. quòd geſta per non procuratorē,
4 in anti. ubi quòd † geſta per non procuratorem
poſt ſententiam ratificari non poſſunt. & dicta
concluſio ampliatur per Rot. etiam in anti. 148.
5 no. quòd ubi eſt concluſum, quòd procedat † etiā
poſt concluſionem in cauſa, ex ſupra adductis
præſertim ex tradi. per Caſſad. dicta deciſio. 40.
ſuper regulis, poteſt colligi ſolutio ad contraria,
ad quæ non refert ſigillatim reſpondere, cum ca-
ſus propoſitus fuerit pro dicta parte negatiua
in Rota deciſus, & dicta communis opin. uel eſt
reſtringenda, quòd procedat ſolum in præiudi-
cium ratificantis, uel ſeruanda non erit, præ-
6 ſertim in Rota. licet enim à † communi opinio-
ne recedere non debeamus, & ſecundum eam
iudicandum ſit. ad l. 1. ff. de offic. quæſtio. ibi cre-
brior apud ueteres, &c. Specul. in titu. de proba-
tio. ante num. 30. Bartol. & alii. in l. fina. C. de
pęna iudic. qui malè iudic. per canoniſtas. in
c. ne innitaris, de conſti. Maria. Socin. iun. conſ.
7 1. lib. 1. num. 146. à † communi tamen opinione
recedi poteſt, quando contraria opinio. melio-
ri, & ſubtiliori ratione fundatur, ſiue communi-
nis manifeſta ratione conuinci poteſt, ad text.
in cap. capellanus. ibi, ſubtiliori ratione funde-
tur. &c. de feriis. Ioann. And. Abb. & alii in c.
1. de conſtitutio. idem Abb. in cap. ex literis. de
ſponſa. Alexand. in l. cum prolatis. column. ulti.
ff. de re iudica. & iſta eſt communis opini. prout
per Curt. iun. conſil. 29. habita diligenti. num.
11. colum. 3. ante finem. uerſicu. & ideo. iure me
rito, &c. & conſi. 63. num. 3. & conſi. 160. in fin. &
dixit Abb. in cap. cum ſint homines. colum. 1. an
te medium. de dec. ꝙ communis opin. ſi eſt fal-
ſa ſperni poteſt, & ſignatura, & Rota, quandoq;
tenet contra communem opin. quando contra-
ria opin. eſt æquior. Caſſado. deciſi. uni. de empt.
& uend. ante nume. 7. ubi dicit non eſſe nouum,
quòd palatium in Rota, & ſignatura quandoque
teneat contra communem, quando contraria o-
pinio communi eſt æquior, prout in caſu. Deci.
1. de procur. in anti. aliâs iuxta alium ordinem.
13. no. quòd geſta. Huc pertinent illa aurea uer-
ba Exodi 23. in principio. Non ſequeris turbā
ad faciendum malum: nec in iudicio plurimo-
rum acquieſces ſententiæ, ut a uero deuies. Et
noluit Diuus Hieronymus ſuper Zachariam do
ctrinæ rationem eſſe ponderandam, non docto-
ris opinionem: ſequitur Curt. ſen. conſil. 76. ſu-
per motiuis, uerſus finem. ſubdens, quòd com-
munis opinio poteſt conuinci per bonum iu-
dicem acutiſſimi ingenii.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Regula hæc, an locum habeat quando lis eſt notoriè frinola, ſeu iniuſta?*
2 *Litem pendere, commiſſa cauſa, & citata parte.*
3 *Lis pendet lite conteſtata.*
4 *Expenſarum condemnationem in Rota indifferenter fieri, & nu. 12.*
Statutum quòd victus victori in expenſis condemnetur, quomodo interpretari debeamus.
5 *Lis a principio calumnioſa, ex poſt facto, & propter nouum ius iuſta effici poteſt.*
6 *Litem iniuſtam non inducere uitium litigioſi.*
7 *Lite pendente innouari prohibetur, quando alteri præiudicatur.*
8 *Edicta omnia prohibitiua locum habere ſi partis interſit.*
9 *Cap. ſi hi contra quos. quando non procedat.*
10 *Lis dicitur quando eſt dubia.*
11 *Calumnioſa lis pro non lite habetur.*
13 *Statutum potius interpretandum eſt ut iuri communi nihil addat, quàm ut quis indebitè damnum patiatur.*

1 VNdecimò quæro † an Regulæ huic ſit
locus, quando lis eſt notoriè friuo-
la, ſeu iniuſta? puta ſi in menſe epi
ſcopi, ſeu in menſe alternatiuæ, or-
dinarius contulit, cuius collatio-
nis uigore fuit apprehenſa poſſeſſio, & nihil mi-
nus expectans acceptauit, & cauſam ſuper be-
neficio acceptato committi fecit in Ro. cu. con-
tra poſſeſſorem, quem citari fecit, & ad plures
actus proceſſum extitit, deinde poſſeſſor obiit,
per cuius obitum de dicto beneficio tanquam
vacante, alteri prouidetur, ſeu aliquis tertius qui
non erat in lite ſubrogatur, ſeu ſubrogari man-
datur. At ille qui litem mouerat, & diu li-
tigauerat, uigore regulæ petit ſe ſubrogari,
ſeu ſubrogatur, uel ſubrogari mandatur, quæri-
tur quid iuris? Pro parte affirmatiua, quòd
ſit locus regulæ, pondero quòd ubi datur lis,
& adſunt collitigantes ex quibus aliquis defi-
cit, eſt locus regulæ, in caſu propoſito aderant
lis, & collitigantes, erimus igitur in caſu regu-
2 læ. Minorem probo, Aut enim dicimus † litem
pendere eo ipſo quod commiſſa eſt cauſa, &
pars eſt citata, clem. 2. ut lit. penden. capit. pro-
poſuiſti. de fo. compe. c. gratum &. capit. relatum
de offic. delega. l. & quia. iun. glo. penul. ff. de iuri.
om. iudi. Immo. in cap ſi. num 2. & ibi Hoſtienſ. &
Abb. ut lit. penden. Abb. in. c. ſi. col. ſi. uerſic. ſed ſi
agitur. de offi. lega. Iaſ. in. l. 2. colum. 1. uerſicul. tu
tamen cum caue. per ſolam citationem. C. ut lit.
penden. Anto. de But. poſt Ioa. And. in. c. cauſam
quæ. 2. & ibi Abb. num. 5. de teſti Idem But. conſ.
2. colum. 1. Rot. 425. nota. utrum poſtquam, in an
ti. & Belleme. 380. ſi faciens committi. Iaſre. deci
ſio. 129. lis pendere. Afflict. deciſio. Neapoli. 220.
num. 13. ac Rolan. à Valle conſi. 31. nu. 18. lib. 2.
3 Aut uolumus † litem dici uere pendere poſt-
quam lis conteſtata fuerit, ad l. placuit. C. de pe-
da. iudi. l. nemo. C. de iuriſdict. omn. iud. gloſ. pe-
nul. in præalle. l. & quia. in princip. dum primam
opi. probat. ff. eo §. omnem &. §. ſi uero. in auten.
de litigio. c. ſuper quæſtionum. §. 1. de offi. deleg.
& ibi Abb. colum. 5. & Felin. uerſicul. gloſſ. ſuper
uer. litis. bonus text. in c. ex parte. 2. ubi gloſſ. fin.
diſtinguit, & declarat. de uer. ſigni. Bal. in auten.
clericos C. de epi. & cleri. gloſſ 1. in. l. cauſa. C. de
tranſa. Caſſa. dec. 6. ſuper Regulis. nume. 4. & dec.
39. num. 2. ubi declarat ſecundum uarias expoſi
tiones, quando lis, & cauſa dicatur cœpta: utro-
que igitur caſu quæſitum noſtrum uerificari po-
teſt, ut lis dicatur pendere, & ſint collitigantes,
ergo & quod regulæ locus ſit. Inſuper uidemus
quòd in Rom. cu. præſertim in Rota, ſemper ſit
4 † condemnatio in expenſis, non attento, an
quis iuſte, uel iniuſte, ſeu calumnioſe litigauerit,
de quo ſtilo teſtatur Caſſado. dec. 13. numer.
2. de reſcr. & Sarnen. quæſt. 41. in princ. de Anna.
Nec ſtilum Rotæ quis irrationabilem dicat, quin
etiam idem per ſtatutum diſponi poſſit, prout
ſupponit gloſſ. in. §. 1. in uer. cauſam. in auten. de
exhi. reis, quæ pro ſingulari & notabili habetur.
imo etiam tacite idem, ſeu ex interpretatione
ſtatuti colligitur, ſi enim ſtatutum diſponat,
quod uictus uictori in expenſis condemnetur,
quia hoc eſt de iure communi, concludunt do-
cto. quòd licet etiam de iure communi habens
iuſtam cauſam litigandi, excuſetur ab expenſis,
tamen ut ſtatuum ultra ius commune operetur,
quòd etiam iuſtam cauſam litigandi habens ſtā
te ſtatuto huiuſmodi cōdemnabitur, per dictam
glo. cum qua Ang. ibi, & idem Ang. in. l. non ſo-
lum. ff. de rei uendi. quam glo. comprobat etiam
Bar. in. l. 3. §. ſi rem nume. 3. ff. de lega. 3. Fran. Cre
men. ſing. 120. habens iuſtam. Barba. in. c. 2. no.
62. & in c. cauſam quæ not. 136. de reſcrip. Idem
And. Barba. conſi. 50. præclatè. colum. 4. num. 21.
uerſi. facit quod uoluit gloſſ. libr. 2. Alberi. de Ro-
ſa. in 2. par. ſtatu. quæſt. 191. Calcan. conſil. 28. col.
5. uerſicul. Et ideo dixit Iaſ. in l. properandum. §.
ſin autem alterum. colum. 2. in 2. limi. C. de iudi.
Hyppo. de Marſi. ſing. 207. & in l. patre, uel mari-
to, colum. 6. in 2. limi. ff. de quæſtio. Barba. conſil.
12. colum. 7. uerſic. ideo. Ange. conſil. 4. colum. fi.
uerſic. Et ideo dicebat Ange. ac conſil. 51. col. 11.
uerſic. Et ideo multum eleganter libr. 1. Sarn. in
1. quæſti. Regu. de non tol. iu. quæſito. numer. 5.
Idem Sarnen. in 30. quæſt. Regulę de Anna. num.
4. ſic in caſu noſtro, nō deberet haberi ratio an lis
fuerit iuſta, an iniuſta. Accedit quòd licet ca-
lūnia a principio interuenerit, potuiſſet ex poſt
5 facto ceſſare, & † ex iniuſto litigante quis iuſtus
ex poſt facto effici poteſt propter nouum ius ſu-
peruenienſ, ad conſil. Oldrad. 299. quidam Vgo,
Sarnen. quæſt. 45. de Trienna. nume. 2. & alibi no
tauit in beneficialibus litigando ius acquiri, &
uidemus quòd propter gratiam nouæ prouiſio-
nis, ſi neutri, & ſimiles, quis ex iniuſto litigatore,
ſit

fit iuſtus,& in materiis beneficialibus uerifican-
tur carmina illa poetæ Sulmouen. in elegiis, uide
licet, uictique reſurgunt, quoſque putas nun-
quam poſſe cadere, cadunt :& propterea Hiſpa-
ni litigatores, qui ſapiunt, meliores,& magis ex-
pertos procuratores, & aduocatos eligunt, ſperā
tes non minus ex ſuperuenientibus iuribus, quæ
arte,& induſtria indies parantur, quam primę-
uis gratiis impetratis, uictorias ſibi parare. Am-
plius regula hæc excipit quoſdam caſus, in qui-
bus collitigantes ſubrogari prohibet, cum caſus
propoſitus non ſit exceptus, cenſeri debet com-
prehenſus, cum exceptio in non exceptis firmet,
& ampliet regulam, poſt glo.& Dyn.Bar.in.l.1.ff.
de regu.iur.Bar.in.l.Lutius.§.pluribus.in fi.ff.ad
trebel.& in.l.in iis.ff.de legi.Iaſ.poſt Pau.de Ca.
in.l.nummis.num.11.& ſeq.ff.de in lit.iuran.ubi
etiam quòd facit comprehendi ea quæ aliàs non
comprehenderentur. Pro parte negatiua, quæ
tenenda,eſt concludit Rot.Beſigne.2.de re.per-
mu.in fi.in antiquio.Caſſado.dec.7.de do.& con
tu.& dec.5.ut li.penden.num.3.ubi concludunt
6 † litem iniuſtam, ſeu calumnioſam non prodeſſe
illam mouenti, nec inducere uitium litigioſi.per
tex.in.l.1.ff.de litigio.cum Caſſado.ubi ſupra te
ſidet Sarmenſ.in.45.quæſt.Regulæ,de Anna. ante
fi.& ratio aſſignari poteſt uideri meo ſatis con-
cludens, quare regulæ non ſit locus, nec alicui iu
ri prohibitorio aliquid fieri lite pendente in pro
poſito quæſito, licet enim aliquo modo benefi-
cium litigioſum dici poſſit, uere tamen litigio-
ſum non erit, ita quòd moriente uero rectore, &
poſſeſſore non potuerit tale beneficium alteri cō
ferri, ſeu illud, ſi in menſe Papæ uacauerit, per
nouum expectantem acceptari, lite huiuſmodi
notoriè friuola, ſeu calumnioſa non obſtante.
7 Tunc enim prohibetur † lite pendente aliquid
innouari, cum per innouationem alteri præiudi-
caretur. Inno. in.c. ſignificante. poſt prin. in uer. a-
liis ſuis, de appel. Oldra. conſil. 199. quidam Vgo
num.4. uerſic. nec enim prohibendus &c. per tex.
in.l.loci.§.ſed uideamus.ff.ſi ſerui.uendi.ubi etiā
8 colligitur † edicta omnia iudicialia prohibitiua
intelligi, & locum habere ſi partis interſit, ad
text.in.l.1.§.1.ibi aduerſario eius poſtulante. ff.
quod quiſque iur.l.2.in.fi.ff.ſi quis in ius uoca-
tus. intereſſe autem in caſu noſtro conſiderari po
teſt, aut in eccleſia, aut in illo calumnioſo colliti
gante ſuperſtite. intereſſe eccleſiæ fuiſſet ne pro
pter diuturnitatem litium, ſeu nouos collitigan
tes, diſpendium pateretur, quod hic conſidera
ri non poterit, quia maior fauor eccleſiæ erit,
quòd in locum collitigantis mortui, qui habuit
optimum ius,& poſſeſſionem, ſubrogetur in titu
lo,& poſſeſſione ſucceſſor, ſeu alius tertius, quā
collitigans friuolus, ſeu calumnioſus, ne detur ui
tioſus ingreſſus, contra capi.ex frequentibus.de
inſtitutio. &.c.uni. uerſicul. ne per hoc, de eo qui
mitti.in poſſeſ.lib 6. Nec etiam prætendi poteſt
intereſſe reſpectu calumnioſi collitigantis ſuper-
ſtitis, cum enim nec ius in beneficio, nec benefi-
cii poſſeſſionem haberet, intereſſe uanum eſſet,
9 & inconſiderabile, & † c. ſi hi contra quos, ut lit.
penden.lib.6.& alia iura ſimilia, dicto caſu ceſ-
ſant, prout tenet Ioann. And. in dicto. capit. ſi hi
contra quos.& in.c.dudum. colum.2.de electio.
pulchre pro prædictis omnibus dec. Aegi. Belle.
649. licet appellationem, præſertim colum.2.&
3. Accedit ultra communem regulam. c. non præ
10 ſtat. de reg.iur.lib.6. lis de qua loquimur † lis di-
ci non poterit, cum debeat eſſe dubia,& dubius
litis euentus etiam apud ſapientes, iuxta uerba
Socratis, ſin. iſtuc ſeriò contendunt, quo tan-
dem res euadat præterquam uobis uaticinanti-
bus incertum eſt: ut per Platonem lib.8. cui titu-
lus, Euthyphro, ſeu de ſāctitate. & ad tex.i.l.quod
debetur.ff.de pecu.l.1.ff.de tranſact.l in ſumma
uerſicu. ſin autem euidens calumnia.ff.de condi.
11 inde. ubi quod † calumnioſa lis pro non lite ha-
betur,& propterea tranſactio ſuper ea facta inua
lida eſt.l. poſt rem iudicatam. iun. gloſſ. poſt me-
dium.ff. de tranſactio. Raph. Cuma. conſil. 156.
uiſa ſerie. colum.2. numer.2. Abb. ſuper rubr. de
tranſact. poſt princip. ſequitur præceptor meus
Dominus Philipp. Dec. conſi.564. in cauſa. num.
16.& ſequen. ex præmiſſis patet ſolutio ad con-
traria, quæ forſan procederent quando lis dici
poſſet, ſeu quando non eſſet notorie iniuſta, ſigil
latim tamen reſpondendo: Primum fundamen-
tum non obſtat, quia adducta procederent niſi
apparenter conſtaret de calumnia: ad ſecundum
de ſtilo curiæ, ſeu Rotæ, quandoquidem indiffe-
renter procederet: quod nego, imo plerunque ex
penſarum cōdemnatio etiam in Rota omittitur,
ſeu expenſæ remittuntur. Rot. Belle. 190. habens
pro ſe.& ſunt pleræque dec. ſuper quo nunc non
inſiſto. ille tamen ſtilus procedat in caſu ſuo tan-
tum, nec excedat ſuos terminos, tanto magis
quia contrarium diſponi uidetur de iure per tex.
in.l. qui ſolidum.§. etiam reſpu. ibi, ſi ratio liti-
gandi non fuit. ff. de leg.2.& c. finem litibus. cum
glo. magna poſt medium, ibi, non debet conde-
mnari. de do.& contu. gloſſ. in uer. actione, ad fin.
verſicul. ſed eſt intelligendum cum iam dicta de
terminatione ſi calumnioſè agit. in.§. hęc autem.
Inſti. de pęna teme. liti. Et communis opin. eſt in
12 contrarium, uidelicet quòd † ab expenſarum cō
demnatione excuſet iuſta, ſeu probabilis cauſa
litigandi. Bal. in l. tepe. l. ædita. in lectu. Paduan.
quæ eſt.2. num.52. in.8. oppo. C. de æden. Alex. in
l. properandum.§. ſin autem. colum.2.& ſequen.
numer.9. cum pluribus ſeq. C. de iudi. Cur. Iun.
conſi.19. uiſo, & diligenter. numer.5.& Rota ipſa
hoc tenet dec.182. probabilis cauſa litigandi li-
cet excuſet a condemnatione expēſarum.&.251.
licet ſententia. in no. Idem ſuponit Lap. alle.98. fa
ctum ita ſe habet, Andreas, colum. fi. uerſic. Quid
erit de expenſis, ubi tamen litera mendoſa eſt. Et
in mutatione iudicii expenſæ in Rota non fue-
runt refectæ, ex quo articulus quidam tam in fa-
cto, quem

ſto,quam in iure ualde dubius erat, prout Dec.
Put.37.ut cauſa Romana caſalis libr.3. Et ad il-
lud de ſtatuto quòd uictus victori in expenſis cō
demnetur, ultra quod eſt in aliis terminis diuer
ſis a noſtris,negari etiam poteſt dicta expoſitio,
ſeu interpretatio,& contra præalleg.glo.in.§.1.in
auten.de exhi.reis. Et quod ſtatutum limitandū,
& interpretandum ſit dummodo uictus non ha-
buerit iuſtam cauſam litigandi,concludit, Bald.
in.l.terminato.colum.fi.no.21.C.de fructi.& lit.
expen.& in auten.hodie.§.cautione.colum.2.uer
ſic.ſi uero petuntur condictione ex lege munici-
pali.C.de appel.Iaſ.poſt glo.in.l.fi.§.in computa
tione. ante numer.13.C.de iu.deli.& Curt.Iun.
conſil.143.poſt expeditum.num.4.Alberi.de Ro
ſa.ſibi contrarius in allc.l.properandum.colum.
12.uerſi.Idem etiam dicunt in ul.opin.per eum
relata. C.de iudi.& ibidem Alex.in §.ſin autem
alterutra.colum.1.uerſic.Item limita glo.dicens
hanc ueriorem,& æquiorem.& idem Alex.conſil.
34.uiſo proceſſu,uerſus fi.lib.2.dicit plures tene
re contra illam primam opin.& ſic uidetur reſi-
dere quòd ſtatutum non operetur ut habens iu-
ſtam cauſam litigandi in expenſis condemnan-
dus ſit. Idem etiam ſentire uidetur Fulgo.conſi.
140.colum.fi.uerſicu. Ad tertium de ſtatuto.late
Io.de Ami.de Venaf conſil.11.colum.8.uerſicul.
Adducitur ad confirmationem Amplio etiam ſi
ſtatutum diceret,quòd uictus ſemper debeat in
expenſis condemnari, ut pariter intelligi debeat
niſi iuſtam litigandi cauſam habeat. Paul.Caſt.
conſil.16.colum 3.uerſic.Item opponitur tertio.
lib.1.ſequitur Aimo conſil.3.nume.22.uerſicul.
Facit quod ſcribit: rationem adducunt quæ eſt
13 quòd potius ſtatutum † interpretandum eſt ut
nihil addat iuri communi quam ut quis indebi-
te damnum patiatur,prout per glo.& Bar.in di-
cto.§.in computatione. Ancharan.conſil.270.in
primo.poſt num.4.& illam glo.dicit communi-
ter teneri præceptor meus D.Phili.Deci.conſil.
356.in cauſa,colum.2.uerſicul.non ob.quòd ſta-
tutum.& Cur.Iun.dicto conſil. 143.poſt expedi-
tum.nume.4.Ad tertium quòd potuiſſet calum-
nia ceſſare,ultra quòd hoc non ſit ueriſimile, in
omnem tamen caſum donec ceſſet, non iuſtifica
tur lis. Ad ultimum quòd exceptio ampliet re-
gulam, dato quod hoc concederem, tamen re-
ſponderi poſſet, quòd non ampliet, ſeu alteret ſi
gnificatum uerborum in Regula poſitorum ar-
gumento, tex.in.l.generali.§.uxori.ff.de uſufruct.
lega.Signo.de Homo. conſ.8.quæſtio præſuppo-
nitur.num.1.litis igitur, & litigantium,ſeu colli
tigantiū appellatio, non ampliabitur, ſeu altera
bitur. ſed illa, & illi uenient prout a iure, & do
ctoribus alibi accipiuntur. Inſuper caſus noſter
erat expreſſus a iure,ideo non fuit neceſſarium il
lum exprimere,iura enim ut præmiſi nolunt liti
gatores calumnioſos, pro non litigatoribus ha-
beri.

SVMMARIVM.

1 *Tertio non collitiganti ſubrogato in locum illius in cuius fauorem contra aduerſarium executoriales decretæ fuerant, illis nondum executioni demandatis ſeu non intimatis defunct. an obſtet hæc regula?*
2 *Lis finitur per ſententiam quæ in rem tranſiuit iudicatam.*
3 *Ariſtoteles plura ſcripta ab aliis philoſophus ſubripuit.*
4 *Lis non dicitur finita antequam ſententia ſit executioni demandata.*

1 DVodecimo quæro † an ſi tertius non
collitigans, obtinuerit ſe ſubrogari
in locum, & ad beneficium illius in
cuius fauorem contra aduerſarium
executoriales decretæ fuerant, qui illis nondum
executioni demandatis, ſeu intimatis deceſſe-
rat, ſit locus regulæ? D.Samen.hic quæſt.14 con-
cludit pro parte negatiua, cum quo trāſit Dom.
Rebuff.ſuper eadem Regula glo.1.numer.4.&.5.
pag.264.& ante ipſos, idē tenuit Staph.de quo
ipſi nullam pœnitus mentionem faciunt.de lite,
gratiæ, & iuſti.fol.164.iuxta primam impreſſ.a
ter.uerſic.& ex prædictis patet quòd etiam pro
non litigante &c.ubi vult quòd in propoſito quę
ſito non ſit opus derogare huic Regulæ, ex quo
2 † lis iam finita ſit per ſententiam, quę tranſiuit in
rem iudicatam,per tex.in.l.cauſas.C.de tranſact.
iun.tex.in.cap.1.cum glo.in uer.finita.de lit.con
te.lib.6.quæ uult idem eſſe dicere,litem finitam,
& trāſactam, ſeu ſuper ea adeſſe rem iudicatam
& dictam l.cauſas. loquentem de litibus tranſa-
ctionibus finitis,procedere etiam in finitis per
rem iudicatam, uoluit Petra.San.ſing.20.ſicut
non ualet reſcriptum contra tranſactionem &c.
& quod lis finiatur per ſententiam quæ in rem
tranſiuit iudicatam,adduci poteſt gloſſ.in cle.ſi.
in uer.poſtquam.ut lit.penden.& Gemini.conſi.
120.quia in facto. colum.1.uerſi.quod etiam Pa
pa, Rot.in nu.411.ſi lite penden.colum.1. ante
medium, uerſicul.ſi auctoritate ordinaria. ibi
tamen uidetur dicendum idem,propter litis pē-
dentiam adhuc in curia,quæ nunquam finitur ni
ſi per ſententiam ſecundum Rot.& ſic concludit
quòd per ſententiam finiatur. Mil.in reperto.in
uer.litis pendentia nō finitur, Caſſa.dec.6.ſuper
regulis. num.5.Pariſi.conſil.30.in cauſa.numer.
36.uolum.4 & in tantum finitur lis per rem iudi
catam, ut procurator datus ad lites, non cenſea-
tur habere mandatum ad impediendum execu-
tionem ſententiæ.Gemini.in.capitul.§.fi.numer.
4.de excep.libr.6.& eſt eadem lectura cum illa
Pet.de Ancharan.ibidem, imo ſuper toto illo
titul.de exception.& alibi ſæpe eadem lectu-
ra per utrunque ponitur, & forſan uterque
ab alio ſubripuit: & ſic Samen.de quo infra lo-
quar, non eſt ſolus in furando ſcripta aliorum,
imo & ipſum Ioann.Andr.quem iuris canonici
lucernam dicunt, ſæpe uidemus quaſi integra
conſilia

conſilia Oldradi ſubripuiſſe, & tranſcripſiſſe. Sic
Dioſcorides non citatur a Plinio cum eadem lon
go ordine uerba in utriſque legantur, ut in capi.
de Aloe. Hi, & alii exemplo forſan alliciuntur
ſummi ingenii peripateticorum principis, qui
3 † plura ab aliis Philoſophis, quorum nunc non
ſolum libri non extant, imo quaſi nomina ipſa
periere, ſcripta ſubripuit, quam ipſe forſan edi-
derit, cui quadringenta fere uolumina (uti Dio-
genes Laer. in eius uita reſtatur) aſcribuntur,
contra quem maxima illa platonica tuba Plori-
nus Philoſophus, ipſius Ariſtotelis undequa-
que acerbiſſimus inſectator, in hæc uerba contu
melioſa prorupit, quæ inſerere libuit. Poſt Plato-
nem oculum diuinitatis, furiis ambitionis agita
tus Ariſtoteles ſucceſſit, ſeminarium ingratitu-
dinis, talpa naturæ, qui non ita Philoſophos tan-
tum, quibus omnia ſubripuit, in præceptorem-
que illum ſanctiſſimum ſæuit, ſed in proprium
nomen Alexandrum Macedonum regem. Miſſa
faciamus hæc, & fateantur omnes ſcientiarum
profeſſores ſe Ariſtoteli multum debere, hic e-
nim omnia optime nouit, omniaque poſteritati
mirabili quadam methodo ſcripta reliquit, ut
eo duce cuilibet non obtuſi ingenii datum ſit a
dire Athenas, ad optatoſque ſcientiarum qua-
rumcunque fines peruenire. Lege Philoponum
in uita Ariſtotelis, ubi quòd diſtinxerit, correxe
rit, patefecerit philoſophiam, quòd phiſicis ad-
diderit quintam eſſentiam, quòd theologiæ licet
nihil addiderit, non tamen diminute illam tra-
ctauerit. Præfatus Sarnenſ. dat quoddam ſimi-
le, ſeu facit quandam illationem de qua infra lo-
quar, & in fi. quæſt. limitat opi. ſuam, niſi reſtitu-
tus in integrũ fuiſſet reus condemnatus, quo ca-
ſu eſſet locus regulę huic, hanc eãdem limi. ponit
Staph. ubi ſupra, & ſic in effectu, Sarnenſ. nihil
noui affert, ſed tacito authore ea quæ notauit
Staph. tranſplantat, & qui eiuſdem ſimilia furta
detegere uult, percurrat ipſius tractatus ſuper
breuibus, de expectatiuis, & mandatis de proui-
dendo. Pro parte affirmatiua adduci poſſunt ea
de quibus, per Sarnenſ. ſuper Regula de Anna. q.
44. vbi late probat ſententiam in rem iudicatam
tranſactam, antequam ſit executioni demanda
4 ta, † non finire litem, ex quo reliquiæ remanent,
ad ea quæ tradit Ioann. Fab. in. l. 2. C. de litigio.
Bartol. in. l. ſi fideiuſſor. §. ſatiſdatum. in fi. & ibi
Iaſ. numer. 24. ubi concludunt, litem finem acci-
pere quando res datur ei qui uicerit, & ſic quan
do ſententia eſt executioni demandata, non au
tem quando eſt lata, ſeu quando tranſitum in
rem iudicatam fecerit. Plura poſſent pro utra-
que parte in medium adduci, mihi uerior uide
tur hæc opin. affirmatiua contra Sarnen. & alios,
ea ratione, quòd lis non poſſit dici finita, ut pro-
xime dixi. Ad omnia contraria, quæ ad termi-
nos noſtri quæſiti uere applicari poſſunt, unico
uerbo reſponderi poteſt, uidelicet quod per ſen
tentiam, ſeu rẽ iudicatam lis finita dicitur, quan
do ſententia, ſeu res iudicata executioni demandata
fuit, prout per Fab. in alle. l. 2. C. de litigio.
& ſic concordantur pleraque ſupra pro utraque
opin. adducta. Ad praxim tamen reducendo, ſi-
ue dicamus quòd lis duret, ſiue non, ſubrogatio
ni factæ tertio, qui non fuit in lite per Papam,
nullo modo uidetur obſtare Regula: ſi. enim lis
non durabat expeditum eſt, quòd Regula locum
ſibi uendicare non poteſt, cum non adeſſent ſup
poſita ipſius Regulæ, uidelicet quòd adeſſent col
litigantes, nam conſtitutio intelligi debet in ca
ſu in quo ſuppoſita per eam locum habere poſ-
ſint, iac. But. Fulgo. & Sal. in. l. mancipia. C. de ſer.
fugi. Dec. conſi. 466. ſtante ſtatuto. colum. 3. nu.
8. & conſil. 640. ante num. 2. & ſi lis durabat, illæ
clauſulæ communiter apponi ſolitę, uidelicet, ſta
tum, & merita cauſæ, & cauſarum nomina, & co
gnomina iudicum, & colligantium, & alia quæ
exprimi poſſint, ſeu pro expreſſis habeantur, o-
perantur perinde ac ſi lis, eiuſque ſtatus, & a-
lia omnia in indiuiduo expreſſa fuiſſent. ad uulg.
conſil. 2. Anto. de But. Fel. in. c. nonnulli. col. 7. in
1. fall. uer. addaris primo. de reſc. Dec. conſ. 341.
nu. 1. Cur. Iun. conſ. 10. nũ. ul. Caſſ. dec. 10. nu. 2. &
dec. 28. & 38. ſuper Regulis. Aimo conſil. 126. in-
ter alia priuilegia. num. 6. & 7. unde ex quo Papa
intellexit, ſeu perinde eſt, ac ſi intellexerit ſtatum
cauſæ, ſubrogatio talis non potuit dici ſubrepti-
tia, ſed ualida, & ſic ſubrogationi huiuſmodi lis
obſtare nullo modo poterit.

S V M M A R I V M.

1 *Regula hæc an locum habeat pendente cauſa ſuper poſ-
ſeſſorio tantum?*
2 *Sequeſtra prohibita, & odioſa.*
3 *Litigioſam rem effici, etiam ſi non agatur de dominio
rei.*
4 *Lis ſuper poſſeſſione non efficit rem ipſam litigio-
ſam.*

DEcimotertio, quæro † an regula hæc
procedat pendente cauſa ſuper poſ
ſeſſorio tantum? Pro parte affirma-
tiua pondero tex. in clemen. uni. de
ſeq. poſſeſſ. ubi deciditur decernen-
dum eſſe ſequeſtrum in cauſis beneficialibus, ſeu
ſpiritualibus, lata prima ſententia contra poſſeſ
ſeſſorem in petitorio, vel ſuper poſſeſſorio, & cũ
reperiamus iſtam æquiparationem in materia
2 odioſa, & exorbitanti, † ſequeſtra. n. indiſtinctè a
iure prohibita odioſa, & quoad fieri poteſt eui-
tanda, &c. deneganda ſunt. C. de prohi. ſequeſt.
poſſeſſ. in rub. & nigro. per omnes. in c. 1. de ſeq.
poſſeſſ. & in cle. uni. eo. præſertim per Imo. nume.
15. verſ. quid ſi agatur de beneficio. Rot. Bellem.
54. in ſententia lata. circa medium, ubi dicit cle.
unic. prædictam eſſe conſtitutionem nouam a iu
re exorbitantem, & reſtringendam, multo ma-
gis ęquiparationem iſtam procedere dicemus in

caſu

caſu noſtro in fauorem collitigantium, & ad tol-
lendum, ne noui dentur collitigantibus aduerſa-
rii, & ad lites citius dirimendum, quæ fauorabi-
lia. & iuribus conſona eſſe negare non poſſumus,
& aduertendum eſt, quòd ſicut dicta clemen. uni
ca præmittit de ſententia lata ſuper beneficio,
& poſtea declarat intelligi debere tam ſuper pe-
titorio, quam poſſeſſorio, ita hic, dum ſimiliter ſit
ſermo de collitigante ſuper beneficio, debet fieri
interpretatio, tam ſuper petitorio, quam poſſeſ-
ſorio. & ſic iura à iuribus interpretationem reci
pient, ad. l. uni. in princ. C. de inoffic. doti. in au-
then ut cleri. apud propri. epiſcop. ante fin. ibi. &
per hanc ſacram declarata ſunt legem. & in au-
then. de exhib. reis. ante fin. & quòd ad excluden-
dum ſubrogationes, non referat, an agatur de be
neficio poſſeſſorio, an petitorio firmat poſt Lap.
Gem. in c. 2. num. 5. uerſi. an habeat locum, ut lit.
penden. lib. 6 Secundo arguo ab identitate ratio
nis, ad tex in l. illud. cum uulg. ff. ad l. Aquil. eadē
ratio, ne noui collitigantib. dentur aduerſarii, &
ut lites tollantur, militat in cauſa poſſeſſorii, ſicut
in cauſa petitorii, ergo idem ius in utraque Ter-
tio, arguendo de toto ad partem. ad l. quæ de to
ta. ff. de rei uend. Iaſ. in l. iuriſgen. §. adeo. in 1. no.
ff. de pact. & in l. a iudice. in 3. colum. C. de iud. ſi
cut indubitatum eſt diſpoſitionem regulæ locū
habere quando lis erat ſuper petitorio, & poſſeſ-
ſorio, & ſic ſuper toto, eodem modo, & quando
ſuper poſſeſſorio tantum, & ſic ſuper parte. Quar
to & ult. cum (ut pluries dixi) regulæ huic locus
ſit ubi ſupponimus litis pendentiam, & collitigā
3 tes ſuper beneficio, & ſic ſuper re, ſed † litigioſa
res efficitur etiam, quòd non agatur de dominio
rei. Bart. in l. 1. ff de litig. Abb. poſt glo. & But. in
c. 1. ante num. 6. uerſ. contrarium huius tenet hic
&c. & ibi Dec. nu 4. uerſi. ſecundo. Abb. de con-
fir. uti. uel inut. & iſta eſt comm. opi. ꝑut per Cur.
iun. conſi. 165. præſupponitur in facto, nu. 6. Pro
parte negatiua (cui adhæreo) pondero uerba
regulę requirentia litem, & collitigantes ſuper be
neficio, & ſic ſuper titulo, ſeu ꝓprietate, uel do-
4 minio, ſeu re, † at lis ſuper poſſeſſione non efficit
rem ipſam, & ſic ipſum beneficium, ſeu ipſius do
minium litigioſam, ſeu litigioſum. authen. litigio
ſa. C. de litigio. Cyn. Bartol. & Bald. in l. 2. C. eo.
glo. & doct. in c. 1. de confir. uti. uel inutil. Inno. in
c. cum M. Ferrarienſis col. 8. ante nu. 10. & ibidem
Anto. de But. de conſti. glo. pen. in c ſi. 11. q. 1. Ro
man. conſi. 270. pro deciſione. nu. 2. & ſeq. ubi qđ
niſi ſuper re ipſa lis moueatur res litigioſa non ef
ficitur. ſequitur Io. Bapt. Ferret. conſil. 12. num. 4.
conſi. 170. certi iuris. num. 6. & ſeq. & conſil. 192.
uī dari. num. 9. Cald. conſ. 5. an habens beneficiū.
de præbend. poſt medium. Ioā. And. & Abb. in c.
eccleſia. S. Mariæ. num. 7. uerſic. quæro igitur pri-
mo, ut lit. pend. Mil. in reper. in uerſi. litigioſa res
fit. Fel. ſuper rub. de reſc. col. 3. uerſic. ſcias etiam,
& in c. dilectæ. nu. 8. de excep. Caſſa. dec. 6. num. 2.
de reſcri. & dec. 9. de cau. poſſeſſ. & ꝓpr. nu. 10. &
ſeq. ac Dec. 4. ut lit. pend. Rebuf. de paci. poſſeſſ.
num. 166. Natta conſ. 145. uertente. nu. 16. lib. 1.
Sarnen. q. 53. nu. 8. ſuper regula, de triennal. Curt.
iun. conſi. 165. nu. 5. ubi teſtatur hanc eſſe com-
mun. opi. & quòd beneficium non cenſeatur liti-
gioſum, niſi principaliter ſuper eo litigetur, etiā
quo ad effectum, ne ordinarius illud conferre ꝓ-
hibeatur, & ne alius in locum, uel ius morientis,
ſeu renunciantis ſubrogetur, firmat poſt alios
Philipp. Franc. in c. ſi hi contra quos. in 3. no. uer.
& procedunt prædicta quando principaliter liti
gatur ſuper tali beneficio, &c. iun. iis, quæ ponit
in 2. no. ut lite penden. li. 6. Et hanc opin. ueram,
& communem affirmat Ioan. Bap. Ferret. conſil.
12. tota controuerſia. num. 4. uer. Quinto, quia lis
ſuper poſſeſſorio beneficii non includit litem in
proprietate, nec facit rem litigioſam reſpectu ti-
tuli, & iuris in beneficio, nec impedit collationē
ordinarii. & ꝓ præmiſſis faciunt. clem. 1. in prin.
iun. cle. 2. & iis quæ ſuper ea tradit Boni. de Vita.
num. 68. & poſt dictum num. uerſi. eſt ergo ponē
dum exemplum, ut lit. pend. In d. enim cle. 1. dū
in ſimili materia, de qua nos loquimur, tractatur
de litigantibus ſuper beneficio decedentibus in
curia, uel extra eā ad quem collatio ſpectet, ſuc-
cedit poſtea. cle. 2. q̄ declarat quando lis pendere
dicetur. Vitali. ibid. ante nu. 69. dicit ponendum
eſſe exemplum, quando agitur de proprietate a-
licuius beneficii, uel etiam de titulo, ad quē per-
tineat, uel etiam certarum rerum ratione domi-
nii, uel quaſi. ex ꝓximè dictis excluditur illa inter
pretatio, q̄ ſub his uerbis, uidelicet, aliquem ſub
quouis eccleſiaſtico beneficio collitigantem, &c.
& aliis de quib. in noſtra regula. poſſit fieri inter-
pretatio quando lis pendet ſuper poſſeſſorio tan
tum, quæ etiam confirmatur ex aliis uerbis regu-
læ, quæ ſequūtur, & ſic patet ſolutio ad primum
fundamentum pro opin. affirmatiua adductum,
& quòd illa æquiparatio ſententiæ ſuper petito
rio, & ſententię ſuper poſſeſſorio procedat ſolum
ad illum effectum ſequeſtrationis, concludit Car.
in alleg. clemen. uni. de ſequeſt. poſſeſſ. in 5. nota.
Imo ſi in dicta clemen. uni. id expreſſum non fuiſ
ſet, aliter dicendum eſſet, & ſic in hac regula in
qua non fit talis expreſſio, aliter quàm ibi dicen
dum eſt, præſertim quia diuerſi ſunt termini, &
diuerſa ratio; & propterea etiam nō obſtat illud,
quod dicit Gemin. in allega. c. 2. nume. 5. ut lite
penden. lib. 6. quia ultra, quod non diſcutiat ar-
ticulum, loquitur in aliis terminis, & forſan con-
trarium eſt uerius, per adducta per Franc. ibi, in
2. & 3. no. præſertim. uerſi. & procedunt prædicta
quando principaliter litigatur, &c. & per ea quę
no. Vita. in dicta clemen. 2. ante nu. 69. Quo ad
ſecundum fundamentum negatur illa identitas
rationis: immo ratio, & termini ſunt ſatis diuer
ſi, cum ſatis diuerſa ſit cauſa poſſeſſorii a cauſa
petitorii. uulga. l. naturaliter. §. nihil commune.
ff. de acq. poſſ. l. 1. §. huius autem. ff. uti poſſ. Ad
tertium negatur, quòd poſſeſſoriū ſit pars, imò
quid

quid ſatis diuerſum, ut nunc dixi, & cum probauerim (& ſic etiam erit reſponſum ad quartum fundamentum) quòd litigioſa res, ſeu litigioſum beneficium non efficitur, per litem ſuper poſſeſſione, ſed ſolum ipſa poſſeſſio, omnia contraria ceſſant, & ſic concordantur illæ duæ communes opin. de quibus per Abb. & Dec. in præallega. c. 1. de confi. uti. uel inuti. & per Cur. iun. conſilio 165. num. 5. & 6. quarum una eſt, quod lis mota ſuper poſſeſſorio, non inducit litem reſpectu petitorii, & ſic quo ad terminos noſtros. Altera quòd lis mota ſuper poſſeſſorio ipſam poſſeſſionem litigioſam reddit.

S V M M A R I V M.

1 *Super iactationibus, & moleſtationibus lite pendente, an ſit locus huic regulæ.*

2 *Commiſſionis formula ſuper iactationibus, & moleſtationibus.*

3 *Iactationum, & moleſtationum commiſſio, & iudicium ubi fundetur.*

4 *Remedium l. diffamari competit reſpectu poſſeſſorij, & petitorij.*

5 *Commiſſa cauſa ſimpliciter uenit petitorium, & poſſeſſorium.*

6 *Commiſſa cauſa ſuper iactationibus, & moleſtationibus uenit petitorium, & poſſeſſorium.*

7 *Clauſula, cum inciden. & dependen. facit uenire totum negotium.*

1 Decimoquarto quæro † an pendente cauſa ſuper iactationibus, & moleſtationibus ſit locus huic regulæ? Ne apud nouos in Ro. Cu. per terminos ignotos procedam, ſubiiciam formã commiſſionis ſuper iactationibus, & moleſtatio-
2 nibus † Beatiſsime Pater, cum deuotus S.V. orator Tybertius Mandoſius clericus Romanus uigore ſuæ gratiæ expectatiuæ, ſeu mandati de prouidendo, canonicatum & præbendam &c. & certa alia beneficia quos & quę N. dum uixit obtinuit, & per illius obitum extra Rom. Cu. de menſe Ianuarii defuncti uacan. acceptauit, & de illis ſibi prouideri obtinuerit, illorumque poſſeſſionem aſſecutus fuerit, & licet a nemine ſuper illorum poſſeſſione moleſtari debuiſſet, ſeu deberet, nihilominus quidam P. & nonnulli alii, aſſerentes ſuper præmiſſis canonicatu, & præbenda, & aliis beneficiis ius ſibi competere, quo ſpiritu ducti neſcitur, eundem oratorem moleſtare, uexare, inquietare, & perturbare uelle iactitarunt, & iactãt, & quia dictus orator a prædictis moleſtiis, & perturbationibus liberari, & eidem cupit, ſupplicat S.V. quatenus dignetur cauſam, & cauſas iactationum, turbationum, moleſtationum, uexationum, & inquietationum prædictarum alicui ex ſacræ Rotæ Auditoribus &c. audien. cognoſcen. &c. una cum omnibus inciden. dependen. &c. cõmittere & mandare. Aliqui addunt poſt illa uerba, uexationum, & inquietationum prædictarũ, uidelicet, Ac quam & quas dictus orator habet, & mouet, habereque & mouere uult, & intendit contra eundem P. omneſque alios &c. de & ſuper dictis canonicatu, & præbenda ac beneficiis præ-
3 miſsis &c. prædicta † commiſsionis forma, & iudicium ſuper iactationibus, & moleſtationibus fundatur ſuper l. diffamari. C. de inge. manumiſ. ſuper l. ſi eo tempore. C. de remiſ. pigno. & ſuper iis, quæ nolunt Docto. in l. uni. C. ut nemo inui. Innocen. in cap. conquerente. poſt princip. uerſi. item quia eum infamat. de offit. ordin. in cap. lator. poſt princ. & in cap. cauſam quæ. num. 5. qui filii ſint legi. Ludo. Roma. conſi. 53. uiſis themate poſt princ. Nic. Boe. dec. 255. & circa num. 7. Redeundo ad propoſitum quæſitum iuxta formam commiſsionis de qua ſupra, abſque illa additione, ac quam & quas &c. negatiuè reſpondendum eſſe uidetur, uidelicet, quòd regulę non ſit locus, ea ratione, quia beneficium, non dicitur litigioſum, niſi lis ſit principaliter ſuper eo, ut probaui in proximè præceden. quæſt. in caſu propoſito dempta illa adicione, uidelicet, ac quam & quas dictus orator &c. cauſa non uidetur principaliter commiſſa ſuper ipſo beneficio, ergo regulæ diſpoſitio litem requirens ſuper ipſo beneficio ceſſabit. Amplius cum in commiſsione dicatur qd orator moleſtatur, ſeu perturbatur ſuper poſſeſſione beneficiorum, & ſuper dictis moleſtationibus, ſeu iactationibus cauſa committatur, uidetur ſolum cõmiſſa cauſa poſſeſſorii, unde iudex de titulis beneficiorum cognoſcere non poſſit, prout eſt in terminis conſil. Calderi. 6. an ſi in reſcripto. de reſcrip. ſi igitur cauſa pendebat ſuper poſſeſſorio tantum, nullo modo erit locus regulę, prout in proxima præcedenti quæſtio. probaui. Pro parte uero affirmatiua, quæ tenenda eſt, pon-
4 dero quod † remedium l. diffamari. & ſimilia, cõpetunt non ſolum reſpectu poſſeſſorii, imo etiam petitorii A. cet. & Feli. in c. in præſentia. col. 2. poſt medium. uerſi. & ex iſto tex. in iſtis uerbis. de probatio. Io. Fran. Ripa lib. 1. reſpon c. 8. nume. 8. de legi. ſequitur Nic. Boe. dec. 255. & circa primam,
5 num. 7. Inſuper † commiſſa cauſa ſimpliciter, uel non limitatiue, & reſtrictiue, uenit, tam petitoriũ quàm poſſeſſorium. c. 1. circa medium. de ſeque. poſſeſ. Rot. 396. ſi committatur. in no. Calde. conſil. 5. ſub tit. de præben. Staph. ſuper ſigna. fo. 173. à ter. uer. ſi commiſſa cauſa. Sarnen. quæſtion. 53. de triennali. nume. 3. Felin. ſuper rub. de reſcript. colum. 3. ante fin. uerſic. cæterum quando ſit ſimplex commiſsio & cæt. & in terminis noſtris quòd
6 † commiſſa cauſa iactationum, & moleſtationum ueniat petitorium, & poſſeſſorium, tenuit, & tenet Rota, prout teſtatur Caſſado. deciſ. 6. de reſcrip. & deci. 9. de cauſa poſſeſ. & proprii. numero 5. & 8. ac Menoech. de recupe. poſſeſſ. Remed. 16. quęſtio. 27. nume. 363. Pro iis eſt etiam Dec. Oradi. 8. incipiens. Coram eodem, in cauſa Roman. ſpolii. ubi etiam limitatur, niſi adſit dictio taxatiua, & tanto magis prædicta opin. procede-

ret ſi adeſſet clauſula, quã, & quas, de qua ſupra; per quam totum negotium committitur. Rota. ult. in no. Sarnen. quæſtione 34. numero 4. de in-ſir. ac Dec. Mohed. 298. incipien. Fuit reſolutum, immo per illam clauſulam in omnibus commiſ-
7 ſionibus paſſim poni ſolitam uidelicet, † cum in ciden. dependen. &c. comprehenderetur etiam pe-titorium prout colligitur in fortioribus terminis ex iis, quæ habentur per Aegi. Belleme. deci. 619. ſi in cauſa. Caſſado. dec. 9. de cau. poſſeſ. & pro-pri. numero 13. Ad primum fundamentum in cō-trarium factum ex præmiſſis elicitur ſolutio, ex quo beneficium iatis diceretur litigioſum, cum ſu-per eo lis inducta fuerit, ad ſupra deducta. Ad conſil. Calderi. reſponderi poteſt, quòd illud Ro-ta non tenet. ad Caſſado. in præallega. deci. 6. de reſcript. & 9. de cau. poſſeſſ. & propri. Immo in-quantum ipſe Caſſado. in uno caſu ſoluat opin. Calderin. adhuc illa defenſio periculoſa uidetur, præſertim propter clauſulas cōmuniter poni ſo-litas in ſimilibus commiſſionibus iactationum, & moleſtationum. Aduerte tu, quòd illud conſi. Calderi. non uidetur abſolutè a Rota reiectum, immo amplexum, intelligendo (vt præmiſi) quan-do commiſſio ſuper moleſtationibus habet nar-ratiuam turbationis, ſeu deiectionis a poſſeſſio-ne, & petitur cauſa committi ſuper dictis mole-ſtationibus, tum quia materia uidetur reſtricta ad ſolum poſſeſſorium, & talis commiſſio non cō-tinet petitorium: ſecus uerò quando commiſſio dicit, ſuper moleſtationibus, & iactationibus ta-lis beneficii, uel prioratus. Hæc ſunt uerba præciſa Dec. Oradi. 64. incipit. Mercurii. 10. Maii. 1559. Concluſum ſententiam, non eſſe nullam. Hæc opi-nio, ſeu diſtinctio mihi placet, ac uera uidetur. Aliqua huic commiſſioni iactationum conferen-tia tracto ſuper 5. com. iactationum, & moleſta-tionum, uideri poterunt, quæ ibi ſcripſi.

S V M M A R I V M.

1 *Appellatio extraiudicialis intimata, an inducat litem ad effectum, ut ſit locus huic regulæ.*
2 *Appellatio extraiudicialis deuoluit negotium.*
3 *Attemptata poſt appellationem extraiudicialem reuocari debent.*
4 *Litem non induci per appellationem extraiudicialem.*
5 *Ordinarius non impeditur conferre propter appellationem extraiudicialem.*

1 DEcimoquinto quæro † an per appellationem extraiudicialem intimatam ſit lis, ad effectum, ut ſit locus huic regulæ? De appellatione extraiudiciali, & in quibus differat a iudiciali, uidere poteris Abba. in capitu. bonæ memo. columna prima & ſecunda. de appellatio. & ibi-dem Philipp. Franc. & in capitu. cum ſit. eodem titulo. Prouocatio generale nomen eſt continens appellationem iudicialem, & extraiudicialem, ſed appellatio ex proprio ſignificatu continet iudicialem tantum, non extraiudicialem. prout in capitu. cum ſit Romana. & ibi Abba. & Fran. in ulti. nota. de appellatio. idem Abba. in ca-pitu. fina. in 1. not. de ſeque. poſſeſſ. ſequitur Fe-lin. ſuper rubri. de appella. in princip. Redeo ad dubium propoſitū. Pro parte affirmatiua quòd per appellationem extraiudicialem in beneficia-libus inducatur lis, eſt deciſ. Belleme. 749. licet per appellationem. in princip. & uoluit Felin. in capitu. ſuper literis. columna 8. uerſicu. & adde quòd per appellationem. de reſcript. & dictam deciſ. Belleme. refert & approbat idem Felin. li-cet corruptè, ſub alio numero, in capitu. 1. eod. colum. 10. uerſicu. & ad hoc uide omnino &c. & appellatio extraiudicialis in beneficialibus cen-ſetur ad cauſam prouocatio. capitu. cum ſit Ro-mana. uerſicu. ſi uerò a grauamine. de appella. & ibi declarat. gloſſ. in uerſicu. nec ſolent, & per gloſſ. in capitu. concertationi. in uerſicu. grauatum poſt medium. eodem titulo. libro 6. Philip. Franc. in capitu. bonæ. in 4. nota. eod. & uidemus
2 quod † appellatio extraiudicialis deuoluit cau-ſam, ſeu negotium. gloſſ. Ioan. And. & Geminia. in præalleg. capitu. concertationi. Innocen. in ca-pitu. cum nobis. eod. latè. Franc. in dicto capitu. bonæ. colum. 9. in 12. quæſtio. & ibidem præpoſ. columna nona. uerſic. ſuccedit quæſtio. Rot. 446. not. quod maior circa medium in antiq. nam li-cet negotium principale ſit deuolutum, & 114. maior pars. in no. Aegi. Belleme. deci. 920. con-cluſum quòd ſi appellatio. in princip. prout etiam
3 dicimus † attemptata poſt appellationem extra-iudicialem reuocari debere. capitu. ſi poſtquam. de electio. libro ſexto. Docto. in capitu. cum no-bis olim. de electio. Rota. 309. attemptata per iu-dicem. in no. in princip. & Caſſado. 3. in fi. de ap-
4 pella. quæ faciunt in ratione ſui: ſi enim ignoran-tia appellationis extraiudicialis facit, ut attem-ptata non reuocentur, ſi ſit intimata, reuocari de-bent. Franc. in præallega. capitu. bonæ. columna 10. de appella. ubi refert tres opin. in 10. quæſtio. & quòd p appellationem extraiudicialem indu-catur litis pendentia, concludit, dicens hanc eſſe ueriorem opinio. & in Rota ita iudicatum. Sar-nen. in 54. quæſtio. Regulæ, de triennali. colum. 1. in fin. uerſicu. prædictis tamen non obſtan. & co-lum. ſequen. Pro præmiſſa opin. affirmatiua addu-co Dec. Putei. 18. de appella. in hæc uerba. Appel-latio extraiudicialis legitimè intimata, facit be-neficium litigioſum, & deuoluit negotium ad cu-riam; ita in cauſa Salamantin. Portionis coram Fabio. 21. Octobris 1546. Allegabatur deciſ. 23. de appella. in no. & Alexandri. in capitu. bonæ. de appellatio. ubi latè &c. Inſuper appellatio ex-traiudicialis uim citationis obtinet. ad nota. in capitu. ſtatuimus. de electio. libro 6. cum. clemē. cauſam. eodem titulo. Rota. 310. ſi tenet. ſecun-dum unum intellectum. in no. ad idem eſt etiam dec. 344. etiam in no. Phili. Fran. in cap. bonæ. ſu-per glo. ulti. in fi. numero 42. in 9. conclu. & ibi alij.

alii. de appel. ſequitur Rober. Maran. de ord. iudi.
in 3. par. 6. par. princ. in 2. actu. nu. 268. ubi aduer
tit multos decipi, qui interpoſita contra eos ap-
pellatione extraiudiciali, aliam citationem ex-
pectantes ſibi præiuditium parant, ex quo cõtra
eos in eorum contumacia in cauſa proceditur.
Pro parte negatiua, quæ tenenda eſt, pondero q̃d
regula litem ſupponens non poteſt uerificari in
appellatione extraiudiciali etiã intimata, quia
4 litis pendentiam non inducit, ſed eſt ſolum quæ-
dam prouocatio ad cauſam, ita arguit, & conclu
dit Rot. in no. 310. ſi reus. colum. 2. num. 2. uerſic.
præterea huiuſmodi appellatio. Mil. in repert. in
uer. appellatio extraiudicialis licet ſit parti ſibi
mata, fol. 6. colum. 4. & quòd appellatio extraiu-
dicialis non inducat litem, ut propterea dari poſ
ſit ſubrogatio tanquam colliciganti, tenuit Rot.
in anti. 763. ſciendum eſt, &c. & Caſſado. deciſ. 1.
num. 6. de appell. & idem uoluit hic gl. antiquus.
colum. penult. uerſicul. & per appellationem ex-
traiudicialem intimatam, & Sarnenſ. quæſtio. 12.
colum. 2. uerſic. item quo ad effectum. Accedit,
quòd ut lis dici poſſit, tres perſonæ neceſſario re
quiruntur, uidelicet, actor, reus, & iudex. c. forus,
uerſic. in omni quoque, de uerbo. ſignifi. ſed ante
commiſſam cauſam appellationis extraiudicia-
lis non adeſt iudex, ergo non poteſt dici iudiciũ,
neque lis, & in conſequentiam non poteſt conce-
di ſubrogatio tanquam collitiganti. Amplius, q̃
ad effectum huius regulæ lis non dicatur pende
re per appellationem extraiuditialem, probatur
ex eo, quia Papa ſubrogat, ex quo omnes alii im
pediti reperiuntur in prouidendo lite pẽdente,
ordinarius enim conferre non poteſt, electores
eligere non poſſunt, nec patroni præſentare. cap.
5 2. ut lite penden. lib. 6. per † appellationem extra
iudicialem non impeditur ordinarius conferre,
per nota. per Innocent. in c. dudum. 2. in uer. di-
ſpenſata, uerſ. alii dicunt, quòd ſi lis mota. de ap
pella. Io. And. in cap. cum M. colum. 3. in princ. in
uer. innouata, de conſtitu. Phil. Franc. in alleg. c.
bone. colum. 9. in 12. q. uerſ. aduertendum tamen
ad unum, de appel. Sarnen. in 54. q. de triennali.
num. 8 uerſic. primo, quod illa deciſio, &c. igitur
nulla lis, & ſic non erit locus regulæ huic de ſubro
gandis. Hanc partem negatiuam in propriis ter
minis noſtris tenuerunt R. D. de Rot. put Dec.
Putei. 1. de appellat. ſub iis uerbis, Appellatio
extraiudicialis etiam intimata ante commiſſio-
nem cauſę, non inducit litis pendentiam ad effe
ctum ſubrogationis, ita in cauſa Palentin. coram
Reumano. 2. Martii. 1548. inter Simonem Ac-
ciaiuolum, & Antonium Romero. Ad contraria
reſpunderi poteſt, q̃d uerum eſt, per appellatio-
nem extraiudicialem induci litem, ad hoc tantũ
ne nouum ius impetrare liceat, prout uult Belle-
me. Dec. 749. & etiam induci deuolutionem cau-
ſę, & etiam per eam cauſæ reuocationem attem
ptatorum, & ad hæc tendunt in contrarium alle-
gata; ſed quantum ad regulam noſtram attinet,
immo quo ad alios effectus quàm ſupra expreſ-
ſos, non inducitur lis per appellationem extraiu
dicialem, prout uolunt Abb. & Franc. in alle. c. bo
næ, de app. & plenè probatum eſt ſupra. Nec ob-
ſtant tradit. per Sarn. ſuper regula, de triennali,
q. 54. quia quo ad impediẽdum illam regulam
non eſt neceſſarium, quòd beneficium ſit litigio-
ſum, prout eſt neceſſarium, ut ſit locus huic regu
læ, quia ut non ſit locus regulæ, de triennali, ſatis
eſt, ut beneficium ſit pacificum, ut autem quis
deſinat eſſe pacificus poſſeſſor nõ requiritur lis,
ſed ſufficit qualibet moleſtia iuris, uel facti iudi-
cialis, uel extraiudicialis. Imol. Pau. de Eleaza. in
cle. gratiæ. in fi. de reſcr. Guido Papa. conſi. 134.
Quantum ad alteram. Dec. Putei. 18. de appella.
de qua ſupra, quòd poſt uerba, quæ recenſui ibi,
ubi latè poſui uerba, &c. hęc ſequuntur, uideli-
cet, ſed uide in contrarium Dec. Caſſa. 1. de ap-
pellation. in fin. & 60. eodem titul. in anti. Quia
tamen appellatio nõ fuit legitimè intimata die
28. Ianuarii. 1547. fuit tentum appellationem
non deuoluere, etiam appellato tacente, & non
contradicente, & multa allegata fuerunt ad p̃-
bandum, quòd ultra appellationem extraiudi-
cialem requiritur, q̃ cauſa committatur: & ita
declaratur per Aegid. deciſ. 520. & 521. Hactenus
deciſ. Putei. Pro hac eadem opinio. negatiua eſt
etiam in terminis Dec. Achil. 3. ſub eodem titul.
de appellat. quam omnino uideas, ubi reſpon-
det ad contraria, præſertim ad ea, quæ adducit
Sarnenſ. in 54. quæſtio. regula, de Triennal. Ad il-
lud, quòd appellatio extraiudicialis uim citatio-
nis habeat, reſponderi poteſt, quòd non ſit pro-
priè citatio; cuius uigore quis comparere tenea
tur, ſecundum Innocentium. in cap. dilecti. col.
1. de maioritate, & obedientia. prout concludũt
Doctor. in capit. cum ſit Romana, de appellat.
libro 6. & Sarnenſ. in allega. quęſtio. 54. de trien
nal. numer. 3. uerſicu. quia appellatio extraiu-
dicialis.

REGVLA XXX.

De Veriſ. notitia obi.

ITEM uoluit, & ordinauit, quòd omnes gratię quas de quibuſuis beneficiis eccleſiaſticis cum cura, uel ſine cura, ſecularibus, & regularibus per obitum quarumcunque perſonarum uacantibus, in antea fecerit, nullius roboris, uel momenti ſint, niſi poſt obitum, & ante datam gratiarum huiuſmodi tantum tempus effluxerit, quòd interim uacationes ipſę, de locis in quibus perſonæ prędictę deceſſerint, ad notitiam eiuſdem domini noſtri uerisimiliter potuerint perueniſſe.

S V M M A R I V M.

1 *Veriſimilis, & veri conſiderationem eiuſdem virtutis eſſe.*
2 *Veriſimile quod non eſt falſitatis habet imaginem.*
3 *Veriſimilitudo pro lege habetur.*
4 *Veriſimilius dicitur, quod magis conſonat iuri communi, & rationi.*
5 *Veriſimili non tantum concedendum, vt à vero recedamus.*
6 *Exteriora indicant interiora.*

REgula hæc uult, impetrationes beneficiorum per obitum vacantium irritas eſſe, niſi cõgruum tempus pręceſſerit, intra quod ueriſimilis notitia obitus peruenire potuerit. Non poteſt commode diuidi, quia ſub eadem ſtructura, ſauorabilis conſenſu omnium iudicanda erit, & extendenda, ac amplianda quo ad fieri poterit, tantus eſt enim ueriſimilitudinis ſauor, ut e-
1 iuſdem uirtutis eſſe, & ueri, † & veriſimilis conſiderationem aſſeruerit Philoſ. in præfa. Rethoricorum, ad Theodecten. & Bald. in l. 1. C. de ſeru. fug.
2 poſt num. 9. aduotauit † ueriſimile quod nõ eſt, falſitatis habere imaginem: & ueriſimilitudo cognata eſt naturæ. Bald. conſ. 180. mortuo filio. cit.
3 medium. lib. 3. & † ueriſimilitudo pro lege habetur Oldr. conſi. 13. cum quæſtio. ante fi. Aimo Cra
4 uet. conſi. 75. accuſator de falſo. nume. 24. Veriſimilius autem illud dicitur, quod magis conſonat iuri communi, & rationi Innocen. in c. auditis. poſt medium, & ibi docto. de præſcrip. Ioann. And. & But. in c. in noſtra. de teſti. & in cap. licet cauſam. de probatio. Aimo dicto conſi. 75. ante num. 25. Qui autem funditus attingere uoluerit, quid iura circa ueriſimile diſponunt, quantumque pro negociis quibuſcunque dirimendis ueriſimili utantur, uidere poterit quæ tradunt doct. in c. quia ueriſimile, de præſump. & quæ cumulat Hippo. de Marſi. ſuper rub. C. de probat. nu. 108. cum pluribus ſequen. & latiſſimè per And. Tiraquel. in repe. l. ſi unquam. C. de reuoc. dona. num. 37. uerſi. ſed iam ni fallor, uſque ad nume. 60. ubi omnes leges, & auctoritates, de ueriſimili tractantes, ſeu loquẽtes adducit, & ibi uidere licet quanta ſit uis, & potentia ueriſimilis: uide etiam Nic. Euerard. in Topica iuris ciui in loco a ueriſimili.
5 Vnum tamen addo, quòd non tantum † ueriſimili concedamus, ut a uero recedamus, fallimur e-
6 nim ſæpe ſub ſpecie recti, & licet † exteriora indicent interiora. 2. Machabeo. 3. Iam uerò qui uiderat ſummi Sacerdotis uultum mente uulnerabatur: facies enim, & color immutatus declarabat internum animi dolorem: circumfuſa enim erat meſtitia quædam uiro, & horror corporis, per quem manifeſtus aſpicientibus dolor cordis eius efficiebatur. c. 2. & 3. cum glo. fin. in dicto. c. 3. de præſumpt. c. & ſi quæſtiones. cum glo. in uer. conſtat. de ſimon. Sociu. conſil. 28. circa primum. nu. 2. lib. 1. uidemus infinitos unum in corde, aliud in ore habere. nec noſtrum exiſtimare, ſeu aſſerere operari poteſt, quòd res aliter ſe habeat quã in ueritate ſit, prout docet Philo. lib. 1. periherm. ante finem. ſed melius docet nos, ueriſimile uerũ immutare non poſſe, Deus noſter optimus Maximus, dum nos monet cauere a falſis prophetis, & Hipocritis, qui ſub pelle ouina Lupi rapaces exiſtunt. & non recedendo a diuinis hiſtoriis, nonne ueriſimilem fatebimur Suſannæ accuſationem, teſtium ſenium contra eam depoſitionem, ſentẽtiam, & condemnationem? ueriſimile uidebitur hebræos ſeniores in magiſtratu exiſtentes, non accuſaſſe Ieſum, niſi peccaſſet, ipſequè Ieſus cum impiis reputatus eſt, & tamen impius non fuit, ſed piiſſimus, qui ſemetipſum pro peccatis noſtris atrociſſimæ morti obtulit. Demum quis ueriſimilia dicet tot miracula in ueteri, & nouo teſtamento deſcripta? & tamen, nec in minimo quidem a ueritate ipſa diſcrepant: ſed non mirum, quia apud Deum omnia ſunt poſſibilia. aduertant igitur omnes præſertim ii, qui iudicant ſuper terram, ne tantum ueriſimili deferant, ut uerum poſtergent.

S V M M A R I V M.

1 *Regula hæc, an in legato, & ordinario locum habeat.*
2 *Ordinarij collatio de beneficio verè vacante, licet vacatio ignoretur, ualet.*
3 *Ratio prima huius regulæ à ſcribentibus aſſignata.*
4 *Regulę huius ſecunda ratio.*
5 *Præuentio inter Papam, & ordinarios eſt de iure permiſſa.*

1 PRimo quæro, † an regula hęc in legato, & ordinario locum habeat? partem affirmatiuam tenent Sarnenſ. hic, & omnes quos ipſe allegat, & dicit eſſe ueriorem, & communem; cum eo tenet etiam Rebuf. hic dicens, ita iudicatum, & eoſdem adducit quos ipſe Sarneoſ. idem tenuit, idem Rebuff. in probem. concorda. pagin. 27. in princ. uerſic. & ideo dicunt. & ſub rub. de manda. Apoſto §. declarantes. pag. 513. in fin. uerſicu & an illa regula habeat locum in ordinario, & in tracta. nomina. quæſt. 17. pag. 222. uerſic. ideo concludit de Ripa. Pro parte negatiua concludit Stephan. Bertrand. conſil. 128. non poſſum obſtantibus. uolum. 1. in nouis. principale fundamentum eſt, quia uerba regulæ nulli alteri conueniunt niſi Papæ, ergo nec diſpoſitio, ad. l. hos accuſare. §. omnibus. ff. de accuſa. cum uulga. adducit alia quæ uideri poſſunt, ego autem ultra eum conſidero, quòd omnes ſuper præmiſſo, quęſito ſcribentes, fatentur ualere † collationem
2 ordinarii de beneficio uerè uacante. licet uaca-

tio.

tio ignoretur,per no.per Ioan.Mona.& Io.Andr.
in c.2.de electio.lib.6.& in cap.ſi tibi abſenti. de
præben.eo.lib.cum aliis quæ allegat gl. pragma.
in titu.de colla.§.neque.in verſicu. faciendas.fol.
145.Lap.alleg.6.& 89.colum.ante pen.Rot.171.
no,quod ubi executor,in antiq. & ſemper inſpi-
cienda eſt ueritas.& maximè ubi quis ex ignoran
tia damnum ſentit, quia nunquam illa poteſt al-
legari,prout concludit Alexan. conſilio 36. uiſo
themate.in fi.uolum.4.ſi igitur collatio huiuſmo
di de iure tenet,non uidetur eſſe locus confidera
tioni ambitionis,ſeu uoti captandæ mortis, ſeu
cuiuſuis alterius fraudis, & retorquendo diſtin-
ctionem quam facit Ripa in cap.2.ante fi. de re-
ſcrip.ubi ait,q̃ aut regula cancellariæ eſt extra-
cta ex corpore iuris,uel ex ratione naturali, & lo-
cum habeat in Cu.Roma.& extra.Aut ſolum ab
uſu,& conſuetudine patrisfamilias,ſeu curiæ, &
non liget legatum,ſeu ordinarium,ſed ſolum re-
ſpiciat Cu.Roma.ut per Anchara.Cardin. Feli.
& Iaſ.per eum allegatos, regula non eſt extracta
ex corpore iuris,uel ex ratione naturali,ergo ex-
tra Cu.Rom.non procedat.Minorem probo:pri-
3 ma † enim ratio aſſignata per eundem Rip.quod
iſta regula ſit extracta ex tex. cap.deteſtan.de cõ-
ceſ.præbend.libro 6.procedit ex capite ſuo, nec
uidetur uera,quia ille tex.loquitur in prouiſione
ad uacatura,in qua merito notatur ambitio, &
propriè cadit uotum captandæ mortis, ut ibi p
omnes, & in l.fina. C. de pact. ſed in caſu noſtro
hæc ceſſant,quia in uacantibus ueritate attenta,
non poteſt conſiderari ambitio,nec eſt ueriſimile
quòd quis conſpiret in mortem alterius, ut im-
petret eius beneficium, ideo de iure ſuſtinetur
prouiſio,ut dixi. Concordando igitur tex. in præ-
alleg.cap.deteſtandę cum præmiſſa concluſione
docto.fatendum eſt ceſſare eius rationes. Altera
4 † ratio quæ per alios magis communiter aſſigna
tur,uidelicet,fraudis Papæ, circa ordinarios, &
contra,prout per glo.antiquum hic, & per gloſſ.
pragma.de colla.§.neque.in verſic. faciendas ſu-
pra alleg.& per Sarnen.hic quæſtio.1.& alios per
5 eum adductos,minus uidetur uera, quia † præ-
uentio inter Papam, & ordinarios, eſt de iure
permiſſa.cap.quia diuerſitatem. de conceſ.præ-
ben.c.ſi a ſede.de præben.lib.6.latè per glo.pra-
gma.in præalle.§.neque.in uer.præuentionem.&
cum de iure,ut probaui,non referat, an ordina-
rius ignorauerit uacationem, ideo neque ex iſta
ratione poteſt dici fundata regula, in aliquo iu-
re,uel ratione naturali, uerè approbata, unde ſe-
quitur quòd habeat ſolum fundamẽtum in uſu,
& uoluntate curiæ,& Papæ,unde non liget ordi-
narios,ut aliàs fuit deciſum,ut teſtatur gloſſ.hic
& etiam Sarnen.qui referunt teſtimonium Coro
nati aduocati.Accedunt pro hac opin. negatiua
uerba regulæ,quę nullo modo ordinariis,ſeu lega
tis conueniunt,& inter alia cum hęc regula loqua
tur de gratiis ſuper beneficiis regularibus, clarũ
eſt,quòd iſta qualitas conferendi beneficia regu-
laria,iſtis non competit,ſed ad abbatem, & con-
uentum,ſecundum communem opin. cap. fina.
cum glo.in uer.pertineat,& ibi Archid. Io. Mo-
na,domi.& Franc.de reg.lib.6.& docto.in cap.ca
noſcitur,de his quæ fiunt à præla. ſine con. capi.
poterit igitur ſolus Papa, qui cum quocunque
ordinario concurrit,de talibus beneficiis regula-
ribus diſponere,non autem legatus, ſeu epiſco-
pus,& quod alii a Papa excludantur a regula,ſup
ponunt illa uerba regulæ in fin.ibi, ad notitiam
eiuſdem domini noſtri, & ſic extra Papam om-
nes excluduntur;ſimilem interpretationem facie
doctus modernus Pet.Rebuf.ſuper concordan.ſub
rub.de regia ad præla.nomi.facienda.§.t.in uer
ſicu.idem tex,ante fi.& ex prædictis uidentur tol
li.& ſubuerti omnes conſiderationes pro parte
affirmatiua factæ,uerum quia Rota ſub die. 22.
Ianuarii.1449.& die.12.Iunii in una Barchionẽ.
præpoſituræ coram bon.me.Hieronymo Nouato
inter R.P.D.Antonium Auguſtinum pręclariſſi
mum Rotæ Auditorem ex una,& Domin Anto-
nium Sibil.ex altera concluſit regulam hanc pro-
cedere in ordinariis,ulterius non inſiſto.Pro qua
etiam opin. affirmatiua, quòd regula hæc, ſiue
ius commune, legatum, & ordinarium liget, ul-
tra citatos concludunt idem Dom. meus Philip.
Dec.in l.fina.colum.4.C.de pact. Io. Igneus in l.
3.§.utrum,nu.33.& ſeq.ff.ad Syllani. Rebuff. in
tracta.nomina.q.17.uerſicu. Nec refragatur. latè
Phi. Prob. qui reſpondet pragma.de collatio. §.
neque etiam.in uerſic.faciendas.nu.5.uer. quod
probat aliis rationibus.

SVMMARIVM.

1 *Regula hæc,an comprehendat illam ſpeciem uacationis obitus,quæ includi poſſet ſub clauſula,ſeu alio quouis modo in reſignatione appoſita.*
2 *Origo inſpici debet.*
3 *Dolum,& fraudem in dubio non præſumi.*

1 SEcundo quæro † an regula hęc com-
prehendat illam ſpeciem uacatio-
nis obitus, quę includi poſſet ſub
clauſula, ſeu alio quouis modo,ap-
poſita in reſignatione?Caſſad. deci.
29.ſuper hac regula concludit pro parte affirma-
tiua.nume.2.& ſequen.& refert ita tenuiſſe maio
res.& quod ipſe conſentientibus Domin. Rotæ
auditoribus ita iudicauit, idem concludit Sar-
nen. hic quæſtio. 3. qui plura pro utraque parte
adducit, & ante numer. 3. dicit hanc opin.affir-
matiuam eſſe ueriorem,licet poſtea ante fi. quæ-
ſtio. conetur ſuſtinere quandam ſuam nouam
diſtinctionem,quæ ultra quòd ſit parum practi-
cabilis uidetur aerea,& frigida. Pro parte uero
negatiua cui adhæreo,concludit gloſſ.pragma.in
uerſic.faciendas.in fi.ſub titu. de collatio. §. neq;
etiam. ſequitur Ioan. de Syl. in tract. beneficio.
par.3.quæſtio.46.colum.2.in fi.uerſic.& dicta re-

gula non procedit. eandem opin. negatiuam (uti
Satnen. teſtatur) tenuerunt Felinus, Iacobatius,
de Accoltis, Nicolaus de Vbaldis, & alii per Sar-
nen. relati. idem etiam tenuit Aimo Crauet. con-
ſilio 88. quæritur an collatio. num. 9. & 12. & Do.
Pett. Rebuff. ſuper concord. §. declarantes. ſub tit.
de manda. Apoſto. uerſic. intellige hanc præuen-
tionem, ibi niſi prætextu tenuntiationis &c. cum
igitur prædicti doctores tenentes hanc opin. ne-
gatiuam ſint plures numero, & graues, ac cele-
bres hæc opi. negatiua uī magis cōmunis, & te-
nenda, ſtante præſertim praxi Galliæ, quæ tam in
conſulendo, quàm in iudicando hanc opin. nega
tiuam amplectitur, uti teſtatur Prob. in additio.
poſt dictam glo. pragma. in uerſic. faciendas. nu.
7. incipien. opi. gl. amplectitur praxis Galliæ &c.
potiſſimum fundamentum pro hac opin. nega-
2 tiua eſt illud, quod † origo inſpicienda eſt. l. qui
id quod. in princip. ff. de dona. l. tutor datus. ibi
non titulus actionis &c. de fideiuſſ. l. clam poſſi-
dere. uerſic. Non enim ratio obtinendæ poſſeſſio-
nis. ſed origo nanciſcendæ exquirenda eſt. & gloſ.
in l. ſi de eo fundo. §. fin in uer. teneri. uerſic Nam
non ideo. ff. de acquiren. poſſeſ. l. ſi filiusfam. in fi.
C. ad Maced l. quod ab initio. ubi latè præceptor
meus Domin. Philipp. Dec. ff. de regu. iuris. idem
Dec. conſi. 53. placet mihi. colum. 1. uerſi. ſed ſecun-
dum de quo agitur. origo autem accedendi, ſeu
mittendi pro impetrando beneficio in caſu pro-
poſito, fuit ad effectum executioni demandandi
reſignationem, illa ergo attendi debet, & ſic ceſ-
ſabit diſpoſitio regulæ huius de reſignatione nō
loquentis. Inſuper illa ſpecies uacationis obitus,
ſub clauſula, ſeu alio quouis modo comprehen-
ſa, & clauſula ipſa, acceſſorie ueniunt, & non prin
cipaliter acceſſorium autem ſecundum ſuum
principale regulari debet. l. cum principalis, &
l. nihil doli. §. cum principale, ff. de regulis iuris.
capitu. acceſſorium. eod. libro 6. gloſſ. in uerſ. ima
ginem. in fin. l. uni. C. de lati. libet. tollend. Poſtre-
mo ſi regula hæc ad tollendum fraudes, ſeu illis,
ac ſuſpitioni inſidiandi uitæ alienæ occurrendum
(ut Docto. cōſiderant) emanauit, hic omnis fraus,
omnis malus dolus, omniſque ſiniſtra ſuſpitio
ceſſat, cum euidens ſit cauſa tranſmiſſionis ad
Romanam Curiam, ſeu ad alium locum pro per
ficiendo tractatu reſignationis inchoatæ, & ſi eſ-
3 ſemus in dubio concludere deberemus † dolum
& fraudem in dubio non præſumi, ad l. quoties.
§. qui dolo. ff. de probatio. l. ſed & ſi inuitus. §. ſed
& ſi conſtante. ff. qui & a quibus l. merito. ff. pro
ſocio. l. fluminum. §. final ff. de damno infecto. l.
nullus uidetur dolo facere. ff. de regul. iur. l. cum
ita. §. ſpecies ff. de lega. 2. capitu. fina. de renun. li
bro 6. l. 2. §. ſequitur. ff. de do. ma. excep. & propte
rea dixit Bar. in præalleg. l. fluminum. §. fina. per
illum tex. quòd in dubio ille qui procurat utilita
tem ſuam, dato quòd conſequenter alteri no-
ceat, non præſumitur facere animo nocendi. ſe-
quitur Dec. conſi. 489 in caſu occurrenti. num. 7.
uer. & de tali dolo in caſu iſto non conſtat. & pro
præmiſſis uideatur Spe. in titu. de appel. §. nunc
tractemus ad quem, ante nume. 7. uerſi. ſed quo-
niam qui fraudem allegat, fraudem probare tene
tur. Dec. conſi. 313. promiſit D. Ioan. colum. fi. nu.
5. Quod tanto magis procedit in caſu noſtro cū
ageretur (ut præmiſi) pro executioni demandan
da reſignatione, cui nec iura reſiſtunt, nec iſtud
eſt de genere prohibitorū, in quibus caſibus do
lus, & fraus præſumeretur. l. quemadmodum.
C. de agric. & cenſit. libro 11. capit. qui contra
iura. de reg. iur. libro 6. Ang. in l. plagii. C. ad leg.
flau. de plag. Roma. conſi. 437. in caſu. numero 3.
Nec illud argumentum Sarn. nu. 7. ꝙ ex quo clau
ſula iſta, ſeu alio quouis modo, uerificari non poſ
ſit in caſu propoſito niſi in morte, operetur per-
inde ac ſi impetratio per obitum facta fuiſſet, ea
ratione, ꝙ genus in uno indiuiduo tantum uerifi
cabile, pro ſpecie habeatur, ſubſiſtit; iura. n. quæ
allegat hoc nō probant, immo errat in terminis,
non poteſt enim dari in rerum natura, ſaltem ſe-
cundum ſuam proprietatem, quòd genus non
poſſit uerificari niſi in uno indiuiduo, quomodo
enim animal uerificari tantum poterit in ipſo tā
tum Socrate? vel in hoc equo tantum? ſed dato ꝙ
ipſe Sarnen. more iuriſperitorum aliquorum, lo-
gicæ, ſeu dialecticæ principia ignorātium loquu-
tus fuerit, genus pro ſpecie accipiendo, quomo-
do ſupponere poteſt ſpeciem, quæ de pluribus
differentibus numero prædicatur uerificari poſ-
ſe in Socrate tantum? ſed datis præmiſſis pro ue
ris, adhuc reſponderi poſſet quòd de ſui natura,
ſeu in potētia, uerificari poterat illa clauſula per
alium modum uacandi, quàm per obitum, puta
per ingreſſum religionis, contractum matrimo-
nii, priuationem, ſeu aliàs.

S V. M M A R I V M.

1 *Regula hæc, an in commenda procedat.*
2 *Commenda, eſt titulus canonicus.*
3 *Commendæ perpetuæ iuxta hodiernum ſtilum concedi ſo*
litæ parum, uel nihil diſtant ab alijs beneficiorum pro
uiſionibus.
4 *Commendatarij perpetui faciunt fructus ſuos.*
5 *Commenda in dubio cenſetur perpetua.*
6 *Actus certo tempore non concluſus perpetuus repu-*
tatur.
7 *Argumentum à re ad tempus.*
8 *Commenda in fauorem eccleſiæ eſt depoſitum tempora-*
neum ad nutum remouibile.
9 *Commendæ temporaneæ, non in fauorem eccleſiarum,*
ſed perſonarum, quæ ſint.

1 TErtio, quæro an † regula hæc proce-
dat in commenda? latiſſimus, &
pinguis campus ſeſe offert, diſcu-
tiendi quid, & quotuplex ſit cōmo-
da, an det titulum, an per eam ua-
cet beneficium, & per eam expiret reſeruatio, &
quos

quos effectus operetur. verum qoia glo. Gemin. & Philipp. Franc. in c. nemo deinceps. iſta diſcutiunt, ad eos, & ad Roman. conſi. 350. in caſu propoſitæ conſultationis. Corn. conſi. 66 placet mihi. uolum. 3. Matthæ. Mateſi not. 191. no. q licet. verſic. Immo etiam puto, q habens beneficium in commendam. Dec. conſi. 149. in cauſa iuriſpatronatus. num. 5. Rot. 27. no. quòd ubi beneficiũ eſt in commenda; & 243. oo. quòd ubi beneficiũ eſt reſeruatum. io anti. & Biſign. 1. de præbend. in antiquio. Feder. in tracta. permut. quæſt. 15 & ad alios infra adducendos me remitto, uideatur omnino glo. pragma. ſub titu. de paci. poſſeſſ. in uerſicu. titulum, fol. 289. ubi poſt doctor. in præalle. c. nemo deinceps. firmat communem opinionẽ
2 eſſe † commendam eſſe titulum canonicum. Do. Pet. Rebuf. in tractat. de paci. poſſeſs. nume. 36. cum plotibus ſequen. ubi plura de commenda, & commendatario, & latius in ſua praxi beneficiaria, dum de commenda tractat. pag. 205. & ſequen. & latius qoàm alius tractauerit per Gæſa. Lamber. in tracta. de iurepatrona. lib. 2. par. 1. q. 6. art. 14. per totum. fol. 220. a tergo. & fol. ſequ. plura fundamenta pro quæſito propoſito pro affirmatioa, & negatiua elici poſſunt, quæ hic referre, alienaque ſcripta tranſplantare, uanum; & indignum putaui, uideatur etiam Sarnenſ. in 13. quæſtio. de infirm. in 6. qoæſt. de impe. ben. uaca. per obi. faml. Card. & copioſius in 9. quæſtio. de triennali. Ex locis ſupra citatis uerior opinio eſt,
3 & in praxi ſeruator, qoòd † commendæ perpetuæ iuxta ſtilum hodiernum concedi ſolitæ, parum, oel nihil diſtant, ab aliis prouiſionibus beneficiorum. Alciat. in l. pactum curatoris. colum. 1. C. de pact. Sarnen. io 20. quæſtio. regul. de An-
4 na. & ita poſſident, & faciunt fructus ſuos † commendatarii perpetui, præſertim propter clauſulas in ſimilibus commendis apponi ſolitas, de qoibus per Dom. Rebuf. ſupra allega. in tract. de paci. poſſeſſ. nume. 43. pag. 309. & in praxi. pagi. 206. nume. 17. dum formulam commendarum inſerit, ſicut alii prouiſi de quibuſuis beneficiis Caſſado. dec. 32. Paſchaſius de Rota. nume. 6. ſuper regulis. Ad rem noſtram redeundo, quantum attinet ad commendas perpetoas, concludendum eſt regulam noſtram illas comprehendere, ea præſertim ratione, qoia ita fraus committi poteſt in impetrationibus commendarũ, ante uerifimilem notitiam, ſicut in impetratione ipſorum titulorum, & cum parum, uel nihil, ut præmiſi, à titulis ipſis differant, quod ſtatuitur in titulis, & in iis ſtatutum eſſe ceoſendum eſt, & pro hac opinione affirmatiua ſuper hac regula concludit Caſſado. deciſ. 30. ſuper regulis, Sarnenſ. quæſtio. 6. de Impe. ben. uacan. per obi. fam. Cardin. nume. 7. verſicul. & reſpondet ad illa uerba poſita hic in regula, &c. idem Sarnenſ. hic quæſtio. 4. & Rebuf. gloſ. 5. uerſic. etiam procedit hæc regula pagin. 180. & quo ad alias regulas uideatur Caſſado. deciſio. 32. Paſchaſius de Rota. & deciſio. 37. familiaris alicuius, ſuper regulis. & aliqua ex rationibus ibi poſitis inſeruire poſſunt huic opinioni affirmatiuæ. prædicta de plano procedere uidentur, ſi de commen-
5 da perpetua loquimur, & in dubio † commenda cenſetur perpetua, niſi de contrario appareat, prout concluſit Rota per Sarnen. relata in 4. quæſtio. regulæ de publican. nume. 10. & eſt ratio,
6 quia actus certo tempore non concluſus † perpetuus reputatur, ad l. iuriſperitos. in principio & ibi Bartol. ff. de excuſa. tuto. in 2. lectu. l. ſufficit. ff. de condi. indeb. glo. 1. in cap. fina. de ſolut. ante finem. uerſ. ſi uero incertum ſit, an exceptio ſit temporalis, an perpetua, &c. Hoſtien. in c. ſi cõſtiterit. poſt princ. ubi qoòd collatio facta, de beneficio perpetua præſumitur, de accuſa. Feder. de Sen. conſi. 32. caſus talis eſt, quidam de populo, columno. penol. uerſicu. item dubium eſt, an noxius. & colum. fina. uerſicu. non obſt. l. ex facto, glo. in clem. & ſi principalis, de reſcrip. in uerſic. per electionem. poſt princi. ubi ampliatur etiam ſi conceſſio ſit ad beneplacitum, prout per Ioan. de Sylu. in tract. beneficii. quæſt. 68. colum. 2. par. 3. Alexand. conſi. 216. magiſter Albertus. poſt numerum 6. oolum 7. Dec. conſil. 472. teſtator. nu. 21. Sed dubium remanet, quid in commendis ad tempus, puta iuxta terminos alleg. cap. nemo deinceps, de electio. lib. 6. uel alias temporales, de quibus infra loquar, & ſi doctor. concedunt perpetuas commendas æquiparari collationibus ſeu prouiſionibus, denegare uidentur temporales eſſe tales, argumento tex. in l. cum prætor. ff. de iudi. com uulga. uel a contrario ſenſu aliud omnino dicendum ſit, ad text. in l. 1. cum uulgat. ff. de offic. eius. immo in infinitis locis ſupra adductis ſemper. fit iſta diſtinctio, ac differentia, uidelicet, aut loquimur de commendis perpetuis, aut de temporalibus, ſit etiam dum quærimus, an commendata beneficia permutari poſſint, fit illa diſtinctio, an ſit perpetuò commendata, & reſpondetur quòd ſic; alias ſecus. Feder. de Sen. in tracta. permuta. quæſtio. 19. & ibi Lap. in addi. Sed contra, quòd iſta qualitas perpetuitatis, uel temporalitatis, conſideranda non ſit, probat in terminis proximè poſitis, de permutatione, Pet. And. Gambarus olim peritiſſimus Rotæ Auditor in tracta. permuta. fol. 91. nume. 58. uerſicu. contrarium autem, quod imò etiam de commenda temporali, &c. ſubdens, quòd qua ratione permutari poteſt pingue beneficium cum tenui, eadem perpetuum cum
7 temporali, arguendo † à re ad tempus. ad l. miles ita. §. & quia diximus. ff. de milit. teſta. Angel. conſi. 123. uiſo libello. poſt medium. uerſicu. ſed arguendo de re ad tempus, &c. Com. conſi. 107. in hac conſultatione. nu. 10. li. 2. Barba. conſi. 21. præclarè. lib. 2. Ego circa omnes commendas diſtinguerem ſic. Aut loquimur, de commendis perpetuis, & uera ſit opinio affirmatiua, ut regulæ ſit locus ad ſupra deducta. Aut loquimur

in commendis temporalibus, & ſubdiſtinguerē
hoc modo, uidelicet, aut loquimur in commen-
dis ad utilitatem eccleſiarum, puta iuxta termi
nos allega. cap. nemo deinceps, de electio. lib 6.
quæ commenda eſt ſimplex cuſtodia, nec talis cō
mendatarius dicitur habere titulum, prout ibi,
per doctn. & crederem reſponderi oportere nega
8 tiuè, & ſic regulæ non eſſe locum. Talis † enim
commenda in fauorem eccleſiæ nihil aliud eſt,
uti etiam ex etymologia apparet, quàm depo-
ſitum temporaneum ad nutum reuocabile. l. cō-
mendare. ff. de uerbo. ſignifi l. lutius. ff depo. c. ne
quis arbitretur. §. illud autem. 22. quæſt 2. gloſ.
in uer. commendare. in princ. præallegat. c. nemo
deinceps. idem dicam in omni caſu, in quo com
menda fit ad fauorem eccleſiarum, ut puta ſi re-
ctor eccleſiæ curatæ mentecaptus ſit, uel abſens
non relicto uicario ordinarius commendat quo-
uſque furor, ſeu abſentia duret, nec prius etiam
lapſo ſemeſtri. commenda finitur, quā ſi furor,
ſeu abſentia ceſſet, & de re commendata anteqnā
furor ceſſet non reſtituenda habemus pulchrum
tex. licet in aliis terminis in alleg. c. ne quis arbi-
9 tretur § illud uero. 22. q. 2. Aut loquimur † de
de commendis temporalibus non in fauorem
eccleſiarum, ſed perſonarum, puta ſi conferatur
beneficium curatum in duodecimo ſuæ ætatis
anno conſtituto, in commendam, uſque ad de-
cimum octauum annum, deinde in titulum, qđ
tempore Pauli Tertii, & antea paſſim concede-
batur, hodie tamen in illa ætate denegatur: uel ſi
aliud beneficium obtinenti incompatibile com-
mendetur uſque ad tantum tempus, intra quod
primum reſignare, ſeu illi cedere teneatur, uel
quia fiat prouiſio de curato non dum in ſacris
exiſtenti. aut conceditur in commendam benefi
cium regulare clerico ſeculari, donec monachiſ-
mum profiteatur: & deinde in titulum, in iſtis
omnibus caſibus. & ſimilibus. concludendum eſt
regulæ locum eſſe. cum militent rationes noſtræ
regulæ, & cum obitus etiam cauſa ſit, ut tales
commendæ ceſſent, & ad euitandum fraudes ita
debet requiri ueriſimilitudo obitus talium com
mendatariorum temporalium, poſſidentium, &
fructus ſuos facientium, & ad eorum utilitatem
conuertētium, ſicut aliorum perpetuorum com-
mendatariorum, ſeu titulos habentium.

S V M M A R I V M.

1 *Veriſimilis notitia, de qua in regula; quomodo acci-
pienda.*
2 *Dietam legalem uiginti milia paſſuum conſtituunt.*
3 *Dietas per uulgares computatio facienda.*
4 *Veriſimilis notitia de qua hic, admittitur etiam per cur-
ſores.*
5 *Diplomata etiam accipi pro mandatis principum.*
6 *Felici diplomate uti. prouerbium.*
7 *Probationum materia eſt iudici arbitraria.*

1 QVarto, quæro † ueriſimilis notitia, de
qua in regula, quomodo accipien-
da, ſeu temperanda ſit? & cum in-
terpretatio regularum, ſiue eas con-
ſtitutiones dicamus, ſiue ſtatutis æquipollere aſ-
ſeramus, ab ipſis legibus, ſeu conſtitutionibus,
ſeu iuxta illas declarari, & limitari debeant, etiā
ſi indiſtinctè, ſeu generaliter, uel per uerba uni-
uerſalia loquantur. l. ut gradatim. ibi, & ita re-
ſcripto diui Marci continetur, ſecundum quod
edictum declaratur, & regulatur municipalis lex.
ff. de mune. & hono. l. fina. C. qui teſtamen. facere
poſſ. Pariſi. conſi. 57. nobilis. numer. 39. uolum. 4.
regula noſtra requirit ueriſimilem notitiam per-
uenire potuiſſe a loco obitus, ad ipſum Papam,
ergo ſecundum locorum diſtantiam fieri debet
dietarum numeratio, unde ſi obitus fuit in ciui-
tate Senarum, ab Vrbe, & ipſo ſummo Pontifice,
per miliaria centum diſtante, uidendum eſt per
quot dies ueriſimilis notitia a dicta ciuitate, ad
ipſum Papam peruenire potuerit, & quia habe-
2 mus iura clara † in itinere faciendo uiginti milia
paſſuum conſtituentia in dies ſingulos. l. 3. ff. de
uerborum ſignification. l. 1. ff. ſi quis cautio. §. qui
enim excuſare. iuncta glo. in uer. uiginti milium,
Inſti. de excuſ. tut. § 1. c. præſenti. §. loca uero. lun.
gloſ. in uer. legales. de præbend. libro 6. neceſſa-
rio concludendum eſſe uidetur a Senis Romam
in quinque diebus ueriſimilem obitus notitiam
peruenire poſſe, cuilibet diei miliaria uiginti
diſtribuendo, iuxta iurium prædictorum diſpo-
ſitionem. Secunda opinio erit, quòd conſide-
randa ſit diſtantia a loco obitus computando,
3 non ut ſupra per dietas legales, ſed per † die-
tas uulgares, arguendo a ſpeciali, text. enim in
præallegato capit. præſenti. §. loca, in illo caſu
dicit dinumerationem faciendam iuxta dietas
legales, ergo extra illum caſum aliter dicendum
erit; facit textus, in cap. nonnulli. iuncta gloſa.
in uer. ultra duas. circa medium. uerſic. & di-
cas, quod de uulgaribus, de reſcrip. & ibi Inno-
cen. num. 2. & Abb. nume. 6. in 2. nota. ubi dicit
communem opinionem eſſe in dubio interpre-
tationem fieri debere de dietis communibus
glo. in cap. ſtatutum. §. cum autem actor. in uerſi.
unam dietam, de reſcript. lib. 6. Alexand. conſil.
22. conſideratis. uolum. 4. Paul. Caſtrenſ. in l. 1.
nume. 4. & ibi Iaſon eodem nume 4. ff ſi quis cau-
tio. & huic opin. uidetur conformis text. in l. con
tinuus. §. cum ita ſtipulatus, ibi, ut neque diplo
mate, l. diebus, ac noctibus, &c. & poſtea ibi, ut
& mature perueniat, id eſt, eodem tempore quo
plerique eiuſdem conditionis homines ſoleat
peruenire. ff. de uerborum obliga. glo. in cap. ubi
periculum. §. hoc ſacro. in uer. decem, de electio.
4 libro ſexto. Tertia opinio ſit, quòd † ueriſimi-
lis notitia, de qua hic, admittatur etiam per cur-
ſores, & ſic ad inducendum hanc ueriſimilitu-
dinem diplomate uti liceat, id eſt cartulis ſigno
principali obſignatis, uel teſſeris, quibus agni-
tis

tis,qui ἐπαρχοι dicuntur, hoc eſt, præſides præfe-
ctique olim uehicula cum equis publici curſus,
hodie uero celeres equos, quos poſtas uocant,
quaſi certis in locis poſitos, & collocatos accõ-
modabant, & accomodant, de diplomate loqui
turtex.præall.in.l.continuus §.cum ita ſtipula-
tus.ff.de uer.obli.licet corruptè ibi diploma le-
gatur,ſic etiam in l.eos qui.ff.ad l.Corneliam de
fall.ubi diplomate legendum eſt, prout ibi anno
tauit Budęus, cui multum poſteritas debet, ſu-
ſtulit enim pleraſque nubes,& barbaries,inter ſa
cras leges,tanquam ſpinae inter roſas mixtas,ibi
5 latè declarat quid ſit diplomate uti,& quòd† di-
plomata etiam accipiuntur pro mandatis prin-
cipum regio ſigno ſancta; & quæ nos literas a-
poſtolicas, ſeu bullae põtificias hodie uocamus.
& diploma pro reſcripto principis accepit Cic.
in epiſt.de literis Cęſaris loquens,ſub his verbis,
diploma ſtatim non eſt datum.li.10.ad Atticum
epiſto.13.incipien.pridie idus, & de diplomate
Ceſar libr.3.belli ciui.& Catel.Cot.in memoria.
hoc uer.Diploma. iuxta primam ſignificationẽ
6 habemus prouerbium † fœlici diplomate uti,
quod illis conuenit,qui omnia præproperè agũt,
ab iis ducto prouerbio qui curſu publico per di
ſpoſitos, ſeu mutatos equos, omni tempeſtate
contempta,nocte, dieque iter agunt, quod ab-
ſque principis diplomate facere minimè conceſ
ſum erat,prout etiam annotauit Andreas Alcia.
in tracta.de uer.ſigni.lib.4.num.11.uerſic.fœlici
diplomate,pro præmiſſis uideatur etiam Dom.
Pet.Rebuff.in prohe. concor.in uer.diplomati-
bus,& in princ.præmittit quòd in impetrationi
bus quotidie uti ſolemus diplomate, dum non
excedat modum ueriſimilem,de quo in hac regu
la,& ſic expreſſe uult,quòd ueriſimilitudo huius
regulæ uerificetur, dum quis diplomate utitur,
& ſic per curſores uriſimilitudo admittitur,dum
tamen iuxta ſolitum,& poſſibile iter factum me-
tiamur,prout pulcre per Cice.in oratione pro P.
Quintio fol.antepenul.uerſic.Neui te rogo.dec.
millia paſſum.&c.& poſtea ſubdit in toto triduo
decem millia paſſuum conficiuntur, ò rem in-
credibilem,o cupiditatem incõſideratam,ò nũ-
tium uolucrem, miniſtri, & ſatellites Sex.Neuii
Roma trãſalpeis in Sebuſcarios biduo ueniunt,
ò hominem fortunatum,qui huiuſmodi nuntios
ſeu potius pegaſos habet, cum iis quæ ſequun-
tur. Et ſi per mare haberi poſſit notitia illa pa-
riter admittenda erit,prout tangunt hic glo.an-
tiquus ante fi.& Sarnen.quæſt.5.& Rebuff.gloſſ.
9.ante fi.uerſic.& habet locum hæc regula, &c.
Quarta opinio adduci poteſt à ſecunda,& tertia
non diſſona,ſed illis adminiculatoria,quod arbi
trio iudicum relinquatur,an notitia obitus ſit ue
riſimilis,uel non,prout in ſimi.no.Card.in clem.
cauſam.in.§.ſeu.uerſic.uerum.in 1.no.de electio.
ubi poſt Laud.& Gen.uult,quòd ueriſimiliter an
peruenire potuerit notitia intimationis, iudex
7 arbitrabitur ex coniecturis,& ſic † probationum
materia eſt iudici arbitraria.l.3.ff. de teſti.uerſi.
tu magis ſcire potes,&c Pau.Caſtrenſ.& alii in l.
admonendi.ff. de iureiur.Bar.& alii in l.Lucius.
ff.de his qui notan.infa.& ista eſt communis opi
nio,prout teſtatur Cur.Iun.conſil.106.circa con-
trouerſiam.nu.3.& cõſ.178.habita diligẽti.nu.12
& ſeq.eadẽ ratione, imo multo magis arbitraria
debet eſſe ueriſimilitudo notitiæ obitus,de qua
in regula. & ad praxim reducendo diſtinguerem
ſic reiecta prima opinio: quæ regulæ non con-
gruit. Aut ſumus in caſu obitus in aliquo loco a
curia Romana,ſeu ab ipſo Papa diſtante, puta
per tres dietas uulgares,à quo loco ad ipſam cu.
Ro.non datur facultas currendi mutatis equis,
uel non datur in toto itinere: ponamus enim quod
obitus fuerit in ciuitate Sulmonę,à qua ad Vrbẽ
tribus diebus quis pedeſter, ſeu equitans acce-
det, ueriſimilem dicerem eſſe notitiam, ſi tres
dies intermedii eſſent, conſiderata etiam quali
tate temporum æſtatis, uel hiemis. & ſi obitus
fuiſſet Ameriæ,à qua ciuitate ad Vrbem tempo-
re hiemis dietæ duæ uulgares cõputandæ eſſent,
dicerem ueriſimilem notitiá conſiderari poſſe,ſi
eodẽ die ſummo mane fuiſſet obitus, quia parũ
diſtat à Narnia,puta per quinq; miliaria,ubi ſũc
poſtæ,ſeu equi diſpoſiti, & arbitrium boni uiri
circa prædicta ſatis operari poſſe exiſtimarem.
Aut obitus fuit in ciuitate Senarum, per qua-
tuor dietas uulgares ab urbe diſtante, & crede-
rem ſpatiũ unius diei ſufficere pro ueriſimili no-
titia, tempore quo ibi adſunt poſtę, ſecus alio
tempore. In prædictis caſibus,& etiam ſi pona-
mus obitum accidere in loco maritimo, à quo
deſideratur notitia, ſemper arbitrium iudicis
multum operabitur.

S V M M A R I V M.

1 *Regulæ huic an derogari poſſit,& ſoleat.*
2 *Naturæ impoſſibilitas diſpoſitionem uitiat.*
3 *Princeps conſtituendo non imponit ſibi ipſi legem.*
4 *Legem ſibi ipſi nemo imponere poteſt.*
5 *Iuri poſitiuo Papa derogat,& ad libitum contra illud di*
ſpenſat,& diſponit.
6 *Romana eccleſia quod approbat, uel reprobat, id omnes*
approbare,uel reprobare debent.

1 QVinto quæro an † regulæ huic poſſit,
& ſoleat derogari? pro parte negati-
2 ua facit,quòd † naturæ impoſſibili-
tas diſpoſitionem uitiat.l.ſi ſtipuler
primo reſpon.ff.de uer.obl.l.impoſ-
ſibilium,& l.ubi repugnantia.§.quæ rerum natu
ra.ff.de reg.iur.l.non moriturum C.de contra.&
commit.ſtipu.§.1.Iuſt.de inu.ſtipu.ſi derogatio-
nibus locus eſſet, adeſſet naturæ impoſſibilitas,
quia natura non poteſt facere quòd à loco mul-
tum diſtanti perueniat obitus notitia abſque
competenti temporis ſpatio, ergo nec deroga-
tio, nec diſpoſitio quęuis id efficiet,cum natura
a prin-

à principe, ſeu ab eius lege offendi nõ debeat. l.
l. duodecim tab. & ibi Bald. in 2. no. C. de legi. hę
re. Accedit quòd uti gloſatores huius regulę ſup
ponunt, illa emanauit ad tollendum fraudes &
occaſiones inſidiandi uitæ alienæ, & in fauorem
animæ, unde omnes indiſtinctè ligare debet, nec
uia derogationis ſeu alia debet dari cauſa, ſeu oc
caſio beneficia adhuc uiuentium expiſcandi, ſeu
retia tendendi, neceſque hominum parandi, ad
effectum ut beneficia aliis inſciis facinorum per-
petrandorum excluſis, aucupentur, contra ca. in
primis. colum. 1. ibi is epiſcopus qui eo ſuperſti-
te, &c. & poſtea uerſic. ii uero qui contra. ibi; qui
uiuentis quod non licuit, &c. & c. ſicut alterius
in princ. & in fi. 7. quæſt. 1. c. 1. & 2. de conceſ. præ
ben. & ponderauit Rip. in c. 2. de reſcr. in fi. quòd
quando confertur beneficium impetranti per o-
bitum, ante quam ſit uerisimile, notitiam obi-
tus ad conferrentem uenire potuiſſe, tunc cenſe-
tur conſcius ipſe impetrans conſpirationis, ſeu
mortis illius, cum aliter uerisimiliter mortis il-
lius notitiam habere non potuiſſet, ſequitur D.
Pet. Rebuff. ſuper concor. in prohem. in uer. fati.
pag. 27. Tertio, & ultimo confiretur hîc Sarnenſ.
quæſt. 8. non dari derogationem huius regulæ,
etiam ex ordinatione Alex. 6. licet ipſe dicat ꝙ
in Francia, ſeu pro ibi uacan. datur, ſed hoc ulti
mum nego, imo adduco contra eum optimum
teſtem D. Pet. Rebuff. peritisſimum modernum
illarum partium, in tracta. nomina. quæſti. 18. nu.
8. pag. 249. ubi dicit non admitti derogationem
huius regulæ, etiam à Papa in Francia, ut aliàs
fuit in illis partibus cõcluſum ult. Aprilis 1535.
uti ipſe ibi refert. Quod etiam affirmat idem Re-
buff. ſuper concor. rub. de Manda. Apoſto. §. de-
clarantes. in uer. iure præuentionis, uerſic. Et an il
la regula habeat locum in ordinariis. 2 Pars affir-
matiua uidelicet, quòd regulæ huic derogari
posſit eſt uerior, & tenenda, quam rationibus, &
authoritatibus corroboro. Primo enim conſide-
3 ro quòd † princeps conſtituendo non imponit ſi
bi ipſi legem, quin ſaltem ad ſui libitum ab ea
recedere posſit. l. princeps. ff. de legi. l. digna uox
C. eo. l. penult. ff. de arbi. ubi quod nemo ſibi ipſi
4 imperare, ſeu † legem imponere poteſt. l. ſi quis
in principio teſtamenti. ff. de leg. 3. l. 1. C. de ſacr.
eccle. & per Hoſtien. in. c. bonæ memoriæ. colum.
2. uerſic. ſed nunquid conſuetudo. de poſtu. præ-
la. ſpecu. ſub titulo de inſtru. edi. §. compendioſe
tranſcurrimus. num. 25. uerſicu. quid ſi quis iura-
uerit, & per Fel. in c. 1. nu. 25. de conſtitutio. Acce
dit quòd diſpoſitio noſtræ regulæ dici poteſt ius
5 poſitiuum † iuri autem poſitiuo Papa derogat,
ſeu contra illud diſpenſat, & diſponit ad ſui li-
bitum. l. relegati. cum glo. fi. ff. de pœnis. ca. inno-
tuit. de electio. ca. propoſuit de conceſſ. prębend.
glo. in. l. 1. §. pueritiam. in uer. ratos. ff. de poſtul.
Dom. meus Philipp. Deci. ſuper rubr. de proba.
numer. 5. & Cart. Iun. conſil. 1. numer. 18. & ſequ.
dicit eſſe communem, & ueriorem opin. princi
pem ſupremum habere liberam poteſtatem im-
mutandi ea, quæ ſunt iuris poſitiui: & quòd regu
læ huic derogari posſit ſupponit Caſſador. dec.
21. in princ. ante fi. de præben. & Sarnen. hic q. 6.
& 8. & Rebuff. glo. 4. uerſic. quinto non procedit
hæc regula. Et in propriis terminis noſtris, ꝙ
Papa huic regulæ derogare posſit, concludit Ste
pha. Bertran. conſil. 292. uiſis copis. num. 7. uerſi.
cum & quia idem D. Papa expreſſe derogauit re
gulæ ſuperius nominatæ, quod facere potuit, &c.
uolum. 3. in primis; Ad primum fundamentum
in contrarium factum reſponderi poteſt, ꝙ Papa
ad ualiditatem actus poteſt fingere non factum,
factum, & non prius expreſſum, iam expreſſum.
Anto. de But. conſil. 2. uiſis literis. colum. 2. Pariſ.
conſi. 44. pro D. Hieronymo. num. 8. uol. 4. ita pro
ualiditate collationis circa ſcientiã notitiæ pote
rit fingere, ſeu præſumere, uel aliàs diſponere. In
ſup dato quod eſſet impoſſibilis notitia obitus,
põt diſponere ꝙ dicta notitia non operetur; ſeu
nõ ſit in cõſideratione, uel non releuet, imo dato
milies quòd impoſſibilitas dici poſſet, & ea eſ-
ſet naturæ, cum illa eſſet circa accidentia, non
autem circa ſubſtantialia: ſubſtantiale enim eſ-
ſet iuxta terminos noſtros, ſi Papa conferret be-
neficium nondum uacans pro uacante, ſeu bene
ficium uiuentis ſub prætextu obitus, at quòd cõ-
ferat beneficium defuncti, ſed dubitari posſit
an notitia obitus ad ipſum peruenire potuerit;
an non: iſtud eſt quid accidentale; quo caſu im-
poſſibilitas naturæ circa accidentia non uitiat,
nec actus inualiditatem operatur, Bar. in. l. 1. col.
2. dum de impoſſibilitate tractat. cum iis quæ ſe-
quuntur. ff. de condi. inſt. Ad ſecundum reſpon-
deo, quòd Papa per derogationem huius regulæ
reducit nos ad ius commune, unde tunc recurre
rere poſſumus ad remedia à iure communi indi
cta. Ad tertium reſpondeo, quòd poteſt deroga
re ſi uult, etiam non obſtante diſpoſitione, ſeu de
claratione Alex. 6. quæ non ſeruatur, nec potuit
ligare ſucceſſorem, & illa reſolutio de qua per
Rebuff. in tracta. nomi. quæſt. 18. ut ipſe dicit fuit
in mente retenta, & iuxta illud, dixit inſipiens in
corde ſuo, non eſt Deus: ſtultus enim qui Deum
negabat, non eſt auſus hoc proferre, & apud a-
lios id pronuntiare: unde bene fecit curia illarum
partium hanc concluſionem, quòd Papa in Fran
cia huic regulæ derogare non posſit, in mente re-
tinere, hæc enim retentio in mente nihil opera-
bitur ad tex. in l. ſi repetendi. cum glo. in prin. C.
de condi. ob cau. cap. 1. ibi licet uoluntatem pręſ-
ſtandi habuerit, & ibi gl. in uer. uoluntatem. uer.
item eſt argumentum, &c. dat concor. Bal. in. l. 1.
colum. 9. num 32. uerſi. circa ſecun. C. qui admit.
unde iſta cogitatio illius curiæ fuit ſicut poſthu-
mus in utero, qui ſi non naſcitur, nihil eſt, ſed da-
to quòd in lucem prodiiſſet, quid ad nos quòd
curia Galliæ ſeu quæuis alia, in concernentibus
authoritatem, ſeu poteſtatem ſummi Pontificis
6 aliud à cu. Romana teneret? quod enim † Rom.

ecclesia

eccleſiæ tenet, approbat, uel reprobat, omnes quicſiq; ſint id approbare, vel reprobare debẽt. c. ſi Romanorum. in princ. 19. diſtin. c. ſi ille. in fi. 30. diſtin. c. 1. 22. diſtin. in fi. ubi diuus Ambroſius ſe in omnibus ſanctam Romanam Eccleſiã, uti magiſtram ſequi profitetur. Et de doctoribus Pariſienſibus quòd à curia Romana interpretationem ſumere debeant, probat tex. iun. intitulatione in c. ex literis. ibi quàm noſtri moris exiſtat. de conſti. ubi etiam probatur quòd conſuetudo Romanę Eccleſiæ facit ius. & c. in cauſis. de re iudi. & Hoſtien. in c. bonæ memoriæ. colum. 2. uerſic. ſed nunquid conſuetudo Romanæ eccleſiæ. de poſtu. præla. Quantum ad ſecundam partem quæſiti, an ſoleat regulæ derogari, hoc in facto conſiſtit, & à uoluntate ipſius ſummi Pontificis pendet, ego raro illi derogari uidi, ſeu audiui, & tunc ex magna cauſa, prout pro perſonis ualde dilectis, benemeritis, ſeu præclaris: & prima uice iam ſunt anni ſexdecim derogari uidi in fauorem excellentis doctoris D. Lucæ de Panicis de Petra ſancta, ſuper beneficio in patria ſua uacante, regulariter igitur derogatio denegatur, & ſumma ratione.

SVMMARIVM.

1 *Obitus extra cu. Ro. & impetratio in curia ſunt eodem die cum derogatione regulæ, an impetranti incumbat onus probandi, an aduerſario impetrationem præceſſiſſe.*
2 *Narrata in gratia impetrans probare tenetur.*
3 *Tempus probare tenetur in illo ſe fundans.*
4 *Delictum in dubio præſumi in his quę ſunt de genere prohibitorum.*
5 *Contra dantem operam rei illicitæ, in dubio fit interpretatio.*
6 *Animæ quando periculum uerſatur delictum in dubio præſumendum eſt.*
7 *Commiſſio ſi eadem hora præſentetur, & appellatio interponatur, præſumitur prius appellationem interpoſitam fuiſſe.*
8 *Tempore legitimo in dubio actus expeditus præſumitur.*
9 *Actus ille prius factus præſumitur, qui prius fieri debebat ut actus ualeat.*
Ampliatur etiam ſi ordo ſcripturæ aliud ſuadeat numer. 10.

1 SExto, quæro † obitus extra Ro. cu. & impetratio in curia, ſunt eodem die, cum derogatione regulæ, cui incumbat onus probandi, an impetranti obitum, an aduerſario impetrationem præceſſiſſe? & quòd impetranti incumbat onus probandi moueor, quia impetrans narrauit obitum illius, ex cuius perſona beneficium uacare ſupponit, nos autem habemus commu-
2 nem regulam quòd † narrata in gratia per impetrantem probari debent, præſertim quando talia ſunt, quæ Papam faciliorem ad concedendum gratiam reddere potuerunt. Io. And. in c. 1. de lit. conteſta. lib. 6. Preceptor meus D. Phi. Dec. conſi. 403. quamuis in caſu. num. 17. 541. uiſa. num. 16. & conſil. 695. uiſa. nu. 24. & Pariſ. conſil. 138 poſt prin. uol. 4. nulli autem dubium, quòd niſi Papæ expreſſum fuiſſet, illum iam obiiſſe, cuius beneficium impetratur, nullo modo Papa gratiam conceſſiſſet. Accedit quòd iſte qui gratiam obtinuit, pro baſi, & fundamento eius gratiæ, ùt dixi, ſupponit obitum præceſſiſſe, & ſic fundat ſe
3 † in tempore, quo caſu illud deducere, & probare tenetur. glo. fi. in l. eum actum. ff. negotio. geſto. & ibi Bar. c. ex tenore. de teſti. glo. penul. in c. uenerabilis. de ſenten. excom. lib. 6. gloſſ. in clem. literas. in uer. creatum. uerſicu. contra impetrantem. de reſcr. Bal. per illum tex. in l. fi. C. an ſeruus ex ſuo fa. Ange. conſil. 297. uiſis actis. num. 3. Iaſ. ſuper rub. C. qui admit. num. 6. Feli. in c. auditis. num. 33. uerſic. ſecunda conclu. de præſcrip. Rui. conſil. 412. uiſo, & diſcuſſo. numer. 13. uolum. 5. Dec. conſil. 210. uiſo puncto. colum. 3. in fi. verſic.
4 ſecundo dato. Inſuper in dubio delictum † præſumitur in iis quæ ſunt de genere prohibitorum. l. 1. & ibi not. C. ad l. Corneliam de ſica. cap. 1. de præſum. & ibi glo. fin. & licet pro defenſione, ſeu excuſatione allegari poſſet, quòd homicidium fuiſſet ad defenſionem, ad l. ut uim. ff. de iuſti. & iure. c. ſi uero alienius. uerſ. ſi uero clericum. de ſenten. excommun. uel quòd fuiſſet caſuale, & contra eius mentem. cap. ſignificaſti. 1. de homicid. uel quòd commiſſum fuerit ex culpa abſque dolo, quo caſu mitius puniendus quis ueniret. l. in lege Cornelia. ff. de ſica. in dubio tamen interpretatio fit
5 contra † dantem operam rei illicitę. Dec. poſt Aret. in cap. in pręſentia. numer. 14. de probatio. Fel. in c. auditis. nu. 32. in 1. limi. de pręſcrip. & indiſtinctè quando actus prima fronte habet maiorem formam delicti, quam boni, pręſumitur potius delictum. cap. eſtote. & cap. cum dilecti. & ibi Abb. & alii. de accu. Abb. in cap. exhibita. de iudi. col. 3 uer. quęro quid ſi iſti. ubi conſpiratio in bonam, & malam partem capi poteſt, dicit tamen in malam partem capiendam, ſequitur Fel. per illum tex. in cap. fi. de teſti. cogen. Am-
6 plius quando † animæ periculum uerſari poteſt delictum in dubio præſumendum eſt, & uia ſaluti animæ conſulens eligenda eſt. c. fi. 14. diſtinct. c. conſilium poſt medium, de obſer. ieiunij. cap. iuuenis, de ſponſa. Innocen. in c. ad audientiam, de homi. glo. fi. in c. uni. de ſcruti. in ord. fac. glo. fi. in c. conſulti, de regu. Abb. in c. fin. in 2. no. de his, qui fili. occi. Feli. in præalleg. c. auditis. nu. 32, in 2. limi. de præſcr. Dec. in d. c. in pręſentia. num. 15. uerſi. poſtremo notandum, de proba. Et bonarum eſt mentium, ibi etiam culpas ſuas cognoſcere, ubi culpa non eſt. c. fi. ad fi. diſt. 5. Mat. Soc. in cap. ad audientiam. col. 3. ad fin. de homi. Et ſemp attẽdi debet fauor animæ. Lap. all. 93. ad fi.

Et

Et animæ periculum facit conſuetudinē, & mul-
ta alia ceſſare Luc. de Pen. in l. quoties. colum. 9.
C. de dign. lib. 12. Sarn. de expecta. nu. 80. Et ſem
per animæ ſalus præferenda eſt Cur. ſen. conſi 63.
numet. 12. & ꝙ de ſui natura ſit prohibitum im-
petrate beneficia adhuc uiuentium, uel ante no-
titiam uetriſimilem, & talia faciens det operam
rei illicitæ, ex ſe patet, & probatum fuit in hac, &
in aliis quæſtionibus huius regulæ, & per Sarnen,
& Rebuff. qui ſæpiſſime ſuper hoc ſe fundant,
immo ultra uotum captandæ mortis contra le-
ges ciuiles, & canonicas, l. fi. C. de pact. & ibi per
omnes. c. 1. & 2. de conceſſ. præbend. cum ſimi. &
ultra uitium ambitionis, & auaritiæ ſic impe-
trantium, negari non poteſt, quin per tales ad-
miſſiones impetrationum, nondum habita no-
titia obitus, præſtetur occaſio, & facultas inſi-
diandi uitæ alienæ, & ſic in euidens animarū pe-
riculum, poteſt enim aliquis Romæ exiſtens, in-
ſidias, & laqueus alicui multum diſtanti paraſ-
ſe, alicuique mandaſſe, ut Kalendis Ianuariis
Mæuium interficiat, eademque die ipſe, qui man
dauit ſperans negocium ad uotum ſucceſſiſſe, vt
omnes pœnitus excludat, gratiam de beneficio
per obitum vacante cum derogatione regulæ hu
ius obtinebit, occurrendum igitur eſt animarū,
& corporum periculis, ac fraudibus, quæ iudicis
parari poſſent, & quibus iura ſemper reſiſtere in-
tendunt. l. 1. in fi. C. de fabricen. lib. 11. ne Roma-
ni. §. cæterum, de elect. Poſtremo uidemus quòd
7 † ſi commiſſio eadem die, uel hora præſentetur,
qua appellatio interpoſita fuit, in dubio præſu-
mitur præceſſiſſe appellationem, & ſubſequen-
ter impetratam fuiſſe commiſſionem. Rot. in an-
tiq. Belleme. deciſi. 100. commiſſio facta, ſequitur
Staph. ſuper ſigna. pag. 174. a ter. uerſi. quid au-
tem ſi eadem die. Rota tamen diſtinxit, quòd aut
officiales ſunt in Cur. Rom. ubi fuit appellatum,
& procedat opin. prædicta, aut ſunt extra curiam
& contrarium ſit dicendum, uidelicet, ꝙ non præ
ſumatur commiſſio, poſt appellationem inter-
poſitam obtenta, prout colligitur. in alleg. deciſ.
210. in fi. uer. ſecus uero in primo caſu, quando
curia &c. ita applicando ad caſum noſtrum, ſi im
petratio eſſet eodem loco quo beneficium per
obitum uacat, præſumendum eſſet obitum præ-
ceſſiſſe impetrationem, ſicut Rota præſumit præ-
ceſſiſſe appellationem, ſed in caſu ꝓpoſito, quia
obitus fuit extra Rom. cu. & impetratio in curia,
applicandu diſtinctionem Rotæ, de qua ſupra, ui
detur concludendum præſumi debere impetra-
tionem præceſſiſſe. Contrariam opinionem in
ꝓpoſito quæſito tenuerunt R. D. mei de Rota, in
una Capuan. decanatus ꝓ Cardinali Ferrar. ꝓut
teſtatur Caſſad. dec. 21. de ꝑb. incipien. Cardina-
lis Ferrar. ſequitur Sarn. hic. q. 6. & Rebuf. gloſ. 8.
aduertant iuniores ad literam Rebuf. dum dicit
hoc expreſſim decidit Caſſad. in dec. 21. ſup hac
regola Cancell. & Card. in rubr. de ꝑb. ne putent
eum allegare Card. Zabb. uel alium ultra Caſſ. li-
tera. n. eſt corrupta uult dicere Caſſa. in deci. 21.
ſuper reg. cancell. incipien. Cardin. Ferrarien. ſub
rub. de ꝑb. Fundamentum principale huic opi.
tenentium eſt, quia ad ualiditatem actus, & ad
effugiendum præſumptionem doli, ſeu delicti, ꝑ-
8 ſumendus eſt † actus in dubio legitimo tpe expe
ditus, ad ea q̄ uult Bar. in l. non ſolum. §. ſed. & re-
probari. ff. de no. ope. nunc. Bald. in. l. cum in teſta
mento §. hæc uerba. ad fi. ff. de her inſti. Alex. in l.
9 3. C. de codicil. & ibi uolunt † actum illum præſu
mi factum prius qui fieri debuit, ut actus valeat,
& delictum excludatur. idem uoluit Abb. in c. cō
ſtitutus. in 3. no. de reſcri. Rui. conſi. 1. nu. 14. uol.
4. & conſi. 1. nu. 3. uol. 5. Fel. in c. paſtoralis col. 3.
uer. ad identitatem. de reſcr. & in c. auditis. n 30.
10 de pſcr. & iſta concluſio † ampliatur etiam ſi or-
do ſcripturæ aliud ſuadeat, puta ſi in inſtrumen-
to reperiatur, ꝙ pater donauit, & emancipauit,
pſumitur, ſeu fingitur emancipationem pceſſiſ-
ſe. Cyn. Bal. & Imo. in ꝑalle. l. cum in teſtamento,
§. hæc. uerba. ff. de hær. inſti. Alexan. in l. diuortio.
col. 3. uer. ſed circa hoc hic unum incidenter. ff. ſo
lu. mat. & conſi. 112. ſup eo. col. 2. n. 4. Iaſ. in. l hac
conſultiſſima. nu. 2. C. qui teſtam. face. poſſ. Dec.
in c. quoniam Abb. col. 5. uer. & iſta. de offi. dele.
Præterea habemus ſimilem Rotæ interpretatio-
nem, huic opinioni inſeruientem, nam pro præ-
miſſis faciunt dec. ſupra adductæ. 210. ſi imme-
diatè. Innocen. & Belleme. 100. ubi quòd ſi appel
latio interpoſita, & commiſſio præſentata ſit ea-
dem hora, appellatio præſumitur prius interpo
ſita, quàm commiſſa fuerit cauſa, non obſtan. illa
diſt. an officiales in cur. Romana, an extra, quia ni
hil ad rem noſtram, illa enim conſideratio in illo
caſu ſolum procedit, ea ratione, quia ibi abſentia
officialium operabatur impoſſibilitatem contra
illam præſumptionem, ꝙ prius ſignata eſſet com
miſſio propter longū tempus, quòd neceſſariò
concurrere debebat in eundo a Romana cur. ad
officiales, qui ab ea diſtabant, quod in noſtro q̄ſi
to non contingit. Confirmatur iſta opinio per ea
quæ uoluit Caſſado. dec. 3. ſuper regula, ꝙ com-
miſſiones cauſarum literis non expeditis, ubi cō
cludit quòd licet regula illa requirat literas ex-
peditas eſſe, antequam cauſa committatur, alias
proceſſus irritus ſit, ſi tamen dubium ſit, an prius
ſit commiſſa cauſa, uel prius literæ expeditæ fue-
rint, ꝓ ualiditate actus præſumitur literas prius
expeditas, & cōtrarium aſſerenti incumbit onus
probandi, & ita in caſu illius regulæ iudicatum
fuiſſe teſtatur Sarnenſ. in 15. quæſt. regulæ, de nō
iudi. iuxta formam ſuppli. in una Lucan. patro.
filiorum Corbi, coram Ioan. Paulo Ptolomeo, in
qua cauſa ego ſcripſi. & latius idem Sarnen. in cō
pendio ut. ſigna. num. 55. qui ſuper dictamet re
gula loquitur, poſſumus igitur deciſionem pro il
la regula factam præſenti quæſito noſtræ regulæ
applicare. Quid tenendum? ego adhæreo huic
opinioni pro qua Rota concluſit, ut Caſſa. dicta
deciſio. 21. de præbend. & Sarnenſ. ſupra addu-

ctus

ctus teſtantur, alioquin contraria opinio, mea quidem ſententia, ſuſtineri poſſet. Vide infra quæſtio. 9.

SVMMARIVM.

1 *Regula hæc de obitu loquens, an in obitu ciuili locum ſibi uendicet.*
2 *Vacandi per obitum ciuilem modi diuerſi, & infiniti ſunt.*
3 *Ciuilis obitus diuerſimode conſideratur.*
4 *Reſignatio beneficij in manibus laici, reſignanti præiudicat, illudque Papa conferre poteſt.*
Vacatio de iure tantum de facto tantum, & de iure, & de facto.
5 *Mortis appellatione in iure uenire etiam mortem ciuilem.*
6 *Societas ſicut morte naturali, ita & ciuili ſoluitur.*
7 *Donatio cauſa mortis, etiam morte ciuili confirmatur.*
8 *Dotis lucrandæ pactum in caſum mortis collatum purificatur etiam in morte ciuili.*
9 *Matrimonium etiam morte ciuili ſoluitur.*
10 *Collationem beneficiorum ſuſpenſis non competere.*
11 *Renuntians quo ad beneficium renuntiatum mortuus dicitur.*
12 *Mandatum procuratoris pro eccleſia per reſignationem rectoris conſtituentis reuocatur.*
13 *Clement. fina. de procu. ampliatur procedere in morte ciuili.*
14 *Papam obijſſe, renuntiaſſe, uel depoſitum eſſe, paria ſunt.*
15 *Regulæ Cancellariæ ſicut morte naturali expirant, ita etiam ciuili.*
16 *Mortis appellatione uenire etiam ciuilem, quando eundem effectum operatur.*
17 *Mors ciuilis non uenit appellatione mortis, niſi in caſibus à iure expreſſis.*
18 *Adoptiuos non uenire appellatione filiorum.*
19 *Regulæ Cancellariæ ſunt ſtricti iuris, & ſtatutis æquiparantur.*
20 *Mortis appellatione nunquam uenit ciuilis ubi extenſioni locus non eſt.*
21 *Modo uacandi nullo expreſſo uenit omnis modus.*
22 *Modo uacandi uno expreſſo cum clauſula, ſiue præmiſſo, ſiue alio quouis modo, uenire omnem modum ex illa perſona.*
23 *Modi uacationum, per reſignationem, contractum matrimonij: & alij diuerſi ſunt à modo uacationis per obitum.*
24 *Mortis appellatione nunquam uenit ciuilis, niſi in omnibus eoſdem effectus operetur in caſu de quo agitur.*

1 SEptimo, quæro † an regula hæc de obitu loquens, in obitu ciuili locum ſibi uendicet? ſubtilis, & utilis erit hæc inueſtigatio, quæ longam argumentorum diſcuſſionem exigeret, propter iurium, & opinionum uarietatem uti exorditur Socin, conſil. 92. lib. 1. ſed antequam ad rem ipſam deueniam, pro iuniotibus præmitto
2 quòd modi † uacandi per obitum ciuilem, ſunt diuerſi, & infiniti, puta per reſignationem, per promotionem ad eccleſiam cathedralem, per adeptionem ſecundi beneficii incompatibilis, ob non promtionẽ ad ſacros ordines infra annum, per contractum matrimonii, per ingreſſum religionis, ob priuationem, & diſpoſitionem, & per plures alios modos, de quibus per Staphil. ſuper ſignatura fol. 63. cum ſequen. uerſicul. primo igitur incipiendo, per Dom. Petr. Rebuff. in ſua praxi ſub titulo, requiſita ad collationem. pag. 28 & ſequent. in 3. part. dum modos beneficia amittendi proſequitur. pag. 355. cum ſequen. & ſuper concord. ſub rubr. de regia ad præla. nomi. facien. §. monaſteriis, pag. 183. & ſequent. uerſic. Secuodo per depoſitionem, & priuationem cum
3 iis quæ ſequuntur † Ciuilis autem obitus diuerſimode conſideratur, tum quo ad eius ortum, tũ quo ad effectus, & cauſas, & alia pleraque, de quibus infra, aliquando enim facto hominis inducitur, vt toto titulo de renuncia. aliquando facto legis ut io c. 1. de homici. lib. 6. & ſi facto hominis, aut tanquam ſuperioris, ut de tranſla. per to aut tanquam priuati, ut per ceſſionem, & tunc aut accedente authoritate ſuperioris, puta in ceſſione in manibus Papæ, uel ordinarii, aut alterius ad id poteſtatem habentis, aut non accedente authoritate ſuperioris, ſed corã laico, & in præiudi-
4 ciũ † reſignãtis uacat beneficium, & impetrari poteſt à Papa. c. quod in dubiis. de renun. & ibi glo. Inn. Abb. col. 3 & alii, gl. & Abb. in c. quod dei. de ſta. mona. Ancha conſ. 34. in hac cauſa. nu. 8. uerſ. præterea natura. Biſigne. 1. de renun. utrum ſi aliquis reſignet, in antiquio. & Rot. 572. quidam Cardinalis. col. 2. in fi. uerſ. ſed illa opinio noo approbatur. in anti. Rebuff. in praxi in forma ſignaturæ in uer. etiam coram notario, pag. 209. ubi declarat illam clauſulam in ſupplicationibus poni ſolitam: uidelicet; etiam coram notario publico, & teſtibus ſponte factam, uideatur Gemi. in cap. uni. n. 9. § idem ver. venio ad primum. de deſpõ. impu. lib. 6. amplius, aut facto hominis ad hoc ordinato, vt per ceſſionem: & hanc quandoque ſimplicem, quandoque in fauorem, & ſi io fauorem, aut nullo pacto, cooditione, conuentione, ſeu onere appoſito, aut reſeruatis acceſſu, ſeu regreſſu, uel fructibus, ſeu penſione impoſita, uel aliis pactis, ſeu conditionibus adiectis, quandoque ex cauſa permutationis. capitu. 1. de re. permu. libr. 6. & toto titulo. ſi facto hominis ad hoc non ordinaro, ut per aſſecutiooem incompatibilis capitul. de multa. de præbend. extra. execrabilis Io. 22. eo. titulo. Item mors ciuilis quandoque accedit quoad unum beneficium tantum, ut per ceſſionem, uel ſeotentiam certi beneficii, quandoque quo ad omnia beneficia, ut per coontractum matrimonii. gloſſ. & docto. in capit. uni. de cleri. coniu. libr. 6. Abb. in capitul. 1. eo titulo Aufre. dec. 239. uel incõpatibilis adeptionem,

dicto c.de multa,& extra.execrabilis.de præben.
quandoque quo ad ſtatum, & omnia bona, ut
per ingreſſum religionis,& profeſſionem. cap.1.
17.quæſt.2 c.ex tranſmiſſa.de renunci.ca.benefi-
cium de regul. libr.6.uel ſententiam capitalem
c.ex literis.& c.grauem de exceſ.præla.capi.cum
non ab homine.de iudi.Rurſus diuerſitas uacan-
di alio reſpectu conſiderari poteſt,quia aut bene
ficia uacant ipſo iure, & non de facto, aut ipſo
facto, & non de iure,aut de iure,& de facto. De
iure tantum uacat beneficium, puta per aſſecu-
tionem pacificam alterius beneficii,c.de multa,
& ibi per omnes.de præben.uel poteſt dari exem
plum,c.cum noſtris. de conceſſ.præbend.ubi eſt
melior text.in iure de uacatione de iure, & non
de facto,de qua uacatione de iure tantum loqui
tur Rot.196.habens gratiam. in noua addi. &
Lap.alle.16.an ualeat collatio. De facto uero,&
non de iure,Hoſtien.in ſum.de conceſ.præbend.
uacare dicit,quando quis eſt ſpoliatus ſuo bene-
ficio,per text.in c.item cum quis.de reſti.ſpoli.c.
ad audientiam,& c. Abbas quod met.cau. De iu
re autem,& de facto,& iſta eſt uera,& plena uaca
tio,beneficium uacaturum dicitur, quando ua-
cat per obitum. Hoſtien.ubi ſupra: & Lap.alleg.
78.uacauerat eccleſia,poſt prin.ſeu etiam per re
ſignationem,& pluris aliis modis,pro quibus ui
deatur D.Per.Rebuff.in praxi,ſub titu.requiſita
ad collationem bonam.numer.56.cum pluribus
ſequen.pag.29.& in 3.par.dum incipit tractare
de modis amittendi beneficia num.1.cum ſequ.
pag.355. Ad principale quæſitum redeundo ui-
5 detur reſpondendum eſſe affirmatiue† iura enim
de obitu, ſeu morte loquentia, extenduntur ad
mortem ciuilem,ſeu in morte ciuili locum habe
re declarantur.l.Gallus.§.& quid ſi tantum.ff.de
libe.& poſthu.vbi promiſſio in caſum mortis, ex
ſententia legis,extenditur ad caſum emancipa-
tionis,& deportationis, & ſic ad caſum mortis ci
uilis: facit tex.in l.1.§.quidam filium. ubi depor-
6 tati mortuis æquiparantur, & ſicut † ſocietas
morte naturali ſoluitur,ita & ciuili, puta publi-
catione bonorum l.actione.§.morte omnes.iun.§.
publicatione.ff.pro ſocio.§.ſoluitur adhuc.iun.§.
publicatione. Inſti.eo.glo.ſi.in c.in apibus.§.ec-
7 ce in quibus.7 quæſti.1.† Donatio etiam cauſa
mortis ita morte ciuili ſicut naturali confirma-
tur.l.res uxoris.C.de dona.inter ui.& uxo glo.in
c.ſi epiſcopus.in uer.ſed capitulum: uerſic.& ſic
no.de ſupplen.negli.præla.libr.6.gloſſ.ſi.in cap.
8 placuit, el 2.16.quæſtio.1.† dotis lucrandæ pa-
ctum in caſum mortis collatum,purificatur etiã
in morte ciuili, uidelicet per ingreſſum religio-
nis.l.deo nobis.C.de epiſc.& cleri.ubi etiam no.
9 Bal.num.8.quòd † matrimonium ſicut ſoluitur
morte naturali, ita & ciuili,ut per ingreſſum mo
10 naſterii:facit c.cum ſis. de conuer.coniu.† colla-
tionem etiam beneficiorum, ſicut impoſſibile
eſt mortuis competere, ita ſuſpenſis qui ſunt
mortui ciuiliter.c.1.§.1.& ibi Gemin.in 2.no. ne

ſe.uacan.lib.6.Renunciatione etiam ita benefi-
11 cium uacat, ac ſi per obitum uacaſſet.† Renun-
cians enim quo ad beneficiũ renunciatum mor-
tuus dicitur,dicto c.in apibus §.ecce in quibus
7.quæſt.1.cle.1.iun.gl.in uer. mort.ut li.penden.
glo.in c.ſi epiſcopus in uer.mortem.de ſupplen.
negli.præla.lib.6.Io.Fran.Paui in tracta.de offic.
& pote.capi.ſe. uacan.Pariſ.conſil.143.numer.8.
uol.4.Roma.conſil 374.præſens eſt quæſtio, ubi
12 etiam uult † mandatum procuratoris pro eccle
ſia,uel beneficio conſtituti, per renunciationem
rectoris reuocari, idem etiam uoluit Rot.376.
fuit dubitatum utrum cle.fin.in no.& ampliant
13 † clem.ſi.de procura.in morte naturali loquen-
tem,procedere etiam in ciuili,uidelicet in renun
ciatione, ſeu translatione, Card.quæſt.14.& alii
in dicta cle.ſequitur Caſſa.dec.2.nu.2.de appel.
& Satnen.in 62.quæſt.de Annali.ubi poſt princ.
dicit hanc opinionem tenuiſſe Rotam in Oxo-
men.Archidiaconatus,& eſſe ueriorem,ſic etiam
14 dicimus pacta eſſe † Papam obiiſſe, uel renun-
ciaſſe, uel depoſitum fuiſſe.c.1.de renun.libr.6.
clem.ne Romani.§.ſane.iun.glo.in uer.moriente
de electiou.Gemini.conſ.93.uidetur primo.poſt
nume.10.uerſic.quod autem tempus Petri.ubi
concludit reſeruationes etiam non limitatas ad
certum tempus, expirare,& extingui per depoſi-
tionem Papæ, ſicut per obitum, eſt uerum quod
in caſu Gemi.beneficia remanerent affecta ex di-
ſpoſitione, extra. Ad Romani. de præben.inter
communes,& per regulam 9.ſupra: quantum ad
rem noſtram attinet quòd præmiſſa ſine pacia.
concludit etiam Feli.in c.licet undique. numo.2.
de offic.dele.Pariſ.conſ.19 mortuo epiſcopo.nu.
9.cum pluribus ſequ.uolum 4.Ex quibus etiam
15 infertur † quòd regulæ Cancellariæ ſicut morte
naturali Papæ expirant. Anchara.conſi.297.eſſi-
cacibus.numer.2.Paui.in prælu.extra. colum.3.
Felin.in.c.2.colum.penuſ.uerſ.regulæ Cancella-
riæ.de reſcr.& probant uerba præfa.Regularum
ibi, conſtitutiones,& regulas infraſcriptas fecit,
quas etiam ex tunc ſuo tempore duraturas obſer
uari uoluit, & hoc eſt quod ſenſit Pariſ.conſil.49.
ad primum uidetur. volum.4.num.8.dum dixit
non obſtare regulas Cãcellariæ extingui per mor-
tem Papæ, quia in illis hoc eſt expreſſum:id dixit
propter illa uerba præfata Regularum quę ſupra
ponderaui, ita & morte ciuili,uidelicet renuncia
tione,ſeu depoſitione.Pariſ dicto conſil.19.num.
6.& 9.uolu 4. Poſſent infiniti alii caſus adduci,
in quibus mortis appellatione, uenit etiã mors
ciuilis,tam de iure ciuili, quàm de iure canoni-
co.Vnde regulam noſtram iuxta leges, & cano-
nes,ac doctorum opiniones exponendo, ſeu de-
clarando, ad l.uni.in princ.C.de inoffic.doti.in
Auten.ut cleri.apud propri.epi.ante ſi.ibi.& per
hanc ſacram declarata ſunt legem,&. in auten.de
exhiben.reis.ante ſi.l.ut gradatim. uerſi.& ſi lege
municipali.ff.de mune.& hono. uidetur omni-
no concludendum,quòd ea ita procedat in mor
te ci-

te ciuili, ſicut in naturali. Amplius communis
eſt opinio, & indubitata omnium concluſio, q in
16 diſtinctè † mors ciuilis æquiparatur morti natu-
rali, quando in caſu occurrenti tantum operatur
mors ciuilis, quantum operaretur mors natura-
lis, ſeu quando mortis ciuilis, & naturalis idem
eſt effectus. l. deo nobis. & ibi Cyn. & Bald. nume.
8. & alii, C. de epiſcop. & cleric. Bartol. & alii in
l. ex ea parte. §. inſulam. ff. de uerborum obligat.
Gem. & alii in cap. ſuſceptum de reſcrip. lib. 6.
Anto. de But. Imolen. & Felin. num. 2. in c. licet.
de offic. delega. Abb. in c. cum ſis. colum. 2. dum
proſequitur ſecundam, & tertiam opinionem, &
poſtea. uerſi. mihi tamen placet illa opinio Dyn.
& c. de conuerſ. coniu. Alex. conſi. 1. num. 34. uo-
lum. 5. Socin. conſil. 92. circa primum. nume. 1.
lib. 1. Ang. Aretin. in § cum autem. colum. 3. ſu-
per gloſ. in uer. ſi mortuo. Inſti. qui. mod. ius pat.
pote. ſolui. latiſsimè per omnes. in l. Gallus. §. &
quid ſi tantum. ff. de liberis, & poſthum. Pariſi.
conſil. 65. a iſo teſtamento. num 8 & ſequent. libr.
2. In terminis autem noſtræ regulæ, ita fraudes,
& inſidiæ, ac laquei parari poſſunt ad expiſcan-
dū beneficia malis artibus nimium præcurren-
do, & ordinarios, ſeu alios fraudando, per obitū
ciuilem, ſicut per obitum naturalem. Ponamus
enim quòd Titius Senis exiſtens intellecto quòd
Marius beneficiatus illinc ad quatuor dies ma-
trimonium per uerba, de præſenti contrahere
uult, ſeu beneficio, quod habet in manibus or-
dinarii liberè cedere uelit, aut poſſeſsionem ſit
amiſſurus, uel ſententia priuatoria contra eum
ferenda ſit, antequam beneficium uacet, Titius
ad Vrbem præcurrit, & antequam ueriſimilis
notitia mortis ciuilis ad Curiam Romanam per
uenire potuerit, impetrat beneficium; non ne iſte
Titius in eandem ambitionem incidit? ordina-
riumque collatorem præuenit, & decipit ſic im
petrando, ac ſi per obitum naturalem impetraſ-
ſet? Accedit, quòd regula hæc, uti omnes hic
ſentiunt, & Ripa in cap. 2. colum. penult. de re-
ſcript. & reſpon. 16. de legi. & conſuet. lib. 1. fa-
uorabilis eſt, & iuri, ac naturæ conſona, quo ſit ut
amplianda ueniat. capit. odia. de regulis iuris
libro 6. cum uulga. & in terminis noſtris, quòd
in materia fauorabili, ſeu quæ largè intelligi de-
bet, appellatione mortis ueniat etiam ciuilis,
quando a lege profertur, poſt Anton. de But. con
cludit Abb. in allegat. cap. cum ſis. num. 6. dum
quintam opinionem proſequitur. de conuer. con
iug. Poſtremo tanto magis iſta in caſu noſtro
procedunt, cum regula hæc tendat ad fauorem
animarum prout per gl. anti. hic ante medium,
& per Sarnenſ. i quæſtio. 1. num. 3. uerſicu. iſtis ta
men, quo ſit ut etiam in exorbitantibus, & pœna-
libus latiſsima facienda ſit interpretatio, ut di-
ſpoſitio quoſcũque caſus comprehendat, etiam
pœnam dilatando. l. omnes dies. iuncta gloſ. in
uer. Apoſtolicæ. in fine. C. de fer. quæ fauore
animæ extendit conſtitutionem illam ad feſtum
Beatæ Virginis. Barto. in authentic. ſacramenta
puberum. nume. 19. C. ſi aduer. uendi. Alexan.
conſil. 65. ſtantibus his. colum. 3. nume 8. uo-
lum. 4. Ancharan. conſil. 46. prima facie. num. 2.
Socin. conſil. 191. licet difficultates. colum. fi. nu.
7. lib. 2. per tex. in l. ſancimus, nemini. C. de ſa-
croſanct. eccleſi. ibi cum non abſurdum eſt ani-
mas hominum quibuſcunque cauſis, uel ueſti-
mentis præferri. ſed ad aertendum eſt, quòd ille
textus non facit ad rem ſuam, animas enim ibi
exponit glo. & bene, id eſt, animata corpora,
eius tamen dictum eſt uerum, pro quo melius
omnibus iuribus facit illud ſacræ paginæ. Quid
enim prodeſt homini ſi uniuerſum mundum lu-
cretur, animæ uero detrimentum patiatur? Pro
præmiſſa interpretatione in fauorem animæ e-
tiam in materia correctoria, uideatur. Felyn. poſt
alios. in capit. translato colum. fina. uerſicu. po-
ſtremo, quod licet in materia correctoria, &c. de
conſtitu. & præceptor meus D. Philipp. Decius.
conſil. 504. num. 8. & ante finem. conſi. Marci Man
tuæ. 174. caſus eſt. nume. 21. ubi ad plura infert.
Pro parte negatiua, quam ueriorem puto, addu-
co illam communem opinionem, quæ omnia cō-
traria fundamenta ſubuertere uidetur, quæ eſt,
17 quod † mors ciuilis nunquam uenit appellatio-
ne mortis, nec morti naturali æquiparatur, niſi
in caſibus à iure expreſsis l. ex ea parte. §. inſulā.
& ibi gloſ. & Bart. & Iaſon, ante finem. ff. de uerb.
obl. l. cum pater. §. hæreditatem, & ibi glo. in uer.
mortem, ac Bar. & alii. ff. de lega. 2. gloſ. fina. in c.
placuit. 2. 16. quæſt. 1. cap. ſuſceptum, & ibi gloſ.
in uer. non morte, & omnes ſcriben. de reſcript.
lib. 6. Archidiac. in c. in ueteri. poſt prin. 76. diſt.
Ioan. And. & Abb. num. 5. in præallega. c. cum ſis.
de conuer. coniu. doct. in præalleg. § & quid ſi tan
tum Oldra. conſi. 284. in quodam monaſterio. in
fin. & Ioan. de Ana. in c. 1. colum. 2. de homi. & ſu-
per rub. de deli. pue. Alexand. conſil. 139. uiſo
themate. nume. 4. lib. 2. Phil. Franc. in c. ſi gratioſè.
ante numerum 13. de reſcrip. lib. 6. Anton. Imol.
Abb. & Fely. num. 2 in c. licet. de offi. lega. Ang. in
præallegat. §. cum autem. num. 5. Inſtitu. quibus
mod. ius patr. pote. ſolui. Pariſ. conſ. 5. unio iſtius.
nume. 149. & conſi. 19. nume. 18. uolum 4. & iſta
eſt communis opinio canoniſtarum, prout te-
ſtatur Sarnenſ. in 5. quæſtio. regulæ. de impe-
trand. bene. uacan. per obi. famil. Cardinal. nu-
mero 4. & in dicta quæſtio. plura adducit pro
hac opinione negatiua, & dixit Alciat. in tra-
cta. de uerborum ſignificat. lib. 2. num. 18. uerſi.
& his, quoque, & c. regulam eſſe, mortis appel-
latione non uenire ciuilem, quia uis uerborum
talem ſenſum non patitur, cum igitur iuxta pro-
prios terminos, ſeu ſimiles noſtræ regulæ non ha-
beamus expreſſum, obitus appellatione ciuilem
uenire, de naturali tantum interpretatio facien-
da erit, cum etiam ſemper in dubio uerba na-
turaliter accipienda ſint. ad l. 3. §. 1. ff. de tutel. l.
final. C. de his, qui uer. æta. impe. l. 1. §. hoc inter-
dictum

corrupta, debet ſuppleri negatina, quòd patet
per cap.ſuſceptum,& alia quæ ibi adducit.idem
concludit idem Felin.in cap.ſuper literis.nu.3.&
D.meus poſt numerum 6.de reſcrip. & ante eos,
ibidem Abba.num.7.Aene.de Falco.in tracta.re
ſer.quæſtio.1.fol.5.ſecundum meam impreſſio-
nem.nume.4.uerſi.ſed quid ſi diceret per ceſſum
&c.Ampliatur hæc ultima concluſio etiam ſi in
modo non expreſſo ſit fortior ratio quàm in al-
tero.Fran.in dicto cap.ſuſceptum. per illum tex.
numero tertio.ibi tamen expreſſo uno modo ua
cationis &c.Fallit quando aliter conſtat de inten
tione impetrantis, tunc enim uterque uacatio-
nis modus pro expreſſo habetur, ut uoluerunt
Felin.in alleg.cap.In noſtra.nume.8.in 2.fallen.&
Selu.dicta par.3.quæſt.12.nume.75.per tex.in al
leg.cap.ſuſceptum.& autoritate Lap.allega.89.
Et de intentione conſtare dicitur ex uериſimili cõ
iectura,ſi talis ſit is impetrans cui Pontifex con-
ceſſiſſet, quod tamen apud me non caret dubio.
Iſtud ultimum membrum diſtin. quòd facta mẽ
tione tantum de obitu,non appoſitis illis clauſu
lis,ſeu alio quouis modo, ſeu aliis pinguioribus
nullus alius modus uacandi ueniat, decidit no-
ſtrum quæſitum in partem negatiuam.prout põ
derauit quo ad aliam regulam, uidelicet illam.
de impe.benefi.uacan.per obi.fami.Card. Aud.
Barba.conſi.28.circa dubium. de quo quæritur.
colum.4.uerſic.præterea dico fore caſum.uolum.
4.& in dicto conſi.plura adducit quæ huic nega-
tiuæ opin.inſeruire poſſunt,& tollit pleraque cõ-
traria dum illis ante ſin.reſpondet. Ex præmiſſis
etiam in præalleg.diſt.adductis apparere pote-
rit,quòd ubi Papa uoluit comprehendi alium ca
ſum,ſeu alios caſus ultra expreſſum, id fecit uel
per clauſulas de quibus ſupra, uel ſpecificando
alium modum prout etiam patet in c.quamuis.
2.in prin.ibi cedentium uel decedentium. lib.6.
& c.ſicut nobis.in prin.ibi clericorum tunc uel ce
dentium,uel decedentium.de uer.ſignific.eo.lib.
& alibi ſæpe; ita feciſſet in noſtra regula, ſi alios
modos uacandi comprehendi uoluiſſet; prout
etiam ſpecificauit in regula. 12. iuxta ordinem
modernum poſt princi.ibi per ceſſum uel deceſ-
ſum,aut quamuis aliam dimiſſionem, ſeu amiſ-
ſionem,unde ab uſu patrisfamilias interpretatio
nem ſumendo,ad l.ſi ſeruus plurium. §.ibi ante
omnia ipſius patrisfamilias conſuetudo: ff.de le
ga.1.l.ſed Iulianus.§.fin.ibi ad eam quãtitatem
quam pater ſolebat &c.ff.ad Macedo.l.3.§.fin.ff.
quod cer.loco,l.nummis.ff.de lega.3.l.uel uniuer
ſorum.ff.de digno.actio.l.heredes palam.§.ſed &
ſi notam.ibi,uel ex conſuetudine patrisfamilias.
ff.de teſtament.& de argumento ab uſu Papæ ui-
deatur Caſſado,dec.3.de renun.nume.primo,ibi,
& hoc ab uſu Papæ, qui non conſueuit pro alio
quam pro eo &c.cum Papa,tum in iure commu
ni,tum in regulis cancellariæ,quando uoluit aliã
uacationem ultra illam per obitum uenire ex-
preſſit, ſi hic uoluiſſet expreſſiſſet, non expreſſit
ergo noluit aliam præter expreſſam comprehen-
23 di.Poſtremo diuerſi ſunt † modi uacationum per
reſignationem, per contractum matrimonii, &
alii de quibus ſupra,a modo uacationis per obi-
tum,diuerſa principia,media,exitus, ac effectus
ſortiuntur,prout facile colligi poteſt ex his, quæ
ſupra nume.2.& ſeq.præmiſi, & probatur etiam
iſta diuerſitas,& difformitas per præalle. cap.ſu-
ſceptum.de reſcrip.lib.6.cap. quamuis tibi.cum
glo.in uer.cedentium.de preben.& cap.ſicut. in
prin.de uerb.ſigni,eod.lib.Rot.96.no.quod.cap.
ſuſceptum.in anti.unde ſuccedit illa uera, & in-
24 dubitata concluſio quod † mortis appellatione,
nunquam ueniat ciuilis,niſi in omnibus, & per
omnia eoſdem effectus operetur quo ad id de
quo agitur,non autem quo ad unum caſum. l. ex
ea.§.& inſulam,& ibi glo.Bar.Franc. Aret.& alii.
ff.de uer.obli.Cyn.& Bal.in l.deo nobis.C.de epi.
& cleri.Docto.in l.Gallus.§.& quid ſi tantum.gl.
& Docto.in c.ſuſceptum.de reſcrip.lib.6. Docto.
in l.ſi cum dotem.ff.ſolu.matri.in prin. Anto.de
But.& Abb.in c.cum ſis,de conuer.coniu. Ange.
Aret.in præalleg.§.cum autem.colum.3.ante nu
me.5.Inſti.qui.mo.ius pat.pote.ſol.Alex.conſilio
139.uiſo themate.colum.3.poſt nume.8.uerſicu.
aut mors ciuilis non operatur eundem effectum.
lib.2.Soci.conſi.92.circa primum.colum.1.& 2.
ubi exemplificat quando non dicatur eoſdem ef-
fectus per omnia operari.lib.1.Felin.in cap. licet
colum.2.& 3.de offic.delega.Pariſ.conſi.5.nume.
149.& ſeq.uolum.4. & inter alias differentias de
quibus ſupra,illa notiſſima eſt, uacationem per
obitum pendere à iudicio Dei, neque pacto ali-
quo differri,celari,ſubuerti,ſeu impediri poſſe,il
lam uero uacationem per obitum ciuilem,ab ho
minum arbitrio pendere differrique,celari,ac im
pediri poſſe,nec deſunt uiæ accuſatis, & conui-
ctis iudicium ipſum prorogandi, & rogando, &
noua iura allegando,& deducendo,lataque ſentẽ
tia priuatiua appellationis remedio, uel alio,cal
lationem ſententiæque executionem differre,&
impedire, nec ſicut ab obitu temporis curſum
pro uериſimili notitia regula noſtra capit, ita a
die ſententiæ priuatiuæ latæ quis denumerabit,qd
enim ſi non ſit appellatum? a die rei iudicatæ cõ-
putare ne debemus? quid ſi ſit appellatum, & ą
apoſtolis non redditum? quid ſi propter nõ pro-
ſecutionem,rei iudicatæ ſit locus? uel quid ſi ſecũ
da ſententia in rem iudicatam tranſierit? cum
igitur præſertim,in uacationis beneficiorum pro
pter ſententias priuatiuas, nulla præciſa certa
dies præfigi poſſit, a qua ueriſimilem notitiam
ſumere poſſimus,in iis maximè regulam hanc lo
cum ſibi uendicare non poſſe, nemo, qui ſapiat
inficiabitur.Ex præmiſſis patet ſolutio ad omnia
contraria adducta,& quæ adduci poſſent, uideli
cet,quòd illa procedant ubi in iure,& in illis ſolũ
caſib.in quib.expreſſum reperitur quod appella
tione mortis ueniat etiã mors ciuilis, uel ubi effe
ctus mortis ciuilis,& naturalis in omnibus,& per

omnia ſunt ijdem, quibus ceſſantibus præſertim
ubi extenſioni locus non eſt, ſecus dicendum ſit,
uti ſupra plenè probaui.

SVMMARIVM.

1 *Regula hæc, an in præſentatione patroni locum habeat.*
2 *Quibuſcunque, dictio quid operetur.*
3 *Præſentatio præmatura ſicut collatio reprobatur.*
4 *Præſentatus idoneus per ſuperiorem inſtitui debet.*
5 *Inſtitutio præſentatorum, eſt neceſſaria.*
6 *Præſentatio non tribuit ius in re.*
7 *Patroni à nemine præueniri poſſunt infra tempus ad præſentandum.*
8 *Quadrimeſtre datur patronis laicis, ſemeſtre clericis.*

1 Octauo quæro † an regula hæc ſit in præſen
tatione patroni locum habeat, ut ni
ſi poſt obitum beneficiati, & ante p̄
ſentationem congruum tempus pro
uerisimili noticia obitus effluxerit,
præſentatio ſit nulla. Pro parte affirmatiua, quòd
regulæ ſit locus, pondero hic uerba uniuerſalia in
principio, uidelicet, quòd omnes gratiæ, & po-
ſtea, de quibuſuis beneficiis eccleſiaſticis, dictio
enim (quiuis) generalitatem, & uniuerſalitatē in
fert. clemen. 1. cum glo. in uerſicu. quouis modo.
de reb. eccle. non alien. Alexan. conſi. 30. ponde-
ratis. nume. 14. uerſic. ſed in dicto. uolum. 4. & cō
ſil. 155. uiſis. colum. 2. uerſic. ſed Domi. Matthæus
ibi, quouis alienationis modo, iun. ter. ecce quod
teſtator, ibi fecit mentionem de omni alienatio-
ne, & ſic uult dictionem, quamuis, & omnem, idē
ſignificare, & iſtæ dictiones uniuerſales immutāt
naturam eorum quibus adduntur, unde uenient
beneficia qualiacunque ſint, & cuiuſcunque quā
litatis, & ſic tam libera quàm de iure patronatus
& alia cuiuſuis naturæ, prout in ſimili dicimus
2 uerbum † quibuſcunque, operari quòd feudum
tranſeat ad quoſcunque ſucceſſores, etiam extra-
neos, & ad quos aliàs de ſui natura feudum tran
ſire non potuiſſet, tanquam per illud uerbum q̄-
buſcunque, ſit immutata natura ipſius feudi. eſt
tex. in c. 1. de feu. non haben. propri. natu. feud. &
ibi omnes hoc no. Bald. in l. 1. in 34. quæſt. nume.
37 ff. de re. diui. Alex. in l. ſi patroni. nume. 25. ff.
ad Trebell. & in l. quædam. §. nihil intereſt. ff. de
æden. latè Cur. iun. conſi. 1. nume. 1. qui plures al-
legat, dicens hanc ueram, & communem iuris
opin. & conſi. 48. præſupponitur in facto. numer.
tertio. Accedit quod principalis ratio regulæ ne
detur uotum captandæ mortis, utque facultas
ptatorũ uia, de facili. poſſeſſionem recuperare,
uel à moleſtiis, ſeu uexationibus ſe liberari face-
re ſperant, & ſi nullus poſſideat hiſce remediis
poſſeſſionem uacuam, & à nemine occupatam
præſeruare nituutur, alioquin poſſeſſoribus per-
nitioſum eſſet conſilium, litem mouere de
pacificis poſſeſſoribus (quibns regula de auna-
li, de Triennali, & alia iura ſuccedente tempo-
re aliquid commodi, & utilitatis afferre poſſent)
ſe non pacificos poſſeſſores reddere. Vnde
arguendo a communiter accidentibus ad .l.
quod ſi nolit. §. qui aſſidua. ff. de edili edi. l. ne-
que natales. cum gloſſ. in uer. cum nihil. C. de
probatio. l. ideo. cum gloſſ. iu princip. ff. de legi.
gl. in. l. 1. C. de arbit. c. 1. & ibi Imo. Abb. & alii, de
cleri. non reſi. cum commiſſiones iactarionum, &
moleſtationum impetrari ſolitæ ſint (ut præmiſi)
ad effectum potentiæ, & uiolentiæ, ſeu turbolen-
2 tis, & malis artibus reſiſtendum, & † periculum
ſit in mora, recedendum eſt à uiis ordinariis, &
irregulariter agi poteſt, regula aliqua, ſeu iuris
diſpoſitione non ſeruata, argumento. l. ait pretor.
§. ſi debitorem. ff. de his, quæ in frau. cred. l. de pu
pillo. §. ſi quis riuos. & ibi Bar. & latè Ludou. Ro-
ma. quẽ ibi communiter oẽs ſequuntur. ff. de no.
3 oper. nunciatio. ubi concludunt, quòd † mora
quando eſt periculum allatura remittitur iuris
diſpoſitio prohibitiua, pulchrè per eundem Ro
ma. in l. ſi uero. §. de uiro. nume. 71. iu 50. fallent.
ff. ſoluto matrimo. qui plura adducit. Ancha. cõ.
192. in auxilium. nu. 3. l. fi. ubi gl. & Bar. C. de fe
4 riis. ubi uolunt propter moræ periculum † ſuſpe-
ctum de fuga poſſe capi die feriata, etiam iu ho-
norem Dei, & à iudice incompetenti, imo autho
ritate propria. docto. in. l. 2. ubi late Iaſ. poſt alios
quicquid dixerit Aretin. ff. de iuris om. iudi. Ca-
noniſtæ in capitul. cum non ab homine. de iu-
di. conſequenter igitur diſpoſitio huius regulæ
ceſſare debet propter moram periculum allatu-
5 ram; & † ſuſpicio futuri mali, propter quam
celeritas deſideratur, limitat omnia iura quam
tumcunque generaliter loquentia. l. ſi quis offi-
cium. §. fi. ff. de ritu nup. ubi reſtringitur diſpo-
ſitio l. qui in prouincia. in princ. eo. titu. uolentis
officialem in ciuitate cui præeſt, non poſſe præ-
ſtare conſenſum liberis, ut ibi contrahant ma-
trimonium, uult enim dicta. l. ſi quis officium.
hoc non procedere cum officialis conſentit filiæ
ibidem nubere uolenti, ea ratione, quia pericu-
lum imminet, non tradendo nuptui matura m
uiro, & timendum eſt ne quid ſiniſtri accidat.
Sic etiam uidemus quòd iura diſponẽtia in ma-
trimonio liberorum requiri conſenſum patris,
& aui, reſtringuntur non procedere ubi tracta-
mus de matrimonio fœminæ, quo caſu ſufficit
conſenſus aui tantum l. oratione. ff. de ritu nup.
& ibi gloſſ. in uer. ſufficit. adducit rationem, ut
nuptiæ mulierum accelerentur, ne quid turpe
committatur. Roma. in præalleg. l ſi uero. § de ui
ro numer. 30. uerſicul. ſecundo idem probatur ff.
ſolut. matrimon. eſt bene uerum, quòd hodie
iura omnia requirentia conſenſum patris, ſeu
alterius, ut liceat filiis, ſeu filiabus ſub poteſta-
te exiſtentibus matrimonium contrahere, ceſ-
ſant, ut. l. paulus. ff. de ſtatu homi. l. ſi ut pro-
ponis: ſecunda. C. de nup. & §. 1. inſt. eo. ſeruatur
enim circa nuptias contrahendas ubique ius
6 canonicum, iuxta quod, filiæ, ſeu filio † nube-
re licet, pręter uoluntatem parentum. capitu. ſi
annum. ubi glo. & docto. de iudi. lib. 6. gloſ. 1. in.
cap. fi. 32. quæſti. 2. glo. penul. in. ca. 1. de deſpon.
7 impu. & ibi Abb. dicit † matrimonium ualere
abſque conſenſu patris. Ancha. conſil. 21. pro ſo-
lutione. numer 4. Augel. conſil. 29. Tirius exiſtens
colum. 2. pulchre per pręceptorem meum Dom.
Phi. Dec. conſil. 231. col. 2. uer. an matrimonium
eſt ſacramentum. cum iis quę ſubiicit, & per totũ
conſil. & iſta eſt communis opin. etiam ſi ſtatutũ
aliter diſponeret. Rui. conſ. 144. uidetur prima
nu. 20. col. 5. & Cur. Iun. conſ. 136. nu. 3. Redeun-
do unde digreſſi ſumus, conſiderato ueriſimili
periculo futuri ſpolii, intruſionis, inuaſionis, ſeu
expulſionis, ni ſtatim uigore talis commiſſionis
inhibeatur aduerſario, & reprimatur furor in ta-
li & ſimili caſu, non eſt conterendum tẽpus in ex
pediendo literas: & propter has ſuſpitiones, &
pericula, ab hac regula recedi poſſe uidetur. Am
plius pondero quòd regula noſtra loquitur de
commiſſionibus obtentu, uel occaſione conceſ-
ſionum duntaxat Apoſtolicarum, ſicque ſe ipſã
limitat, & reſtringit per illam dictionem, dunta-
xat, ad. c. ſtatuto. § in nullo. ibi a perſonis, dunta-
xat deſignatis, de reſcr. lib. 6. Bar. in. l. 1. poſt prin.
uerſ. pro cuius declaratione. ff. ſi quis ius dicen.
non obtem. cle. 1. uer. nos igitur, & ibi no Car. de
ſum. trini. & fi. catho. cle. 1. & ibi idem Card. in. 3.
no. de ſequeſt. poſſeſ. Antequam ulterius progre-
diar declarabo illa uerba, obtentu, uel occa-
ſione.

8 ſione.† Obtẽtus pro extenſione apud Vir.lib.11.
Aeneid.non multum poſt principium accipitur,
ubi dicitur extructoſque toros obtentu frondis
inumbrant.accipitur etiam pro prætextu, ſeu co
lore,ſpecie,figura, oſtentatione.Marci.12.uerſus
fi.Qui deuorant domos uiduarum ſub obtentu
prolixæ orationis.l.his oneribus,ibi paupertatis
obtentu.ff.de iu,immu.Saluſtius in oratione Le-
pidi conſu.ad Po.Ro.parum ante fi.ſub his uer-
bis.Quare igitur tanto agmine, atque animis in
cedis? quia ſecundæ res mire ſunt uitiis obtentui
l.magis puto §.non paſſim tutorib. obtentu æris
alieni ꝑmitti debuie uẽditio ff.de reb.eo.qui ſub
tut.l.imperatores ff.de re iud.l.palã.§.nõ eſt igno
ſcẽdũ ei quę obtẽtu paupertatis turpiſſimã uitã
agit.ff.de rit.nup.l.2 poſt medium.C.qui teſt.fa.
poſ.l.cum profiteatis.in fi.C.de reuo.dona.l.ob-
tentu.C.de cri.expi.here.l.qui cum uno.§.adul-
terii.uerſic.non omnis.ff.de re mili.c.non magno
opere.ibi,ſub obtentu languentium fratrum. ne
cleri.uel mona.ſecu.nego.ſe immi.l.Imperatores.
ff.de re.iudi. Budeus ſuper anno.pande.in.l.mi-
nor autem magiſtratus.ff.de mino.uerſic.obten-
tus, πρόφασις, πρόσχημα, prætextus, color, hæc ſi-
gnificatio congruit regulæ noſtræ, & ſic expone-
mus obtentu.i.prætextu, & alibi prætexere pro
obtendere,colorem quærere.Vergi.in.4.Aeneid.
Non tamen Anna nouis prætexere funera ſacris
germanã credit,& prætextum pro obtentu Bud.
in præalle.l.minor. uerſic.& prætextum pro ob-
9 tentu.† Occaſio autem dupliciter ſumitur pro
eo quod eſt aliqualiter inductiuum, ſeu cauſati-
uum alicuius effectus,ſed non ſufficienter,& effi-
caciter, ſicut dicitur occaſio ſubmerſionis, uel
prædationis nauis,qui ducit nauem ad aliquem
locum,ubi ſuperueniente tempeſtate ſubmergi-
tur, uel ab hoſtibus rapitur, & iſto modo da-
mnum dediſſe uidetur, ſed realiter non dat, ex
quo id uerisimiliter præuideri non poterat. Alte
ro modo ſumitur pro eo quod eſt inductiuum,
ſeu cauſatiuum alicuius effectus ſufficienter, &
efficaciter, ita quod ſine eo non ſequeretur effe
ctus, & ſic occaſio dicetur cauſa, ad quam poſi-
tam ſequitur effectus: & ſic occaſio ſubmerſionis
nauis erit, qui faceret foramen in naui,ut intra-
ret aqua ad ſumergendum,idque euenit.Et dici-
tur occaſio directa quando hoc intendit. De hac
habemus Deut.c.22. Si duxerit uir uxorem, & po
ſtea odio habuerit eam,quęſieritque occaſiones,
quibus dimittat eam, obiciens ei nomen peſſi-
ſimum &c.indirecta uerò quando non intendit,
ſed non impedit, nec obuiat ne ſic eueniat effe-
ctus,cum poteſt,& debet.De hac occaſione uide
tur intelligi poſſe illud Ioſue cap.22.Et per hanc
occaſionem euerrent filii ueſtri filios noſtros a ti-
more Domini.Præmiſſam declarationem inueni
apud Anto.Archie.Floren.in tracta.de uſu.cap.
4.dum de cooperatione, & participatione uſuræ
tractare incipit.De dante cauſam, ſeu occaſionẽ
homicidio uel mutilationi, & an ſit irregularis
uideatur in.c.præsbiterum.c.ſuſcepimus.cap.de
cætero,&.c.petrus.de homi.& late per Mar.Soci.
in c.ad audientiam.quæſt.42.num.49.eo.& quo
ad regulam hanc,ſecundo modo occaſionem ac-
ciperem,eamque quę directa eſt,exponeremque
occaſione.i.cauſa, & pro cauſa accepit iure con-
ſultus in.l.qui occiderit.§.in hac quoque. dum
ponit regulam, quòd occaſionem damni præ-
ſtans,damnum feciſſe uidetur,occaſionem enim
ibi pro cauſa ſumunt ff.ad leg.aqui.c.fi.de iniu.
dam.dat.prout etiam per Bar.in.l.idem eſt.§.ſi-
quis autem.poſt prin.ff.de vi & vi arma.Occaſio
nem in alio ſignificatu quis uidere poterit apud
M.Tullium in.1.lib.de inuen.dum confirmatio-
nem declarat,occaſionem partem temporis de-
ſcribit, habentem in ſe alicuius rei idoneam fa-
ciendi oportunitatẽ,occaſionemque aut publi-
cam aut communem,aut priuatam eſſe oſtẽdit.
occaſio etiam dicitur impulſiua.c.poſt tranſlatio
nem.& ibi docto.de renun.ca.ſolite.ibi non cau-
ſam,ſed occaſionem,& ibi Feli.nume.2.de maio.
& obe.laſ.ſuper rub.C.qui admit.nume.8.diffe-
rentiam inter cauſam, & occaſionem ponit Ar-
chi.in.c.conſequens.num.2.ubi cauſam dicit ra-
tionabilem,occaſionem uero iniuſtam, iuxta il-
lud occaſionem quærit qui uult diſcedere ab a-
mico.De occaſione non data,ſed accepta videatꝰ
Pau.ad Rom.c.7.uerſi.occaſione aũt accepta, &
uerſicu. nam peccatum occaſione accepta, ubi
quòd lex non dedit occaſionem peccati, ſed
peccatum ex lege, occaſionem accepit. Re-
gula igitur hæc procedet ſolum in commiſſio-
nibus cauſarum, non omnibus indiſtinctè, ſed
prætextu, uel cauſa conceſſionum duntaxat
apoſtolicarum gratiarum, de beneficiis eccleſia
ſticis: commiſſio iactationum,& moleſtationum
non ſolet impetrari prætextu,ſeu ex cauſa conceſ
ſionum apoſtolicarum de beneficijs eccleſiaſticis
tantum, ſed potius occaſione, ſeu obtentu con-
ſeruandi, ſeu preſeruandi poſſeſſionem, iam ca-
ptam,ſeu impediendi alium ne poſſeſſionem oc-
cupet,ſeu in illa ſe intrudat, uerba igitur regulæ
huic caſui non conueniunt ergo nec diſpoſitio.
ad l.hos accuſare.§.omnibus.ff.de accuſa.l.ſi ue-
ro.§.de uiro,ff.ſolut.mat.l.ſi ſeruum.§.non dixit
ff.de acqui. here.cum ſimi.poſtremo cum regula
loquatur de commiſſionibus cauſarum prætex-
tu gratiarum de beneficiis,commiſſio autem ia-
ctationum,& moleſtationum uidetur continere
ſolum cauſam poſſeſſorii,& ſic non cauſam bene
ficii, ſeu tituli beneficialis, ad conſil.Calde.6.an
ſi in reſcripto.de reſcrip.unde illa qualitas quòd
commiſſio reſpiciat beneficia, de qua hic uerifi-
cari non poterit in commiſſione ſuper iactatio-
nibus & moleſtationibus. Pro parte uerò affir-
matiua quam teneo uidenda erunt ea quæ addu
co ſupra in.14.quæſt.regulæ de ſubrogan.a num.
4.uſque ad fi.quæſt,quæ hic non repeto,ex ibi po
ſitis apparere poterit quod commiſſio ſuper ia-
ctationibus & moleſtationibus reſpicit ipſum
benefi-

beneficium, præſertim appoſita ſolita clauſula,
ac quam & quas: & iuniores ibi nu. 2. inuenient
formulam commisſionis iactationum, & moleſta
tionum, & quo ad hanc regulam pondero quòd
10 aliud eſſet dicere † commisſiones cauſarum ſu-
per conceſſionibus apoſtolicis de beneficiis, ſeu
commisſiones cauſarum ſuper beneficiis, & a-
liud commisſiones cauſarum occaſione gratiarū
de beneficiis, ſeu occaſione beneficiorum: in pri
mo enim caſu poſſet eſſe locus dubietati, ſi con-
cedamus cauſam iactationum, & moleſtatio-
num non concernere ipſa beneficia. in ſecundo
uerò etiam dato & non conceſſo quòd compre-
henderet cauſam tituli beneficii, ſeu beneficium
ipſum, adhuc uigore illius dictionis, occaſione,
eſſemus in tuto. pro eadem parte affirmatiua, ha
bemus enim text. in terminis in clem. cauſam. de
electio. ubi colligitur aliud eſſe appellare ab ele-
ctione, poſtulatione, ſeu prouiſione, & aliud ap-
pellare occaſione poſtulationis, electionis, ſeu
prouiſionis, & iſto ſecundo caſu qui quæſito no-
ſtro applicari poteſt, uenit etiam cauſa poſſeſſo-
rii, ſeu ſuper ſpolio, ſeu quauis alia ex cauſa, ſeu
occaſione electionis, poſtulationis, vel prouiſio-
nis, prout poſt glo. ibi in uer. occaſione. & Cardi.
quæſt. 5. concludit Boni. de Vitali. num. 8. in uer.
uel occaſione. pro quibus facit text. in. cap. ſolitæ
poſt princ. ibi huic autem tuæ admirationi non
cauſam, ſed occaſionem præbuit &c. de maio. &
obed. & ſic occaſio accipitur pro cauſa remota,
prout uoluit Iaſ. ſuper rub. C. qui admit. ubi plu-
res allegat. nume. 8. patet igitur quòd non ſolum
per hanc regulam prohibentur committi cauſæ
ante expeditionem literarum ſuper beneficiis,
ſeu ipſorum titulis, ſed etiam ſuper poſſeſſorio,
ſeu alia occaſione gratiarum apoſtolicarum de
beneficiis. Ex proxime dictis patet ſolutio ad
omnia contraria. Inſuper ad primum fundamen-
tum pro parte negatiua factum reſponderi po-
teſt, quòd nos non ſumus in tali periculo, ſeu ſu
ſpitione quòd a iuribus, ſeu conſtitutione rece-
dendum ſit. Item receditur in talem euentum,
quando iura uel doctores concedunt recedi poſ-
ſe, quod in caſu noſtro non eſt. Accedit quòd
ille qui ſpoliari timet, poterit poſſesſioni inſiſte-
re, uim ui repellendo, ſaltem donec literas expe-
diat, & cauſam committi faciat, demumque in-
hiberi aduerſariis curauerit, etſi antea euitare
non poterit propter aduerſarii forſan potentiā,
quin ſpolietur, habebit uiam ordinariam agen-
11 di † ſpolio, & ſic ante omnia reſtituetur, quo ad
poſſesſionem beneficii, fructus perceptos, & qui
percipi poterunt, ad omne intereſſe, & quo ad
expenſas. l. ſi de poſſesſione. C. unde ui. l. 1. §. ex
die. & l. ſequen. ff. de ui, & ui arma. ca. grauis. cum
ibi no. de reſti. ſpolia. Rot. 24. fuit dubitatum u-
trum detentor. & 25. in no. cap. accedens. 2. & ibi
Abb. in penul. not. ut li. non conte. & Rip. in l. na-
turaliter. §. nihil commune. num. 50. in 6. amplia.
ff. de acqui. poſ. Et ita intelligi debet glo. in l. qui
actionem. quæ eſt. 15. uerſ. quòd etiam fructus. ff.
de reg. iur. Et ſpoliatus, qui non ſit integrè reſtitu
tus uſque ad unum quadrantem, poteſt petito-
rium ſuſpendere in quacunque parte iudicij,
& facere ne ulterius procedatur, niſi facta integra
reſtitutione. Amplio ēt ſi permiſiſſet cauſam in-
ſtrui in petitorio, quia ex tunc diceretur renun-
ciaſſe rei iudicatæ, quam habebat in poſſeſſorio
cum iſta ſint iudicia diuerſa. Sic cōcluſum fuit à
Rota prout Dec. Putei. 296. lib. 2. incipit. in uer.
Aſſaſinaten. unde ſatis erit cautum illi poſſeſſo
ri beneficii, quia illud de facili recuperabit. Inſu
per imputet ſibi qui quando potuit ſtatim lite-
ras non expediuit, uel quòd non obtinuerit de-
rogari regulæ huic. Ad ſecundum, quòd uerba
non conueniāt, contrarium eſt probatum ſupra.
Ad tertium quòd commisſio ſuper iactationi-
bus & moleſtationibus contineat ſolum cauſam
poſſeſſorii, reſpondeo quòd hoc eſt falſum, & il-
lud conſil. Calde. 6. de reſcr. Rota non tenet, pro-
ut per Caſſad. dec. 6. de reſcr. & 9. de cau. poſſeſ.
& propri. Et in omnem caſum reſpondeo, quòd
ſtante clemen. cauſam, & declaratione Boni. de
qua proxime ſupra, regula etiam cauſam poſſeſ-
ſorii, & alias pleraſque continebit. Poſtquam præ
miſſa ſcripſeram annotatum uidi in Maioricen.
præceptoriæ S. Antonii coram R. P. D. Fabio Ac
corambono inter D. Io. Vilana, & D. Auguſtinum
Ferragut. 18. Martii. 1555. in caſu propoſito incli
natum fuiſſe, non potuiſſe committi cauſam li-
teris non confectis, & ſic pro hac ultima mea opi.
affirmatiua, mouebatur Rota per alle. dec. Caſſa.
2. ſuper regulis, & per regulam ipſam quæ non
magis loquitur in actore quàm reo, ſed generali-
ter contra impetrantem.

S V M M A R I V M.

1 *Regula hac de commisſionibus loquens, an locum habeat quando proceditur per Aud. Cameræ uia monitorii.*
2 *Auditor Cameræ in cauſis beneficialibus, ſeu ſpiritualibus nullam iuriſdictionem habet.*
3 *Romæ nullus iuriſdictionem ordinariam habet niſi Papa.*
4 *Argumentum à mandato procuratoris ad mandatum iuriſdictionis.*
5 *Cauſæ beneficiales & ſpirituales an requirant ſpeciale mandatum, & nu. 18.*
6 *Auditor Cameræ eſt ordinarius in omnibus cauſis.*
7 *Auditoris Cameræ iuriſdictio inter curiales tantum, & in cu. Ro. procedit.*
8 *Monitorium a commisſione differt in nomine, in ſubſtantia, in forma, & in effectu.*
9 *Commisſiones nihil continere ſolent quàm ius.*
10 *Reſcriptum emanat ad iuris communis obſeruantiam.*
11 *Reſcripto per iudicem omnino parendum eſt, eiuſque forma ſeruanda.*
12 *Monitoria quomodo concedi ſoleant.*
13 *Regulam Pauli iiij. prohibentem capi poſſesſionem beneficiorum uigore mandatorum ante literarum expeditionem non comprehendere monitoria.*
14 *Equipollentium quid fiat non refert.*

Legi

15 Legi fraus fieri non debet.
16 Fraus legi de perſona ad perſonam quomodo fiat.
17 Fraus legi de facto, ad factum.
19 Conſuetudo dat iuriſdictionem.

1 QVarto quæro an † regulã hæc de com-
miſsionibus cauſarum loquens, locũ
ſibi uendicet, quando proceditur p
Aud Cameræ uia monitorii? pro par
re negatiua arguo ſic, conſtitutio in-
telligi debet in caſu in quo ſuppoſita per eam lo
cum habere poſsint. Iac. But. Fulgo. & Saly. in l.
mancipia. C. de ſer. fugit. Ludo. Roma. ſing. 489.
ſtatutum puniens. præceptor meus Domi. Phili.
Dec. conſil. 466. ſtante ſtatuto. col. 3. nume. 8. &
conſil. 640. quæritur. poſt princip. uerſicu. primo
præſupponitur. hæc regula (ut ex ipſius lectura eli
citur) ſupponit annullare omnes commiſsiones,
& omnes proceſſus ſuper omnibus beneficiis, &
ſic ubicunque exiſtentibus, & per quoſcunque
obtentis, ſeu ſuper eis ius prætendentib. niſi lite-
ræ prius expeditæ fuerint; hæc ſuppoſita uerifica
ri non poſſunt in Auditore Cameræ (uti ſtatim
probabo) ergo conſtitutioni huic locus eſſe non
2 poteſt. Primo enim aduertatur, quòd † Auditor
Cameræ in cauſis beneficialibus, ſeu ſpirituali-
bus nullam prorſus iuriſdictionem habere uide-
3 tur, niſi deſuper ſibi facultas concedatur. † Romæ
enim nullus iuriſdictionem ordinariam habet
niſi Papa, & ita aliàs interlocutus fuit Boni. Papa
VIII. prout per Archidiac. in c. experientiæ. poſt
numerum tertium. 11. q. 1. glo. in clemen. auditor
de reſcrip. & eſt ultima opin. glo. unde in illa reſi-
dere uidetur, & illa tenenda eſt ad glo. in l. qui fi-
lium. §. Sabinus. in uerſicu. & alia, ante fin. ibi, re-
ſponde principis. ut maioris & ultimi. ff. ad Tre-
bellia. Barto. in l. bona fides. nume. 2. ff. depo. cap.
cappellanus uerſic. poſteriori ſententia. de fer. &
quòd ita pronunciauerit Bon. unde ei ſtandum
ſit, notauit Cardi. in dicta clemen. Auditor, in 6.
quæſtio. poſt nume. 6. & Imo. ante nume. 11. Mar
tin. Lauden. de principi. quæſt. 285. incipien. pro
nunciatio Papæ. ac Staphi. ſuper ſigna. in 2. parte
dum de commiſsionibus tractare incipit. folio
140. iuxta primam impreſsio. Auditori Cameræ
datur facultas ſuper cauſis criminalibus prout &
gubernatori urbis. Auditores uerò Rotæ cauſas
beneficiales, & ciuiles audiunt. Samen. in cap. 1.
de iudic. libro 6. nume. 47. uerſicu. ex alio tamen.
propria autem, & naturalis iuriſdictio ipſius Au
ditoris cameræ uidetur eſſe circa obligationes in
forma cameræ, earumque executiones, per quas
ſe obligantes eius tribunali ſe ſubiiciunt. Ro. Bel
lem. 305. in cauſa mea. & dato quòd haberet ipſe
Auditor cameræ latiſsimas facultates, & ampliſ-
ſimam iuriſdictionẽ, niſi tamen expreſſe fiat men
tio de cauſis beneficialibus, ſeu ſpiritualibus ad
eas eius iuriſdictio non ſe extendet, quacunque
4 generalitate non obſtante † argumento enim a mã
dato procuratoris, ad mandatum iuriſdictionis,
l. & quia. ff. de iuriſdi. omnium iudicum. Innoc.
in cap. in noſtra colum. 2. poſt princi. ibi manda-
ta enim iuriſdictionis, & procuratoris multum
ſimilia ſunt. idem Innocen in cap. cum olim Ab-
bas. poſt princip. uerſicu. nec abſurdum. de offic.
delega. prout per Barba. in cap. ſuper literis. col.
5 13. de reſcrip. ſequitur quod ſicut † cauſæ benefi-
ciales, & ſpirituales requirunt ſpeciale mandatũ,
Lap. alleg. 70. ſæpe uidi. numer. 6. & ſequen. ubi
plura adducit. Ro. 788. ſciendum eſt, quod in cã.
in antiq. Philip. Franc. in capit. qui ad agendum.
§. procurator. colum. penul nume. 5. de procu. li-
bro 6. Io. a Graſsis. in tract. de ſubſtãn. procurato
rii. in uerſi. tam eccleſiaſticas, quàm ſeculares. itã
& ſub quibuſcunque facultatibus generalib. con
ceſsionis iuriſdictionis non ueniret cauſæ bene
ficiales. & ſpirituales, ergo ſi Auditor cameræ nõ
oſtendit ſuper illis expreſſum mandatum, ſeu ex-
preſſam facultatem, & conceſsionem circa illas,
ſe intromittere nullo modo poteſt, & in terminis
noſtris quòd Auditor cameræ non poſſit de cau-
ſis beneficialibus cognoſcere, eſt dec. Bellem. 210.
in cauſa Domin. Simonis &c. & ſic regula proui-
dens ſuper cauſis beneficialibus non poterit in ip
6 ſo uerificari. Amplius dato millies quòd † Audi-
tor cameræ ſit ordinarius in omnibus cauſis pro-
ut notauit Hoſtien. in ſum. ſub titu. de offic. or-
din. poſt princip. Specu. eod. titu. §. 1. numero 5.
uerſic. quid de Auditoribus. lib. 1. gloſſ. 1. ſecun-
dum unam opin. in clemen. Auditor. uerſic. item
ſcias, quòd de Auditore contradicturum, & came
ræ &c. de reſcrip. & glo. in clemen. ne Romanus.
§. eo tamen. in uerſic. expirare. de electio. & dato
etiam quòd ſub iſta generalitate de iure uel po-
tius de ſtilo, ſeu conſuetudine Auditor cameræ ſe
etiam circa beneficiales, & ſpirituales cauſas in-
trommittere poſſit iure ſuo, ſeu uia ordinaria, ad
7 huc limitanda erit † eius iuriſdictio, ut ſolum in-
ter curiales & in Cu. Roma. procedat: ita ſentit
Specu. ubi ſupra. uerſicu. ſic etiam Auditori ca-
meræ Domi. Papæ generalis audientia cauſarum
inter curiales uentilandarum committitur. Rot.
727. no. quòd Auditor cameræ. in anti. ubi etiam
quòd ita ſeruat Rota, & Belleme. prealleg. deciſ.
210. in cauſa Dom. Simonis. ubi in fi. dicit quòd
officium ſuum eſt cauſas curtiſanorum audire. ſi
igitur cauſas curialium tantum audit, ergo non
illas extra Roma. Cu. eſt Deci. eiuſdem Belleme.
508. concluſio quòd Auditor cameræ, ubi quòd
non poteſt citare extra curiam, & quòd curia eſt
ſibi pro territorio: quæ concluſio ampliatur etiã
ſi quis ſubiicit ſe cameræ, licet enim in curia re-
pertus conueniri poſſit, non tamen extra eam ci-
tari poterit per cameræ Auditorem, ut in curia
reſpondeat. Ampliatur etiam quòd Auditor ca-
meræ cauſas per appellationem in locis circum-
uicinis interpoſitas ad Cu. Roma. deuolutas au-
dire non poſſit, præallega. Rot. 336. ſi a iudice. in
nota. adhuc igitur Auditor cameræ in hac re-
gula non comprehendetur, cum ipſe, ut probaui

non

non habeat iuriſdictionem extra Ro.cu.nec ſu-
per cauſis quæ ad cu.Ro.deuoluuntur,regula au-
tem ut in princip.quæſiti præmiſi,loquitur circa
omnes cauſas beneficiales,undecunque uenien-
tes, & ſuper quibuſuis beneficiis ubicunque exi
ſtentibus, vnde etiam data ordinaria facultate
Auditoris Cameræ, ſuppoſita ſeu ſubintellecta
in noſtra regula, in eo indiſtincte plene & eo mo-
do quo regula ſupponit, uerificari non poterunt,
unde illi locus eſſe non poteſt.Secundo principa-
liter pro eadem opin.negatiua arguo ſic,diuerſi-
tas nominum diuerſitatem rerum infert & indu-
cit.l.ſi idem.C.de codi.§.eſt & aliud.ibi,& conſe
quentia.vbi gloſſ.dat concordan.inſtit.de dona.
Ariſt.in prin.prædica.dum de priuatione, & ha-
bitu differit,ubi quòd ſi idem eſſet cæcitas, & cæ
cum eſſe, utraque de eodem prædicarentur,cum
iis quæ ſequuntur,unde ſuccedit uulgaris regula
quod ex diuerſis non ſit illatio.l.naturaliter.§.ni
8 hil commune.ff.de acqui.poſſeſſ.non ſolum† au-
tem in nomine differentia eſt,ſed etiam in ſubſtā
tia,forma,& effectu,uia enim monitorii ordina-
ria eſt,& ordinario iudici competens, & ſic a iu-
re communi procedit.glo.in.c.1.in uer.proceſſus
uerſic.ſed poteſt eſſe ratio, & glo.in.c.2.uerſicul.
uel fortè non eſt eadem ratio.de reſcrip.lib.6 uia
commiſſionis eſt extraordinaria delegatum fa-
ciens.Monitorium a iudice decernitur,à notario
ſubſcribitur,a nuntio,ſeu curſore parti præſenta
tur, commiſſio autem a Papa, ſeu eius ſignatu
9 ra obtinetur, iudicique præſentatur;† commiſ-
ſiones nihil continere ſolent vel ſaltem deberent,
quam ius, expediuntur enim ſeu ſignantur ut iu
ſtitia miniſtretur,ut in.l.falſo.C.de diuer.reſcr.&
commiſſio dicitur iuſtitia mera. Fel.in.c.poſtula
ſti.de reſcrip.gloſ.ſuper rub.de reſcrip.ubi quòd
10 † reſcriptum emanat ad obſeruantiam iuris cō-
munis, cum quis conqueritur iudici quòd ali-
quis facit contra iura,ſupplicans ut princeps det
ſibi iudicem delegatum, qui faciat obſeruari ius
commune,& ibi per omnes.lib.6.Bart.in repe.l.
Cæſar.ante num.24.ff de publica.Gem.& Franc.
in.c.1.de conſt.lib.6.And.Sicu.in.c.cauſam quæ
colum.2.nume.8.de reſcrip.præceptor meus D.
Philip.Dec.ſuper rub.de reſcr.in.c.prudentiam.
§.ſexta.in.2.no.numer.2.de offi.delega.& conſi.
209.in caſu propoſito, colum.2. circa medium
ante numer.5.reſcripta etiam perennia ſunt, &
11 ſemper durant, dicta.l.falſo.C.de diuer.reſc.†in
ſuper reſcripto per iudicem omnino parendum
eſt,formaque eius ad unguem ſeruanda, licet du
ra eſſet.cap. cum dilect.de reſcrip.But.in.cap.ex
parte.2.in glo.1.de fo.compe.Dec.conſi.33.niſo
puncto. colum.2.ante medium.uer.primo quòd
ex quo conſtat de mente Summi Pontificis &c.
12 †monitoria uero communiter concedi ſolent ab
ſque cauſæ cognitione,ex abrupto,cum illa clau-
ſula,ſiquis ſenſerit ſe grauatum,& per ſimplicem
comparationem moniti debilitantur, & reducū
tur ad naturam ſimplicis citationis, aliquando
uero cauſa cognita decernuntur, ſed iſta proprie
non ſunt monitoria, ſed quædam præcepta, ſeu
mandata, prout omnia præmiſſa probantur per
Cyn.in.l.quoties.C.de fideicom.Bar.in.l.filiusfa.
§.diui.in fi.& ibi Iaſ.in.1.lectu.nume.115.& in.2.
lectu.num.5.&.157.ff de lega.1.Bart.in.l.1.num.
3.C.de exe.rei iudi.late per Aret.in.§.curare.col.
penul.uerſicu.quid dicendum de eo quod iudi-
ces.Inſti.de act.Ruy.conſil.59.quod impediatur.
ante numer.6.uolum.5.Pariſ.conſil.113.monito-
rium emanatum ab Auditore cameræ. in princi.
uolum.4.Tertio principaliter corroborari poteſt
hæc opinio negatiua,ex reſolutione dominorum
de Rota ſuper alia Regula,ab hac non diſſimili,
facta in una Brachanen.S.Martini de ſequeiro,in
ter Baldaſarem de Sylu.pro quo ego ſcribebam,
& Ioan.Mendez.coram bo.me.Hier.Nouato ſub
die.14.Octobris.1549.& rurſus ſub die.18.Apri
13 lis.1550.noluerunt enim †Regulam fæ.re.Pauli.
Tertii ſub rub.de exten.conſenſuum, prohiben-
tem inter alia, concedi mandata a iudicib.Ro.
cu.de adipiſcenda poſſeſſione beneficiorum, an
tequam literæ ſuper ſupplicationibus expedian
tur, prout in lib.Regularum præfati Pauli Ter-
tii.fol.20.& poſtea fol.22.ſub rubr.edictum quo
cauetur ne quis uigore tranſumptorum &c.ubi
etiā additur, quòd ſingulis futuris temporibus
pro lege ſeruetur, non habere locum in monito-
riis, quæ per comparitionem reſoluuntur in ſim
plicem citationem; ita concludere debemus in
regula noſtra, præſertim, quia maior conformi-
tas eſt inter mandata, & monitoria, quàm inter
monitoria, & commiſſiones, prout ex iis quæ ſu
pra adduxi facile colligi poterit, unde cum lex
una,ſeu ſtatutum,ab alia lege,ſeu ſtatuto declare
tur, & limitetur, etiam quòd generaliter & per
uerba uniuerſalia loquatur, ad.l.ut gradatim.
ibi,& ita reſcripto diui Marci continetur, ſecun-
dum quod edictum declaratur, & regulatur mu
nicipalis lex.ff.de mune.& hono.l.uni.in princi.
C.de inoff.doti.in auten.de exhiben.reis ante fi.
& in auten.ut clerici apud propri.epiſcop.ante
fi.ibi & per hanc ſacram declarata ſunt legem.l.
fin.C.qui teſtament. face.poſ.Pariſi.conſil.147.
nobilis.num.39.uolum.4.noſtram regulam inter
pretari, & limitare debemus iuxta interpretatio
nem, & limitationem alterius regulæ,de qua ſu-
pra.Pro parte affirmatiua arguendo a ſi, de quo
minus, ad.l.1.§.ſi conſulto.uerſic.quoniam.ff.de
his quæ in teſta.delen.l.non debet.ff.de reg.iur.
c.ſi in laicis 38.diſt.c.cum per bellicam, circ.me-
dium.ibi quòd ſi mancipiis &c.34.quæſt.1.pon-
dero quòd ſi regula annullat commiſſionem, &
proceſſus illarum uigore factos, multo magis an
nullare uidetur monitoria, & proceſſus illorum
uigore ſubſecutus,cum ut probaui, reſcripta ſint
firma, fixa, & incommutabilia, & conſequen-
ter proceſſus præuiis commiſſionibus fabrica-
tos,tanquam ſuper firma petra, & iactis ualidis
fundamentis, validiores iudicabimus,quàm ip-
ſa mo-

ſa monitoria inconſiſtentia, debilia. & quæ de fa
cili corruunt cum omni eorum fabrica, ſeu pro-
ceſſu. Si igitur hic debilitantur, & tolluntur
commiſſiones cum ſuis proceſſibus; a fortiori
monitoria cum ſubſequentibus actis. argumen-
to text. in l. Inuitus. §. cui damus. ff. de reg. iur. au-
ten. multo magis. C. de ſacro. eccle. capit. cum in
cunctis. de electio. Secundo arguo ab identitate
rationis ad l. ſi poſtulauerit. §. ratio. ff. de adulte. l.
1. §. hoc interdictum. eandem habet, & ibi not.
Bar. ff. de ſon. l. illud. cum gloſſ. magiſtra quæ dat
concor. in uer. æſtimari. ff. ad. l. aquiliam. c. tranſla
to. cum gl. ſi. de conſti. quamlibet enim rationem
huius regulæ, ex quinque de quibus ſupra in. 2.
quæſt. non minus monitorio, eiuſque proceſſui,
quam commiſſioni cum ſuo proceſſu conueni-
re patebit, prout quilibet non obtuſi ingenii per
ſe ipſum hæc plene percipiet. Tertio ſi coram
Auditore Cameræ proceſſum fuiſſet in uim com
miſſionis, nemo ſani capitis inficiaretur, quin
ſtante hac regula commiſſio, & proceſſus eius ui-
gore factus eſſent inualidi. modo ſic, ſuppoſito
quòd monitorium æquipolleat commiſſioni,
ſeu commiſſio monitorio, & quòd Auditor Ca-
meræ poſſit in beneficialibus procedere uia mo
nitorii, uel uia commiſſionis, ſuccedit regula quę
14 eſt, quòd † non refert quid ex æquipollentibus
fiat. l. ſi mulier. ff. de condi. cau. dat. l. iulianus ait.
ff. de condi. & demon. l. mulier. quæ duobus. pri-
mo reſpon. ff. ad trebel. l. 3. C. de inſt. & ſubſti. ſub
condi. fac. l. ſi. C. de dona. quæ ſub mo. ca. in iis de
uer. ſigni. cap. tua. cum ibi nota. de conſan. & affi.
Bal. in l. conuenticulam. col. 3. uerſic. item eſt ar-
gumentum ab æquipollentibus. C. de epi. & cleri.
ubi dicit duobus modis hoc argumentum forma
ri, primo ſic. Nihil referre qd de æquipollentibus
fiat: altero hoc modo, uidelicet habito fine, uel ef
fectu, non curamus de modo. Et æquipollentia
dicuntur, quæ habent eandem rationem, uel ua
lorem, & quorum effectus eſt idem. ut probatur
ex ſupra adductis, & uoluit Bald. in l. illud. C. de
ſacro. eccle. Et dicit Bar. in l. ab emptione. uerſus
ſi. ff. de pact. quòd æquipollens ſemper ſubaudi-
tur, & ſufficit: & Bart. ibi ſequuntur Angel. Pau.
Caſtren. Iaſ. & alii. ſic etiam uidemus, mandatum
per æquipollens impleri poſſe. l. ſi. in ſi. ff. manda.
Hinc dicimus, quòd ſi teſtator mandat rem ſer-
uari, perinde eſt ac ſi prohibuiſſet alienari, eadē
enim eſt natura uerborum æquipollentium. l. 2.
C. de vſuca. pro empto. & ibi notat. Bal. Aequipol
lens etiam ſufficit in ſententia. præalle. cap. in iis
de uer. ſigni. cum. gloſſ. & uoluit Bald. in Addi. ad
Specu. in titu. de Arbit. in uerſ. Quid ſi unus iu-
dicum dicat, condemno in uno ſolido; alter uero
dicat condemno in xij. denariis, ualet ſententia,
& ſunt concordes. idem igitur dicendum eſt ſi
uia monitorii proceſſit ſicut ſi uia commiſſio-
nis. Quarto & ultimo, ſi teneremus Regulę huic
non eſſe locum cum uia monitorii procederetur,
ſequeretur quòd id quòd eſt prohibitum domi-
nis de Rota, & aliis iudicibus delegatis circa cau
ſas beneficiales, quæ certè, & naturaliter ad eo-
rundem Dominorum de Rota tribunal ſpectant,
eſſet permiſſum Auditori Cameræ: quod abſur-
15 dum eſſet, imo fieret fraus legi † quod prohibi-
tum eſt. l. hęres meus. §. ſi. ff. de condit. & demon. l.
quod in conditionis. cum. gloſ. in uer. non poterit.
ff. de dona. cau. mor. l. 1. §. ſed & conſtitutio. & §.
pecunia. ff. de calum. l. ſi ſponſus. §. circa uenditio
nem, ibi idcirco uenditionem commentus ſit ut
donaret & c. ff. de donatio. inter ui. & uxo. l. 3. poſt
prin. ff. de iu. fiſci. Bald. conſil. 161. quædam nobi
lis. cir. medium. uerſic. item quod in fraudem le-
gum fit pro non diſpoſito habetur. lib. 1. & idem
Bald. in l. non dubium. in princip. C. de legi.
16 † fraus autem hic fieret de perſona ad perſonam
cum enim coram Rotę Auditore quis literis non
expeditis aliquem conuenire, proceſſuſque fa-
bricare prohibitus reperiatur; conueniret coram
alia perſona, alia uia, & ſic fieret fraus huic Re-
gulæ, ſimilem fraudis prohibitionem de perſona
ad perſonam colligere poſſumus ex lege, ſi tem-
pore. §. ſi. ff. de contrahen. empt. inn. l. non licet. ff.
cum ſi enim ſim actor, uel curator, tutela, uel cu-
ra pendente, de bonis talis pupilli, uel adulti e-
mere non poſſum, dicta l. ſi emptione. §. ſi id pro
hibente. uerum quia prohibitio reſpicit perſo-
nam meam tantum, inuenio, ſeu ſuppono ami-
cum meum, qui ſuo nomine, ſed ad meum com
modum emat rem huius pupilli, ſeu adulti, uel
rem in loco ubi adminiſtrationem gero, talis
emptio inualida erit, dicta. l. non licet. & l. penul.
C. quod met. cau. §. emphiteoſeos uero. uerſicul.
iconimis uero ibi aut per ſemetipſos, aut per in
terpoſitam perſonam accipere, &. §. hæc uero iu-
bemus uerſic. iconomis uero. in auten. de alie. re.
17 eccle. poteſt etiam in caſu noſtro dici quòd † fie-
ret fraus de facto ad factum, uti ſi uendo ancillā
pacto appoſito, ne emptor in lupanari illam ad
quæſtum de corpore ſuo faciendum ponat, alio-
quin libera efficiatur, uel liceat mihi authorita-
te propria adducere, is cui non licet impune
eam in lupanari tenere, uult eam eſſe in caupo-
na, ut ibi miniſtret cibum, & potum ad tabernā
uenientibus, tunc fraus fieret legi de facto ad fa
ctum, quia ut nulla eſt caſta in lupanari, ita nul-
la pudica in caupona morari debet, unde pęnæ
in pacto appoſitæ, uel a lege conſtitutæ, locus e-
rit. ad. l. quæ adulterium. in princip. ibi, & ita ob-
ſequio famulata ſerui, ut plerunque ipſa intem-
perantiæ præbuerit uina. C. de adulte. l. athletas.
§. ſed & qui. ibi ſine alterius negationis acceſſio
ne utatur. ff. de his qui notan. infa. l. palam. §. ſi
qua cauponam. ff. de ritu nup. l. ſi. C. ſi man. ita ne
nc. ne proſtit. ita in terminis noſtris, cum prohibi
tum ſit ante literarū expeditionem ui rescripto
rum litigare, factum cōmutando uia monitorii,
de iuribus noſtris experiremur, & ſic paſſim Re-
gulę huic fraus fieret. de præfatis autem duobus
modis, & aliis quinque quibus fit fraus legi, ui-
deatur

deatur per Bal. in l. non dubium, nu. 10. cum ſeq.
uerſi. iuxta quod oportet uidere. C. de legi. Quid
tenendum? ego hanc partem affirmatiuam pu-
to neriorem, & æquiorem. Ad primum contra-
rium reſponderi poteſt quod imo auditor Ca-
meræ habet iuriſdictionem ordinariam. Hoſtien.
in ſum. de offic. ordi. poſt princip. dum quærit
quis posſit eſſe ordinarius, Archidi. in præalleg.
capit. experientiæ. poſt medium, ubi dicit iſtum
ordinarium. 11. quæſt. 1. & probo ſupra numer. 6.
ad Saruen. reſpondeo quòd non negat quin alias
cauſas ultra criminales Auditor cameræ, & Gu-
bernator audire posſint, & ſi negaret male loque
retur, cum etiam ciuiles, ut omnibus patet, imo
ciuiles magis quàm ipſi Domini de Rota niſi
ſint cauſæ magni ponderis, quæ proprie Rotales
18 dicuntur. Ad illud quòd † cauſæ beneficiales
requirant ſpeciale mandatum, reſponderi po-
teſt quòd contrarium uidetur nerius, ex quo non
reperitur iure cautum quòd cauſæ beneficiales
requirant ſpeciale mandatum, nec caſus iſte con
tinetur inter caſus ſpeciales, in quibus generale
mandatum non ſufficit, de quibus per Specu. de
procura. §. 1. uerſicu. item opponitur quòd licet
habeat generale mandatum. num. 4. cum ſequen
tibus, & per glo. in c. qui ad agendum. in uer. uel
paciſci. de procu. lib. 6. & hanc opin. quod non re
quirant ſpeciale mandatum, tenuit Rota, prout
dec. 375. fuit dubitatum utrum ad agendum
poſt medium, uerſi. prædictis argumentis. in no.
Imo nec illud argumentum de mandato procu-
ratoris ad mandatum iuriſdictionis eſt omnino
tutum, in pluribus enim inter ſe differunt, prout
late per Felin. in cap. relatum. num. 5. cum pluri
bus ſequen. de offi. delega. Ad aliud quod Audi
tor cameræ ſolum cauſas inter curiales in cu. Ro.
tantum audiat, reſpondeo quòd aliter hodie ſer-
19 uatur, & † conſuetudo dat iuriſdictionem. cap.
cum contingat. de fo. compe. cap. 1. uerſicul. niſi
amplius ei. de pen. lib. 6. glo. in capit. Romana in
uer. conſuetudine. de appel. eo. lib. Roma. conſil.
243. ad prædictorum. & conſil. 300. in caſu pro-
poſito. nu. 1. Arch. in c. conqueſtus. ubi ampliat,
quòd etiam perſonæ priuatæ per conſuetudinem
iuriſdictio tribuatur. 8. quæſt. 3. Quod etiam pro
bat tex. in l. ſi quiſquam ff. de diuer. & tempo. præ
ſcrip. & in l. uenditor. ff. commu. prædio. de quo
etiam per gl. pragma. de cauſis. §. ſtatuit. 1. in uer.
conſuetudine, ubi etiam addi. Probi. Quæ etiam
conſuetudo de ineligibili eligibilem facit, iuxta
tex. in l. non tantum. iunct. gloſ. fi. ff. de decurio. c.
nos conſuetudinem. cum glo. 12. diſtin. & iuriſdi-
ctio plus in facto, quàm in iure conſiſtit. Cardin.
in præallegat. clement. auditor. ante numerum
ſeptimum. de reſcript. Ad ſecundum principa-
le fundamentum, de diuerſitate monitorii a cõ-
misſione, patet reſponſio ex argumentis factis
pro hac parte affirmatiua, & ſufficit in materia
in qua nos ſumus, quòd eundem effectum o-
peretur, ſeu operari posſit monitorium, quem
commisſio, & magis inſpici debet intentio con-
ſtitutionis, quàm verba ipſa. capit. intelligen-
tia, de uerborum ſignificatio. Decius ſuper ru-
bric. de probatio. colum. 2. in fine. Pariſi. conſil.
20. gratſa præſens. numero 2. uolum. 4. Nec
mirum quare regula expresſit commisſiones, &
non monitoria; quia uia ſolita procedendi ſu-
per beneficiis eſt uigore commisſionum, & non
autem monitoriorũ. inſuper regula hæc eſt ſimi-
lis antiquis, antiquo autem tempore nullo mo-
do Auditor ſe ſuper cauſis beneficialibus intro-
mittebat, & hodie etiam indirectè ſuper illis
procedit, monet enim aliquem, ut dimittat
poſſesſionem talis beneficii, quid detinet, in
fauorem alterius, ſeu quòd aliquem ſuper be-
neficio, ſeu illius poſſesſione non moleſtet. e-
go uero huius eſſem ſententiæ, quòd quilibet
iudex in ſua iuriſdictione, & in ſuis finibus con-
ſiſteret. Ad tertium principale fundamentum
reſponderi poteſt, quòd regula hæc, ab illa, de
qua ſupra, ſatis differt, ad diuerſosque fines ten-
dunt, unde etiam reſpondetur ad aliud, quod
hæc regula ab illa declarari debeat, quia iſti de-
clarationi, ſuppoſita diuerſitate locus eſſe non
poteſt. Inſuper aliud eſt, quòd una lex aliam de-
claret, aliud quòd declaratio unius legis inſeruire
posſit declarationi alterius, ſed in omnẽ caſum
ſtante diuerſitate factorum, & effectuum non po
teſt de uno ad aliud inferri.

SVMMARIVM.

1 *Commisſiones ſeu ſupplicationes per breue, ſeu per offi-
cium contradictarum, an ſub hac regula contineantur.*
2 *Commisſionis, ſeu ſupplicationis per breue, ſeu per offi-
cium contradictarum formula.*
3 *Mandatum dici cum iuriſdictio non tribuitur.*
4 *Commisſio aliud eſt quàm ſupplicatio in breui in-
cluſa.*
5 *Nominum diuerſitas rerum diuerſitatem inducit.*
6 *Commisſiones cauſarum per turnum diſtribuuntur.*
7 *Supplicatio cauſarum idem eſt quod commisſio.*
8 *Dictio, hoc, addita dictioni, album, quod uniuerſale erat
ſingulare facit.*
9 *Subſtantiæ in unitate quæ conueniunt, unum, & idem
ſunt non diuerſa.*

1 QVinto, quæro † an commisſiones,
ſeu ſupplicationes per breue, ſeu p
officium contradictarum, ſub hac
regula contineantur? Iunioribus an
te omnia formulam commisſionis,
ſeu ſupplicationis huiuſmodi ſubiiciam, quæ e-
2 rit: † Beatiſ. Pater, uacante quodam prioratu S. P.
in collegiata eccleſia. S. M. Placentin. per obitũ.
q. A. extra Rom. cu. & in partibus defuncti, deuo
tus S. V. orator M. Antonius Platonius nobilis
Placentin. Iur. utriuſ. docto. ac familiaris noſter
continuus commenſalis, de dicto prioratu ſic ut
præ-

præmittitur,ſeu alio quouis modo vacante ordi-
naria authoritate prouiſus fuit poſſeſsione for-
ſan ſubſecura , deinde uero quidam B. aſſertus
clericus,&c.quo ſpiritu ductus neſcitur, potẽtia
laycali ſuffultus,ſeu aliàs,in dicto prioratu ſe in-
truſit,prout etiam de pręſenti intruſus reperitur,
dictum oratorem forſan ſpuliando, fructusq; in-
debite uſurpando,dignetur S. V. cauſam, & cau-
ſas,quam & quas orator præfatus contra dictum
B. omnesque alios,&c. de & ſuper dicto priora-
tu illiusque intruſione,& forſan etiam ſpolio,fru
ctuumque uſurpatione , rebusque aliis in actis
cauſæ , & cauſarum huiuſmodi latius deducen.
habet,& monet habereque,& mouere uult ,& in-
tendit , pro minori partium diſpendio,aliquib.
probis viris in partibus illis commoran.cũ clau-
ſula uos,&c.uel alter ueſtrum, ſummariè,ſimpli-
citer,& de plano, cum omnibus , & ſingulis ſuis
inciden. dependen. emergen. annexis, & conne-
xis, & quatenus cauſa',ſeu cauſæ huiuſmodi pro
parte dicti B. in Romana cur.ſeu in partib. com
miſſæ forſan reperiantur, & ad aliquos forſan a-
ctus (dummodo tamen cauſa inſtructa non ſit)
proceſſum fuerit,tunc cum oportuna auocatio-
ne a quibuſcunque iudicibus,&c. audien.cogno
ſcend. deciden. fineque debito terminan. tam
coniunctim quàm diuiſim committere,& man-
dare , cum poteſtate dictum B. omnesque alios
ſua communiter, uel diuiſim intereſſe putan. &
in executione citationis præſentium uigore de-
cernen.nominandos citandi,ac quibus opus fue
rit,quacunque etiam dignitate eccleſiaſtica,etiã
epiſcopali,vel alis fulgen.etiam ſub pœnis,& cẽ-
ſuris eccleſiaſticis,& pecuniariis inhibendi, cæte
raque facien.in præmiſſis, & circa ea neceſſaria ,
ſeu quomodolibet opportuna præmiſsis, ac con
ſti.& ord.apoſt Boniſ.Papæ VIII.S. V. prædeceſ.
de vna,& cõcilii generalis,de duabus dietis, nec
non ſtatutis,& conſuetudinibus etiam iuramen-
to,&c,roboratis priuilegiis quoque indultis, &
literis apoſtol. ſtilo palatii cæteriſque contrariis
non obſtantibus quiboſcunque. Et cum abſolu-
tione à cenſuris ad effectum , &c. & per breue
S. V. hac ſupplicatione introcluſa , ſiue per offi-
cium contradictarum . Quando auocatur a Ro.
cur. additur ſequens clauſula , videlicet, & cum
decreto , quòd præſentis ſupplicationis copia,
cum originali auſcultata , per unum ex curſorib.
S. V. Reueren. D. M. Auditori, &c. præſentata ,
habeat uim ualid3,& efficacis inhibitionis . Illa
cõmiſsio ſignata includitur in breui, a tergo cu-
ius breuis apponuntur nomina iudicum , quos
pars ipſa nominat,hoc modo,uidelicet : Dilectis
filiis Archidiacono,& præpoſito, & Petrofranci-
ſco Cicco canonico eccleſiæ Florentinæ,&c.Intus
uero Paulus, &c. Mittimus uobis ſupplicationẽ
introcluſam,&c.ſi uerò per officium contradicta
rum expeditur,& ſic per cancellariam per procu
ratores audientiæ contradictarum,prout per Sta
phi.ſuper ſigna.fol.186.iuxta primam impreſſ.
uerſ.horum reſcriptorum duæ ſunt ſpecies. Ex ip
ſa ſupplicatione,ſeu cõmiſsione fabricatur bul-
la,per officium contradictarum,quæ incipere ſo-
let.Sua nobis petitione , &c. ſeu ſignificauit no-
bis,uel conqueſtus eſt,&c.& tunc commiſsio,ſeu
ſupplicatio non introcluditur . Ad propoſitum
dubium redeundo,uidetur negatiuè reſponden-
dum eſſe,per ea quæ adducit gloſ.hic cir.mediũ,
uerſ.item vidi dubitari,&c. cuius opinionem ap
probat Samen. in tracta.breuium,ante num.9.&
in 2.q.regulæ,de non iudi.iux.formã ſupp.ante fi
nem.ſed aduertendum putaui , quòd diſcuſsio,
ſeu exemplum gloſ.non uidetur noſtro quæſito ,
nec alteri de quo in proxima quæſtio.immo,nec
huic regulæ applicari poſſe,quærit enim ipſe (&
dicit eſſe caſum ſuum) ſi Papa prouidet de be-
neficio,& mandat per breue ſupplicatione intro
cluſa,quod iudex in partibus ponat in poſſeſsio
nem,uel conſignet beneficium,an ſit locus regu-
læ . Dico enim quòd talia breuia concedi non ſo
lent,ſed ſi concederentur uerba regulæ nullo mo
do conuenire poſſent , ergo nec diſpoſitio ad l.
dies cautionis §.toties.& ibi not. Bar.ff. de dam.
infect.l.ita autem.in princ.& ibi Barto.ff. de ad-
min.tuto. quod autem non conueniant, patet,ar
guendo a ſufficienti partium enumeratione ad l.
ex maleficiis §.hęres.ff.de actio.& obliga.l.ad in-
ſtructiones itinerum.C.de ſacroſ.eccl.l ſi doteni.
in fin.C.de falſa cauſ.adie.aut enim gloſ.dubitat
ſuper uerbo commiſsiones,de quo in prin.& hoc
3 non quadrat,quia potius dicitur † mandatum ,
illud de quo in eius exemplo, cũ iuriſdictio non
tribuatur. Cald.conſ.5.an ſi legatus.ſub titul. de
reſcrip.Samen.eo.titu.ſuper rub.lib 6.num. 14.
uel aliter reſpondeo quòd regula non ſimplici-
ter dicit commiſsiones , ſed commiſsiones cau-
ſarum,eius autem exemplum nullo modo aptari
poteſt ad cauſæ commiſsionem . Aut ipſe dubi-
tat ſuper illis uerbis Apoſtolicę literę confectę
nõ fuerunt,& nulli dubium,quòd exemplum per
eum poſitum non conuenit , cui enim dubiũ , ꝙ
breue ſupplicatione introcluſa, continens quòd
iudex inducat in poſſeſsionem,uel conſignet be-
neficium , nihil commune habeat cum literis ſu
per beneficio expeditis? Saluari poſſet gloſator
ſupponendo quoddam antecedens , uidelicet,
quòd Papa prouiſo alicui de beneficio, ad eius
inſtantiam committit cauſam ad partes , prout
in formula commiſsionis,de qua ſupra . num.2.
& commiſſa cauſa inter alia mandat , quòd in e-
uentum in quem ſit locus immiſsioni in poſſeſ-
ſionem beneficii,oratorem immittat,ſeu benefi-
ciũ adiudicet,uel per ſimilia uerba, uel alio mo-
do ſaluare poſſumus,ſupplendo clauſulas in tali
exemplo glo.quæ iuriſdictionem concedant pro
ta uocatis uocandis cum poteſtate cenſuras ful-
minandi,teſtes cogendi ad ſubiiciendum ſe exa-
mini,illosque recipiendi per quas clauſulas.Cal
der.pręall.conſi.5.ſub titu.de reſcrip.ſentię iuriſ
dictionem tribui , & tale mandatum poſſe dici
com-

commiſsionem, & reſcriptum ad litem, pro ea-
dem opin. negatiua tetento themate per me poſi
to, colligo duo fundamenta ex adductis hic per
gloſſatorem, licet ipſe inuolute loquatur. Primũ
ſit, commisſio aliud eſt quàm breue, ſeu ſupplica
tio in breui incluſa, regula hæc de commiſsioni-
bus loquitur, ergo in breuibus, ſeu ſupplicationi
bus in breui incluſis, locum ſibi non uendicabit.
maiorem probo, nam quòd commisſio aliud ſit,
quàm breue, & aliud quàm bulla contradictæ,
4 hoc patet omnibus, & quòd † commisſio aliud
ſit quàm ſupplicatio incluſa in breui (ſic enim il-
la uocatur uti apparet ex illa clauſula, & quod
præſentis ſupplicationis &c. de qua ſupra) colli-
5 gitur ex pluribus: primo quia diuerſis † nomini-
bus nuncupantur, ergo diuerſitas rerum induci-
tur. ad l. ſi idem. C. de codicil. §. eſt aliud. ibi., &
conſequentia &c. inſti. de dona. ubi glo. dat con-
cord. pulchrè per Barto. in l. ex legato. uerſic. ſoln.
dico quòd ſunt diuerſa &c. C. de legat. ſecundo.
colligitur diuerſitas a diuerſitate ſignaturę; com
miſsiones enim de quibus nos loquimur per pla
cet, ſignantur, prout omnes bene norunt, & re-
fert Sarnen. in compen. ut. ſigna. numero 17. illæ
uero per breue ſignantur per conceſſum, de qua
ſignatura, & in quo differat ab alia, per eundem
Sarnen. ubi ſupra. numero 10. & ſequent. Tertio
commiſsiones nõ habent datas, ſeu tempus quo
ſignatæ fuerunt, nec Papæ Datarius ſe de illis in-
tromittit, ſecus eſt in illis per breue. Quarto com
miſsiones non regiſtrantur, in regiſtro ſupplica-
tionum, nec albirationem aſsignat Staph. ſuper
ſigna. folio 140. uerſicu. conceduntur autem hu-
iuſmodi commiſsiones, cum iis quæ ſequuntur,
illæ uerò per breue ſic. Quinto commiſsio nullam
compoſitionem, ſeu fabricam requirit, poſt ipſi-
us impetrationem, ſed eo ipſo quòd obtenta eſt
per curſorem, ſeu partem, iudici præſentari po-
teſt, ſupplicatio uero de qua loquimur ſi præſen-
taretur fidem nullam faceret, nec reciperetur a iu
dicibus, quibus dirigitur, & ſic poſt ſe requirit in
dumentum, ſeu calorem ipſius breuis, uel quod
ex ea fiat bulla contradictarum. Sexto differunt
6 quia † commiſsiones de quibus loquimur diſtri-
buuntur per turnum, per cancellariæ regentem
Rot. 362. ſi committatur. poſt princip. in no. ſe-
quitur Gemini. in cap. 1. de reſcrip. libro 6. nume
ro 18. uerſic. & pro eis facit. &c. Ioan. Franc. Paui.
in tracta. de offic. & pote. capi. ſede uacan. in 2. q.
1. par. princip. numero 4. Sarnen. ſuper ſigna. nu-
mero 39. iſta uero diſtributio in illis per breue
non cadit. Septimo differunt in ſubiecto, ſubie-
cta enim materia commiſsionum ſunt cauſæ in-
ceptæ, uel incipiendæ in Roma. Cu. Staphi. ſuper
ſigna. dum de commiſsionibus tractare incipit.
folio 139. in fi. uerſic. prædictarum commiſsionũ
ſubiecta &c. & fo. 186. dum de reſcriptis in forma
breuis tractare incipit. in princi. ſubiecta autem
materia ſupplicationum in breuibus incluſarum
ſunt cauſæ extra Roma. Cu. incipiendæ, ſeu cæ-
ptæ, & in partibus terminandæ, ut de ſe patet, &
teſtatur Staphi. dicto. fol. 186. poſt princip. Octa-
uo quòd commiſsionis appellatione non ueniat
breue ſupplicatione introcluſa, poſt gloſ. hic & ſu
per regula. de non iudi. iuxta for. ſuppli. conclu-
dit Sarnen. in tracta. breuium. fol. 124 ante fi. Al-
terum fundamentum pro eadem opin. negatiua
eſt quòd breue ſupplicatione introcluſa, ſit quid
compoſitum, ſeu mixtum, quod appellatione cõ
miſsionis, & ſic ſub ſimplici uenire non debet, cũ
præſertim regula hæc. ut gloſſ. hic column. 2. ante
medium uoluit, exorbitet a iure cõmuni, ad text.
in l. hoc legatum. ff. de lega. 3. capitu. cum in illis.
§ fina. de præben. libro 6. & in materia exorbitan
ti, quod nunquam ueniat mixtum probat. l. ma-
riti. §. hoc quinquennium. iun. l. uim paſſa. §. præ-
ſcriptione. ff. de adulte. Alexan. in l. ſi extraneus.
numero 5. ff. de condi. ob. cau. & in l. certi condi-
ctio. §. quoniam. numer. 8. ff. ſi cer. pet. Iaſ. in l. 2.
nume. 2. ff. de uerborum obliga. & ibi communi-
ter moderniores. Pro parte affirmatiua quam ue
ram puto, pondero quod immo uerba regulæ cõ
ueniunt commiſsionibus, ſeu ſupplicationibus,
quæ in breuibus includuntur; quod oſtendo, pri-
mo quia propriæ, & ueræ tales ſupplicationes
introcluſæ, appellantur commiſsiones cauſarum,
etiam iuxta communem uſum loquendi, de quo
per Sarnen. de breui. folio 124. a ter. in princip.
uerſicu. aut uero ſupplicatio capitur, unde aut ex
ipſa proprietate uerborum ſub commiſsionibus
cauſarũ tales ſupplicationes introcluſæ ueniunt,
& erimus in tuto. Aut ſaltem ex communi uſu lo
quendi, ſeu communi intelligentia, quæ propriæ
ſignificationi uocabuli præfertur. ad l. labeo. ff.
de ſuppellec. lega. l. cum de lanionis. uerſicu. opti
mum &c. ff. de fun. inſtrumen. l. librorum. §. quod
tamen Caſſius. uerſicu. nemo enim. ff. de lega. 3.
cap. quanquam. 2. quæſtio. 7. cap. quamuis, & ibi
Abba. de uerbo. ſignifica. Immo communiter ta-
les dicuntur commiſsiones per breue, ergo etiam 7
in nomine conueniunt. Inſuper dato quòd ſup-
plicatio apud nos caperetur pro genere, & com-
miſsio pro ſpecie, prout uoluit gloſſ. ſuper regula
de non iudi. iuxta for. ſupp. columna 2. poſt me-
dium. uerſic. item colligo hic contra curioſos &c.
quem refert, & ſequitur Sarnen. in prąllega. tra-
cta. breuium. folio. 124. a ter. aduertendum erit
quòd regula hæc non ſimpliciter expreſsit com-
miſsiones, ſed addidit cauſarum, & ſic proprium
uerè ſumptum ipſarum commiſsionum, quę in
Roma. Cu. impetrantur: idem igitur erit dicere
commiſsiones cauſarum, ſicut ſupplicationes
cauſarum, non ſecus, ac ſi dicamus, hõ riſibilis,
animal riſibile, ſeu equus hinnibilis, animal hinni
bile, genus. n. illud animal, addito proprio riſibili
tatis tãtum hominis ſpẽm deſignabit, ſicut addi-
to proprio hinnibilitatis, equum tantũ oſtendet,
prout p Porphi. in prędicab. lib. dum de proprio

tractare incipit.ſic in terminis noſtris ſuppoſito
quod ſupplicatio ſit genus,addito proprio, q̃
commisſionibus tantum applicari poteſt, idem
7 omnino erit dicere,†ſupplicationem cauſę quòd
commisſionem, licet enim ſupplicationem ge-
nus eſſe ſupponamus & commisſionem ſpeciem,
dicendo commisſionem eſſe ſupplicationem, re-
ctè loquemur,ac ſi diceremus hominem eſſe ani-
mal,non tamen dicere poſſumus animal eſſe ho-
minem,ſic nec ſupplicationem eſſe commisſio-
nem,cum uel paria de paribus,uel de minoribus
maiora dicantur, prout docet idem Porphi. in
prædicabilibus,dum de ſpecie tractat,parum an
te fin.pares termini erunt dicendo ſupplicatio
cauſæ eſt commisſio,ſicut ſi dicamus commisſio
eſt ſupplicatio,prout Ammonius,ibi,exemplifi-
cat in iis terminis: omnis homo eſt riſibilis, om-
ne animal quod eſt riſibile eſt homo. Accedit
quòd commisſio in breui incluſa, ex hoc ſolum,
ſeu ex hoc præcipue, ſupplicatio denominari ui-
detur,ex quo poſt formulam ipſius commisſio-
nis,in breui includendę,communiter additur il-
la clauſula,de qua ſupra,uidelicet, & quòd præ-
ſentis ſupplicationis ſola ſignatura ſufficiat,non
autem dicitur,& quòd præſentis commisſionis.
Ad quod tamen reſponderi poteſt,quòd licet il-
lud uerbum ſupplicationis,pro genere, ſeu ſpe-
cie capiatur, ſub ſe commisſionem continentis,
propter illum terminum præſentis additum, mu
tabit propriam naturã,in ſignificatuque reſtrin-
getur,& erit indiuiduũ,illa enim dictio, præſen-
tis,hoc loco ꝑ eodem accipitur, ac ſi dixiſſet hu-
ius,ſeu iſtius ſupplicationis, prout etiam uulga-
res dicunt præſenti die, & præſenti menſe. i. hoc
die, ſeu hoc menſe, licet latinæ linguæ periti in
hoc ſignificatu non accipiant. Iſta igitur uerba,
& quòd huius ſupplicationis,indiuiduum,oſten
dunt,uti legere eſt apud Porphi.ubi ſupra de ſpe
cie.col.ante penul.ubi quod indiuiduum non ſo
lum Socrates dicitur,ſed & hoc album, & ſic illa
8 dictio†hoc,addita dictioni album,quod uniuer-
ſale erat,ſingulare facit, & eſt demonſtratiuum,
ſic etiam uidemus hæredem ſub iis uerbis, hic
mihi hæres eſto,inſtitui poſſe, quia illud prono-
men hic,quod hominem ſubintelligit,quaſi dixe
rit hic homo hæres eſto,facit ſubſiſtere inſtitutio
nem ex quo hæres ſit certus,& de indiuiduo con-
ſtet.l.nemo dubitat. ff. de hæredi. inſti. & ex illo
tex.in ratione ſui,idem uidetur dicendum. ſi te-
ſtator dixiſſet hoc animal mihi hæres eſto, quia
de illo indiuiduo quod oſtendebat conſtabat. Et
pronomen ἀντωνυμία ideo dicitur,quòd uice no-
minis fungatur,ſicut.n.explicando nomen decla
ramus perſonam,ita per pronomen tacito nomi-
ne.Hæc,uel hoc proxima reſpiciunt Fran.Aret.in
l. qui iuraſſe.§.Pomponius.in 2.no.ff.de iureiurã.
Et quòd etiam demonſtratiuè ponatur eſt tex.in
l.hoc articulo.& ibi Barto.ff.de hæredi.inſti. l. ex
hoc iure,& ibi glo.ff.de iuſti.& iur.Glo. pragma.

de collatio.§.cui rei.in uerſicu.cui concilio. & de
iſto pronomine uidetur Bar.in l.Mæuius.§.duo
bus.nume.7.ff.de lega.2.& in 1.conſti. C. §. hæc
quæ neceſſario.nume.2.& Seyſel.remisſiuè in l. 1.
§.huius ſtudii.nume. 1.ff.de iuſti.& iure. & in l. 1.
in princip.ff.de noui ope.nuncia. Patet igitur ex
præmisſis,quòd illa uerba,& quod præſentis ſup
plicationis &c. idem inferunt ac ſi dictum fuiſ-
ſet,& quod huius commisſionis. Et ſic ſit demon
ſtratio ad oculum tam corporis, quàm intelle-
ctus l.hoc articulo.ff. de hæredi.inſti. l. ſi ſtipula-
tus fuero.ff.de uerbo.obliga.Alberi. in dictio. in
uer.hic Barba.in repe.l.cum acutisſimi.col 64.C.
de fideicom.Rebuf.in interpre.anten. habita. in
uer.hac igitur generali.C.ne fil.pro pat. Secundũ
principale fundamentum huius opin. negatiuæ
erit,quòd commisſiones, ſeu ſupplicationes per
breue,uel bulla per officium contradictarum,ſu-
per commisſionẽ fabricata,& commisſiones aliæ
9 cauſarum,conueniunt in unitate†ſubſtantiæ, un
de unum,& idem ſunt non diuerſa.ad l.in uendi-
tionib.uer.inde quæritur,a contrario ſenſu. ff. de
contrah.empt.l.2.cir.med.ibi,indiuiſa ſubſtãtia.
C.de ſum.tri.& fi.cath.Bal.in l.ex legato.in prin.
C.de lega.Tertio cum Papa hic non ſolum dixe-
rit commisſiones,ſed addidit,omnes & ſingulæ,
apparet quòd omnes pœnitus cauſarum cõmiſ-
ſiones,cuiuſcunque qualitatis, ſeu formę eſſent
comprehendere uoluit.ad gl.in c.ut circa. §. 1.in
uer.omnia & ſingula.de elect.lib.6.conſi. Barba.
37.planè etenim.col.3.cir.medium. lib. 2.& alia
quæ adduxi ſupra.q. 2.nu. 2.& ſic ſub regula com
prehendentur commisſiones cauſarum, per lite-
ras contradictarum,& aliæ ſi quæ ſint cuiuſcunq;
formæ,ſeu qualitatis exiſtant. Quarto & ulti. pro
hac opi.affirmatiua conſidero,quòd omnes rõ-
nes regulæ huius promulgandæ,uidelicet, tres ad
ductæ per gl.antiquum,alia per Caſſa. ſuper hac
regula.dec.1.nu.5.& quinta per me,de qua ſupra
q.1.nu.14.uerificantur etiam in commisſionibus
per breue,& per literas contradictarum,ſiue.n.re
gula emanauerit ad tollendum fraudes, & ſuſpi-
tionem fabricandi falſum,commiſſa eã ante lite-
rarum expeditionem, ſiue quia iudex ignoraret
fundamentum ſuæ iuriſdictionis, commiſſa ſibi
cauſa literis non confectis, ſiue ratio regulæ ſit
burſalis,ne officiales Cancellariæ,ſeu alij defrau-
dentur in ſolitis prouentibus,ſeu redditibus a li
terarum expeditione,procedentibus, ſeu regula
ad hoc tendat ne quis temere alium ſuper be-
neficio moleſtet,quod accidere uerisſimiliter non
contingit,ſi expenſa,uel ſumptus moleſtiam ne-
ceſſario præcedere debeat, ſiue poſtremo ea ue-
rior ratio ſit, quòd conuentus in uim commiſ-
ſionis,a ſupplicatione per aduerſarium obtenta
non poteſt plene inſtrui, ut deliberet, an cedere,
an contendere malit,ſed bene per inſpectionem
literarum,unde merito ante commisſionem cau-
ſæ obtentam requiratur expeditio ipſarum li-
terarum,

terarum. clare apparebit quòd omnes, & ſingulæ rationes prædictę, non minus commiſsionibus cauſarum per breue, ſeu per officium contradictarum, quàm aliis commiſsionibus cauſarum quæ pro Ro.cu. illiuſque iudicibus obtineri ſolent, conuenient: non ſolum igitur ſtante generalitate huius regulæ, imo ſi ſpecialis eſſet conſtitutio, propter rationis, ſeu rationum generalitatē, quæ non minus aptari poteſt commiſsionibus, cauſarum in breuibus introcluſis, & ipſis reſcriptis contradictarum, quàm aliis cauſarum commiſsionibus, adhuc indiſtinctè, & generaliter intelligenda eſſet. ad l. cum inter. §. dulciſsimis. ff. de lega. 2. Roma. conſil. 457. circa propoſitam col. 2. in prin. per præcepiorem meum D. Philipp. Dec. conſil. 35. num. 8. & conſil. 299. in cauſa nume. 10. Pariſ. conſ. 83. pro reſolutione. num. 16. uolum. 3. ex præmiſsis colligi poteſt ſolutio ad omnia pro opin. negatiua adducta.

SVMMARIVM.

1 *Regula hæc an in præſentato à patrono, uel prouiſo ab ordinario, qui nouam prouiſionem obtinuit, & committit cauſam literis non expeditis locum habeat.*

2 *Adminicula facilius probantur quàm ipſum principale.*

3 *Formula nouæ prouiſionis in fauorem prouiſi ab ordinario.*

4 *Nouæ prouiſionis pro præſentato, & inſtitituto formula.*

5 *Noua prouiſio ſupponit alium titulum præceſſiſſe.*

6 *Titulus iuris adminiculo carens, & de facto obtentus pro antecedenti nouæ prouiſionis ſufficit.*

7 *Formula nouæ prouiſionis pro præſentato ordinario inſtituere recuſante.*

8 *Formula præmiſſa iure fundatur.*

9 *Præſentatus coram ſuperiore agere poteſt ut inſtituatur.*

10 *Præſentato idoneo ſi epiſcopus eum inſtituere differat, ad hoc ut patronus uariando alium præſentet, quem ipſe epiſcopus inſtituat, tenetur in foro conſcientiæ, & canonico.*

11 *Præſentatio ſolum ius ad rem tribuit, ſeu potius ad factum.*

12 *Archiepiſcopus in pluribus caſibus negligentiam epiſcopi ſupplere poteſt.*

SExto. ibi commiſsionum duntaxat apoſtolicarum &c. quæro † an Regula 1
hæc in præſentato à patrono, uel prouiſo ab ordinario, qui nouam prouiſionem obtinuit, & committit cauſam literis non expeditis, locum habeat? Quo ad primam partem quæſiti diſtinguit Sar. in. 12. q. Regulæ de non iudi. iux. for. ſuppli. Aut præſentatus nouam prouiſionem impetrans eſt actor, & nouam prouiſionem canonizari petit, & ſit locus Regulæ. Aut noua prouiſio non fuit obtenta ex neceſsitate, & præſentatus non petit eam canonizari, ſed ſolam nominationem, ſeu præſentationem, & tunc putat Regulæ illi non eſſe locum, ſed hoc clarius oſtendi ex hac regula. Iſta etiam diſtinctio applicari poſſet alteri parti quæſiti, uidelicet quòd aut prouiſus ab ordinario eſt tutus ſua prouiſione ordinaria, illamque tantum canonizari quærit, licet nouam prouiſionem ad cautelam, ſed ab bene eſſe impetrauerit, & ceſſet Regula. Aut ipſe eſt actor, & nouam prouiſionem ſuper qua potius ſe fundat, canonizari inſtat, & ſit locus regulæ. Pro præmiſſa diſtinctione quo ad hanc regulam, ampliando ad omnes nouas prouiſiones, perinde ualere, & ſimiles gratias, uidetur idem Sarn. ſuper ſigna. nu. 83. ubi concludit hanc regulam procedere in illis gratiis, ſuper quibus ius actoris principaliter fundatur, ſecus in iure opitulatiuo ad ius principale, quoties enim tales gratiæ canonizari non petuntur, nec illarū uigore aliquid adiudicari inſtatur, non ſit locus huic Regulæ. Argumenta hinc inde quæ propoſito quæſito, & diſtinctioni ſupra poſitæ inſeruire poterunt, uideantur per Sarnen. in. 7. quæſt. Regulæ de non iudi. iux. for. ſup. & ibi adductis per
2 eum addo, quòd † adminicula facilius probantur, leuiorique probatione contentatur, quam ipſum principale. ad. l. ſi ſeruus plurium. §. fi. ff. de lega. 1. ubi qualitas nummorum legatorum per præſumptiones, ſeu inditia probatur. & l. nummis. ff. de leg. 3. Bal. in. l. errore. ante nu. 5. uerſi. itē facilius probātur adminicula &c. C. de teſt. nō mirum igitur ſi ipſa gratia principalis requirit literarum expeditionem, aliæ uerò quæ pro aliquali fulcimento, ſeu adminiculo additæ ſunt, literas, ſeu illarum expeditionem non requirant, nec dū cauſa committitur, neque dum ſententia profertur. Sed ut noui in Ro. cu. maiorem utilitatem ex iis quæ dicta ſunt aſſequantur, ad praxim præmiſ-
3 ſa reducamus, † formula nouæ prouiſionis in fauorem prouiſi ab ordinario erit hæc. Beatiſsime Pater, dudum canonicatu & præben. &c. per obitum N. illorum ultimi poſſeſſoris extra Rom. cu. defuncti uacantibus, deuotus S. V. orator Calfurnius Mandoſius illos ſic uacantes ordinaria auctoritate ſibi conferri, & de illis ſibi prouideri obtinuit poſſeſsione ſubſecuta &c. cum autem dictus orator, certis de cauſis animum ſuum mouentibus, dubitet collationem, & prouiſionem ſibi factas uiribus non ſubſiſtere, ſupplicat S. V. quatenus ſibi ſpecialem gratiam faciendo, canonicatum, & præbendam prædictos quorum & illis fructus &c. eidem oratori cum plenitudine iuris canonici de nouo conferre, ſeu prouidere, uel conferri, ſeu prouideri mandare dignemini de gratia ſpeciali. Non obſtan.
4 &c. & cum abſolutione &c. † Formula uerò nouæ prouiſionis pro præſentato inſtituto à præmiſſa non multum differens erit. Beatiſsime Pater, nuper parrochialis eccleſia, &c. quæ de iure patronatus laicorum exiſtit per obitum q. A. ipſius eccleſiæ dum uiueret rectoris extra

Roman.curia,defuncti nacante deuoti veſtri di-
ctæ eccleſię oeri patrooi exiſtentes in pacifica poſ
ſeſsione. ſeu quaſi præſentandi perſonam ido-
neam ad eandem eccleſiam, dum pro tempore
uacat, deuotum oratorem ueſtrum Marcum An
tooium Platonium nobilem Placentinum Iur.
ut.doct.epiſcopo, ſeu in ſpiritualibus uicario Fa
uentino,infra tempus debitum io rectorem di-
ctæ eccleſiæ præſentaruot,ipſeque epiſcopus,ſeu
uicarius ad quem inſtitutio perſonæ idoneæ ad
dictam eccleſiam,de antiqua,& apptobata, ha-
ctenusque pacifica obſeruata conſuetudine,per-
tinere dignoſcitur, eundem Marcum Antonium
oratorem in rectorem dictæ eccleſiæ inſtituit, ac
præfatus orator inſtitutionis, & præſentationia
de ſe factarum hoiuſmodi uigore, poſſeſsionem
dictæ eccleſiæ aſſecutus, illam ex tuoc tenuit, &
poſſedit. ptout tenet,& poſsidet pacifice de præ
ſenti. Com autem Pater ſancte præfatus Mar-
cus Antonius orator præſentationem, & inſtitu-
tionem,ac poſſeſsionis aſſecotionem prædictas,
ſibi (vt præmittitur) factas, & inde ſecuta certis
ex cauſis dubitet oitibus non ſubſiſtere, ſuppli-
cat.S.V. dictus orator quatenus ſibi ſpecialem
gratiam faciendo, parrochialem eccleſiam præ-
dictam,&c. ut ſupra in præcedenti formula. Ex
diſtinctione Sarnen.de qua ſupra colligitur, qđ
commiſsio caoſæ, & proceſſus literis non expedi
tis, ſuper præmiſsis nouis prouiſionibus ſubſi-
ſtent.ſi non agatur ad canonizationem illarum,
adeo quod totum fundamentum,& tota uis ſu-
per illis fiat,tanquam principalis,gratia ſit om-
nino nulla, & inualida.licet enim gratia princi-
palis pœnitus ſubuertatur, ſola oous prooiſio
ſufficit, & ius in beneficio dat, quamuis enim
5 †noua prouiſio neceſſario ſupponat, & requirat
alium titulum præceſsiſſe. Rot.531.primo,& ſe-
cundo in anti. Belleme. 116. ſi petens, dum de
confirmatione loquitur. Gloſ.ſuper regula 62.iu-
xta ordioem antiquum. colum.2.Sarnenſ.in quę
ſtio.ultim.de Subro.ante fioem & in 27.quæſtio.
regulæ;de anna.nume.4. ſufficit tamen probare
6 præcedentem † titulum ioris adminiculo caren-
tem, & de facto obtentum Belleme. præd. deciſ.
136. io fin. Oldra conſi. 306.quamuis.patet.nu.
2.uerſi.ſi ergo non ſuperuenit noua prouiſio.Pa-
riſ.conſi.118.circa materiam, an noua prouiſio.
in princ.& per totum conſ.ſed uideamus, an di-
ſtinctio Sarnenſ. prædicta, ad alium caſum præ-
miſsis in aliquibus ſimilem, applicari poſsit,po-
namus enim,quòd præſentatus ab ordinario nõ
inſtitutus,nouam prouiſionem obtiouerit, an &
quando noua prouiſio huiuſmodi, regulæ huic
ſubiiciatur, & ne praxis Roma.cur. indocti, per
umbras obſcuræ noctis,ac turpis ignorantiæ ca-
7 liginem deambulent. † nouæ etiam prouiſionis
formulam accipiant. Beatiſsime Pater,aliàs par-
rochiali eccleſia N. de Iuro Gaetan.Diœcoſis.quę
de iorepatronatus laicorum, & Comitum exiſtit
per obitum.q. A. ipſius eccleſiæ dum uiueret re-
ctoris, extra Romanã curiã,defuncti uacante, de-
uota ueſtra Iſabella Columna Principiſſa Sulmo
næ,ac Comitiſſa, &c. ad quam, & Comitem pro
tempore exiſtentem, iuſpatronatus,& præſentan
di perſonam idooeam, ad ipſam eccleſiam dum
pro tempore uacat, pertinet, deuotum S.V.ora-
torem Gaſparem Veoturam clericum, &c. eiuſ-
dem Iſabellæ principiſſę ſecretarium loci ordina
rio,ſeu eius in ſpiritualibus uicario generali, in-
fra tempus legitimum præſentauit, ſed ordina-
rius, ſeu uicarius præfatos, quo ſpiritu doctus
neſcitur,eundem oratorem in rectorem dictæ ec-
cleſiæ inſtituere recuſauit,cum autem,Pater ſan-
cte,dubitet orator ipſe, præſentationem prædi-
ctam certis ex cauſis oitibus non ſubſiſtere,ſup-
plicat S. V. dictus orator,quatenus ſibi ſpecialẽ
gratiam faciendo, dictam eccleſiam cuius fru-
ctus,&c. ſiue ut præmittitur,ſiue alio quouis mo
do,aut ex alterius cuiuſcunque perſona, ſeu per
liberam dicti defuncti,&c. eidem oratori confer-
re, & de illa etiam prouidere,ſeu conferri,& pro
uideri mandare dignemini, de gratia ſpeciali,
non obſtantibus, &c. & cum abſolutione, &c. &
quod obſtan.&c. & cum clauſula, generalem re-
ſeruationem &c. & quòd literæ in forma ſimpli-
cis, aut nouæ prouiſionis,gratiæ, ſi oeurri,&c.cũ
expreſsione litis ſi qua ſit, ac nominum, &c. ex-
pediri poſsint,& quod liceat oratori fateri nullũ
ius ſibi competiiſſe, ſeu competere,ac exprime-
re cauſas etiam inefectiuas, propter quas ius ſibi
non competit, & de opportuna gratificatione
quatenus illi locus ſit,& quòd præmiſſorum om-
8 nium, &c. † formula proxime præinſerta funda-
tur in iure,quando enim ordinarius non uult in-
ſtituere legitimè & formiter præſentatum, ſeu
ſpernit patronum,ad ſuperiorem recurſus habe-
ri debet,qui coget ordinarium, ut præſentatum
admittat,niſi iuſtam cauſam eum recuſandi ſe
habere oſteodat.cap.decernimus, & cap. mona-
ſterium.iuncta gloſ.in fin.16.quæſt,7.glo. in cap.
cum Bertoldus.in verſ.aduerſus.de re iudica.vbi
9 quòd † præſentatus coram ſuperiore agere po-
teſt,ut ſua præſentatio confirmetur. Abb.in cap.
ex parte aſtenſis.num.17.de conceſſ.præben.uer.
ſed dubium eſt ounquid illo nolente.Lamber. de
iurepatrona artic.17.quæſtio.8.part.2.lib.2. fol.
327.& quòd patrono non uariante poſsit epiſco
pus cogi ad inſtituendum,& poſsit agi ad inter-
ſes gloſ. & docto.in cap. dilectus.de offici.legat.
Abb. & alii.in cap.cum Bertoldus.per illum tex.
de re iudic.Rip.in rub. de iudi.num.7. Do.Petr.
Rebuf.in tractat.nomina. quæſt.4.nume.6.imò
10 †præſentatum idoneum ſi maliciosè epiſcopus
inſtituere differat,inſtitutionisque procraſtina-
tioni occaſionẽ præſtiterit, ut patronus varian-
do alium præſentaret, epiſcopus ſecundum in-
ſtituendo punietur in foro conſcientiæ, & cano-
nice.cap.paſtoralis.de iurepatr. Innoc.cum quo
Hoſtien. & omnes.in c.cum autem.eo. Lambert.
de iurepat.fol.322.arti.25.Ante nume.4.uerſic.
tertius

tertius caſus in propriis terminis noſtri, quòd
Romanus Pontiſex adeundus ſit, ſine cauſa epi-
ſcopo inſtituere renuente, eſt tex. in cap. nullus
laicus. de iure patrona. & facit in ſimili. cap. fina.
8. quæſtio. 3. ubi epiſcupus Atelatenſis renuente
archiepiſcopo eum cōſecrare, ad Vrbanum ſum-
mum Pontificem ſe contulit, a quo conſecratus
fuit, ita in terminis noſtris, renuente ordinatio in
ſtituere, ipſe ſummus Pontifex ſupplet, & proui-
det, & hæc prouiſio, communiter appellari ſolet
noua prouiſio pro præſentato, ordinario inſtitue
re recuſante. Quantum ad hanc nouam prouiſio
nem de qua nunc loquimur attinet, duplex ratio
differentiæ aſſignari poteſt, quare, diſtinctio Sar
nen. de qua ſupra, ei applicari non poſſit, una
quia nouæ prouiſiones de quibus primo tracta-
uimus, ſupponunt (uti probauimus) alium titu-
lum præcedentem, in neceſſarium antecedens, in
hac ultima noua prouiſione nullus præcedens ti
11 tulus prætendi poteſt, ex quo † præſentatio ſola,
ſolum ius ad rem tribuit. capitu. dilectus. de offi.
lega. Rot. 211. non ſufficit. in no. & 327. no. quod
ubi quis præſentatur, in antiq. & dixit Bal. in præ
allega. capitu. dilectus. de offic. lega. quòd per prę
ſentationem quæritur potius ius ad factum, Sar-
nen. quæſtio. 1. de iure quaſi. non tollen. Rebuf. in
præallega. tracta. nomi. quæſtio. 4. numero ſexto.
Item hic non cadit illa diſtinctio Sarnen. quòd
aut canonizatur prima gratia, aut ipſa noua pro-
uiſio, quia ultra nouam prouiſionem, in hoc caſu
non eſt quid canonizari poſſit, non enim ſola prę
ſentatio. Breuiter ego quo ad ultimam formu-
lam concluderem ſic. Aut epiſcopo renuente prę
ſentatum inſtituere, Papa concedit nouam pro-
uiſionem, ſeu potius ipſe inſtituit, & tunc indi-
ſtinctè locus ſit huic regulæ, nec diſtinctio Sar-
nen. procedat, quia ut proximè dixi, hæc ſola no-
ua prouiſio, ſeu Papæ inſtitutio, uel gratia cano-
nizari poteſt, & nihil aliud, ſaltem de per ſe. Aut
ſupponimus Archiepiſcopum epiſcopo recuſan
te inſtituiſſe, quod poteſt ad ſupra adducta,
12 immo † in pluribus caſibus ſupplere poteſt negli
gentiam epiſcopi. capitu. paſtoralis. de offic. or-
dina. capitu. cum ſimus debitores. 9. quęſtione
tertia. Abba. in præallega. capitu. ex parte aſten-
ſis. numero 17. de conceſſ. præbend. idem Abba.
in capitu. cum Bertoldus. columna quarta. poſt
princip. de re iudic. Pau. de cita. de iure patron.
in 6. par. in 7. quęſtio. in fin. Lamber. in dicto tra-
cta. lib. 2. parte 2. quęſt. 8. artic. 17. quando autem
archiepiſcopus ſupplere poſſit, uel non, uideatur
plenè per eundem Lamber. in eodem tracta. par.
2. libro primo. quęſtio. 1. artic. 20. folio 112. & ſe-
quen. & ſi Papa concedit nouam prouiſionem
præſentato, ac ab archiepiſcopo inſtituto, recu-
ſante epiſcopo dicta diſtinctio Sarn. etiam huic
caſui applicari poſſe uidetur, quia uel de per ſe
canonizari poterit inſtitutio ipſius archiepiſco-
pi, uel ipſa noua prouiſio. Qui tamen ſubti-
lius perſcrutando tam in iſta noua prouiſione
pro pręſentato, ac ab archiepiſcopo negligentiā
epiſcopi ſupplente, inſtituto, quàm in illa noua
prouiſione pro pręſentato, & ab epiſcopo inſtitu
to, quàm etiam in alio prouiſo ab ordinario, de
quibus ſupra, quantum ad regulam hanc atti-
net, diſtinctionem ipſius Sarnen. oppugnare, im-
mo indiſtinctè tenere uellet, regulę huic nullo
modo locum eſſe, ponderare poſſet, quòd hęc re-
gula loquitur limitatiue, de cōmiſſionibus cau-
ſarum obtentu conceſſionum duntaxat gratia-
tum apoſtolicarum, de beneficiis eccleſiaſticis. Il
la dictio (de) iūcta termino beneficiis, cauſam pro
ximam, & immediatam denotat. l. 1. §. nunc ui-
deamus. in fi. ibi, non de bonis aui, ſed propter
bona. ff. de coniu. cum eman. libe. Barto. in l. 1. §.
ſi plures. quęſtio. 1. numero 4. ff. de exercito. idem
Barto. in l. 1. §. ex incendio. uerſic. idem de dictio
ne de, ff. de incen. & in l. non dubium. C. de legib.
Bald. in l. de pecoribus nume. 3. uerſic. item de di
ctio. C. ad leg. aqui. Dec. conſi. 624. copioſe. num.
3 & ſuper rub. ff. ſi cer. peta. in 2. lectu. in princip.
ſequitur ex proximè adductis, quòd regula lo-
quens de gratiis de beneficiis, debet declarari
immediate, & ſic quando ipſa beneficia conce-
duntur, non autem mediate, quando ipſorum
conceſſio confirmatur, ſeu corroboratur. Inſuper
gratia de beneficio eccleſiaſtico illa dicitur, iux-
ta communem intelligentiam, ſeu communem
uſum loquendi, qui attendi debet. ad l. Labeo. ff.
de ſuppelle. lega. l. librorum. §. quod tamen Caſ-
ſius. uerſicu. nemo enim. ff. de lega. 3. capit. quam
quam. 2. quęſtio. 7. capitu. quamuis, & ibi Abba.
de uerbo. ſignifica. per quam beneficium ipſum
conceditur, ſeu dum de beneficio alicui proui-
detur, & ſic procedit tantum in prima, & in
principali gratia, ſeu conceſſione, non autem
in acceſſoria, uel confirmatoria, ſeu primę ad-
miniculatoria.

S V M M A R I V M.

1 *Breui expedito ante commiſſionem cauſarum, ſed non li-
teris, an huic regulæ locus ſit.*
2 *Ordinario iure non extraordinario uerba & diſpoſitiones
intelligi debent.*
Amplia procedere etiam in principe.
*Agnatorum appellatione in ſtatutis non uenire filium
ſororis.*
3 *Abbreuiatores de parco maiori magnæ ſunt authori-
tatis.*
4 *Literæ apoſtolicæ per multas manus tranſeunt, & ma-
gna maturitate decoquuntur.*

SEptimo ibi, ſuper quibus Apoſtolicę
1 literę confectę non fuerint, quęro † an
ſi breue expeditum fuerit, regula hęc
locum habeat? quęſitum hoc ab alio
pendet, uidelicet, an literarum ap-
pellatione ueniant breuia, pro & contra faciunt

tradit.per Sarnen. in tractar.breuium, & nouisſi-
me per Dom. Per. Rebuf ante fi.praxis beneficia-
riæ,dum de breui apoſtolico tractar,& per me ſu
per regula.de non iudican.iux ſot.ſuppli. quæſt.
1 t.ultra fundamenta, ibi adducta,quantum ad
hanc regulam,pro opinione affirmatiua , quòd
regula hæc obſter,pondero quòd uia expeditio-
nis breuium,ſuper concesſionibus gratiarum be
neficiallum,eſt inſolita,& extraordinaria, & ano-
mala,ordinaria autem & conſueta eſt, ut ſuper ta
2 libus gratiis bullę expediãtur† ordinario autem
iure uerba,& diſpoſitiones, non extraordinario
in dubio intelligi debent,ad l.Sęi6.§.medico.ubi
ordinaria erogatio, ſeu præſtatio attenditur , &
ibi nota.Barto.ff.de annu.lega.capit.licet.de of-
ficio ordina.Soci.in l.qui Romæ. §. Callimacus.
colum.5.ff.de uerbotum obliga. Dec.conſi.430.
quod ſupra numero 7.& ſequen. & conſilio 632.
numero 10.& ſequen.& in capit.inter cætera.co-
lum penult.numero 5.de appellatio. Amplio cõ
cluſionem prædictam,ut quæcunque diſpoſitio,
in dubio intelligatur iuxta uiam ordinariam pro
cedere,etiam in principe,qui licet ſolutus ſit legi
bus,nec teneatur ad iuris ordinarii obſeruantiã.
l.princeps.ff.de legi.l.ex imperfecto ff.de lega. 3.
in dubio tamen iure ordinario, & uia ordinaria,
uti uelle præſumitur argumento text. in l. digna
uox.C.de legi.& prealleg.l.ex imperfecto,& c.ec-
cleſia ueſtra deſtinata.uerſicu. neque enim credẽ
dum eſt, Romanum Pontificem,qui iura tuetur
&c.de electio.Innocen.in cap.innotuit. eo.ubi ꝙ
Princeps in dubio,non præſumitur uti uelle ple-
nitudine poteſtatis, ſed iure ordinario. Bald.&
Pau.Caſtren.in l.ſi teſtamentum. C. de teſtamẽ.
Ludo.Roma.ſing.757. dixi aliás quòd nunquam
princeps præſumitur uti poteſtate abſoluta, &c.
& Dec.in prealleg.capitu.inter cætera. numer.5.
de appella.& dixit Bald.in l.meminimus.§.cum
igitur.numero 3.uerſicu.& ideo ſi ſtatutorum.C.de
legi.hæred.quòd licet ſtatuta a iure communi in
terpretationem recipiant , id ſolum procedere
quando ius commune eſt ordinarium, non autẽ
ſi extraordinarium,unde filius ſororis, qui extra-
ordinarie dicitur agnatus,non ueniet ſub ſtatuto
de agnatis loquente.Sequitur Pau. Caſtren. in l.
fina §.in comparatione.ante fin.uerſicu.aliam li-
mi.C.de iure deliberan.Alexan.in addi. ad Bald.
in d.l.meminimus.in uerb. filio ſororis, & Curt.
Iun.conſilio 161.præſupponitur in facto.uerſicu.
cum igitur hic tractemus.colum.fin. Hinc etiam
dicimus iuri ſpeciali,ſeu extraordinario facilius
derogari,& derogatum eſſe cenſeri,quam iuri cõ
muni,ſeu ordinario.l eius militis. §. militia miſ-
ſus,& ibi Albe.de Roſa.Barto.Bald.& Ange.ff.de
milit.teſtamen.§ quia uerò.in auten.de non alie
nan.glo.in uerſic. principalis. in capitu. ſi ſuper
gratia.de officio delega.libro 6.latè Lancil. Ga-
liaui.in repet.l. centurio.numero 125. cum aliis
ſequentibus ff.de uulga.Inſuper rationes aliquæ
propter quas regula hæc emanauit, prohibens

commisſiones obtineri literis non expeditis,mi-
litare uidentur,etiam breuibus expeditis , ut re-
gulæ ſatisfactum eſſe dici non posſit.prima enim
ratio gloſſatoris hic ad euitandum falſi fabrica-
tionem non uidetur ſublata propter breuis expe
ditionem: breuia enim, ſeu breues , ut de ſe pá-
tet, non eã exacta diligentia,qua literæ Apoſto-
licæ expediuntur , nec per ignem , & aquam,pro
ut bullæ tranſeunt, pro quibus literis conſtruen-
dis, limitandis, & ad debitam formam redu-
3 cendis,ac expediendis inuigilant † Abbreuiato-
res de parco maiori, qui breuiori compendio
impetrata in ſupplicationibus, concipiunt,eaſ-
que poſtmodum latius, & pinguius extendunt
in literis,prout per Pariſ.conſilio 112. in hac ma-
teria.numero nono.uolum.quarto. & tantæ ſunt
authoritatis,ut Reueren. Domini de Rota ab tis
in ſtylo ualde exercitatis, de ipſo ſtylo plerun-
que ſe informent, prout Hierony.Pau. literarum
Apoſtolicarum uicecorrector poſt princip. 2.par
te princip.eod.libro,qui prouinciale uulgo nun-
cupatur annotatum reliquit.folio 13.à ter. uerſ.
& ita ſæpe faciunt Domini de Rota. In expedi-
tione etiam bullarum,plerique alii officiales pro
manuum appoſitione,illarumque reuiſione, in-
teruenIunt,qui oculis(ut aiunt) linceis etiam uſ-
que ad minimam ſillabam, omnia proſpiciunt,
4 & quòd † literæ apoſtolicæ per multas manus
tranſeant , & magna maturitate decoquantur
probat capitu.cum adeo. in princip. cum gloſſ.
1.& gloſſ.in capitu. ad audientiam. primo,poſt
medium. de reſcriptis. ſequitur Pariſi. conſilio
142.quod reſeruatio. numero quinto. uolumine
quarto. & hæc in Curia Romana apud exper-
tos in ſimilibus ſunt tritisſima. Cum igitur à
pluribus , in arte illa peritis , literæ apoſtolicæ
ruminentur, perfectè digeruntur, argumento.
l.humanum.in fine.C.de legib.l.omnium. C. de
teſtamen. uerſicu. omnium teſtamentorum , ſo-
lemnitatem , & cæte. capitu.in canonicis.uerſic.
in eis uero.19.diſtinctio.capitu.finali. 20. diſtin-
ctio.talis autem,& tanta cura in expeditione bre
uium adhiberi non ſolet. Ex proximè, dictis, ui-
detur etiam quòd altera ratio gloſſ. hic breui-
bus obſtet,uidelicet, quòd iudex ignoraret fun-
damentum ſuæ iuriſdictionis, melius enim iu-
dex ex lectura literarum inſtruitur, quàm ipſius
breuis. Verum tertiæ rationi, quòd regula hæc
ſit burſalis,prout per gloſſ.hic, & Caſſado. deci-
ſio.1.ſuper hac regula.numero quinto. per bre-
ue nullo modo ſatisfit, cum per illum euitentur
conſuetæ ſolutiones,quæ fiunt officialibus, tam
pro taxis quàm annatis, & aliis, & ſic crumenæ
officialium in expeditione per breue non reple-
tur. ex proxime dictis, argui etiam poteſt, quòd
quarta ratio, de qua per Caſſado. hic quæſtione
prima.numero quinto.ibi, ſeu potius ne temere
quis alium moleſtet , quòd non eſt uerifimile
quando prius cum nõ modicis expenſis cogitur
literas expedire,obſtet breuibus,quæ cum modi-

ca

ea expediuntur expenſa, & ſic ſub regula comprehendi non debent. Secus autem accidit in literis, pro quibus expediendis ſemper notabilis pecuniarum ſumma erogatur. Contraria opinio, quòd immo regula hæc breuibus non obſtet, immo ei per breuia ſatisfactum ſit, perinde, ac ſi literæ ipſæ Apoſtolicæ (quas Bullas uocant) expeditæ fuiſſent, probatur ex infra dicendis, & ex iis quæ adduxi in 11. quæſtio. regulæ, de non iudicand. iuxta formã ſupp. poſt numerum 8. & uſque ad finem quæſtionis. ubi inter alia probo, quòd breuia ueniant literarum Apoſtolicarum appellatione, & ſaltem æquiparentur bullis per cameram expeditis, quæ camera latiorem habet facultatem, & ſupplere conſueuit clauſulas alias concedi per Cancellariam inſolitas, prout omnes curiales bene norunt, & refert Pariſi. præallegat. conſil. 112. ante numerum 10. expeditio igitur per breue minus rigoroſa, quàm illa literarum eſſe conſueuit, & in hoc ſolum breuia à literis aliqualiter differunt, & ſic in quibuſdam accidentibus tantum. Accedit, quòd ſuper conceſſionibus obtentu gratiarum Apoſtolicarum, de beneficiis eccleſiaſticis, ita conficiuntur breuia ſicut bullæ, uerba igitur regulæ conueniunt breuibus, ergo & diſpoſitio ad l. hos accuſare. §. omnibus. ff. de accuſat. l. ſi uero. §. de uiro. ff. ſoluto matrimonio. l. 4. §. prætor ait, & ibi nota. Bartol. in ultimo not. numero 25. ff. de damn. infect. cap. indemnitatibus. § penultimo. de election. libro 6. Amplius uera huius regulæ ratio quam poſui ſupra quæſtio. 1. ante numerum 14. quæ eſt quod reus inſtrui poſſit de iure, uel non iure actoris, & deliberare, an cedere, uel contendere malit. ad l. 1. ff. de edend. l. edita. vbi Bartol. & omnes C. eo. l. 1. §. labeo, & ibi Bartolus ff. de flumin. ita militat in breui, ſicut in literis, ſeu bulla: uiſo enim breui expedito, facilè quilibet percipere poterit, quid illud in effectu contineat, quorſum tendat, & quantæ ſit potentiæ, ſeu efficaciæ, cum igitur adſit identitas rationis, ergo & identitas iuris, ad l. ſi poſtulauerit. §. ratio. ff. de adulter. l. 1. §. hoc interdictum eandem habet, & ibi nota. Bartol. ff. de fonte. l. illud, cum gloſa magiſtra. in uerſi. æſtimari, quæ dat concordan. ff. ad l. Aquil. cap. translato. cum glo. fina. de conſtitu. Ad primum fundamentum in contrarium adductum, quod verba ordinario iure, non extraordinario accipi debent, reſpondeo, quod non minus eſt via ordinaria, & approbata, illa breuium, quàm illa bullarum, & cum omnes iſtæ expeditiones, & pleræque aliæ, à uoluntate ipſius ſummi Pontificis pendeant, ipſeque princeps æquiparet iſtos modos expediendi, non refert quid ex æquipollentibus fiat. ad l. Iulianus ait. ff. de condition. & demonſtratio. l. mulier, quæ duobus. primo reſpon. ff. ad Trebellia. l. ſi mulier. ff. de condictio. cauſa data. l. 3. C. de inſtitu. & ſubſtitu. ſub condi. fac. & tanto magis hodie expeditio breuium probata, & ſecura ab omnibus cenſeri debet, cum illi præſit, tum in theoria, tum in praxi Romana, facilè princeps, præclariſſimus Cardinalis Boncompagnus, qui huiuſce breuia acutiſſimis arguit oculis, & illis Argi vigilantioribus proſpicit, ac intuetur: nemo igitur amplius dubitet breuia à iure, ſeu ratione aliena, & diſſona in lucem proditura fore. Ad aliud fundamentum, quòd rationes gloſ. hic. ſeu Caſſado. obſtent etiam breuibus, corruit ex pluribus, eò præſertim, quia rationes ipſę corruunt, vt oſtendi ſupra in 1. quæſtio. Ad præmiſſa etiam, & omnia alia, quæ in contrarium adduci poſſent, colligi poteſt ſolutio ex iis, quæ latius tractaui in præallega. quæſtio. 11. regulæ, de non iudi. iuxta formã ſupp. poſt numerum 8. uſque ad finem quæſiti. ibi, & ſupra dictis. & ad oſtendendum, quòd breue ueniat appellatione literarum Apoſtolicarum, ſeu illis, & bullæ æquiparetur, addo uidendum eſſe deciſi. Putei. 23. ſub titu. de fide inſtrumentorum. ſub iis verbis. breue prouiſionis eccleſiæ Tarulſinæ conceſſum Reuerendiſſimo Cardinali Piſano, in quo Papa teſtatur prouidiſſe ipſi Cardinali de dicta eccleſia, & mandat ſibi tradi poſſeſſionem: habet vim prouiſionis non obſtante motu proprio Iulii Secundi, in quo declaratur non intellexiſſe prouidere per ſupplicationem. Ita in cauſa Taruiſina penſion. coram Aquenſ. inter ipſum Cardinalem Piſanum, & Camillum de Rubeis. 16. Maij. 1541.

SVMMARIVM.

1 *Literæ ſi confectæ fuerint, ſed non productæ, an obſtet hæc regula.*
2 *Non eſſe, & eſſe, & non apparere, paria ſunt.*
3 *Finis in omni actu humano potiſſimum inſpici debet.*
4 *Conſtitutio, quod non dicit, nec nos dicere, ſeu ſupplere debemus.*
5 *Extenſionem in exorbitantibus non fieri etiam ex paritate, vel maioritate rationis.*
6 *Simpliciter, & de plano, clauſula, operatur, vt libellus nõ ſit neceſſarius.*
7 *Clauſula ſummarie, &c. quid operetur remiſſiuè.*
8 *Summariè, ſimpliciter, & de plano proceditur in cauſis beneficialibus, & pleriſque ſpiritualibus.*
9 *Reſcriptum in cauſis beneficialibus, vel aliàs ſummarijs habet vim libelli.*
10 *Formula commiſſionis cauſæ beneficialis.*
11 *Regeſtra bullarum ſunt publica, & illis fides datur.*
12 *Perfectum non eſt, extra, quod eſt dare aliquam particulam.*
13 *Finem rerum quadripartitum eſſe.*

OCtauo ibi, apoſtolicæ literæ confectæ
1 non fuerint. quæro † an ſi confectæ
ſnerint literæ, ſed non productæ, ob-
ſtet hæc regula? Pro parte affirma-
2 tiua arguo ſic † non eſſe, & eſſe, & nõ
apparere paria ſunt. l. Rutilia polla. & l. in lege. ff.
de contrahend emptio. ubi in emptione non ue-
niunt tunc non exiſtentia, uel tunc non apparen-
tia. Lap. alleg. 89. ante num. 3. & Signo. de Hom.
conſil. 1. poſt num. 3. ſic & tranſactio, ſicut non re-
ſpicit tuncnon exiſtentia, ita & tunc non apparẽ
tia. l. cum Aquiliana. & l. qui cum tutoribus. ff. de
tranſactio. l. tres fratres. ff. de pact. ſic etiam dici-
mus quantitates apparentes, non autem non ap
parentes eſſe conſiderabiles. Pet. de Ancha. conſ.
141. ſuper prædicto. poſt numerum 5. uerſic. ad
quantitates, ergo. & dixit Bald. in cap. cauſam.
de probatio. quem ſequitur Alexand. in l. rem,
quæ nobis. num. 15. ff. de acqu. poſſeſſ. paria eſſe,
rem eſſe in nullius bonis, & eſſe in alicuius bonis,
& non apparere eſſe in alicuius bonis. Si igitur
quis literas expediuit, & in arca, ſeu alibi clau-
ſas, ſeu occultas retinet, perinde illæ habendæ
erunt, ac ſi confectæ non fuerint, & ac ſi in rerum
natura non eſſent, unde regulæ huic locus erit. Se
cundo pondero, quòd in quacunque actione, &
diſpoſitione effectus conſiderari debet. l. 1. §. hæc
autem verba. ff. quod quiſque iur. l. ſi nõ mortis.
in fi. ff. de inoffi. teſtamen. Bald. in l. ſi mater. in 3.
not. C. de Inſt. & ſubſt. præceptor meus D. Ph. lip.
Dec. conſi. 313. promiſit. col. 2. circa medium. In-
3 ſuper † finis in omni actu humano inſpici potiſſi
mum debet, argumento. l. ſi filia nupta. primo re
ſpon. ff. fam. erc. l. ſi mater. in fi. C. ne de ſta. defun.
& Ariſto. in 3. Phiſic. & in 3. Metaphiſic. dixit finẽ
eſſe perfectionẽ cuiuslibet rei. & alibi dixit om-
ne agens agere propter finem: pro iis adduco
text. in l. rem non nouam. ibi cauſæ enim termi-
nus. C. de iudic. & in cap. qualis. in princip. 25.
diſtinct. Et diuus Hieronym. in lib. ad Furiam, in-
quit. Quòd in chriſtianis non quærantur initia,
ſed finis. Paulus enim malè incœpit, ſed bene fi-
niuit, econtra autem iudæ laudantur exordia,
ſed finis proditionis damnatur. & habito fine,
uel effectu non curamus de modo. l. cum ſeruus.
ff. de uerbo. oblig. Bald. in l. conuenticulam. col. 3.
verſi. item formatur ſic habito fine, &c. C. de epiſ.
& cler. verum ſi effectum, uel finem expeditionis
bullarum conſiderabimus, percipiemus eo ten-
dere, ut apud iudices, ſeu alios ubi opus erit, pro-
duci poſſint, de illarum, quàm tenore, continen-
tia, & ueritate fides fiat, ſic etiam dicimus fi-
nem latæ culpæ eſſe, non intelligere id quòd
omnes intelligunt, quaſi id à lata culpa ſequa-
tur ad l. latæ culpæ. ff. de uerborum ſignificatio.
Et iſta uidetur fuiſſe veriſimilis mens, & inten-
tio legem condentis, à qua licitum eſt arguere,
ad l. 1. verſicul. quoniam. ff. ſi certum petatur.
Socin. conſi. 86. in cauſa communitatis. colum.
4. ante nume. 9. verſicu. item arguendo. libro 1.
Poſtremo hanc interpretationem ſuadet ratio
per me adducta ſupra quæſt. 1. num. 14. quæ eſt,
vt regula requirat literarum expeditionem, tem
pore commiſſæ cauſæ, ad hoc, ut conuentus ſibi
proſpici, & inſtrui de iure, aut non iure aduer-
ſarii, ac deliberare, an cedere, uel contendere ſi-
bi expediat, poſſit. Literis non exhibitis, & pro-
ductis, conuentus inſtrui, ac deliberare non po-
terit, ergo ratio regulæ ceſſaret. & ſic conſtitu-
tionis ratio nos fateri cogit neceſſariam eſſe ex-
hibitionem, ſeu productionem ipſarum litera-
rum. Conſtitutio enim etiam ſpecialis pro-
pter rationis generalitatem, generaliter intelli-
gi debet. ad l. cum inter. §. dulciſſimis. ff. de le-
gat. 2. Roman. conſil. 457. circa propoſitum. col.
2. in princip. Dec. conſ. 35. nume. 8. ibi licet po-
ſtea in diſcurſu loquatur, &c. & conſ. 299. in cau-
ſa. numer. 10. Pariſi. conſi. 83. pro reſolutione.
nume. 16. lib. 3. Pro parte negatiua, in qua reſi-
deo, pondero quòd regula noſtra requirit dun-
taxat literarum confectionem, & nihil ultra, & ſic
non arctat ad productionem. ſed ad expeditio-
4 nem tantum, quod † igitur conſtitutio non di-
cit, nec nos dicere, ſeu ſupplere debemus. argu-
mento. l. ſi uero. §. de uiro: ubi non expreſſum à le
ge, pro omiſſo habetur. ff. ſoluto matrimon. l. vni.
§. ad deficientis. C. de caduc. tollend. cap. ad au-
dientiam. de dec. Bald. in l. Gallus. §. & quid ſi tan
tum. colum. penultima. ubi ampliat ad ſtatuta.
uerſicul. unde id quod omittitur à ſtatuto, de-
bet haberi pro omiſſo, &c. ff. de libe. & poſthum.
& in l. 2. ante finem. ff qui teſtamen. face. poſſunt.
Accedit quòd regula hæc (ſi verum fateri uolu-
mus) quacunque ratione, ſeu intuitu emana-
uerit, exorbitat à iure communi, unde ſuis fi-
nibus contenta eſſe debet, & nihil vltra expreſ-
5 ſa extendi, ſeu ampliari: † extenſioni enim in ex-
orbitantibus, etiam ex paritate rationis, immo
etiam ex maioritate, locus non eſt, authent. quas
actiones. ubi Bart. & alii. C. de ſacroſ. eccle. Cur.
iun. conſil. 6. circa has quatuor. colum. 9. num.
16. uerſic. primo, quod præſuppoſito. & conſi. 10.
viſa, ac diligenter. num. 8. uerſicu. confirmantur
præmiſſa. ubi atteſtatur hanc eſſe communem
opinionem. & Deci. in l. non debet cui, quod
plus. nume. 4. ff. de regul. iur. dicit eſſe commu-
nem opinionem, nõ valere argumentum à maio
ri in correctoriis. Vltimo ratio vera noſtræ regu-
læ, quam poſui ſupra quæſt. 1. nume. 14. uideli-
cet, ut reus inſtrui poſſit de iure, uel non iure ad
uerſarii, & deliberare, an cedere, vel contendere
ſibi expediat, etiam ante productionem litera-
rum expeditarum, militat, illique per ſolam lite-
rarum confectionem, licet non productionem,
ſatisfit. Ponamus enim commiſſam cauſam ſu-
6 per aliquo beneficio, cum clauſula † ſimplici-
ter, & de plano, quo caſu libellus non eſt neceſ-
ſarius, cle. ſæpe. uerſic. nos autem dubitationem
de

de uer.ſigni.de qua clauſula & ſimilibus,& quid
operentui,Rot.378.no.quod ſi in commiſsione,
7 ubi etiam de clauſula,† ſummariè, & c.& de illa-
rum effectu,& dec.732.in anti.per Caſſa.dec:14.
obſeruatum eſt,de reſcr.Staphi.fol.141.ſuper ſi-
gnatu.& pro præmiſsis & ſimilibus clauſulis, per
Feli.in c.1.colum.13.cum tribus ſeq.de conſtitu.
& idem ſine iſtis clauſulis, commiſsis cauſis be-
neficialibus & pleriſque ſpiritualibus, quia etiã
dictis clauſulis non expreſsis, ueniunt tacite, &
8 in talibus cauſis † ſummarie, ſimpliciter, & de
plano proceditur.cle.diſpendioſam.de iud Rot.
433.ſuit dubitatum utrum ſi agatur,in no.Caſſa.
9 dec.1.de iudi.† Reſcriptum in iſtis cauſis benefi
cialibus, uel aliàs ſummariè tractandis,habebit
uim libelli. c.pręterea.cum ibi not.per Abb.poſt
Hoſt. & alios colum.3.ante nume.8.de dila.Imol.
in l.ſi quis filio.§ hi autem.ff.de iniu.rup.Alexan.
conſil.201.in cauſa & lite lib.2.Deci.conſil.473.
pro reſolutione.nume.7 Mar.Soc.Iun.conſil.82.
cum ſatis.nu.1.lib 2.Verum commiſsiones quę
ſuper beneficiis impetrari conſueuere, non ſo-
lent adeo facti ſeriem continere, ut ex illis poſsit
conuentus deliberare an litigare ſibi expediat an
non.Ordinariarum enim ſimilium commiſsionũ
10 † formola talis eſt : Dignetur Sanctitas ueſtra
cauſam,& cauſas, quam & quas deuotus Sanct.
ueſtræ orator Ioan. Baptiſta Madrid.clericus To-
letan.Iu.Vt.Doc.haber, & mouet, habereque &
mouere uult,& intendit,contra & aduerſus quen
dam Petrum Perez clericum Salamantin.aduer-
ſarium intruſum, omneſque alios intruſos, & in
truden.ac communiter uel diuiſim intereſſe pu-
tantes,de & ſuper pręſtimonio, ſeu præſtimonia
li portione.& c.Toletan.diœceſis, illiuſque intru-
ſione, & forſan ſpolio, rebuſque aliis in actis
cauſæ,& cauſarum huiuſmodi latius deducen-
dis, & illorum occaſione,alicui ex ueſtri ſacri pa
latii Apoſtolici cauſarum Auditoribus,unà cum
omnibus,& ſingulis ſuis incidentibus,dependen
tibus,emergentibus,annexis,& connexis ſumma
riè, &c. ac tam coniunctim, quàm diuiſim au-
diendas, cognoſcendas, decidendas,fineque de
bito terminandas committere, & mandare cum
poteſtate citandi, &c.inhibendi, &c.aliaque fa-
ciendi in præmiſsis,& circa ea neceſſaria, ſeu quo
modolibet opportuna, præmiſsis,ac conſtitutio
nibus, & ordinationibus apoſtolicis ſtylo pala-
tii, quodque cauſa, ſeu cauſæ huiuſmodi, ad
curiam forſan legitimè deuolutæ non ſint, nec
in ea de ſui natura, aut iuris neceſsitate tra-
ctandæ, aut finiendæ ſint, cæteriſque contra-
riis quibuſcunque, ſi literæ non ſint confectæ nul
lo modo uocatus in uim ſimilis commiſsionis,
poterit inſtrui, & deliberare, ut pluries dixi;
ſed ſi expeditæ ſint, licet non productæ ex re-
11 giſtris bullarum, ſibi proſpicere poterit † cum
ſint publica, & omnibus pateant, & fides illis
adhiberi debeat, prout ſtylus notorius docet,
& ſentit Anton. de Butr. conſil. 2. numer.3. co-
lum.1.uerſicul.his non obſtat, repetito. conſi.49.
Rot.620. no. ſumptum. & 680. no. quod ſum-
ptum. in anti. Bartol. Belen. de charitat. ſubſi.
quæſtio.113 Sarnenſ.in c.ſtatutum.num.60.uer.
ſufficeret tamen iſto caſu, quod produceretur
ſumptum facultatis collectoris, de regiſtris bul-
larum,&c. de reſcrip.lib 6.& nouiſsimè per Do.
Rebuff.in praxi.par.3.ſigna.in uer.datum num.
5.in 1. fallen.pag.140. cum igitur iſte uocatus ui
gore commiſsionis, poſsit ſe, de facili informa-
re.de iuribus aduerſarii,& ſucceſsiuè deliberare,
ſibi imputet ſi quod poteſt, ſeu debet, non facit
præall.c.præterea.& ibi Hoſt.col.2.in uerſi. plenè
potuit, & melius ad rem noſtram.c.ſi.ante ſi.uer.
temporis quoque ſpatium habuerat tam proli-
xum, &c.de fer. Ad primum fundamentum in
contrarium adductum reſpondetur, quòd imò
ſatis apparent literæ,ſi ſunt in loco publico, uel
de facili apparere poſſunt, ad ſupra proximè
dicta. Ad ſecundum, quòd ille ſit finis, & ef-
fectus expeditionis literarum, ut produci poſ-
ſint, negatiuè reſpondeo, alioquin ipſa expe-
12 ditio non eſſet finita, ſeu perfecta † perfectum
enim non eſt,extra, quod eſt dare aliquam par-
ticulam. Ariſtot. in 5. Metaphiſ. l.ſi his,qui qua-
dringenta.§.quædam.ff.ad legem Falc.ibi,neque
enim aut vllum balneum, aut ullum theatrum,
aut ſtudium feciſſe intelligitur, qui ei propriam
formã, quæ ex conſummatione contigerit, non
dederit.l.ſtipulatio.§ opus autem.ff.de nou.ope.
nunciatio.item ille finis productionis (ſi finis di
ci poſſet) fortuitus eſſet, quia ab euentu pende-
ret, ſcilicet, vt producatur,uel non producatur,
iuxta caſum,& fortunæ contingentiam, alioquin
ſi uerè finis eſſet ipſa productio,ſequeretur ꝙ om
nes literæ expeditæ, neceſſario ſemper produce-
rentur,quod eſt falſum, vt patet ad ſenſum. Ve-
13 rum ſi (iuxta Platonis ſententiam) † finem re-
rum quadripartitum faciamus, ut alium legiti-
mum dicamus, quando res ſecundum leges fi-
nem accipiunt, ut cum decretum aliquod le-
ge firmatur,aut perficitur,alium naturalem pro-
ut ſi diem,annum,anniqué tempora, vitamque
hominis naturali fine decedere dicamus. aut
fortuito finem contingere ponamus, ut cum ſe-
cus,ac putabamus,& præter opinionem aliquid
accidit. Aut & quartò alium arte conſtare dica-
mus,ſecundum enim artem architector ædificiũ,
& nauim fabricator perficit,perfeciſſe autem æ-
dificium is uidetur, qui ita conſummauit, vt iã
in vſu eſſe poſsit.l.ædificia.§ perfeciſſe.ff. de ver-
borum ſign. perfectionem, ſeu finem bullarum,
conſiderabimus in hoc ſolum, an illis aliquid
deficiat, an potius tales ſint, quòd in vſu eſſe
poſsint, prout declarat Vlpianus in dicto.§.per-
feciſſe,& faciunt tex. in præalleg.l.ſi is qui qua-
dringenta. §. quædam.ff.ad l.falcid. l. ſtipulatio.
§.opus autẽ.ff.de no.ope.nun.& l.rei appellatio.
§.opere iun.gloſ.in uer.opere.ff.de uerbo. ſign.&
ſi aliter diceremus non darentur fines aliqui, ſed
ſecun-

ſecundum uarios caſus,& res immutarentur iuxta opin. Zenonis Cittici, prout per Dioge. Laertinm in illius uita, parum ante fi. ubi exemplificat ſi idem æs, & Alexandri fiat ſtatua, & Socratis, uel quod deterius eſſet, finem infinitum eſſe diceremus, & ex vno diuerſi fierẽt. finis enim granum ſerentia, eſſet granum in maiori quantitate colligendi, ex recollecto uero partem forſan uendere, partem pro agro turſus ſerendo conſeruare, partem pro ſui, & familiæ ſuſtentatione retinere. Item ex grani uenditione pecuniarũ receptarum partem pro agri, partem pro domus emptinne, partem uero pro filiæ nuptui tradendæ dote diſpenſare, ex iiſque finibus ad innumerabiles alios fines nunquam finitos in infinitum tẽderemus. Si quis ſcite uoluerit, quòd finis alius ſit cuins gratia, ut forma finis materiæ. Alter uero finis cui, ut homo finis rerum creatarnm propter ipſum, uideas Ariſto. & Auerro. 2. phyſ. tex. com. 25. & 2. de Anima. tex. com. 37. Rurſus quod finis ſit duplex, prima uidelicet intentio, & ſecunda, legat Auerroem 2. Cœli. commen. 17. & 21. ac 12. Metaphi. commen. 36. Ad illud de mente conſtituentia, negamus illam fuiſſe mentem, imo contrarium ſuadent uerba, quæ ſolam requirunt expeditionem. Ad ultimum ultra quòd iſta non ſit ratio ſcripta, ex qua ad quemlibet caſum inferre poſſemus, ad l. his ſolis. §. de cæteris, ibi etiam tacite cautum putamus. C. de reuoca. donatio. Bal. in auten. quas actiones. colum. 2. uerſicul. ſed ego dico quando generalis ratio ſcripta eſt. & ca. C. de ſacroſ. eccleſ. & ſuper rubr. C. de nau. fœno. Calde. conſil. 1. an capitulum. in princ. in tit. ut li. penden. Inſuper huius regulę plures rationes aſſignantur, ut colligitur ex iis quæ tradidi ſupra q. 1. Demum ratio quam ego ueram, & ſolam aſſero uerificari poteſt literis non productis, dummodo expeditæ ſint, ex quo facile uideri poſſunt in publicis illarum regeſtris, prout late probo ſupra in ultimo fundamento pro hac parte negatiua.

SVMMARIVM.

1 *Literæ ſi non fuerint confectæ tempore præſentationis commiſſionis, ſed illinc ad duos, uel tres dies expediantur, an regula hæc obſtabit.*
2 *Incontinenti quæ fiunt ineſſe uidentur.*
3 *Incontinenti fieri dicuntur quæ infra triduum geruntur.*
4 *Potentia propinqua actui pro actu reputatur.*
5 *Mora purgatio admittitur, quando ius alterius non eſt factum deterius.*
6 *Præpoſteratio factorum ſi ex ordine intellectus ſaluari non poteſt, indiſtincte uitiat.*
7 *Ordo contra ius conſtitutionis peruerti non poteſt.*
8 *Ordinis neceſſarij omiſſio, ſeu præpoſteratio, actum reddit inualidum.*
9 *Emancipatio non præcedente denunciatione à ſtatuta requiſita inualida eſt.*
10 *Decretum irritans, formam inducis, & ipſo iure annullat.*
11 *Inſtrumenta produci poſſe uſque ad ſententiam excluſiue, non autem incontinenti poſt.*
12 *Mora purgatio pœna commiſſa, ſeu incurſa, excluditur.*

1 NONO quæro † an ſi tempore præſen-
tationis commiſſionis cauſæ, literæ
non ſint expeditæ, ſed illinc ad duos,
uel tres dies expediantur, regula hęc
obſtet? Pro parte negatiua arguo
2 ſic † quæ in continenti fiunt ineſſe uidentur. l. le-
cta. uerſic. dicebam ff. ſi cer. peta. l. in bonæ fidei,
& l. perens. C. de pact. l. ſi ita quis. §. ſeia cauit. ibi
deinde incontinenti utrumque conuenit, &c. ff.
de uer. oblig. c. officij. uerſ. nos autem. de electio.
Lap. Alle. 56. punctus quæſtionis, num. 16. uerſic.
3 Item dici poteſt quòd uerba interuenerunt. † in
continenti autem dicuntur fieri ea quæ infra bi-
duum uel triduum gerũtur l. fi. C. de erro. aduo.
l. fi. C. de iudi. ubi de uerbo illico, i. intra triduum
l. 3. §. eum qui iun. glo. quæ exponit. incontinenti
pro infra triduum. ff. de ui & ui arma. Bald. in di-
cta l. lecta. in ult. no. colum. penult. circa medium
Felin. in c. ueniens 2. in 6. conclu. ante num. 16. de
teſti. ubi poſt Bald. in præall. l. fi. C. de iudi. no. pro
bationem incontinenti fieri, ſi fiat intra triduum.
Et quomodo aliquid dicatur incõtinenti fieri vi
de Tiraq. in. l. ſi unquam. in glo. reuertatur. num.
114. C. de reuo. dona. & de utro. retra. in uer. in li-
mine contractus. par. 2. §. 1. Glo. 5. num. 1. & ſequ.
ſi igitur literarum expeditio ineſſe uidebatur
tempore præſentati reſcripti, regulæ huic locus
eſſe non poteſt. Secundo proximus cingi pro cin-
cto habetur, uulg. l. penul. ff. de mili. teſtam. & ibi
4 Bald. no. quòd † potentia propinqua actui habe-
tur pro actu. l. qui in utero. ff. de ſta. homi. ubi in
vtero exiſtens pro nato habetur. l. & ſi non. § quid
ergo. ubi quòd appellatione argenti facti, uenit
fabricari cęptum. ff de au. & argen. lega. Rot. Biſi.
17. quidam patronus. colum. 1. de preben. in an-
tiquio. quę eſt eadem ita etiam incipiens. 544. in
anti. Dec. conſil. 327. niſo caſu. colum. 1. in ſi iſta
igitur bulla quę ab utero ſupplicationis infra
breues dies in lucem proditura erat, prout po-
ſtea prodiit. pro iam nata, ſeu pro iam expedita
haberi debebat. Tertio medium tempus pro nõ
tempore habetur l. ſi debitori. ibi neque enim
magnum damnum eſt in mora modici tempo-
ris ff. de iudi. l. titius. §. titius. ff. de libe. & poſthu.
ubi natus parum poſt teſtamentum, pro nato
tempore teſtamenti habetur. gloſ. penult. in cap.
tenore. 31. diſtin. ubi quod duo dies nulli reputãtur,
Iaſ. in l. eum qui calendis. §. quoties. ante fi. nume.
7. ff. de uer. obli. ubi quòd etiam interpellatio ho
minis non conſtituit quem in mora ad unguem,
ſed debet continere quoddam ſpacium modera
ti temporis: iſti igitur duo, uel tres dies inter-
medii in propoſito quęſito in nulla conſideratio-
ne eſſe

ne eſſe debent. Quartò ſi de hoc caſu princeps conſultus fuiſſet, non aliter diſpoſuiſſe, ſeu reſpō diſſe exiſtimandus eſſet, nec uim feciſſet in iſta temporis breuitate, unde ab eius ueriſimili reſponſione interpretationem, ſeu dubij noſtri ſolutionem ſumere licet, argumento.tex. in præalleg. l.Titius.§.lucius.ff.de liber. & poſthum. in l.tale pactum.& ibi glo.fina.ff.de pactis. Deci.conſil 7. & pro tenui.colum.fin.ante num. 7. & conſil. 89.
5 uiſo puncto.colum.2.poſt medium Quinto † mora purgatio admittitur quando ius alterius non eſt factum deterius.l. ſi inſulam. & l.ſi ita quis §. ſcia.ff.de uer.ob.l & ſi poſt tres.ff. ſi quis cautio. l.ſi cum dies §.fin. iuncta.l.ſequen.ff.de arbi.& de purgatione moræ ad producendum inſtrumentum poſt terminum aſsignatum lapſum, Cyn. in l.quandiu.2.ff.de acqui.hæred.& in l.1.§ edenda. ff.de edend.Socin.ſuper fallen. regula 271.in propoſito quæſito nullius intereſſe poteſt.nec ius alicuius factum eſt deterius, imo nec dum pars citata, nun ſolum lis non conteſtata, ergo indiſtinctè mora, ſi qua prætendi poteſt, purgari poterit. Sexto, arguendo à ratione, ſeu cauſa ceſſante. ad l.adigere.§.quamuis.ff.de iurepatro. c. cum ceſſante.de appella.cum uulga ratio regulæ, ſiue ſit burſalis, ſiue quæuis alia, ex illis quinque quas poſui ſupra quæſt.1. in caſu noſtro ceſſabit, ergo, & regula ceſſare debet. Septimo conſtitutio intelligi debet in caſu in quo ſuppoſita per eam locum habere poſſint. Iacob.Butr.Fulgo.& Saly. in l.mancipia.C.de ſer.fug.Dec.conſ.540.col.1. uerſicu.tota difficultas.& conſ.466.colum. 3 regula hæc intendit annullare proceſſus ſuper commiſsionibus cauſarū literis non expeditis faciendos, ſed in caſu propoſito nullus adhuc proceſſus factus ſupponitur.& qui poſtea fiet fabricabitur literis iam expeditis, ergo nec irritationi proceſſus, & conſequenter ſuppoſito regulæ, & ſic nec ipſi regulæ locus eſſe poterit. Octauo, & ultimo in ſimili quæſito propoſito, pro ſimili regula. uidelicet 53.iuxta ordinem antiquum, quòd diſpēſationes non ſuffragentur, niſi literis expeditis uoluit Socin. conſil. 41. uiſo induito. uolum. 3. colum.3.uerſicu. ſecundo etiam aduertendum, & poſtea tertio etiam reſponderi poteſt, quòd licet literæ ante expeditionem non ſuffragentur, tamen in ſubſtantia iſti dicantur diſpenſati, licet eis uti non poſſint, & ſic non impediatur ſubſtātia diſpenſationis, ſed exercitium, &c.quòd literis non expeditis regula illa non obſtet, & dum adducit notabile dictum Bald. in ſimili in l. per diuerſas, quæſt.13.num.17.ubi ſi ſtatutum nō ſolutā gabella diſponat, quem non audiri, ſi pendente iudicio gabellæ ſoluatur, iudicium, & inſtantia corroboratur, & condemnatio ſequitur. C.manda.& ex iis, quæ poſtea idem Soc.ſubiicit, quæ ibi uideri poſſunt, apparet indubitanter concludit ſuperueniente literarum expeditione, omnia ualidari. cum Socin. tenet, & ad eum ſe remittit doctus modernus D.Hier.Gig in tracta.

penſio.quæſtio.34 num.11.uerſicul. uide ad hoc Socin. & ipſe Gig. loquitur de hac regula noſtra 31.licet eam alleget ſub num.antiquo. 29. Concludendum igitur uidetur, ſuperueniente literarum expeditione, præſertim paruum poſt commiſsionis præſentationem, ualide agi poſſe, & omnia ſubſiſtere. Pro parte uero affirmatiua, imo regula obſtet, quam ueriorem puto, ponderato uerba regulæ huius, omnes cauſarum commiſsiones, occaſione conceſsionum gratiarum ſuper quibus literæ confectæ non fuerint, &c. & ſic requirit pro neceſſario antecedenti ualiditatis commiſsionum, literarum expeditionem præcedere, ſi igitur ſecus factum aſſeramus, reſultabit
6 præpoſteratio factorum; † quæ cum ab ordine intellectus ſaluari non poſsit, indiſtinctè uitiabit. l. ambiguitates.& ibi Bald.in 1.nota.uerſ.ſed præpoſteratio factorum nocet.C.de teſt l.2.§.prius. & ibi omnes.ff.de uulga.& pupilla.& cum detur ordo à noſtra conſtitutione, prius expediendi literas, poſtea commiſsionem cauſæ impetrandi,
7 † ordo contra ius conſtitutionis, nullo modo peruerti poteſt, alioquin nullitas inſanabilis reſultaret.l prolatam, & ibi doctores, de ſentent. & interlocu. Bald. in præallega. l. ambiguitates, poſt princip uerſicu.ſed ſi peruertitur contra ius conſtitutionis, &c. & in authen. hoc amplius. nu. 20. C.de fideicommiſſ. & ibi ſubdit, quòd ordo dās intellectum actus prætermitti non debet, per l. quoties duobus. primo reſponſ. ff.de uſufru.ubi ſi Titio, & Mæuio uſufructus legatur, ut alternis annis utantur fruantur, primo anno utetur Titius, ſecundo Meuius, nec iſte ordo ſubuerti pōt. l.generaliter.§.ſiquidē.ff de fideic. libe.l. Gallus. §.quidam rectè ff.de libe.& poſthum.præceptor meus D.Philippus Dec.conſi.161.pro D.Propoſito.colum.1.uerſic.quinto hoc ſuadetur. & conſil.485.caſus, de quo.num.8.Caſſa.dec.9.de præbend.num.2. Amplius regula noſtra procedit ultra annullando omnia niſi literarum expeditio præcedat commiſsionem cauſæ, & tunc dicitur
8 † ordo neceſſarius, cuius omiſsio, ſeu præpoſteratio actum inualidum reddit.l.2.§.prius.ff.de uulga.& ibi not.Bald.poſt Old.& Cyn.quòd incipiendum eſt a priori, & potiori.l.ut debitum. C. de hære.actio.l.ſi duabus, & ibi glo.& Bal.ff.de excu. tuto.pulchrè & quaſi in terminis noſtris, per Ludou Roma.conſ.402.in propoſita conſultatione.in reſolutione primi dubii. ubi ſupponit conſtitutione Senenſi caueri, quòd denunciatio per præconem publicè facienda, præcedere debeat emancipationem, & ſi aliter fieret non ualeat, præpoſterato ordine, uidelicet, ipſa denunciatione
9 non præcedente, quærit an † emancipatio ſubſiſtat, concludit pro parte negatiua, eundem ſequitur Fel in c.quoniā frequenter.col.5.poſt princ. uerſ. ſi tamen ſtatutum, ut lite non conteſt. Inſuper re-
10 gula hæc habet decretum irritans † quod formā inducit, & ipſo iure annullat quicquid contra fit Bal. Imol.& moderni.in l. 2.ff.de liber. & poſthu.

Pet.

Pet. de Anch. in c. ea quæ. colum. 4. uerſicu. quan-
doque iudex non recipit poreſtatem. de reg. iur.
lib. 6. docto. in c delrcti. de præbend. & in c. ſtatu-
tum. in fi. de reſcr. li. 6. c. ſi eo rempore. de electio.
eo lib. Barba. in cle. 1. colum. 9 de electio. Iaſ. in l.
non dubium. in 8. no. poſt num. 17. uerſicul. iſtud
ſecundum probo C. de legi. Fel. in c. cum accrsſiſ-
ſent in 5 decla. nume. 7. de conſtitu. ex præmiſsis
patet ſolutio ad contraria. Inſuper ſigillarim re-
ſpondendo dico quòd prima tria fundamenta
in contrarium adducta, non ſunt in conſidera-
tione in caſu noſtro, ex quo etiam ſi immediate
poſt præſentarionem commiſsionis literæ fuiſ-
ſent expeditæ Regulæ non fuiſſet ſatisfactum,
quæ ut pluries dixi, neceſſario requirit pro forma
literarum expeditionem præcedere, ex quo, in po
teſtate committentis cauſam erat, literas prius
expedire antequam cauſam committi, faceret
pro quo facit tex. in l. Thais §. intra ff. de fideicō.
liber. Bald. in c. cum dilectus num 4. de fi. inſtru.
11 inferens ad † inſtrumenta quæ poſſunt produci
uſque ad ſententiam excluſiue, quòd inconti-
nenti poſt ſententiam produci non poſsint. ſe-
quitur Iaſ. in l. ita demum. num. 4. uerſic. certum
eſt quod inſtrumēta. C. de procu. & in l. lecta. poſt
numer. 15. ff. ſi cert. peta. & ponderanda ſunt quæ
ipſe Iaſ. præmittit ibi num. 15. quod pacta incon
tinenti appoſita ficte inſunt, & ſic regula illa nō
procedit in ſtatutis, quæ ſunt ſtricti iuris, & ſtri-
cte interpretari debent, in quo caſu nos ſumus,
ex quo regulæ Cancellariæ ſunt ſtricti iuris, & ſta
tutis æquiperantur, Caſſado. dec. 16. numer. 5. de
præben. & dec. 35. num. 1. ſuper regulis. Sarnenſ.
in 5. quæſtio. regulæ de impe. ben. uacan. per obi-
tum fami. Card. num. 2. uerſ. & iſta in caſu & poſt
numer. 4. Ad quartum de veriſimili reſponſione
Papæ conditoris regulæ. nego iſtam uerisſimilem
reſponſionem, quę tunc forſan admitti potuiſſet,
quando aliquid fuiſſet expreſſum, ex quo illa uo
luntas deprehendi potuiſſet, prout in uerisſimili
mente, ſeu reſponſione teſtatoris ponderat Bald.
in l. uni. ante fi. uerſic. tu dic. C. de his qui ante a-
per. tabu. & Dec. conſ. 89. uiſo puncto. col. penul.
uerſ. non ob. quod ſi teſtator, &c. & melius eſt in-
hærere literæ, & diſpoſitioni quàm ire per ſubtili
tates coniecturando mentem alterius, ad ea quę
in ſimili coniecturatione uoluit Bal. in l. pręcibus
colum 6. num. 23. uerſi. dixi ergo. C. de impube.
Dec. prælle. conſil 89. ante num. 2 & col. penult.
poſt princ. uerſic. tertio allegata. Non ob. quin-
tum fundamentum contrarium ex ſupra addu-
ctis, quia non eſt locus purgationi moræ, cum li-
teræ pręcedere debeant. Inſuper etiam ſi eſſemus
in terminis purgationis moræ, ex quo regula eſt
actus, & iudicii annullatoria, & ſic pœnalis, argu-
mento tex. in l ſenatus. C. de contrahen. emp. ubi
pœna imponitur in eum, qui aduerſus ſenatus
conſultum feciſſet, emptori ut duplum in æra-
rium inferat, uenditori uero ut irrita ſit uendi-
tio, & ſic annullatio uenditionis, ſeu actus eſt
pœna, facit cap. diſpendioſa. cum gloſſ. fin. & ibi
Io. And. no. de reſcr. lib. 6. cap. ſi religioſus. primo
reſpon. in fi. ubi in pœnam electio annullatur, de
electio. eo. lib. l. turpia, & ibi Bartol. in 1. not. ff. de
leg. 1. Abb. in c. cognoſcentes. colum. 2. & ibi Fel.
num. 3 & Dec. num. 5. de conſtitu. At quum pro-
pter decretum in regula appoſitum, eo ipſo ꝙ il-
li contrauentum eſt. pœna incurſa ſit ipſius annul
lationis actus, ſequitur quòd in omnem euentū
12 † moræ purga. (pœna commiſſa, ſeu incurſa) ex-
cludatur l. Celſus. ff. de arb. glo. in l. ſi infra. in fi. ff.
de uerb. obl. l. ſi is cui. & ibi Bar. num. 3. ff. de leg.
2. Bar. in l. ſi inſulam. in 4. quæſt. & ibi per omnes
ff. de uer. obli. Ad ſextum reſpondeo, quòd ratio
hic non eſt ſcripta. & plures asſignantur, & cum
pro forma ſubſtantiali requiratur quòd expedi-
tio literarum præcedat, omnis alia ratio, ſeu con-
ſideratio dictum ordinem datum præpoſterans,
reiicienda erit, Ad ſeptimum reſpondeo, quòd
hic cum duo annullentur, uidelicet commiſsio-
nes, & proceſſus, ſufficit quòd caſus propoſitus
in uno comprobari poſsit, ut obſtet regula. Inſu-
per poſſet forſan ſuſtineri quòd reſcriptum dica-
tur de proceſſu, uel ſaltem erit principium, &
baſis totius proceſſus faciendi. Nec obſtat quòd
proceſſus poſtea faciēdus, literis expeditis, ſubſi-
ſter, quia cum iam annullata fuerit commiſsio,
illa non reuiuiſcet, quòd enim à principio non
tenet, ex poſt facto non conualeſcit l. quod ab i-
nitio. ff. de reg. iur. cap. non firmatur. eo. libr. cum
uulga. Commiſsio igitur propter ſuperuenien-
tiam expeditionis literarum non reualidabitur,
conſequenter & commiſsio, & proceſſus uigore
commiſsionis inualidæ fabricandus, nulli erunt.
Ad octauum, & ultimum fundamentum reſpon
deo, quòd regula illa ſuper qua Socin. loquatur,
& eius finis, & uerba ſatis diuerſa ſunt ab hac,
unde ex diuerſis non fit illatio ad l. naturaliter §.
nihil commune. ff. de aequ. poſſeſ. cum uulga. In-
ſuper non traſplantando materias, ſuper illa regu
la uidebimus an tradita per Soci. in præallegato
conſil. 41. ſubſiſtant, nec illud dictum Bald. in l.
per diuerſas quæſti. 13. poſt nume. 17. C. manda
obſtabit, quia dato pro nunc quòd ſit verum, in
caſu ſuo ſtatutum non procedebat ultra annul-
lando, prout in caſu in quo adeſt decretum irri-
tans, ex quo datur forma ſubſtantialis, & actus
in contrarium faciendus ipſo iure annullatur,
prout probo ſupra nu. 10.

SVMMARIVM.

1 *Proceſſui faciendo, & ſententiæ ferendæ contra impe-
trantem commiſsionem literis non expeditis an regu-
la hæc obſtabit.*
2 *Commiſsiones efficiuntur communes.*
3 *Actoris & rei eadem eſt conditio.*
4 *Aequalitas in iudicijs ſeruari debet.*
5 *Damni, & lucri eadem debet eſſe ratio, & communica-
tio.*

6 *Commoda eum ſequi debere quem ſequuntur incommoda.*
7. *Factum contra proprium quis uenire poteſt quando eſt inualidum.*
8 *Emancipationem tam à patre emancipante, quàm à filio poſſe dici nullam ratione præpoſterationis.*
9 *Inducta ad unum effectum non debent diuerſum, ſeu contrarium operari.*
10 *Fauore alicuius inducta non debent in eius odium ſeu læſionem conuerti.*
11 *Odio alicuius inducta non debent in eius fauorem, & commodum redundare.*
12 *Damnum ei imputatur cuius culpa contingit.*
13 *Culpa, & mora ſua cuique nocere debet.*
14 *Turpitudinem ſuam allegans non auditur.*
15 *Inæquilitas reſultans culpa uel dolo eius contra quem inſurgit toleratur.*
16 *Excommunicatus conueniri, ſed non conuenire poteſt.*
17 *Imo nec etiam reconuenire.*
18 *Exemplum contra producentem plene probat.*

DEcimo, ibi ac proceſſus deſuper haben
1 di, quæro † an proceſſui faciendo, &
ſententiæ ferendæ, contra impetran-
tem commisſionem literis non expe
ditis, obſtabit hæc regula? Pro parte
affirmatiua pondero verba in prin. regulæ, quòd
omnes & ſingulæ cauſarum commisſiones, quæ
uerba omnia omnino includunt, nihil pœnitus
prætermittentia. glo. in c. ut circa. §. in uer. omnia
& ſingula. de electio. lib. 6. & ad ea quę adduco ſu
pra quæſt. 2. num. 2. ſequitur quòd Papa per hæc
uerba comprehendere uoluit quaſcunque com-
misſiones cauſarum, à quibuſcunque & ex qua-
cunque cauſa impetrentur, & ſic ad quoſcunque
effectus ſeu fines, & quicunque effectus ſeu fines
ex illis proueniant.
2 Secundo † commisſiones efficiuntur cõmunes
c. 1. & 2. de mut. petitio. pulcre per Innocen. in c.
ex conquæſt. poſt princ. uerſic. melius poteſt dici
& uerſ. alii dicunt quòd iudices poſſunt eos co-
gere exhibere has literas, ut ſint communes, &c.
de reſti. ſpolia. Rot. 402. ſi actor, ante numerum 3.
uerſi. item commisſiones ſunt communes, &c. in
no. Biſigne. 2. de do. & contu. in antiquio. Felin. &
alii ſuper rubr. de reſcrip. Sarnenſ. in 14. quæſtio.
Regu. de Anna. numer. 2. Staphil. ſuper ſignatura
gratiæ, & iuſtitię fol. 143. uerſi. & dato ꝙ reus cita
tus proſequatur litẽ, &c. nihil igitur refert à quo
litigantium commisſio cauſæ impetrata fuerit,
indiſtincte enim regula hæc obſtabit literis antea
non expeditis. Tertio ſicut ſupplicatio ſeu ſup
plicationis ſumptum non prodeſt impetranti,
ſeu illam, uel illud producenti, ita nec illi obeſt,
ſeu contra eum probat. Rot. Bellem. 352. ſumptũ
de regeſtro. ita dicamus in terminis noſtris ꝙ
commisſio literis non expeditis, ſicut non pro-
deſt eam impetranti, ita nec obeſſe, posſit & con
ſequenter quòd ſit locus regulæ, cum dipoſita in
ſupplicationibus applicari posſint commisſioni
bus, cum parum inter ſe differant, uel ſub illis i-
ſtę tanquam ſub genere contineantur, gloſ. ſuper
regula de non iudican iux. for. ſup. colum. 2. poſt
medium, uerſi. item colligo hic contra curioſos.
ſequitur Sarnen. in tract. breuium, poſt nume. 9.
uerſic. ſed dicta opin. & poſtea uerſicul. à quibus
3 ſolis breuia, &c. Quarto † actoris & rei eadem eſt
conditio. l. non debet actori. ff. de reg. iu. ca. nouit
ille. uerſi. nec ſi illud, ibi quicunque uidelicet li-
tem habens ſiue petitor fuerit ſiue reus. &c. de iu
dic. c. prudentiam. uerſic. nos uero. de mut. peti-
tio. c. non licet actori. & ca. in iudiciis. de reg. iur.
lib. 6. Feli. ſuper rubr. de reſcri. col. 1. & in iudiciis
4 † æqualitas ſeruari debet. l. hos accuſare. §. ſi ſer-
uus. & poſtea uerſ. ſed cum natura. ff. de accuſ. l.
ubi falſi. C. ad leg. Corn. de falſ. l. fi. C. de fruct. & li.
expen. cap. nullus. in prin. 4. quæſt. 4. præal. c. no-
uit, uerſi. cœterum ſcriptum. de iudi. c. cum inter
circa medium. de excep. ut igitur æqualitas ſer-
uetur ſicut impetranti commisſio huiuſmodi nõ
prodeſt, ita nec nocere debebit, & ſic intrabit re-
5 gula. Quinto † damni & lucri eadem debet eſſe
ratio, & communicatio. l. 1. & l. 2. uerſicu. æquisſi-
mum. ff. ad l. rhod. de iac. l. ſi non fuerint. §. ariſto.
& l. ſequ. l. cum duobus. §. quidam. ff. pro ſoc. §. 1.
inſti. eo. Dec. conſil. 68. pro reſolutione. colum. 3.
6 poſt prin. ſic etiam dicimus † commoda eum ſe-
qui debere, quem ſequuntur incommoda. l. id
quod. ff. de peric. & commo. rei vend. l. in inſulam
§. uſuras. ff. ſolu. matrimon. l. ſecundum naturam
ff. de reg. iur. §. ſed & ſi poſt. Inſti. de empt. & uen-
di. l. ſi igitur. in fi. ff. pro ſocio. ca. qui ſentit, & ibi
Dyn. & Ioann. Andr. de regul. iur. libr. 6. ſi igitur
committens cauſam literis non expeditis nul-
lum commodum conſequi poteſt, ergo nec in
commodum ſibi parari debet. Sexto, & ultimo
cum factum eſt inualidum, poteſt quis contra
7 † factum proprium uenire l. ſi cum pater, & ibi
Bart. uerſicul. quandoque patri obiicitur factum
ſuum tãtum. C. ſi aduer. rem iudi. l. deceſſit. ff. ad
Carbo. gl. in l. quod eſt conſtitutum. C. ne de ſta.
defun. pulchre per Ludo. Roma. conſi. 402. in pro
poſita conſultatione. verſi. quoad ſecundum. vbi
8 concludit emãcipationem tam à patre qui emã-
cipauit, quàm à filio emancipato poſſe dici nul
lam & inualidam, ratione præpoſterationis, ita
in terminis noſtris etiam ipſe impetrans com-
misſionem præpoſtere & inualide, dicendum eſt
quòd nullitatem & inualiditatem allegare poſ-
ſit, & ſic locus erit regulæ, & tanto magis proxi-
me dicta procedunt propter decretum irritans,
de quo in regula noſtra, quod omnes afficit, &
formam inducit, ad ea quæ tradit Feli. in ca. cum
acceſſiſſent. nume. 7. & ſeq. de conſtitu. Pro opin.
negatiua arguo primo, Regula inducta eſt in o-
9 dium impetrantis literis non expeditis † indu-
cta ad unum effectum non debent diuerſum, ſeu
contrarium operari. l. legata inutiliter. ff. de leg.
3. l. ſi mancipia. ff. defunct. inſtruc. l. quod fauore
C. de legi. l. quamuis. poſt princ. cum gloſſ. in uer.

cauearur. ff. de pign. actio. l. 2. verſus finem. C. de
iureiurand. prop. calum. præſti. l. qui hominem. §.
fin. ff. de ſolutio. c. maiores. §. ſed adhuc de baptiſ.
Hinc dicimus excipientem non fateri intentionẽ
agentis: ordinatum enim ad excluſionem agen-
tis, agentis intencionem non fundat. Bald. in l. cõ
uenticulam. C. de epiſ. & cler. gl. & doct. in regula
exceptionem obiiciens. libr. 6. Hinc etiam dici-
mus inducta ad priuationem, nõ inducere diſpo
ſitionem. l. ex factis etiam. ff. de hæred. inſtit. l. Ti-
tia. § fi. ff. de manu. teſta. quo fit vt ſi pater exhæ-
redet filium ſi ad patriã non redierit, nõ videtur
illum inſtituiſſe ſi ad patriam redierit: ex priua-
tiuis enim diſpoſitionibus non reſultat habitus.
d. l. ex factis etiam: & ex diſpoſitionibus negati-
uis, non reſultat affirmatio. præalleg. l. Titia §. fin.
& voluit Bald. in l. 2. C. de cond. inſer. quem ſequi
tur Anchar. in cap. canonum ſtatuta. in 14. quæſt.
princ. uerſus fin. de conſt. Hinc dicimus conuen-
tionem, quæ principaliter ordinatur ad reſolutio
nem, non poſſe operari productionem actionis.
Iuxta tex. in l. ab emptione. in fin. ff. de pact. Nec
pactum ordinatum ad excipiendum, ualet ad
agendum, ut voluerunt Bar. & cæteri, quicquid
dixerit glo. in l. traditionibus ff. eo. Sic etiam in-
ducta ad augumentum, non operantur diminu-
tionem. l. ſi mancipium. in princ. ff. de fun. inſtru.
& propterea Guid. Alber. de Roſa. & Ange. in l.
nulla. ff. de legib. concludunt, legata domo vxori
adiecto, quòd ſi valeat minus, quàm 200. libras,
debeat ei ſuppleri, uſque ad illas lib. 200. ſi con-
tingat, quòd domus plus valeat, illud plus non
debeat auferri, uerba enim illa prolata fuere ad
ampliandum, & in fauorem vxoris. & ſicut ex di
10 ctis iuribus probatur, quòd † fauore alicuius in-
ducta non debent in eius odium. & læſionem cõ
11 uerti, ita è conuerſo † odio alicuius inducta non
debent in eius fauorem, ſeu commodum redun-
dare. l. relegatorum. in fin. ff. de pigno. actio. l. ne-
quis. C. de decurio. lib. 10 §. exheredato uerſ. cum
enim qui ab ipſo teſtatore &c. in authen. de hær.
& falci. Pet. de Anch. poſt Dyn conſil. 141. ſuper
prædicto. num. 3. ſed ſi concedamus literis non
expeditis commiſſionem obtinenti proceſſum
factum, & ſententiam contra ſe latam non obeſ-
ſe, nullum odium, nullamque læſionem, ſed po-
tius fauorem, & commodum regula noſtra illi af
feret. Accedit, quòd iſte eſt in culpa, ſeu dolo,
cum contra formam conſtitutionis prohibitiuæ
ueniat, & ſi expediuiſſet prout tenebatur, clarum
eſt, quòd proceſſus, & ſententia contra eum te-
nuiſſent, non debet igitur melioris conditionis
eſſe iſte, qui legi contrauenit, quàm ſi nõ contra-
ueniſſet, fruſtraque legis auxilium inuocat, qui
in legem committit. cap. quia fruſtra. de uſu. per
quem tex. uoluit Pet. de Ancharan. conſi. 291. ſu-
per pluribus. nu. 5. quod non iuuetur ſtatuto, qui
illi non paruit, abſurdumque eſt quòd pœna,
uel culpa præſtet immunitatem. l. ſiue hæredita-
12 ria. ff. nego. geſto. & † damnum, quod ſua culpa
contingit ſibi imputatur l. inter cohæredes. §. qđ
ex facto. ff. famil. erciſ. l. ſi fratres. §. fi. & l. ideo. §. fi.
ff. pro ſoc. l. quod quis ex ſua culpa. ff. de regu. iu.
cap. damnum. eo. lib. 6. c. diſplicet. in princ. 23. q.
13 4. ſic etiam dicimus † culpam, & moram ſuam
unicuique nocere. l. in condemnatione. §. vnicui-
que. ff. de reg. iu. c. mora ſua. eo. lib. 6. l. ſubtracto.
C. de furt. l. tranſactione finita. C. de tranſa. Anch.
præallega. conſ. 141. col. 1. nu. 2. Amplius iſte, qui
debito tempore literas non expediuit, & ſic con-
tra conſtitutionem fecit, ſi nullitatem prætende-
14 ret audiri non deberet, quia † turpitudinem ſuã
allegaret. præall l. tranſactione finita, & ibi no gl.
C. de tranſact. l. cum profitearis. C. de reuoc don.
l. uendicantem ff. de euictio l. ſi ſeruus plurium.
§. 1. & ibi gloſ. in uer. improbe. & Bald. ff. de leg.
1. l. ſi creditoribus. ubi gloſ. dat concor. C. de ſer.
pigno. dat. manu. cap. inter dilectos. uerſ. atten-
dentes igitur. de dona. & dicta concluſio amplia-
tur, etiam ſi heres ueniat contra factum defuncti,
ſeu turpitudinem defuncti alleget, præallega. l ſi
creditoribus. l. filios & ibi Bar. C. de reuoc. his, q̃
15 in fraud. Inſuper habemus, quòd † inæqualitas
reſultans ex culpa, uel dolo eius contra quem in-
ſurgit, toleratur, & ex hoc dicto uidentur ſubuer
ti omnia ſupra in contrarium adducta: hoc pro-
batur per tex. in l. & eleganter. poſt princip. cum
gloſ. in uer. nulla. ff. de dolo. l. Iulianus. §. ſi quis à
pupillo. ff. de actio. empti. l. non eo minus. C. de
procura. Aret. in c. cauſam, & ibi Felyn. colum. 4.
poſt num. 7. uerſicul. ſed huic rationi reſpondet
formaliter hic Aret. ꝙ ubicunque reſultat inæqua
litas ex dolo, &c. de iudic. pro præmiſſis adduci
poteſt tex. in c. ſi uero. verſ. cum enim, de ſenten.
16 excommu. vbi ꝙ † excõicatus conueniri poteſt
non autem conuenire. c. excommunicamus. §. cre
dentes. verſ. nullus præterea. de heret. c. intellexi-
mus. de iud. c. 1. poſt princ. cum gl. in ver. agẽtes.
17 de excep. lib 6. imò, nec etiam † reconuenire po
teſt. c. cum inter priorem. in fi. de exce. tenet Rot.
453. nu. 2. in no. licet docto. in hoc uarie loquan-
tur. Pro præmiſſis faciunt ea, quæ adducit Fel. in
c. dilectus. 2. colum. 4. in fi. verſ. tertio facit. l. qđ
fauore. & colum. ſeq. de reſc. vbi inter alia no. con
tractum dolo initum tenere, ſi dolum paſſus id
maluerit, annullationemque actus propter con-
trauentionem tunc procedere, quando non con-
trauenienti annullatio placuerit. præterea habe-
mus, quòd licet exemplum pro producente non
probet. authen. ſi quis in aliquo. C. de eden. con-
18 tra † producentem tamen plenè probat. l. in frau
dem. §. neque. & ibi no. Bar. num. 2. ff. de iur. fiſci.
idem Bar. in d. authen. ſi quis in aliquo. num. 1.
cum quo omnes. Dec. conſ. 36. & pro tenui. ante
nu. 3. ver. quarto aduertendum eſt. ita dicamus
in propoſito quæſito, ꝙ licet cõmittenti cauſam
literis non expeditis, proceſſus, & ſententia pro-
deſſe non poſſint, tamen ei obeſſe. videmus etiã
confeſſionem, in reſcripto inualido nocere im-
petranti. Ioann. Andr. in cap. cum in poſitioni-
bus

bus.poſt prin.de iureiu.lib.6. Abb.conſ.38.in q.
quæ ad præſens.num.1.uerſi.nec ob.quod dictus
libr.2.Dec.conſil.274.uiſo decreto.poſt princip.
& conſil.535.procedendo breuiter numer.4.Po-
ſtremo ſola ſupplicatio contra ſupplicantem pro
bat, & ſufficit. Aegi.Belleme.conſi.24.ſuppoſito
ſtatuto colum.7.in reſo.2.dubii.uerſic.puto con-
trarium,nam aſſertio facta in libello,&c.Sarnenſ.
ſuper reg.de impe.ben.uiuen.quæſt.5.D.Pet.Re
buſt.in praxi beneficiaria.par.3.ſigna.in uer.da-
tum apud in.5.fallen.nu.20.p.142.

SVMMARIVM.

1 *Regula hæc producta in ſecunda vel tertia inſtan. an ſententiæ uel ſententijs prius latis, ac proceſſibus factis obſtabit.*

2 *Regulæ Cancellariæ non productæ non ligant ſeu nocēt.*

3 *Actus quilibet fauorem alicuius reſpiciens inſitam conditionem habet, ſi is in cuius fauorem fit ſeu apponitur, uti uoluerit iure ſuo.*

4 *Inſtitutio habet conditionem, ſi inſtitutus uolutrit.*

5 *Teſtamentum præteritione tunc eſt nullum, ſi filius uelit ſeu alleget.*

6 *Nullius ſint roboris uel momenti, uerba? nullitatem ipſo iure inducunt.*

7 *Subiecta materia operatur diſpoſitionis uariationem.*

8 *Non ualeant, uerba, uel ſimilia in contentioſis intelliguntur ope excentionis.*

9 *Regulæ Cancellariæ habentes decretum, quandocunque in indicio producta, annullant omnia acta etiam ante productionem.*

1 VNdecimo quæro † regula hæc produ-
citur in ſecunda uel tertia inſtantia,
an ſententiis prius latis & proceſſi-
bus factis obſtabit? Pro parte ne-
gatiua moueor primo, quia regulæ
Cancellariæ non productæ non ligant, ſeu no-
cent, poſt Ancharan.conſil.297.efficacibus.col.
1.Felin.in cap.1.de re iudi.numer.11.uerſicul.&
idem credo de tegulis Cancellariæ. Caſſado.dec.
7.ſuper regulis. numer.5.Sarnen.in 2.quæſt.pro-
he.regularum.num.4.ubi ampliat etiam ſi ſint al
legatæ, & ita dicit ſeruare Rotam, & facit Regula
28.de Regu.cancel.producen.cuius ſolemnitate
non ſeruata regulæ nullam fidem faciunt, etiam
ſi habeant decretum irritans, & millies iudici al-
gentur. Paui.in prælu.extraua.colum.3.uerſicul.
quædam uero ex eis.Felin.in præalleg.capi.1.col.
6.ante fi.uerſicul.idem dic de ſententiis contra
tegulas Cancellariæ.&c.& colum.ſequen.uerſicu.
ideo uide quòd ſententia lata, cum iis quæ ſe-
quuntur, de re.iudi.Sar.in 4.q.regulæ de Annali
nu.6.& loquitur ſuper illa regula de annali, quæ
eſt notiſſima & famoſa: & in ꝓpriis terminis no-
ſtrę regulę pro hac opinione concludit Sarnen.in
comp.ut. ſign.numer.42.uerſic.quòd eſt uerum
quãdo producitur per partē aduerſam in actis;
aliàs procedere poſſunt Auditores illa non ob-
ſtante,&c.ſi igitur auditores procedere poſſunt,
proceſſus ſubſiſtere debet. Accedit quòd regu-
læ Cancel.æquiparantur ſtatutis. Caſſad.dec.16.
de præben.num.5.& probo ſupra q.7.numer.19.
ſuper regula de ueriſimili.nos autem habemus ꝙ
ſi ſtatutum prohibeat contra inſtrumentum con
feſſionatum admitti probationem per teſtes, re-
ſtes autem admittantur, & recipiantur, ſi iudex
admiſit, & pars aduerſa non repugnauit, non ob
ſtante ſtatuti prohibitione, probatio ſubſiſtet,
& aduerſario nocebit, ita pulchre concludit, &
diſtinguit Bald.in l.certi condictio.§.quoniam
colum fi.uerſicul.ſecundo quæro dicit ſtatutum,
& uerſicul.ſed ponamus quòd eſt probatum me-
re per teſtes, cum iis quæ ſubiicit. ff.ſi cert.pe-
ta.Inſuper decretum irritans in regula hac ap-
poſitum, habet tacitam conditionem, uidelicet
ſi is cuius fauorem reſpicit uti uoluerit. l.& ele-
ganter.§.1.cum glo.in uer.nullam ff.de dolo.cap.
1.§.ſubiectum.cum glo.in uer.referri.de conceſſ.
præbend. libr.6.Calderin.conſil.1.ſub titul. de
transla.præla.poſt medium.Rot.421.no.ptimus
colum.2.uerſicul.item omne decretum. in anti.
3 immo omnis actus † fauorem alicuius reſpiciēs
inſitam conditionem habet, ſi ille in cuius fauo-
rem fit, ſeu apponitur vti voluerit iure ſuo.l.Cor
nelius.cum glo.in uer.ſuperuacuam.ff.de hæred.
4 inſtitu.l.uerba.ff.de condi.inſtitu.ubi quòd † in-
ſtitutio habet conditionem, ſi inſtitutus volue-
5 rit, ſic etiam † teſtamentū præteritione filii tunc
eſt nullum, ſi filius uelit, ſeu alleget.l.ſcimus.cum
glo.2.C.de inoffic.teſtam.l.filio præterito. iuncta
glo.fin.ff.de iniuſt.rup.& irri.teſt. & pro præmiſ-
ſis Old. conſ.305.licet allegationes.num.1.Am-
6 plius illa verba † nullius ſint roboris, vel momen
ti, & ſimilia, licet nullitatem ipſo iure inducant,
& ſic etiam ſine partis obiectu.l. qui in carcerē.
ff.quod met.cau.l.ſi quis Sempronium. in fin.ff.
de hære.inſti.c.nouit.iunct.glo.fi.de his, quæ fiūt
à præla.c.quod ſuper.& ibi Abb.in 4.not.de fid.
inſtrum.c.nihil eſt.iunct.glo.in uer.poteſtate. de
electio.c.ad aures, ubi omnes, de reſcript. tamen
in caſu noſtro uidetur, ꝙ ope exceptionis, pp ſty-
lū, & obſeruantiā Ro. cu. requiritur.n.neceſſario,
ꝙ de regula excipiatur, & de illa detur, illaq; ꝓdu
catur, ꝓut ſupra probaui. obſeruantia igitur prę
miſſa erit optima interpres.ad l.de quibus.ff.de
7 legi.cum vulg. Item ſicut aliàs † ſubiecta mate-
ria operatur diſpoſitionis variationem, iuxta.l.
ſi uno.poſt prin.ff.loca. ubi donationis uerbum,
trāſactionem deſignat.l.conditio in prętęritum.
& l.decem.ff.de ver.obl.l.inſulā.& ibi Bar.& Pau.
Caſt.notāt.ff.de p̄ſcr. ver.c.rogo.cum gl.quę expo
nit, rogare pro mandare.11.quæſt.3.l. non viden-
tur data.iunct. glo.1.poſt medium.ff.de regu.iu.
clementi.1. iuncta gloſ. in uer. exhortamur., de
teſtib. Deci. in l.1.in ultima lectu. nu.2.ff.ſi cer.
peta.& in l.bonorum.nu.15.C.qui admit.Bar.in
l.ſciendum.num.3.ff.qui ſatiſd.cog.Anch.conſi.
297.efficacib.num.9. Et declaratio ſufficiēs erit
ſecundum quod ſubiecta materia poſtulat ꝓut
inquit philoſof. Etico, lib.1.cap.3.in princi. nos
autem

autem ſumus in materia lites concernente, uer-
8 ba, præmiſſa † non ualeant nullius ſint roboris,
uel ſimilia in contentioſis, intelliguntur ope ex-
ceptionis, non autem ipſo iure. c. cæterum. uerſi.
nec ſecundæ literæ obtinent alicuius roboris fir-
mitatem: & ibi oẽs, & nemo diſcrepat niſi Com-
poſtell. & Andr. Barbat. ibi, quorum opinionem
ſubuertit ibi. Fel. in uer. non eſt nullum. num. 10.
cum quo tandem, & etiam cum commu. opi. reſi
det. ibi præceptor meus D. Phi. Dec. col. 2. in fi. &
col. ſeq. de reſcr. idem Fel. in c. ad audientiam. 2.
in uer. literæ ad lites. nu. 17. co. ubi plura cumulat
quæ uideri poſſunt. Præmiſſa opinio iuridica, ra
tionabilis, & æqua uidetur, contra eam tamen, &
ſic pro parte affirmatiua, concluſit Rota, de anno
1516. in vna Vilnen. cano. & præben. videlicet, ꝙ
9 † Regulæ Cancellariæ habentes decretũ irritans,
quandocunque in iudicio productæ, annullant
omnia acta etiam ante productionem facta, put
teſtatur Caſſa. dec. 12. ſuper regulis, vbi plura ad
ducit, quæ hic tranſplantare nolui, cum eodẽ reſi
det Sarnen. in 5. q. regulæ, de Annali, amplians ẽa
ſi de regula habente decretũ opponatur, ſeu de-
tur in cauſa reſtitutionis in integrum, & teſtatur,
ita in Rota ſeruatum fuiſſe, ſimilem reſolutionẽ
illi de qua per Caſſa. ubi ſupra audiui factã fuiſ-
ſe in una Geben. parrochialis, de Caraual. in Ro
ta, de menſe Octobris. 1540. cauſam proponen-
te Reuerendiſſ. D. Iacobo Puteo tunc Auditore
celeberrimo, nunc autem Cardinali præclariſſ. &
in terminis huius regulæ, quòd eo ipſo, ꝙ produ
citur, omnia acta retrofacta per iudicem, cum
tota ſua iuriſdictione reddantur inualida, cõclu-
dit Sarnen. dicens, ita in Rota ſæpe iudicatum
fuiſſe. in 3. q. reg. de Subrog. ante num. 5. uerſic. &
iſta opinio ratione efficaci.

SVMMARIVM.

1 *Regul. huic, an ſatisfactum ſit ſi literæ expeditæ repe-
riantur cum aliquibus defectibus ſubreptionis.*
2 *Regula hæc duplici de cauſa a iure communi exor-
bitat.*
3 *Conteſtationis litis à tempore, lis vere, & effectualiter
pendere dicitur.*
*Actus agentium vltra eorum intentionem non ope-
rantur.*
4 *Prouiſio etiam generalis ſpecialiter prouiſa non re-
ſpicit.*
5 *Actus alicuius mentione facta, de valido, & ſolemni in
terpretatio facienda eſt.*

1 DVodecimo quæro, † an Regulæ ſatiſ-
factum ſit, ſi literæ expeditæ reperian
tur cum aliquibus defectibus ſubre-
ptionis. Pro parte affirmatiua eſt re
ſolutio Rotæ in terminis huius regu-
læ, prout per Caſſa. dec. 33. ſuper regulis, ꝙ nullus
acceptare valeat literis non expeditis. colum. 3.
in fi. & colum. ſequen. uerſi. nec refragatur ſimile,
de regula 29. ꝙ cauſarum commiſſiones, & c. uer
ba illa caſum noſtrum decidunt, idem concludit
Sarnen. in compen. ut. ſignat. de hac regula lo-
quens. poſt num. 83. verſ. immo ſi bullæ ſuper il-
lo iure, quod petitur canonizari, eſſent expeditæ
cum mille defectibus, ſatisfactum uidetur regu-
læ. Inſuper regulæ cancellariæ ſunt ſtricti iuris
(ut pluries dixi) & ſtatutis æquiparantur, & ſtri-
ctè, & in caſu ſolum in quo loquuntur, diſponũt,
ſed regula hæc expeditionem gratiæ duntaxat re
quirit, ſuper validitate autem gratiæ nihil diſpo
uit, prout etiam ponderat Caſſa. præall. dec. 33.
ſuper regulis. colum. 4. ante finem. & negari non
2 poteſt quin † regula hæc à iure communi exorbi
tet, & duplici cauſa, vna quia de iure communi
ſola ſupplicatio probat gratiam conceſſam, nec
literarum expeditio, de iure ad probandum gra
tiam regulariter requiritur. c. inſtitutionis. iunct.
glo. 25. quæſt. 2. clem. dudum. §. nos etenim. & ibi
glo. in ver. verbo, uel in ſcriptis. ubi etiam Card.
de ſepultu. Bald. in l. ſi qua per calumniam. col.
2. C. de epiſcop. & cleric. & in l. impetrata. colu.
2. C. de ſenten. reſcind. non poſ. & in l. humanum.
in fi. C. de legi. Archid. Ioann. Andr. Domini. &
alii ſuper prohem. 6. §. uniuerſitati. immo etiam
ex premiſſis probatur gratiam ſolo uerbo per-
fici, unde regula quælibet literarum expeditionẽ
requirens rigoroſa, & exorbitans à regulis iuris
communis uidetur, Altera cauſa erit, quia da-
to, quòd aliqua ratio ſuaderet, quòd literarum
expeditio requiratur, ſufficere deberet expeditio
bullæ, ante ſententiam, prout ſufficit quoad regu
lam, ſupra, de non iudican. iuxt. form. ſuppl. uel
in omnem caſum ſufficere deberet tempore li-
3 tis † conteſtationis, a quo tempore vere, & effe-
ctualiter dicitur lis pendere. ad l. nemo. C. de
iuriſdict. omnium iudicum. l. placuit. C. de peda.
iudi. §. omnem. & §. ſi vero. in authen. de litigio.
l. amplius non peti. iuncta glo. in ver. iudicium.
ff. rem rat. haberi. c. ſuper quæſtionum. §. 1. de of-
ficio delega. cap. ex parte. 2. vbi glo. ſi. diſtinguit.
& declarat, de uerbo. ſignifi. reſtringenda igitur.
& limitanda erit regula hæc, in quantum fieri
poterit, & in caſu ſuo tantum intelligenda, & ſic
ſolum, quòd literæ ſint expeditæ in tempore, non
autem quòd ſit locus diſputationi, an bene, vel
male expeditæ ſint, actus enim agentium non o-
perantur vltra eorum intentionem. l. non omnis.
ff. ſi certum petatur. l. verum. & l. qui iniuria. in
princip. ff. de furt. c. deinde. 26. diſtinct. cap. homi
nes. cum ſequen. 22. quæſt. 2. Bald. in l. ſi abſen-
tis. in 2. oppo. num. 3. C. ſi certum petat. Caſſa.
dec. 2. colum. 3. circa medium. de reſeruatio. præ-
4 terea † prouiſio etiam generalis ſpecialiter pro-
uiſa non reſpicit. l. ſtichus nutricis. in princip. ff.
de aliment. lega. l. coheredi. §. qui patrem. ff. de
uulga. l. decurionibus. cum gloſ. 1. C. de ſilentia.
lib. 12. Bald. in l. non plures. in fin. C. de ſacroſan.
eccleſ. l. in teſtamentis, & ibi Sal. no. C. de teſt. gl.
in l. ſciendum, & ibid. Iaſ. nu. 5. ff. qui ſatiſ. cogan.

Caſſen.conſi.7.uiſis.no.24.nos autem habemus
prouiſionem ſpecialem,quando literæ ſunt male
ſabricatæ,uel confectæ,uidelicet, regulam de non
judi.iux.for.ſup.in 2.par.princ.ibi, & literæ ipſæ
per præoccupationem . præſens igitur poſterior
regula,caſus illos ſuper quibus ſpecialiter eſt pro
uiſum,reſpicere non debet. Amplius dicere ſole-
mus quòd ratio legis eſt ipſius anima,glo.in cap.
conſuetudo.1.diſtin.in uer.ratione. Bal.in l.ſiquis
ſeruo.nu.7.uer.ex his apparet.C.de fur.ſiue dica-
mus rationē noſtræ regulæ eſſe burſalem , ſiue ne
quis alium temere moleſtet, quod de facili non
contingit,quando ante litis ingreſſum,quis cogi
tur literas cum non modica impenſa expedire,
prout conſiderat Caſſa.præalleg.dec.33.ſuper re
gulis.col.4.uer.nam ratio dictæ regulę ſiue ſit bur
ſalis &c.ſiue etiam uerior ſit illa ratio per me aſſi
gnata ſupra q6. 1. quòd regula emanauerit , ad
hoc ut conuentus habita facultate uidendi.& p-
pendendi literas,& ſic iura aduerſarii,deliberare
poſsit,an cedere uel contendere malit. Regula
habet quod deſiderat,& locus eſt rationi regulæ,
ſiue bene,ſiue male literæ expeditæ ſint. Pro par-
te negatiua facit,ꝙ hic ſit mentio de commiſsio
nibus,ergo de ualidis non de inualidis ,ſicut fa-
5 cta mentione alicuius†actus,de ualido , & ſolen-
ni,non de inualido interpretatio in dubio facien
da eſt. l.4.§.condemnatum.ff.de re iu.l.non puta
uit.§ non quæuis.ff.de bon.poſ.cont.tabu.l.quo-
ties,& l.de die.§. 1. ff. qui ſatiſda. cog.ubi quòd
non factum.& inualide factum paria ſunt, nec ſe-
cundus dici poteſt poſt primum inualide aſſum-
ptus c.factus eſt Cornelius.in ſi.7.q.1.Gemi.con-
ſil. 138. ſuper primo, poſt princip. uerſicu. item
nullum non poteſt dici primum , uel ſecundum;
ſic etiam dicimus teſtamentum defectuoſum nō
eſſe teſtamentum. l. Paulus reſpondet falſum. ff.
de uer.ſigni.propius etiam accedendo uidemus,
ꝙ reſcriptum inualidum,ſeu elidibile nihil ope-
ratur,nec eſt conſiderabile , nec de eo neceſſario
facienda eſt mentio.gl.in c.cum noſtris.in uer.de
facto.de conceſ.præb.gl.mag.in c.ex tenore.in fi.
de reſcr.& ibi latè per Felin.col.3.nu.2.in uer de
reſcripto nullo.Cur.Iun.conſi. 126. præſupponi-
tur in facto.ante nu 9.ubi teſtatur hanc eſſe com
munem opin.& reſcriptum nullum, non inducit
litis pendentiam.Cardi.in cle.2.in 4.q.ut li. pen
den. & pro hac opinione faciunt ea quæ tradit
Sarnen.q.11. ſuper regula, de ſubrogan. ubi con-
cludit regulam illam non procedere ſi lis moue-
tur propter reſcriptum ſubreptitium , idem uo-
luit.12.q.eiuſdem regulæ.num.3.poſtremo hanc
quæſtionem in indiuiduo ponit Sarn.q. 10.de nō
judi.iux.for.ſup.ad effectum illius regulæ, immo
& etiam noſtrę cum poſtea ante fi.uerſ.& de hoc
eſt regula clara,ut ſit dubium illud ab hac regula
omnino decidi.& ipſe concludit pro parte nega-
tiua,& in fi. dicit ita tentum fuiſſe, & prius reſpō
det dec.Caſſa.de qua ſupra cuius numerum non
allegat,imo eam ſupponit ſub alio titulo,ſeu re-
gula, & inter alia mouetur auctoritate Alex. cōſi.
215.uiſis probationibus.lib.2.colu.1.ubi ꝙ bulla
imperfecta non debet cēſeri proprie bulla . Quid
tenendum?mihi magis placet opinio affirmati-
ua , & per rationes. & fundamenta ibi adducta,
crederem tolli poſſe præmiſſa, & omnia alia con-
traria,& licet Sarn.dicta q.10,in fi. oblitus forſan
eius contrarię opinionis quam tenuit poſt num.
83. in compen. ut.ſigna. dicat ita tentum fuiſſe,
non dicit quando,coram quo,& in qua cauſa, p
ut ſemper facere conſueuit, quando habuit clarā
Rotę deciſionem,nec conſi.Alex.prędictum deci
ſit caſum noſtrum, nec bulla de qua ibi, loqui-
tur,eſt illa de qua nos diſputamus,nec illa limi-
tatio,ſeu reſtrictio,uel declaratio Sarnen.dicta q.
10.ante fi.ad dec.Caſſado,33.colum.4. de qua ſu
pra,uidelicet,quòd procedat ſolum,quando per
gratiam,ſi neutri, ſeu Perinde ualere,bulla defe-
ctuoſa,ſeu ſubreptitia ſanatur, mihi multum qua
drat,ipſe enim Caſſad.ubi ſupra , dum de hac re
gula loquitur,reſpondens ei,quòd non obſtet ea
ſui ſuo,firmat pedes,quòd ſatisfactum ſit huic re
gulę per confectionem literarum ualidarum, uel
inualidarum,ſeu ſubreptitiarum , gratia uero, ſi
neutri,perinde ualere & ſimiles, requirit pro ſub
ſtantia ipſius gratię,adhoc ut ſubſiſtat,ſeu corro-
boretur & canonizari poſsit , & uerba eius mihi
uidentur clara, & magis clara mens & intentio,
& diuerſi ſunt iſti termini ; ꝙ regulę noſtrę ſit ſa-
tisfactum,& ꝙ gratia ſuper qua litigatur ualeat,
uel canonizari poſsit,& dum Caſſado , ubi ſupra
ſubdit,regula habet,quod deſiderat, quomodo-
cunque bene uel male,ualide aut,non ualide,ſint
expeditę in tempore, mea quidem ſententia ita
apertè loquitur ut omnis dubietas tollitur.

SVMMARIVM.

1 *Regulæ huic,an derogetur,per quæ uerba,& quis ſit de-
rogationis effectus.*
2 *Formula derogationis huius regulæ.*
3 *Signatura quid addat in derogatione huius regulæ.*
4 *Derogatio huius regulæ,quid operetur.*
5 *Dummodo ante terminum,ad articulandum,clauſula ef
fectus , & quid operetur.*
6 *Quatuor termini ſubſtantiales,quorum cuiuſque omiſſio
ſententiam uitiat,qui ſint.*
7 *Clauſula,& quòd interim beneficium,non cenſeatur liti-
gioſum.*
8 *Dummodo,dictio aliquando conditionem inducit.*

1 DEcimotertio quęro†an regulę huic de
rogetur,per quę uerba,& quis ſit de-
rogationis effectus? quoad primum
reſpondeo, quòd aliquādo pro qua-
lificatis perſonis antiquitus regulę
huic derogatum fuit, prout Sarnen. in compen.
ut.ſigna poſt nume. 42. adnotatum reperiſſe di-
cit,in lib. Cardinalis ſanctorum quatuor. Poſtea
uero(uti Sarnen.ibidem ſubdit) pro Cardinalibus

ſolū abſque aliqua modificatione paſſim dero-
gari ſolere aſſerit, ſubdens rōnem iſtius fauoris in
fauorē Cardinaliū, tum quia ipſi non tenentur ꝓ
annatis, & pro ſolutionibus officialibus facien-
dis, tum quia Cardinales ſunt aliis digniores, &
iuſtiores, quaſi contra eos non ſint neceſſariæ ali
quæ cautelæ, ſeu remedia ad fraudes tollendum.
Hodie uero, & a pluribus annis citra, regulæ no-
ſtræ paſſim in fauorem, & commodum omnium,
additis quibuſdam clauſulis (de quibus imme-
2 diate loquar) derogari conſueuit. † formula igitur
derogationis huius regulæ, in non obſtantiis ip-
ſius commiſſionis apponi, & cum ſolitis clauſu-
lis addi a ſignatura ſolitis, hæc erit (& ſic deue-
nio ad ſecundum quæſitum). Præmiſſis ac conſti-
tutionibus, & ordinationibus apoſtolicis, ſtilo pa
latii, regulis cancellariæ, illa præſertim qua caue-
ri dicitur, commiſſiones cauſarum literis non ex
peditis, & proceſſus deſuper habitos nullius eſſe
3 roboris, uel momenti † ſignatura addere indiſtin
ƈte ſolet. dummodo literæ ante terminum ad arti
culandum expediantur, & quòd interim benefi-
cium non cenſeatur litigioſum. etiam ad effectū
regulæ de ſubrogandis. pro quibus clauſulis ui-
deantur. dec. 3. nu. 4. & deciſi. 4. Caſſad. ſuper re-
gulis. Staph olim Rotæ auditor ſuper ſignat. gra-
tiæ & iuſtitiæ. fo. 141. uerſicu. in primis igitur ſciē
dum eſt, quòd pr[illegible] poſſe experiri literis non
confectis, & folio 143. in fine. uerſicu. inſuper in
eadem commiſſione. Sarnen. in compen. ut. ſign.
numero 50. 53. & 56. & ibi reaſſumit, immo tran
ſplantat plura tractata per Staphi. ubi ſupra, de
ipſo nulla mentione facta. Quo ad derogationis
effectus (& ſic intro tertium dubium) reſpondeo
4 quòd † derogatio operabitur quòd literis non ex
peditis, commiſſio cauſæ iuriſdictionem iudici
tribuet, & lis pendere quodammodo dicetur,
quod ſecus eſſet ſi regulæ non derogaretur, ipſe-
que litem mouens cauſam commode ante termi
num ad articulandum inſtruere, & ſe ad futurum
duellum præparare, & accingere poterit, & de hu
5 iuſmodi effectu, & quare addatur † iſta clauſula,
dummodo ante terminum, ad articulādū, uidea
tur Staphi. in præalleg. tracta. ſigna. fol. 142. in fi.
uerſicu. in primis igitur ſciendum, & folio ſequē.
Caſſado. ſuper regulis hac deciſio. 4. in principio.
Sarnen. in dicto compen. ut. ſignat. numero 50.
uerſicu. ad propoſitum redeundo, & in 3. quæſtio
ne regulæ de ſubrogan. poſt numer. 3. uerſicu. &
ideo non abs re ſignatura. Gig. de penſi. q. 34 nu.
11. Quare autem ſignatura magis limitet tem-
pus expediendi literas, uſque ad terminum ad li
bellandum, ſeu declarandū, & iurandum de calū
nia, uel potius uſque ad terminum ad dicēdum
contra articulos, uel ad producendum omnia,
6 ſeu ad dicendum contra producta † qui tres ter-
mini ultimo ſpacificati, & ille primus ad articu-
landum, dicuntur uerè ſubſtantiales, & magis
principales, & conſiderabiles, quorum unius om
miſſio, ſententiam nullam reddit. Rot. 805. ſcien

dum eſt, in antiq. quæ loquitur de termino ad
producendum omnia. Belleme. deciſio. 27. termi
ni palatii, cuius opin. in quantum loquitur de
termino ad articulandum, & altero ad producen
dum omnia ab omnibus approbatur, & etiam
dum loquitur de termino ad ſententiam, ſed ille
non eſt in numero horum quatuor ſubſtantia-
lium. præmiſſam autem concluſionem de qua-
tuor terminis quos ſupra ſpecificaui melius cęte
ris firmat Caſſado. deciſ. 8. nume. 6. de reſcript. &
eius opin. in praxi ſeruatur, poſſet reſponderi, ꝙ
ſignatura uoluit intantum habilitare cauſam cō-
mittentem literis non expeditis, ut abſque lite-
ris iudicii ſubſtātialia pertractare poſſit, & quia
terminus ad articulandum, eſt primus ex illis
quatuor ſubſtantialibus (ut omnes norunt) merì
to ſignatura de illo primo loquitur, & ab illo cau-
ſam ſic committentem excludit, uel etiam dici
poteſt quòd ab eo termino excludat, quaſi a pe-
titione, ſeu libello excluderet, articuli .n. in cauſis
in quibus proceditur ſummariè, prout ſunt cau-
ſæ beneficiales. clemen. diſpendioſam. de iudic.
Rot. 433. fuit dubitatum utrum ſi agatur, in uo.
Caſſado. deciſio. 1. de iudic. tenent locum libelli,
ſeu petitionis, & debet in eis, idem quod in peti-
tione ſeruari Oldra. conſilio 244. ad obiectos poſt
princip. de quo autem termino ad articulandū,
ſeu per quem ſeruādo regula loquatur, uideatur
Staphi. ubi ſuper folio 143. columu. 1. & Sarnen.
ſuper ſignatura, nume. 56. Quantum uero attinet
7 ad † clauſulam, & quòd interim beneficium non
cenſeatur litigioſum, etiam ad effectum regulæ
de ſubrogan apertè patet, quare clauſula hæc ad-
ditur tum ex ipſis uerbis quæ clara ſunt, tum
ex his quæ uolunt Staphi. ſupra citatus, folio 143.
ante fi. uerſic. inſuper in eadem. & fol. ſequen. ubi
ponderat dictionem, etiam. Caſſado. præalleg. de
ciſi. 4. poſt princip. ſuper regulis. Sarnen. quæſtio.
3. ante num. 4. ſuper regula de ſubrogan. & in di-
cto compen. ut ſigna. nume. 53. ubi etiam dicit ex
annotatione Feli. ſuper regulis, Cardinalem Ale-
xandrinum primum omnium hanc clauſulam; &
ꝙ interim beneficium non cenſeretur litigioſum
&c. inueniſſe. idem repetit poſt nume. 62 uerſicu.
conſiderandum eſt ulterius, & poſtea nume. 63.
ponderat etiam ipſe illam dictionem implicati-
uam, etiam, ut putat appoſitam propter multi-
plices alios effectus rei litigioſæ. Poſtremo notan
8 dum eſt quòd illa dictio † dummodo ante termi-
num ad articulandum, hic conditionem facit. ad
l. cum ab eo, & ibi glo. & Bal. de contrab. emptio.
iungitur. n. rei imperfectę in futurum faciendæ,
quo caſu conditionem inducit. c. ut pręteritę. de
elec. Gemi. in c. non poteſt. § 1. col. fi. nu. 12. uerſi.
no, bene de iſta dictione, dummodo. de pręb. lib.
6. Sic etiam conditionem facit in illa clauſula
dummodo infra ſex menſes nouam prouiſio-
nem expediat. Et in alia clauſula, dummodo
temporę datę, non ſit alteri, ſeu alicui quęſi-
tum. de qua per Cardina. conſilio 92. nobiles
uiri.

viri.num.4.uer. Item in conceſsione Apoſtolica.
& D.meus Phil.Dec.conſi.327.niſo caſu. col. 2.
uerſicul. Secundo dicta clauſula fuit qualificata.
Dummodo firmæ, & ratæ ſint quædam alienationes factæ.

S V M M A R I V M.

1 *An danti, de hac regula, incumbat onus probandi literas in tempore non fuiſſe expeditas, an ei contra quem de regula datur, illas debito tempore expeditas?*
2 *Actori indiſtinctè onus probandi incumbit.*
3 *Probatur eo ipſo, quòd non probatur contrarium.*
4 *Appellanti non ſufficit probare quòd appellauerit, ſed etiã probare debet quòd infra decem dies.*
5 *Excommunicationis ante ſententiam appellaſſe allegãs probare debet.*
6 *Tempus vbi eſt de ſubſtantia alicuius actus probari omnino debet.*
7 *Præſentationem probare non ſufficit, ſed oſtendi debet illam infra tempus iuris factam.*
8 *Fundanti ſe in tempore anteriori, uel poſteriori, illud præciſè probandi onus incumbit.*
9 *Excipiens ſiue opponens, ſiue affirmatiuè, ſiue negatiuè probare debet.*
10 *Exceptio probanda eſt in ſua ſpecie, & forma, ita quòd concludat effectum exceptionis oppoſitæ.*
11 *Diligentia in dubio præſumitur.*
12 *Conferentis diligentia præſumitur.*
13 *Præſentationem infra tempus iuris factam præſumi.*
14 *Electionem præſumi debito tempore factam.*
15 *Acceptatio præſumitur debito tempore facta.*

1 DEcimoquarto quæro, † an dãti de hac
regula, incumbat onus probandi literas non fuiſſe in tempore, an vero
illi contra quem de regula datur, illas in tempore expeditas? & quòd ei qui
dicit literas expediuiſſe, non autem ei qui negat
eas expeditas, uult tex. uulg. in. l. 2. ff. de probat. l.
actor. C. eo. c. ſuper hoc. verſic. porro licet negantis. de renun. c. quoniam contra. de proba. Dec.
conſi. 267. non excedit. col. 3. poſt medium. uerſi.
ſimiliter quod dicitur. Cur. iun. conſi. 150. materia præſentis. ante num. 11. ubi etiam quòd ſuffi
cit dicere, talis nullum fecit teſtamentũ, qui vult
dicere contrarium, probet. Amplius iſte contra
quem de regula datur cauſam cõmiſit, & ſic aut
2 verè, & propriè eſt actor, & † ipſi indiſtinctè incumbit onus probandi. uulga. l. qui accuſare. C.
de eden. præall. l. actor. C. de proba. l. uerius. ff. eo.
c. fi. §. ſanè ſi actor. de iureiu. c. cum eccleſia Sutrina. in fi. de cau. poſ. & propr. Rot. 460. uu quòd actore. in anti. & 120. actore non probante. in not. &
3 hoc eſt, quod dicitur † probatur eo ipſo quòd
non probatur contrarium; gloſ. in ver. probatur. in princip. in l. 1. & gloſ. in uer. poſſidebit.
in l. 2. C. de mil. teſt. l. maiora. iun. gl. in uer. pbat.
C. ad leg. Corne. de fal. iſta propoſitio regulariter
procedit in reo cõuento, à quo ſi quid petatur, &
ipſe neget, eius negatio, ſeu aſſertio niſi aliud oſtendatur ſatis probata dicitur, prout declarat
Hippoly. de Marſi. ſuper rub. C. de prob. poſt nu.
326. uerſ. ſed quomodo hoc intelligatur. Ampliatur, ut reus probare non teneatur, & abſolui debeat, etiamſi ad aliquid probandum ſe aſtrinxit.
glo. magna circa medium. & Bart. in l. circa. ff. de
proba Bald. in l. fruſtra. C. eo. idem ſupponit glo.
in uer. probare. uerſic. dicunt quidam. in c. ex inſinuatione. de procu. Idem etiam voluit Caſſen.
conſil. 18. Aut iſte, qui cauſam commiſit non eſt
tra Miboſeth dicunt ſuum mentientem non co-
gnouit. de quo etiam Luc.de Penn.in l.ſi.col.2.
uerſic.unde Dauid.C.de re mili.lib.12. Sed con-
tra hanc limitationem pondero, uerba Socratis,
de quibus ſupra,ibi præterquam uobis uaticinā
tibus incertum eſt; ergo uaticinantibus certum
ſit quandoquidem hoc concederem, reſponderi
poſſet, quod circa ea,circa quæ uaticinandi mu
nus ſe extendit certa creduntur, non circa om-
nia: poſſet dupliciter reſponderi, uno modo per
eundemmet text.in præallega.l.ſi putator.§.cul-
pam autem eſſe,quod cum a diligente præuide-
ri potuit,non eſſet prouiſum: & ibi prouideri po
tuit,forſan melior lectura eſſet,præuideri potuit
ſed utraque ſubſiſtit, & fundamentum Sarnenſ.
ſubuertit,cum iſte ad uacatura impetrans, po-
tuit de facili,& ā ſæpe contingentibus præuide-
re,quòd beneficium aliquod uacare poterat,per
obitum familiaris alicuius Cardinalis. ſi igitur,
non præuidit,uel eſt in culpa, uel negligens cen-
ſeri debet, quum non obſeruauerit,quæ diligen-
tiſſimus quiſque obſeruaturus fuiſſet. iux.text.
in.l.ſi merces §.qui columnam.ff.loca.diligentiſ-
ſimus autem præuidere, & prouidere poterat,
ſaltē per aliquas clauſulas generales, puta quod
in euentum in quem beneficium uacare forſan
contingeret,per obitum familiaris alicuius Car-
dinalis,nomen,& titulus Cardinalis, pro expreſ-
ſis haberentur, ſeu in noua prouiſione, uel alibi
exprimi poſſent. Altero modo reſpondeo,quòd
dato,& non conceſſo,quòd impedimentum, ſeu
uinculum prędictum,in conceſſionibus,ſeu man
datis ad uacatura ceſſaret,alterum tamen rema-
neret, & longe dorius, uidelicet quòd Cardina-
lis conſenſus accedat,licet enim narrari non po-
tuiſſet id quod ignorabatur, quando locus erit
uacationi, & acceptationi, omnino conſenſus
Cardinalis, a Regula requiſitus obtinendus erit,
alioquin gratia erit nulla, remoto enim uno ob-
ſtaculo,alterū remanebit,quod æque impediet,
& obſtabit,ad.l.qui neque ſequuntur.§.ſolutum.
ff.de uer.ſigni.c.paſtoralis. de priui.c.ex tuarum
de aucto.& uſ.pal.capit.2.de fil.presbi.ſequitur
quòd in omnem euentum locus erit Regulæ,ue-
rum dubium Sarnenſ.ceſſare uidetur, & ſuper-
fluum redditur. nec diſputationi huiuſmodi lo-
cus eſſe poteſt,cum quæſitum reſpiciat expectati
uas,& alias ſimiles conceſſiones, nos autem ha-
bemus ſupra regulam tertiam, per quam inter
alia reſeruantur generaliter beneficia uacantia
per obitum familiarium Cardinalium, † expecta
12 tiua autem,non capit beneficia generaliter reſer
uata.Rot.531.primo, & ſecundo, in anti.ubi de
noua prouiſione expectantis, quæ narrat ſibi a-
lias canonicè prouiſum fuiſſe,niſi obſtaret reſer-
uatio,& ſic Rot.ſupponit beneficia reſeruata,ac-
ceptari non poſſe.Lud. Ro,conſil.260.in propoſi
to caſu.in prin.& in ſi.quicquid dixerit idem Ro.
conſi.335.circa primum nume.13.ubi uult expe-
ctantem acceptare poſſe beneficia generaliter re
ſeruata,ſeu affecta,niſi ipſum defendamus,quòd
intellexerit expectantem tunc poſſe, quando re-
ſeruatio,ſeu manus appoſitio,nulliter proceſſit,
quod

quod etiam colligitur ex his, quæ præmiſerat.
numer. 11. uerſicul. his tamen, ubi ſentit pro-
pterea potuiſſe expectantem beneficium genera
liter reſeruatum acceptare, ex quo affectio, ſeu re
ſeruatio non ſubſiſtebat, hæc autem defenſio, ſeu
limitatio ad tradi. per Ro. dicto conſil. 335. non
caret dubio, ex quo manus Papæ, etiam nulliter
appoſitio, operatur, prout voluit idem Rom. eo
dem conſi. 335. nu. 6. & facit extra. Ad Romani.
de præb. pro quibus videri poſſunt, quæ adduxi
ſupra regula. 4. quæſt. 4. num. 4. Ad rem noſtram
redeundo, quando gratiæ expectatiuę conceduu
tur, per quemlibet ſummum Pontificem pro tē-
pore, exiſtentem, promulgari ſolet Regula Can-
cellarię, ſub rub. de beneficiis reſeruatis, diſponēs.
13 beneficia generaliter † reſeruata, per expectātes
acceptari non poſſe, de qua regula loquitur Fel.
in c. cum ex officii. col. fi. ante nu. 37. de præſcrip.
concludens eſſe de indubitato, quòd gratiæ expe
ctatiuę non comprehendant reſeruata, idem vult
Fel. in c. capitulum. in uer. de duabus. nu. 16. verſ.
& aduerte, quia ſi reſeruatio, de reſcr. & per Pariſ.
conſi. 118. circa materiam. num. 18. uol. 4. Aduer
tendum tamen eſt, quòd Fel. & Pariſ. ſupra indi-
ſtinctè loquitur, inferentes quælibet beneficia re-
ſeruata, ab expectatiuis excludi: pro quibus etiā
adduci poteſt. Deciſ. Tholoſa. Aufre. 434. & D. Pe.
Rebuf. ſuper concor. in rub. de manda. Apoſto. §.
declarantes. pag. 491. uerſ. tertio beneficium ge-
neraliter, uel ſpecialiter reſeruatum, ego antē id
non concedo, ſaltem in uim regulæ adi. ſolitæ, q̄
loquitur tantum, de beneficiis generaliter reſer-
uatis, unde ſi ſint ſpecialiter reſeruata, uel ab ex-
pectantibus acceptari poterunt, uel ſaltem locus
erit diſputationi, ſed quantum ad caſum noſtrū
attinet, ut pręmiſi, regula tertia ſupra generaliter
reſeruat beneficia uacantia per obitum familia-
rium Cardinalium, ergo nullo modo ſub expecta
tiuis cadent. Sequitur, quod quæſtio Sarnenſi no
bis inſeruire non poſſit, & ſic fruſtra appoſita ſit;
ſed ego non fruſtra præmiſſa iunioribus paraui;
quæ ſi bene guſtabunt, non læuia, & inſipida indi
cabunt, poſſet tamen Sarn. a uitio ſuperfluitatis
defendi. Supponendo, quòd quæſitum ſuum, ue
rificari poſſit, quando quis magnis fauorabilibꝰ
pollens, obtinet expectatiuam, ſeu reſeruā etiam
beneficia reſeruata, ſed tunc idem fauores opera
ri poterunt, ut derogari faciat huic reg.

SVMMARIVM.

1 *Regula hæc, an in beneficijs, de iurepatronatus locum habeat.*
2 *Collationis ſub verbo, venire præſentationem.*
3 *Prouiſionis ſub verbo, quid veniat.*
4 *Cle. Auditor, de reſcr. procedit etiam in præſentatione, ſeu inſtitutione.*
5 *Diſpoſitionis, verbum, latiſſimam habet ſignificationem.*
6 *Patroni ſine eorum culpa priuari non deberent facultate præſentandi.*
7 *Honor debetur patronis.*
8 *Iuripatronatus laicorum ex priuilegio, ſeu perſcriptione facilè derogatur.*
9 *Vbi per viam legis diſpoſitio emanat, non eſt neceſſaria ſpecifica derogatio.*
10 *Expectatiua mentionem iuriſpatronatus laicorum ex priuilegio, vel præſcriptione non requirit.*
11 *Præſentandi ius tantum, acquiri ex priuilegio, vel præſcriptione.*

1 QVarto quæro, † an regula hæc in bene
ficiis de iurepatronatus locum ſibi
uindicet? Peo parte affirmatiua fa-
cit, quod beneficia de iurepatrona-
tus propriè, & verè beneficia ſunt, &
uacant per obitum, ſeu aliàs, ut alia, ergo uerba
regulæ de beneficiis uacantibus diſponentia, cō-
ueniunt, pariter igitur, & conſtitutio ipſa, argu-
mento tex. in l. dies cautioni. §. toties. ff. de dam.
infect. l. ita autem. in princ. ff. de adminiſt. tuto. &
utrobique Bart. cum uulga. Secundo, regula hęc
in illis uerbis, quod impetrans beneficiū vacans,
indefinitè loquitur, & ſic ſumus in indefinita le-
gis, quæ æquipollet uniuerſali etiam in odioſis,
licet ſecus ſit in indefinita hominis. Deci. conſil.
287. in ciuitate. num. 15. Cur. iun. conſi. 10. nu. 3.
ubi atteſtatur hanc eſſe communem opin. & con
ſil. 107. num. 3. & 4. perinde eſt igitur, ac ſi conſti-
tutio noſtra dixiſſet, impetrans quodcunque be-
neficium: quo caſu omne penitus beneficium
uenitet. ad tex. in c. 1. de feu. non haben. propriā
natu. feu. c. ſolite. ante fi. uerſ. quodcunque liga-
ueris. de maio. & obedien. cum aliis, quæ adducit
Cur. iun. conſi. 1. col. 1. Tertio; una pars conſtitu-
tionis alteram declarat. l. qui filiab. in princ. ff. de
leg. 1. l. cum proponebatur. ff. de leg. 2. Abb. conſ.
36. colum. ult. ante nu. 4. lib. 1. in par. 5. huius re-
gulæ, ſeu additionis ad regulam adſunt hæc ver-
ba, uidelicet, ad alterius Cardinalis collationem,
uel aliam diſpoſitionem, &c. & poſtea, ut in pro
uiſionibus talium beneficiorum, &c. Deinde, ſed
beneficia huiuſmodi ad collationem, & quam-
uis aliam diſpoſitionem, &c. & ſucceſſiuè tunc
in prouiſione, &c. & in fi. ad quem eorum colla-
2 tio, uel diſpoſitio, ſub uerbo † collationis uenit
præſentatio, ſeu inſtitutio, per tex. in c. uni. ut ecc.
benef. ſine dimi. confe. cle. uni. ſiuncta gloſ. in uer.
conferantur, de re. permu. Io. And. in c. ex tenore.
circa medium. uerſ. dic, contra. de conceſſ. præb.
And. Barb. in c. Abbatē. col. pen. de reſcr. Rebuf.
ſuper concor. §. ſtatuimus. 2. in ult. gl. ſub rub. de
collatio. pag. 447. & ſuper regula, de infir. glo. 14.
3 nu. 6. † prouiſionis etiam uerbum, de quo ſupra
latum eſt, cōprehendens uominationē, poſtula-
tionē, præſentationem, & collationem. cle. fi. iun.
4 gloſ. in uer. prouiſioni, de electio. † cle. Auditor,
de reſcri. quæ licet loquatur de prouiſione, pro-
cedit in præſentatione, ſeu inſtitutione. Rot. 212.
ſecundum omnes. in fi. in no. Bellemē. deci. 621.
incipien.

incipien.cle. Auditor.Mil.in re per.in ver.patro-
nus ſi perſonã idoneam.in ſi.& quod ueniat om-
nis modus per quem eccleſiæ prouidetur.Gemi.
& Phi.Fran.in.c.com in illis.§.1.de præb.libr.6.
Idem Gem.conſil.15.ſuper primo.col.2.nom.3.
Rebuff.ſuper concor.ſub rub.de colla.§.pręſati-
que ordinarii.in uer.prouiſionem.ubi plura ad-
ducit,pag.296.Dicitur prouiſio legis,altera pro
uiſio hominis,ad nota.in l.ſi.C.de pact.conuen.
& in l 1.§.1. ff. de nou. oper. nuntiat. ſic etiam
5 uerbum † diſpoſitionis (de quo ſupra) latiſſi-
mam habet ſignificationem,pręall.c.cum in illis
§.illis uero,& ibi per doct.de pręb.li.6.clem.uni.
iun.glo.in uer.diſpoſitionem.de ſupplen.neglig.
prælа.Gemi.conſil.65.circa primum.poſt princi.
uerſi.uerbum diſpoſitiones.D.Pet.Rebuff.in præ
fa §. pręſatique ordinarii.ſub rub.de collatio.ſu-
per concor.in uer.diſpoſitionem.pag.297.& tan
to magis prædicta procedunt propter illam di-
ctionem , & quamuis aliam diſpoſitionem , ad
conſil.Geminia.ſupra allegat. 15. numero tertio.
ubi , quòd propter dictionem generalem , ſeu
uniuerſalem additam termino diſpoſitionis , fa-
cit includi omnem ſpeciem prouiſionam . Quan-
to rationes quæ aſſignantur noſtræ conſtitutio-
ni , ut honor Cardinalibus deferatur , uel in re-
compẽſam laborum , ſiue propter magnas impẽ
ſas,& onera de quibus ſupra quæſt.1.militant e-
tiam quoad diſpoſitionem beneficiorum, de iu-
re patronatus , ergo & conſtitutio in illis locum
habere debet , ubi enim eadem ratio , ibi idem
ius l.ſi poſtulauerit.§.ratio.ff.de adul.l.1.§.hoc
interdictum eandem.& ibi no.Bar.ff de fonte.l.il
lud.cum glo.magiſtra,quę dat concordan.in uer.
ęſtiman.ff.ad leg.aqui.c.translato.cum glo.ſi de
conſt.Imo dato quòd conſtitutio noſtra eſſet ſpe
cialis , cum ratio ſit generalis , generaliter omni-
no intelligi debet.l.cum pater.§.dulciſſimis.ff.
de leg.2 Ro.conſi.457.circa propoſitam.col.2.in
prin.præceptor meus D.Phi.Dec.conſi.35.num.
8.ibi licet poſtea in diſcurſu loquatur &c.conſil.
145.& pro tenui.colum 3.poſt medium uerſicu.
unde iſta uerba , & conſil.299.in cauſa nume.10.
Pariſ.conſi.83.pro reſolutione.num.16.lib.3.Pro
parte negatiua facit,quòd ſub conſtitutione,ſeu
diſpoſitione de beneficiis loquente,non ueniunt
beneficia de iure patronatus.c.2.& ibi Gemini.
num.11.& alii lib.6.Lap.all.96 beneficia uacan-
tia.qui ad partes arguit, & poſtea concludit ta-
lia beneficia non uenire.Imol.& Barba.in.c.dile-
ctus de offi.lega.Feli.in.c.in noſtra. tore.38.de re
ſcrip.&in tracta.quan.lite.apoſto in prin & in.2.
limi.Secundo ſi teneremus Regulam hanc locũ
habere in beneficiis de iure patronatus , neceſſa-
rio duorum alterum ſequeretur,uel quod præſen-
tationi , & patronorum conſenſui non eſſet lo-
6 cus , & ſic † patroni ſine eorum culpa priuaren-
tur facultate præſentandi , contra capitul.decer-
nimus.16.quæſt.6.c.paſtoralis.& toto titu.de iu.
patro.Abb.& Feli.in.c.cum Bertoldus.de re iud.
uel quod præſentationi eſſet locus , & etiam con
ſenſui,de quo in Regula , & ſic duplex conſenſus
requireretur,unus patronorum,alter Cardinalis,
ultra auctoritatem inſtituentis, & ſic concurre-
rent duo ſpecialia, quod eſſe non debet ad l.1.
cum glo.magna ante ſi.quam ibi Bart.communi
ter teneri dicit.C.de do promiſ.glo.in l.cum poſt
§.gener.ante ſi.ff.de iu.dot.cum uulga.Item cõ-
curreret duplex honor,unus adhibendus Cardi-
nali, ratione noſtræ regulæ, alter erga patro-
7 nos:† honorari enim debẽt iux.tex.in cap.nobis
uerſic.pro fundatione de iu.patro.præall.c.decer
nimus.16.quæſti.7.latiſſime Roc.de Cur.in tra-
cta.iurispatro.in uer.honorificum . ubi declarat
quare ius patronatus dicatur ius honorificũ,in i-
ſto concurſu honoris , præſertim circa perſonam
cui de beneficio prouidendum eſſet,ſępiſſime di
ſcordia,& confuſio oriri poſſet,uni enim conſen-
tiret patronus,alteri Cardinalis.& ſic ſequeretur
diſcordia confuſio,& materia litium . Tertio ar-
guendo ab uſu patrisfamilias ad.l.ſi ſeruos plu-
rium §.ſi.ibi,ante omnia ipſius patrisfamilias cõ
ſuetudo.ff.de leg.1.l.ſed Iulianus.§.ſi.ibi ad eam
quantitatem quam pater ſolebat.ff.ad macedo.
l.3.§ ſi.ff.quod certo loco.l.nummis.ff.de lega.1.
quando Papa uoluit Regulam aliquam compre
hendere beneficia de iure patronatus , ſeu ſuper
illis diſponere,expreſſit per uerba clara , ſeu per
uerba qualitatem huiuſmodi demonſtrantia , &
ſignificantia,prout ſupra in regula 14.reuocato-
ria ante ſi.ibi ad eorum collationem, prouiſionẽ
præſentationem,electionem, aut quamuis aliam
diſpoſitionem.idem etiam uidemus infra in re-
gula de triennali.poſt prin.ibi aut electione,& e-
lectionis huiuſmodi confirmatione, ſeu præſenta
tione,& inſtitutione &c.& poſtea , prouiſio , ele-
ctio , & præſentatio &c.& propterea Sarnenſ.ibi
quæſt.9 in prin.quærens an Regula illa in benefi-
cio de iure patronatus locũ habeat.rñdet ꝙ opi.
negatiua eſt clara ꝑ illa uerba ibi appoſita.Cũ
igitur in Regula hac,neq; ꝑ uerba expſſa, neq; ꝑ
æquipollentia , mentio facta fuerit de præſenta-
tione & inſtitutione,ſeu de iurepatronatus (quic-
quid ſupra dixerim ponderando quædam uerba
generalia in.5.&.6 par huius Regulæ ad alium ef
fectum,& alio tendentia appoſita) concludendũ
erit Papam hic noluiſſe,uel non præſumi uoluiſſe
diſponere ſuper beneficiis de iure patronatus,di
uerſæ naturæ,qualitatis,& ſeruitoriis, non autem
liberis,prout ſunt alia beneficia. Quarto ut pro-
baui ſupra quæſt.1.Regula hæc eſt exorbitans &
odioſa,merito igitur debet fieri ſtricta interpre-
tatio,ut eam intelligamus in caſibus tantum ex-
preſſis,ſeu ſuper quibus clarè & apertè loquitur,
argumento l.2.ff.de libe.& poſthu.glo.in.l.qui fi-
liab.§.1.ante fin.ff.de leg.1.c.odia.de reg.iu.lib.
6.cum uulg pro quibus uideatur omnino conſi.
præceptoris mei D.Phi.Deci.ætate noſtra longe
omnium in utroque iure peritiſſimi.224.in caſu
propoſito.ubi concludit,Regulam de infir. non
habere

habere locum in beneficiis de iure p̄ronatus, pln
ra conſiderans quæ huic opin. negatiuæ, & ad diſ
ſoluendum fundamenta ſupra in contrarium ad
ducta inſeruire poſſunt, non tranſcribo hic quæ
ibi adducit, ibi uideantur, præſertim colum. 2.
poſt princip. nerſic. cum ergo Regula præciſe lo-
quatur &c. & circa medium. uerſi. & ulterius iſta
concluſio confirmatur, & poſtea uerſi. non ſic ui-
detur in præſentatione &c. & ante fi. poſt num. 4.
uerſic. & cum talis Regula ſit contra ius &c. cum
Dec. ubi ſupra tenet Sarnenſ. licet ſub alio nume.
conſi. illud alleget in. c. cum in multis. num. 71. &
ſeq. de reſcrip. lib. 6. poſſet pro concordia opinio
num fieri diſtinctio, an loquamur de beneficiis
iuris patronatus laycorum, an clericorum, an mi-
xti, uidelicet laycorum, & clericorum ſimul, & in
primo & ultimo caſu Regula hæc, & aliæ ſimiles,
non procedant, ſecus in ſecundo caſu, quam di-
ſtinctionem iuniores inuenient ſatis declaratam,
ſupra Regula 1. q. 8. ad ibi dicta me remitto. Non
tamen omitto quòd quæſitum noſtrum fuit aliàs
diſputatum in Rota ſub die. 16 Maii 1550. in u-
na Aſtoricen. canonicatus cauſam proponen. R.
P. D. Iacobo Puteo nunc Reuerendiſſimo & Illu-
ſtriſ. Cardinali, vti annotatum inueni per bo. me.
Hieronymum Nouatum dum uixit celeberrimū
Rotæ Auditorem, dato puncto, ſub iis uerbis, ui-
delicet: An prouiſio Petri ad præſentationem mar
chionis ſit bona? non obſtante quòd Stephanus
defunctus fuerit familiaris Cardinalis: quid ta-
men concluſum fuerit nondum bene percipere
potui. Poteſt etiam oēs caſus comprehendendo
ſic diſtingui. Aut loquimur de iure patronatus
laicorum ex fundatione, conſtructione, uel do-
tatione, & Regulæ huic, & aliis non facientibus
de iure patronatus huiuſmodi expreſſam men-
tionem non ſit locus. Aut loquimur de iure pa
tronatus eorundem laicorum, ſed ex priuilegio,
uel præſcriptione, & hoc caſu quia iſtud eſt debi
8 le, & † cui facile derogatur, & huic regulę, & aliis
non obſtat, & ſic beneficia quę ſub tali iure patro
natus cadunt, ſub hac regula ueniant, & etiam
ſub aliis ſimili diſtinctione ad effectum mentio-
nis faciendæ, uel non in reſcriptis, & ad effe-
ctum derogationis iuris patronatus utuntur Ar-
chi. & Domi. in c. 2. nume. 12. uerſic. ſed nunquid
de præben. lib. 6. But. & Abb. in c. dilectus. ante fi.
uerſ. ſecundo quæritur quid ſi beneficiorum col-
latio. de offi. lega. & ibi Cardi. idem Cardi. in cle.
1. in 7. quæſt. ut li. penden. & eſt pulchrum conſil.
Fed. de Sen. 65. infraſcriptę quæſtiones. poſt prin.
Dec. conſil. 149. in cauſa colum. penult. circ. me-
dium. Fel. in tracta. quan. lite. apo. noce. patro. in
11. limi. Rocc. in tracta. iu. patro. in uer. compe-
tens alicui. quæſt. 24. verſicu. limita. & ſecundum
prædictos hæc eſt communis opin. Et ſi in reſcri-
ptis non eſt facienda mentio talis iuris patrona-
tus, multo minus in Regulis Cancellariæ quę per
9 niam legis diſponunt † quo caſu non eſt neceſſa
ria mentio nō obſtantium in ſpecie ad l. omnes.

ibi, licet nominatione non ſint cōprehenſæ. C. de
quadri. præſcr. cle. 1. inn. gl. fi. & cle. 2. uer. nos ete
nim. de ſepul. Bal. in l. humanū. col. 3. uerſ. ſed D.
Cyn. C. de legi. Feli. in ca. nonnulli. colum. 6 in 1.
10 fallen. de reſcr. ſic etiam uidemus in † expectati
ua non eſſe neceſſariam mentionem talis iuris
patronatus, licet contrarium uoluerint Ant. de
But. & Imol. in c. dilectus. de offi. lega. quorum o-
pin. reprobatur, & contraria eſt magis commu-
nis ut per Cardi. in dicto c. dilectus. in 3. quæſtio.
Alex. conſil. 74. nu. 22. uolum. 4. Dec. dicto. conſil.
149. poſt num. 6. & conſil. 573. numer. 3. Felin. in
prealle. tracta. quan. lite. apo. in 11. fallen. & in c.
in noſtra in 38. core. ante num. 40. Lamber. in tra
cta. iu. patro. art. 22. 6. quæſt. 1. par. 2. lib. nume. 6.
fol. 213. & 8. quæſt. 3. par. 2. lib. art. 3. colum. 2. &
3. fol. 367. Adducitur etiam ratio differentię, quę
eſt, quòd in primo membro militat illa cauſa ne
laici a fundatione, conſtructione, ſeu dotatione
retrahātur, quę ceſſat in iure patronatus ex priui
legio, ſeu præſcriptione ut conſiderant omnes ſu
pra adducti, & Cardi. conſ. 69. uacante quadam
in 2. dub. idem Card. in clement. per literas. poſt
num. 4. de præbend. Et aduertant iuniores quòd
ex priuilegio, ſeu præſcriptione non acquiritur
ius patronatus, ſed ius præſentandi quæ inter ſe
ualde, differunt. Card. de Ro. conſi. 69. uerſi. dico
quòd refert Staphil. ſuper Signa. fol 55. uerſicul.
quarto principaliter. cum iis quę ſequuntur, &
Lamb. ubi ſupra. Hæc diſtinctio inſeruiet etiam
illi 8. q. 1. Regulæ.

SVMMARIVM.

1 *Regulæ huic an ſit locus ſi beneficium uacet per reſigna tionem familiaris Cardinalis.*
2 *Cedens quoad beneficium ceſſum, an pro mortuo habea tur, & poſt, nu. 5.*
3 *Cap. ſuſceptum. de reſcr. lib. 6. limitatur procedere ſolum in literis ad beneficia.*
4 *Literæ ad beneficia ſunt ſtrictę & ambitioſæ.*
5 *Iteratio uerborum, & actuum multum operatur.*
6 *Cap. ſuſceptum. ampliatur ad omnem materiam reſtrin gibilem.*
7 *Cardinales an ſede uacante exercere poſſint iuriſdictio nem Papalem, remiſſiue.*
8 *Pacta per Cardinales in conclaui facta non ſunt per futu rum Papam neceſſario ſeruanda.*

1 QVinto ibi per obitum; quæro † an ſi be
neficium uacet per reſignationem fa
miliaris Cardinalis, ſit locus huic re-
gulæ. Pro parte affirmatiua pondero
2 quod † cedens beneficio, ſeu cedens beneficium,
quoad illud iam ceſſum mortuus habetur. capit.
in apibus. §. ecce in quibus. 7. quęſt. 1. clem. 1. inn.
gloſſ. in uer. mori. ut lit. penden. gloſſ. in. capitul.
ſi epiſcopus. in uer. mortem. de ſupplen. neglig.
præla. lib. 6. cle. fin. de procura. quæ licet de mor-
te naturali loquatur, procedit etiam in morte ci
uili,

uill,& ſic in reſignatione. Card.ibi, quæſtio,14.&
alij. Caſſa.dec.2.nu.2.de appel.& uidemus, quòd
iura de obitu, ſeu morte loquentia, in morte ciui
li locum habent, l. Gallus.§. & quid ſi tantum, ff.
de lib.& poſthum. ubi prouiſio in caſum mortis,
ex ſententia legis extenditur ad caſum emanci-
pationis,& deportationis,& ſic ad caſum mortis
ciuilis. Accedit, quod eadem ratio honoris, & a-
liæ rationes regulę concurrunt, in vacantibus per
reſignationem, quæ per obitum, euſdemque effe-
ctus in terminis noſtris operabitur in omnibus,
& per omnia ceſſio, ſeu reſignatio, quos obitu,
quo caſu indiſtinctè,& communi omnium con-
ſenſu, mortis appellatione uenit mors ciuilis. l.
ex ea.§ inſulam.& ibi glo. Bar. Aretin.& alii. ff. de
uerb.obl. Cyn.& Bal. in l. Deo nobis. C. de epiſc.
& cleri. docto. in præalleg.§. & quid ſi tantum, &
in l. ſi cum dotem. ff. ſoluto mat. But.& Abb. in c.
cum ſis. de conuer. coniu. Alex. conſ.139. niſo the
mate. colum.3. poſt num.8. uerſi. aut mors ciuilis
non operatur,&c. lib.2. Fel. in c. licet. colum.2.&
3 3. de offi. deleg. Amplius diſpoſitio † c. ſuſceptũ.
de reſcript. lib.6. ſuper quo fundari uidetur con-
traria opin. uidelicet, quòd expreſſo obitu, nõ ue
niat reſignatio, limitatur procedere ſolum in li-
4 teris ad beneficia. † quæ ſunt ſtrictè, & ambitio-
sè,& ad unguẽ obſeruandæ. c. cui, de non. de pb.
lib.6 c. quamnis.1. de præben. eo. lib. Lap. allega.
79. Innocentius Papa num.3 Card. in cle.1. nu.
15. quæſt.7. de conceſſ. præbend. Fel. in cap ad au-
res num.13 de reſc. Dec. conſi.76. licet in caſu,
poſt princ.& in l. non debet cui. num.7. ff. de reg.
iu. Staph. ſuper ſigna. fol 50. à terg. uerſ. prædicta
tamen procedunt in literis ambitioſis,&c. Gem.
conſi.52. uacante canonia. ante numerum 4. uer.
non ob. c. ſuſceptum, ubi ponit dictam limitatio
nem. Nos autem ſumus extra terminos dict. cap.
ſuſceptum,& non in literis ad beneficia, ergo alia
declaratio facienda eſt. Contraria opinio, & ſic
pars negatiua uerior eſt, quam tenuerunt glo. an
tiquus hic. poſt princ. Caſſad. dec.16. unus fami-
liaris.& dec. ult. utrum reſeruatio. de præben. nu.
6.& 8.& Sarnen. hic quæſt.4. idem Sarn. qui dicit
ita iudicatum fuiſſe, in 4. quæſtio. Regulæ, de in-
firm. dum ſecundum caput proſequitur,& ultra
alias rationes quæ aſſignantur, illa potiſſima eſt,
quia regula eſt exorbitans, & odioſa, ut probaui
ſupra quæſt.1. unde in caſu tantum quem ſpeci-
ficat, procedere debet. Inſuper in aliis partibus
regulæ, quæ ſequuntur, pluties repetitũr eadem
dictio, obitus, uidelicet, in 3. par. ibi,& quæ fami-
liaris ipſe tempore obitus eorum. in 5. part. ibi,
quæ per obitum familiarium,&c.& poſtea ibi
cuius familiaris defunctus ille extitit.& in 6. par.
5 ibi per obitum dictorum familiarium. † iteratio
uerborum, ſeu actuum multum operatur, & ma-
gis præciſam,& deliberatam uoluntatem oſten-
dit. c. ſi quis iratus, in ncta glo. in uer. iterare. 2.
quæſtio.3. gloſ. & Bar. in l. cum ſcimus. in fi. C. de
agri.& cenſ. lib.11. Bald. in c. non Romanorum,
in uer.& in irritum reuocentur. ubi ponderat ver
ba, caſſentur,& in irritum deducantur, ſimul iun
cta plus operari, de pace Conſtan. Ludouic Ro-
man. in l. ſi uero.§. de uiro in 31. fallen. principa.
num.56. ff. ſolu. matr. latè Fel. in c. li cautio. num.
39. de fide inſtrumentorum. & tanto magis illa
procedunt in caſu noſtro, ubi non ſolum duplica
ta, ſed triplicata, & quadtiplicata repetitio fit,
ad ea, quæ no. Angel. de tertio matrimonio. in §.
hoc de eo. in fine in authent. quomodo oporteat
epi. præceptor meus Dom. Philipp. Deci. conſil.
504. in caſu occurrenti. num.9 Poſtremo aduer-
tendum eſt in aliquibus partibus regulæ, ubi fie
dicta repetitio, quòd obitus appellatione (ſi ſub
tiliter intueamur) non poteſt uenire reſignatio,
igitur nec ſub uerbo, obitus, in princi. regulæ po-
ſito, ſumendo declarationem unius partis legis
ab alia, ſeu aliis. ad l. qui filiabus. in principio. ff.
de leg.1. l. cum proponebatur. ff. de lega.2. Cuma.
conſi.117. in princip. Abb. conſil.36. colum. ulti.
lib.1. ponderari etiam poteſt, quod illa concluſio
quod cedens pro mortuo habeatur, non proce-
dit uere,& naturaliter, ſed fictè, & ex accidenti
prout probat Calcan. conſi.78. dubium contra.
num.6 cum autem Regulæ Cancellariæ, ſtatutis
æquiparentur, ut pluries probaui, uera, & ꝓpria
interpretatio capienda eſt. Non obſtant funda-
menta in contrarium adducta, quæ forſan proce
derent, ſtante identitate rationis,& effectuum re-
ſultantium, à reſignatione, qui ab obitu. Verum
conſideratis his, quæ proximè dixi,& quia mate-
ria noſtra eſt odioſa, & magis exorbitans quàm
literæ ad beneficia, merito iuxta diſpoſitionem
præalleg. c. ſuſceptum. de reſcr. lib.6. obitu ſolum
expreſſo, nullus alius modus uenire debet, licet
enim dictum c. ſuſceptum loquatur de literis ad
6 beneficia odioſis. † extendi, ſeu ampliari debet,
ad omnem materiam reſtringibilem, prout ſen-
tit Gemin. in dicto cap nu.10. & alii pulchrè per
præceptorem meum D. Philip. Deci. conſil.144.
maturæ. col.1. in fine. ibi, quia inueſtitura debet
reſtringi, ad caſum ſuum, tãquam ambitioſa, po-
ſtea per dictum c. ſuſceptum. concludit, feudum
ſeu inueſtituram impetratam, per obitum, non
procedere in uacatione per alium modum. Ra-
tiones autem differentias conſtituentes inter ca
ſus uacationis per obitum, ab illo per reſignatio
nem iuxta terminos noſtros, plures adduci poſ-
ſent, pro nunc una ſufficiat, quæ erit quòd ſi fa-
miliaris Cardinalis mortuus ſit, Cardinalis ipſe
priuabitur ſubſtantia,& accidentibus, ſeu prin-
cipali,& acceſſorio, uidelicet, ipſo homine ſibi
ſeruiente,& quodammodo priuari uidetur bene
ficiis, quæ familiaris habebat, cũ enim ipſe Car-
dinalis eſſet dominus ſibi ſeruientis, uidebatur
etiam eſſe quodammodo dominus beneficiorũ
illius, eodẽ tñ inſtanti oĩa amittit,& ſic ne homi-
nem,& illius beneficia ſimul penitus amittat, re
gula hæc indulget, ſeu prouidet prout in ea, quæ
præſtat quoddã humanitatis ſolatiũ Cardinali, ꝗ
familia-

familiarem ſuum perdidit, exemplo tex. in l. iure
ſuccurſum eſt patri, ut filia amiſſa ſolatii loco ſuc
cederet, ſi redderetur ei dos ab ipſo profecta, ne
& filiæ amiſſæ, & pecuniæ damnum ſentiret. ff. de
iu. dot. l. fina. uerſic. multo magis, & luctuoſam hæ
reditatem &c. C. de inſti. & ſubſti. Sarnen. infra in
8. quæſt. nume. 2. Quando autem familiaris reſi-
gnat, remanet in domo ipſius Cardinalis, ſeu te-
manere poteſt, quod præſtantius, & nobilius eſt,
uidelicet. ipſe familiaris. Ad vnum aduertendũ
eſt, in quantum Sarnen. hic q. 4. ante fi. uer. tamen
hodie Cardinalis. teſtatur Cardinales hodie, tam
ex priuilegiis, quàm ex capitulis factis in con-
claui, obtinuiſſe ampliationem etiam ad modũ
uacandi per ceſſum, ſeu reſignationem, adducit
in conteſtem Aene. de Falco. in tracta. reſerua. q.
in 17. effectu folio 41. a ter. uerſi. nonum eſt, quia
reſeruatio inducta in fauorem Cardinalium. in
30. regula Cancellariæ, habet locum quando ua-
cãt beneficia familiarium, per eorum mortẽ, non
autem ſi aliis modis, ut ibi per gl. indulta tamen
Cardinalium, inducunt omnes modos, hæc ſunt
uerba formalia Aene. qui nihil plus dicit, & ſic
Sarnen. quantum ad indulta Cardinalium, habet
conteſtem, quo uero ad capitula in conclauibus
fieri ſolita, ſingularis eſt, ego uero quoad primũ
ab utroque diſſentio, quoad ſecundum ab ipſo
eodem Sarnen. indulta enim talia nunquam ui-
di, & ſi concedi paſſim ſolita eſſent, ego ueriſimi-
liter non ignoraſſem, crederem potius talia indul
ta ſummos Põtifices aliquibus Cardinalibus ob
præclara geſta, ſeu ob ſingularia merita, aliquan-
do conceſſiſſe, quæ tamen ad exemplum trahen-
da non ſunt, nec perſonas egredi debent. iux. uul-
ga. tex. in l. 1. §. planè. ff. de conſti. princip. & ſal-
tem hodie crederem talia indulta regulæ huius
ampliatiua, & extenſiua prohiberi, & denegari,
denegantur enim pleraque, & ad meliorem for-
mam reducuntur, & innouantur, quæ iam pœnè
collapſa, & obſita erant, Deo optimo maximo, &
eius ſanctiſſimo Vicario Paulo quarto, ſit laus &
gloria. Quantum uero attinet ad capitula, & pa-
cta in conclaui fieri ſolita, ad ea me remitto, iſta
enim alterius ſunt notionis, & neceſſe eſſet diſpu
7 tare, an † Cardinales ſede uacãte exercere poſſint
in omnibus, uel in aliquibus, & quibus iuriſdi-
ctionem Papalem, & an ſolum neceſſaria, & uti-
lia eccleſiæ, quæ diſcutiuntur per Hoſt. in capi. 1.
colum. 4. ne ſede uacan. & in c. cum ex eo. penult.
& ult. colum. de pœni. & remiſ. & in c. tum ex lite-
ris. col. 1. de in integ. reſti. Iacobat. de concil. lib. 3.
in princip. latè per And. Barba. conſi. 1. per totũ.
lib. 1. ubi etiam an pacta, ſeu conuentiones per
8 Cardinales in † conclaui facta, ſeruanda neceſſa-
rio ſint, per futurum ſummum Pontificem, & con
cludit pro parte negatiua, idem ante ipſum uo-
luit Abb. in c. ſicut noſtris. in 3. no. uerſicu. ex hoc
habes, quid dicendum ſi Cardinales. de iureiur.
& Abb. ſequuntur D. meus in cap. 1. nume. 31. &
Bero. nume. 34. de proba. idem ſentit Rot. Caſſa.
ult. de præb. ante nu. 8. & ſi uerior ſit opin. illa q̃d
Papa non teneatur pacta huiuſmodi ſeruare, in-
dubitati iuris erit, capitula de quibus per Sarn.
ubi ſupra, non ligare futurum Papam, & ſic etiã
illis interuenientibus locus erit regulæ huic, limi
tandæ ſolum in uacatione per obitum, de qua ex
preſſe loquitur. præfata addidi, ut morem gere-
rem iunioribus, & ne propter illa ultima uerba
Sarnen. in aliquem errorem, ſeu mentis offuſca-
tionem inciderent.

SVMMARIVM.

1 *Regula hæc, an locum habeat in uacatione per obitũ per regulam de infirmis inducta.*
2 *Fictio à lege inducta idem per omnia operatur quod ipſa ueritas.*
Fictio legiſlatoris ueritatem ipſam inducit.
3 *Fictio ueritati cedit, quando ſimul concurrunt.*
4 *Expectans habens datam ueram præfertur habenti fictam.*
5 *Vacatio per obitum, per regulam, de infir. inducta, eſt uera, & non ficta.*
6 *In his, quæ ſunt iuris poſitiui lex non fictè, ſed uerè, & mero iure agit.*
7 *Tituli beneficiorum illorumque modi ſunt de iure nouo, & poſitiuo.*

1 SExto quæro an † regula hæc habeat lo
cum in uacatione mortis, per regu-
lã de infirmis inducta? Pro opinio.
negatiua faciunt tradi. in proxima
præceden. quæſt. ubi concludo ſub
regula non comprehendi mortem fictam, ſed ſo-
lum ueram, & naturalem, hoc dubium mouet
Sarnen. quæſt. 4. uerſ. circa primum, ſuper regula.
de infir. ſed nihil quoad rem noſtram ibi decidit,
idem Sarn. poſtea q. 30. cõcludit pro eadem par-
te negatiua, ea præſertim ratione, quòd uacatio
per obitum per dictam regulam de infirmis in-
ducta, eſt ficta, & interpretatiua, non autem uera,
per ea, quæ ibi adducit, & teſtatur ita obtentum
fuiſſe in curia, in cauſa Sagien. Archidiaconatus:
idem ſentit. q. 35. dictæ regulę. de infir. & expreſſe
pro hac parte cõcludit. q. 5. huius regulę. ubi eiſ-
dem rationibus mouetur, & aliis, quæ uideri poſ-
2 ſunt. Pro parte affirmatiua facit, quòd † fictio a le
ge inducta, idem per omnia operatur quod ipſa
ueritas. l. filio quem pater, & ibi not. ff. de liber. &
poſthu. l. uni. poſt prin. & ibi no. C. de rei uxo. act.
c. ferrum. cum gl. fi. 50. diſt. Bar. & alii. in l. ſi is qui
pro emptore. ff. de uſuca. Pariſ. conſi. 28. licet cir-
ca, poſt nu. 10. & nu. 36. lib. 2. imo fictio legiſlato-
ris ueritatem ipſam uincit. l. lex Cornelia. ff. de te
ſta. l. lege Cornelia. ff. de uulga. c. is qui. de ſponſa.
Cardi. in cle. quod circa. col. fi. q. 22. de elec. & ad
rem noſtram D. Pet. Rebuf. in praxi beneficiaria,
gl. 14. ſup regula. de infir. nu. 10. & ſeq. ubi ad ef-
fectum noſtri quæſiti concludit contra Sarn. & ſic
pro parte affirmatiua, uerum huic argõ reſpõdet

Sarn.in 30.q.regulæ de infir.poſt nu.3.uerſic. dictum igitur Bar.ubi limitando dictum Barto. dicit quòd ſecus ſit,quando concurrunt ueritas, & fictio circa idem ſubiectum,uel eãdem rem, quo
3 caſu†fictio ueritati cedit.l.in rebus.poſt princip. C.de iu.dot.pręalle.l filio quem parer.poſt ptin. ff.de lib.& poſth Bar.in l.1.§.hoc autem ſenatus. nu.3.ff.ad Sille.& ex iis.pulchrè infert Caſſa.de-
4 ciſ.6.de conceſ.pręben.†quòd expectans habens datam ueram, præfertur habenti datam fictam, ſed in dicta regula de infirmis,circa idem corpus beneficij, & circa eandem perſonam, concurrit ueritas,ideſt uacatio per reſignationem, & fictio, & ſic uacatio per obitum, unde ex præmiſſis ſequitur quòd iſte modus fictus, ſeu interpretatiuus non comprehenditur ſub iſta, & alijs regulis, ut Sarnen.in dicta.q.30.de infir. & in fi. dicit ita in Rota concluſum. Pro hac opi. affirmatiua contra Sarnen. pondero, vt ſtarim probabo, quòd
5 †vacatio per obitum inducta per regulam de infirmis teſi.eſt uera uacatio,& non ficta. In his. n.
6 quæ ſunt†iuris poſitiui, lex nõ fictè, ſed uerè, &
7 mero iure agit,& diſponit,† tituli beneficiorum, illorumque modi uacandi, ſunt de iure nouo, & poſitiuo,ergo lex ſuper illis,uerè & non fictè agit,& operatur.Maiorem probo per tex.in auten. ſed dignitas.C.de epi.& cleri.in auten.quib.mo. nat.effic.legi.& in auten.quib.mod.effic. ſui. per Bar.in l.ſi is,qui pro emptore.in 3.q.princip.nume.29.ff.de uſuca.& ibi Iaſ.nume.276.uer.item quia princeps legitimando,& poſtea diſtinguit, aut tale uitium illegitimatis procedit a iure diuino,uel canonico, & tunc legitimatus per principem ſecularem,non erit uerus legitimus,ſed fictè,& poſtea nume.297.uer.unde non eſt uerum quòd iſti ſint ciues ficti,ubi cum Bartol. concludit,quòd quoties lex poteſt aliquid introducere per ueritatem,intelligitur introducere uerè,& nõ fictè.Dec.conſi.258.in caſu D.poſt nume.6.uerſ. ſed in caſu noſtro legitimatus, eſt uerè legitimus, quia hoc pendet à iure ciuili. & Pariſien. conſilio 58.agit.numero 42. uolumine 4. Minorem probo per tex. in capitulo,eccleſias ſingulas iunc. gloſſ. ideſt. 13.quæſtione prima. ubi Papa Dionyſius diuiſit, & diſtinxit terminos eccleſiarum, ſed non terminos epiſcopatuum. Abba.in capitu.extirpandæ.in repe.§.quia uerò. numero 6.Geminia.in capitu.1.circa medium. 22.diſtinctio.latè per Ioann.de Syl.de beneficio. parte 1. quæſt.4.nume.18. uerſicu. præmiſſis tamen.ubi plura cumulat.Omiſſa ulteriori diſputatione ꝓpoſitum quæſitum fuit in Rota diſcuſſum ſub die 21.Aprilis 1553.in una Salamantin S. Thomæ inter Didacum Vaſquez, &.Didacum Quiros coram R. P. D. Ioan. Antonio Capizuccho tunc Rotæ auditore,nunc uero digniſſimo Cardinali,& concluſum fuit pro opinio.affirmatiua contra Sarnen.

SVMMARIVM.

1 *Regula hæc,an procedat in beneficio commendato familiari Cardinalis.*
2 *Commenda ad tempus non dat titulum, nec ius in re, uel ad rem.*
3 *Commendare idem eſt,quod deponere*
4 *Commenda temporalis in fauorem eccleſię,quid ſit. Manum prælatus cito imponere non debet.*
5 *Commenda in fauorem eccleſiæ,quid ſit.*
6 *Commendatarij noſtri temporis faciunt fructus ſuos.*
7 *Commendatarij poſſunt locare poſſeſſiones eccleſiarum ad plures annos.*
8 *Cap.quoniam Abbas.de offi.delega.habet locum in commendarijs.*
Cap. ſtatutum.de reſcrip.lib.6.procedit in commendatarijs.
10 *Promoueri tenetur infra annum obtinens curatum.*
11 *Amplia ad commendatarium.*
12 *Iura de titularijs loquentia in commendatarijs locum habent.*
13 *Regula de infirmis in commendis locum habet.*
14 *Regula de Idiomate procedit in commendis*
15 *Extra. Iniunctè.non habet locum in eccleſiis commendatis.*
16 *Commendas,ſeu uacationes per ceſſationes commendarum,quando Papa ſub regula aliqua comprehendi uoluit id expreſſit.*
17 *Commendata beneficia dicuntur affecta,& de illis alius a Papa diſponere non poteſt.*

1 SEptimo quæro†an regu.hæc procedat in beneficio commendato familiari Cardinalis? ante omnia diſtinguendum putaui. Aut enim loquimur in commenda temporali, aut in commenda perpetua,ſeu ad uitam. Item ſi de temporali commenda loquimur, tunc aut in fauorem eccleſiæ, & regulæ locus eſſe non poteſt. Regula enim loquitur de beneficiis, quæ dantur in titulum,& in quibus familiares Cardinalium ius ha
2 bent, ut infra oſtendam.†commenda ad tempus ad commodum eccleſiæ non dat titulum,nec ius in re,immo nec ad rem, ergo in ea regula uerificari non poteſt. Minorem probo, arguendo ab etymologia,ad l.tugurium.ff.de uerborum ſignificatio.l.facta.§.ſi uidenda.ff.ad Trebelli. capitu. cleros.21.diſtinctio.capit.ſi cupis.16. quæſtio.1.
3 † commendare nil aliud eſt quàm deponere. l. commendare.ff.de uerb.ſignifi.l.Lucius.ff.depo. c.1.extra eo.Hoſtien.in c.ſi conſtiterit. col. 1. cir. medium.uerſic.illud autem notandum, quòd ſi
4 commendetur.de accuſa. † commenda igitur in fauorẽ eccleſię,iuxta terminos noſtros,nihil aliud erit,quàm depoſitum temporaneum, ad nutum reuocabile,pro utilitate,& commodo eccleſiæ factum,donec de rectore,ſeu miniſtro perpetuo,debita præcedente cognitione prouiſum ſit, iuxta præceptum apoſtolicum 1.ad Timoth.5.nemini cito manum imponas.c.quid eſt manus. 78.diſt.

c.cum

c.cum nobis olim,vbi Hoſtien.in uer.nemini,de-
clarat, de electio.c.ſi.eo.lib.6.Et quòd commen-
da ad tempus non det ius, & quandocunque re-
uocari poſſit,probat.l.licet.§.rei.ff.depo. c.obi-
tum.in fi.& c.ſeq.in prin.61.diſt.& melius.c.qui
plures.iunct.glo.21.q.1. & c.nemo deincepſ.ubi
gl.& doct.de electio.lib.6.Rot.243.not.quod ubi
beneficiom.in anti.in prin.& Biſig.1.de præb.in
antiquio.& Sarnen.in 4.q.regu.de non tollen.iu.
quæſi.nu.24.& ſeq.Aut loquimur,de commenda
temporali in fauorem certæ perſonæ, & de ea pa
rum infra loquar,& alibi tractaui. Aut loquimur
de commenda perpetua,ſeu ad uitã, & duæ ſunt
opin.per docto.plurimum diſcuſſe,& multi ma-
gnæ auctoritatis in ſimilibus quæſitis pro affir-
matiua tenent.Alii uero non negligendi, & plu-
res numero,pro negatiua; ſed quod magis mi-
randum eſt,Rota ipſa ſuper talibus quæſtionib.
rotauit,& uariauit,& ſub diuerſis temporibus di
uerſa concluſit,ut infra apparebit,quæ autem ad
ducantur pro parte affirmatiua, & quæ pro nega
tiua,& qui pro una,& qui pro altera teneant,ap
parebunt ex cumularis per Lamber.in 14.arti.6.
quæſt.1.par.fol.210.a ter.& fol.ſeq.in tract.de iu
repatron.uideantur etiam alii per me relati,ſup.
in 3.quæſt.reg.30.de Veriſimili, & ibi num.9.de-
claro,quæ & quales ſint temporales commendæ,
non in fauorem eccleſiarum,ſed perſonarum,quę
quarum ad rem noſtram attinet,ſequuntur na-
turam perpetuarum commẽdarum,ſeu ad uitã,
& in præallega.3.quæſt.nu.2.concluſi communẽ
opin.docto.inſupra adducto.c.nemo deinceps.eſ
ſe commendam non in fauorem, & commodum
eccleſiarum,eſſe titulum canonicum , commen-
dasque noſtri temporis,pręſertim ex clauſulis in
illis apponi ſolitis,parum,uel nihil diſtare, ab a-
liis prouiſionibus. pro præmiſſis etiam uideatur
Ioann.Fran.Paui.olim Rotæ Auditor,in ſuo tra-
cta.de offi.& poteſt.c.ſede uacante.in 3.q.2.par.
prin.dum quærit,an capitulum ſede uacan. poſ
ſit beneficia commendare,& illum tractatum di
cit aureum.Fel.in c.in noſtra.corre.37.in fi.de re
ſcr.& etiam Aene.de Falco.in tracta.reſerua.1.q.
princ. ante numerum 2. Videatur etiam conſil.
Steph.Bertran.235.etiam ſi commenda. num.1.
& ſeq.lib.3.iuxta impreſſionem Ioan.Mohilin. &
ibi diſputat,an commẽda ſit canonicus titulus,
5 & quoad quæ,& quid operetur ille titulus.† com
mendam igitur perpetuam,uel temporalem,nõ
in fauorem eccleſiæ,deſcribemus eſſe, collationẽ
Papæ diſpenſatoriam.& dixit Sarnen.in 5.quæſt.
Regulæ,de Triennali.nume.13.quod hodiè com
mendæ perpetuæ inducunt incompatibilitatẽ;
inferendo quod per eas diſpenſatur ad incom-
patibilia, unde iura prohibentia plura beneficia
per eundem retineri poſſe,per has modernas cõ-
mendas tolluntur,ſeu aduerſus ea tacitè diſpen-
ſationes reſultant,uel aliàs eius verba interpreta
ri poſſunt,quòd commendæ perpetuæ inducant
incompatibilitatem,uel inter ſe, uel quo ad alia

beneficia in titulum . declaro in inferioribus , datur
beneficium regulare in commẽdam perpetuam,
clerico ſeculari,deinde eidem conceditur aliud
beneficium in commendam abſque diſpenſatio
ne,iſta beneficia commendata inter ſe incompa
tibilia erunt,uel ponamus quod uni commenda
tur ad uitam beneficium regulare, poſtea datur
in titulum beneficium regulare,de illo beneficio
commendato non facta mentione,iſta beneficia,
uidelicet,unum in commendam perpetuam,al-
terũ in titulũ,erunt incõpatibilia,uel forſan po-
teſt dici,quod deſit negatiua,uidelicet,qđ com-
mendæ non inducant incompatibilitatem.iuxta
deci.Caſſa.32.Paſchaſius,nu.7.ſuper regulis.Cõ
mendatarii,igitur noſtri temporis, ſicut titulares
faciunt fructus ſuos. Præpo.in c.cum aũt.44.diſt.
col.6.& in c.ſiquis.col.pen.58.diſt.Gem. cõſ.18.
pro declaratione.nu. 12.Ro.conſ.350.in caſu.nu.
7 8.verſ.aut ſit commenda in vtilitatem † commẽ
datarii,etiam ſicut titulares poterunt locare poſ
ſeſſiones eccleſiarum,ad plures annos,& ſic in eis
locum habebit.c.ueſtra.de loca.Calde. conſ.8. an
commendatarius.ſub tit. de loca.per tex.in c.re-
latio 21.quæſt. 1.ſupponendo ibi neceſſario , qđ
epiſcopatus Terraconenſis fuiſſet datus in com-
mendam , per Gregorium Papam , cuidam epi-
ſcopatum alterũ iam obtinenti,præceptor meus
D.Philip.Dec. in c.edoceri. in fi.de reſcri.ſic etiã
8 † c.quoniam Abbas.de offi.delega.locum habet
in commendatario. And.Barb.conſil.2. ſapiẽter,
colum.fi.lib.2.ubi quod commẽdatario,ita cau-
ſæ committuntur,ſicut titulario.Deci.in dicto c.
quoniam Abb. nom.4.uerſi.& iſta tertia.Purpu.
9 in l.1.num.274.ff.de offic.eius. ſic & † c. ſtatutũ.
de reſcr.lib.6.in princ.procedit in commendata
riis.And.Sicu.in dicto conſi.2.& Dec.in præalle.
c.quoniam Abbas.Sarnen.in dicto c.ſtatutum.in
10 princ.num.77.in 9.amplia.Et ſicut † promoue-
ri tenetur infra annum obtinens curatum.c.licet
canon.uer.& infra annum.& c.commiſſa.de ele-
ctio.lib.6.Mil.in repet.in uerſ.curatum beneficiũ
obtinens tenetur. Barthol.Caſſan.conſi.29.ſtan-
te prouiſione. Staph.ſuper ſigna.in 4.princ. mo-
11 do uacationis.fol.71.à ter.ita etiam † commen-
datarius. cle. ne in agro.§.cæterum. ibi infra an-
num computandum à tempore collationis, &
commisſionis. & ante dixerat,conferri nequeat,
aut committi,& per commisſionem interpreta-
tio facienda ſit de commenda,& ita etiam inter-
pretari poteſt dictum. c. licet canon. ibi eccleſia
ſibi cõmiſſa ſit priuatus,ut ẽt comprehendat cõ
mendatam,prout per D.Pet.Rebuf.in præall.tra-
cta.de pac. poſſeſ.nu.42.uer.& ſicut tenetur in-
fra annum.ex præmiſſis patet,quòd iura de titu
12 lariis loquentia,in † commendatariis perpetuis
locum habent,prout etiam in cle.ſi.iun.ibi trad.
per Imol.in 1.q.nume.6.de procur.Rot.243.no.
quod ubi beneficium , in anti.& 1.de præbend.
Biſigne.in antiquio.& licet aliqua iura,& doctri.
ſupra adductæ loquantur de commenda tem-

O 2 porali,

porali, ex identitate, uel maioritate rationis, ui-
dentur applicari poſſe ad cômendas perpetuas,
ſeu ad temporales in fauorem eccleſiarum, pro
hac opinion. affirmatiua quoad effectum regu-
larum, tenuerunt R. D. de Rota ſuper regula, de
13 † infirmis, uoluerunt.n.illam in commendis lo-
cum habere. Caſſa.dec.32. ſuper regulis incipiē.
Paſcaſius de Rot.& in fi.dicit, ita iudicatū Sarn.
ſuper dicta regula, de infirm.q.13.& licet hodie
non ſit locus tali diſputationi, ex quo regula mo
derna, de infir.ad omne penitus dubium tollen-
dum, habet illa uerba, aut illius commendæ ceſ-
ſerit, prudenter appoſita, tamen regula antiqua
illa non habebat, & tamen iudicatum fuit, ut mo
do dixi, regulam illam etiam in commendis lo-
14 cum ſibi uendicare, † regula etiam de idiomate,
ut Rota concluſit, in commendis locum habet,
Caſſado, in præalleg.dec.32.col.5.uerſic.item, de
regula 19. de idiomate. Sarnen.quæſt.5.ſuper ea-
dem regula, de idiomate.& ita etiam concluſum
fuit die 15. Ianuarii. 1543. in una Caurien. parro-
chialis, de Carceres, coram bo.me. Mareſcotto, &
eadem die in alia Maioricen. contra Epiſcopum
Parentin. coram bo.me. Io. Paulo Ptolomæo. regu
la etiam de Annali, & Triennali in commendis
procedit, Sarnenſ. ſuper regula, de Annali.quæſt.
26.& latiſſimè ſuper illa de Triennali.deciſi.5. &
etiam illa de Publicanen. prout ſuper illa Sarnen.
quæſt. 4. & iſta opinio ſeruatur etiam in Gallia,
prout teſtatur Rebuf. de Paci.poſſeſ.num. 36.uer
ſic. nam commenda cenſetur canonicus titulus,
& in propriis terminis huius regulæ, Caſſad.præ-
allega.deciſ.32.ſuper regulis. colum.5. circa me-
dium.uerſic.ita dicebatur, de regula 30. de imp,
beneficium, &c. latius per eundem Caſſad, dec.
37. ſuper hac regula.& dec.5.nu.8.de priui. Sarn.
in 13.quæſt. regulæ, de infir.nu.8.uerſ. ſecundo ꝓ
hac parte.& idē Sarnē. ſuper hac regula.q.6. Pro
opinione uero negatiua quo ad regulas, R.D. de
Rota concluſerunt, prout teſtatur Sarn.in præal-
lega.quæſt.13.de infirm.nu.4.& ſuper hac regu-
la. quæſtio.5.num.3.& 4. Ego ex iis, quæ in Rota
ſeruari vidi, & collatis, & penſatis opinionibus,
& reſolutionibus, de quibus ſupra, puto opin.
affirmatiuam, a Rota magis hodie amplecti, &
ſic moderno tempore, præſertim propter clauſu-
las in commendis perpetuis, ſeu ad tempus in
fauorem perſonarum apponi ſolitas, obtinet iſta
opinio affirmatiua. Antiquitus uero contraria
opin.& ſic negatiua obtinebat. pro præmiſſo au-
tem quæſito, ad effectum noſtræ regulæ ultra a-
lia ab aliis pro opinio.negatiua adducta, & pon
derata, aliqua in medium afferam. Et primo ar-
guendo ab extrauagantibus ad regulas cancella-
15 tiæ, habemus quod † extrauagans, iniunctè. de e-
lectio. non habet locum in eccleſiis cômendatis.
Old.conſi.179. quæritur utrum extrauagans. Caſ
ſad.præall.deciſ.32.ſuper regulis, poſt nu.4. uerſ.
tertio, de hoc eſt optimum. Sarn.ſuper regula ad
infir.quæſt.13.num.6.& ita concluſum fuit in Ro

ta. ſub die 9.& 11. Octobris. 1532. contra Sarnē.
pro Matthæo Sartorio Archipresbytero. S. Seue-
rinæ, contra R. D. Archinium olim urbis Vica-
rium. Secundo, arguendo ab uſu patrisfamilias,
ad.l.qui ſemiſſis. §.ſi.ff.de uſu.l. hæredes palam,
§.ſed & ſi notam.ff.de teſta.l.uel uniuerſorum.ff.
de pigno.actio, uidemus, quòd quando ſummus
noſter Pontifex uoluit regulam aliquam com-
16 prehendere † commendas, ſeu uacationes per
ceſſationes commendarum, id clarè, & propriis
uerbis expreſſit, prout in illa de infirmis, ibi aut
illius commendæ ceſſerit, ita uerisimiliter feciſ-
ſet hic, ſi de commendis, ſeu earum ceſſationib.
ſenſiſſet. Tertio, uerba regulæ noſtræ non conue-
niunt commendæ, & inter alia uideantur illa in
§.par. ibi ad alterius Cardinalis collationem, uel
aliam diſpoſitionem &c.& poſtea ibi, ſed benefi-
cia huiuſmodi ad collationem, & quamuis aliā
diſpoſitionem Cardinalis ordinarii collatoris, ut
præfertur libere ſpectare cenſeantur, beneficia
uacantia per ceſſationem commendæ perpetuæ,
ceſſante etiam reſeruatione, per continuam fa-
miliaritatem, de qua in dicta §.par. remanent af
fecta per manus Papæ appoſitionem, ergo neq;
ad diſpoſitionem ordinariorum, neque aliorum
quam ipſiuſmet Papę ſpectare poſſunt, uerba er-
go regulæ commendis aptari non poſſunt. Et
17 quod † commendata beneficia dicantur affecta,
& alius, a Papa cômendis ceſſantibus, de benefi-
ciis huiuſmodi diſponere non poſſit, concludit
Lud. Rom.conſil.350.in caſu propoſitæ conſulta-
tionis.nu.11.& ſeq.uer.cęterum, & poſito. Mil.in
reper.in uer.beneficium uacans reſeruatum. fol.
21.col.1.& 2.& aduertendum, quòd, in prin.defi
cit dictio, non, ante uerbum expirat, alioquin tô
q̃ ſubdit eſſet côtraria poſitioni, & poſt plura. an
te fi.dicit, quòd & ſi beneficium commendatum
nunq̃ fuiſſet reſeruatum, tamen ex quo Papa ma-
num appoſuit, illud cômendando, non poteſt or
dinarius de illo ſe intromittere, antequam Papa
perfecte prouideat, argumento.c.ut noſtrum, de
appel.idem etiam concludit Paui.de offi.& pot.
capi.ſede uacan. in 3.q.2.par.princ. poſt nu. 11.
uerſic. ſed aduerte, quod licet beneficium com-
mendatum nunquam fuiſſet reſeruatum, tamen
ex quo Papa appoſuit in eo manum illud com-
mēdando, non poteſt inferior de illo ſe intromit-
tere &c. Aene. de Falco. in tract. reſer. in 3.q. prin.
fol.14.uerſ. aduerte diligentiſſimè, quia uidi de-
terminatum in Rota per tres conformes ſenten-
tias, quod beneficia commendata ad uitam, nul
lus dat, nec de ipſis diſponit, niſi Papa, &c. Bert.
in præalleg. conſi.235. etiam ſi commenda. lib.3.
nu.5.uerſ. quia ex quo Papa in eo manum appo-
ſuit, &c. Caſſa. Dec.5. commendauerat. nu.7.de
priuileg.& dec.32. Paſcaſius, nu.5. ſuper regulis.
ac dec.4. mentalis reſeruatio, col.5. uerſ. & idem
eſt quoad hoc. in aliis ſpeciebus reſeruationum.
& ita concluſum fuiſſe in Rota in Valentin. par-
rochialis de Pego teſtatur Sarnenſ. quæſtio. 13.
de infir.

de inſtr. poſt nume. 4. Rebuf. in ſua praxi. ſub tit. de commenda. num. 59. pag. 210. ubi quòd docto res tenent poſt finitam commendam, ordinariũ prouidere non poſſe, quod tamen dicit hodie in Gallia non ſeruari, quia ibi reſeruationes & affectiones non ſeruantur. Verum quia præmiſſa requirunt altiorem, & longiorem diſcusſionem, quoad terminos noſtros nunc nihil firmo. Deuenio igitur ad. 4. fundamentum, quod erit regulã hanc eſſe exorbitantem, ab omni iure, & forſan ambitioſam, & odio plenam, ut probaui ſupra. in 1. q. merito eam omnino reſtringere debemus, ad c. odia. de reg. iur. lib. 6. cum uulga. ut etiam quatenus ſimus in dubio, concludendum ſit beneficia commendata quomodocunque ſub ea non comprehendi, præſertim concurrente declaratione cancellariæ, quæ talia beneficia etiam perpetuo commendata, non ſupponit vacare uerè, & propriè, unde nunquam dat literas per obitum commendatarii, ſed ceſſante commenda.

SVMMARIVM.

1 *Impetrans beneficium uacans ipſo iure per priuationem familiaris Cardinalis, an teneatur ſeruare contenta, in hac regula.*

2 *Papatu per obitum uacante electio hodie ad Cardinales ſpectat.*

3 *Moiſes Ioſue in ſucceſſorem ſibi elegit.*

Regem aſſumi per ſucceſſionem magis expedit, quàm per electionem.

4 *Papa ſucceſſorem ſibi eligere non poteſt.*

5 *Papa eligebatur ab uniuerſitate eccleſiaſtici ordinis ſiue, a, concilio.*

6 *Imperator Papam inſtituebat, ſeu electioni conſentiebat.*

7 *Imperatoris nullus conſenſus, in electione Papæ requiritur.*

8 *Cardinales præſentes expectatis abſentibus decem diebus ſoli eligunt Papam.*

9 *Concilio licet Papam deponere in illis caſibus in quibus accuſari poteſt.*

10 *Electionem Papæ, non ad concilium, ſed ad Cardinales hodie ſpectare etiam in caſu ceſſionis, ſeu priuationis.*

11 *Teſtes familiares, non recipiuntur.*

12 *Familiares Cardinales epiſcopi, uel ſimilium, a teſtimonio non repelli.*

13 *Beneficium uacare, ubi quis priuatur.*

14 *Priuationis locum attendi, non autem, ubi ſit perſona, quę priuatur.*

1 OCtauo quæro † an impetrans beneficium uacans ipſo iure, per priuationem familiaris Cardinalis, teneatur ſeruare contenta in hac regula? gloſſ. hic col. 1. uerſi. ex quo ſequitur quod ſi familiaris facit aliquod delictum &c. concludit pro parte negatiua. And. Barb. conſi. 82. lib. 4. ad partes dubium præmiſſum diſputat, plura adducens, quæ non ſubſiſtunt: tandem pro parte negatiua concludit, cum eo tranſit Do. Pet. Rebuff. ſuper concord. de reg. ad præla. nomi. faci. §. 1. in uer. obitum. uer. item ſi epiſcopus. pag. 153. Sarnen. hic fundamenta Barb. pro opin. negatiua ad tria reducit, & quartum poſtea ipſe ſubdit, pro eadem negatiua concludens. primum fundamẽtum Barba. & per Sarnen. relatum. de text. in clẽ. ne Rom. §. irritum. uer. eo tamen prouiſo. de elec. parum ſtringit, dum. n. ambo uolunt tex. illũ procedere non ſolum in morte naturali, ſed & ciuili, & ſic etiam in priuatione, ex quo lex ulterius proceſſit, extendendo diſpoſitionem per uerba, uel aliàs deficere quouis modo, ipſi per hoc non probant, quòd tex. ille abſque illa additione, expreſſa tantum morte, etiam mortem ciuilem, & ſic priuationem, & alia impedimenta non comprehendiſſet, Immò glo. ibi, in uerſic. quouis modo. in fi. ultra caſum ibi expreſſum de defectu, & ſic extra terminos clauſulæ ibi expreſſę, & eorum quæ ſub clauſula comprehendi potuiſſent, extendit etiã ad abſentiam, & uoluntatem. Accedit, quòd arguendo ab una parte conſtitutionis, ad alteram, ad l. qui filiabus. ff. de legat. 1. l. cum proponebatur ff. de legat. 2. patet, quòd dictum fundamentum non ſubſiſtit, in uerſic. enim ſanè cum iuxta tex. immediate ſequen. loquitur de morte Papæ, ultra non addendo, nec clauſulam illam generalem, uel quouis modo, uel ſimilem apponendo, & tamen glo. ibi in uer. moriente, exponit, uel cedẽtes cum qua Docto. ibi tranſeunt. Secundum fundamentum per eoſdem adductum facile ſubuer-
2 titur, ſeu debilitatur: argumẽt. n. ſic † Papatu uacãte per obitum, ex iurium diſpoſitione, electio hodie ſpectat ad Cardinales, adduco tex. in c. in nomine domini. uer. nouit beatitudo, ibi, ut obeunte huius Romanæ eccleſiæ uniuerſalis Pontifice, imprimis Cardinales &c. 23. diſtinc. c. licet de uitanda. de elect. c. ubi periculum. eo. lib. 6. præallegata cle. ne Romani. eo. Papa priuato, ſeu depoſito nõ ad Cardinales, ſed ad concilium electio pertinet. caſus ergo uacationis per priuationem, non comprehenditur ſub diſpoſitione de obitu loquente. ego nego minorem, & pro his qui iuris canonici, & conciliorum inexpertes ſunt, ut medullitus penetrare poſſint uim talium argumentorum, & materiæ quę ſe ſe nunc offert, & pro facilliori cognitione infradicendorum, præmitto quòd iura de electione ſummi Pontificis ſucceſſiuis temporibus uariarunt, uariaque diſpoſuerunt. In teſtamento enim ueteri uidemus Moiſen, qui perſonam Chriſti gerebat, ſeu Chriſtum, uel Papam præfigurabat. cap. inter hæc. uerſicu. Moiſes ergo gerit perſonam Chriſti. de peniten. diſtinctio. 3. Et de quo ſcribitur Eccleſiaſtici. 45. Dile-
3 ctus Deo, & hominibus Moiſes Ioſue in † ſucceſſorem elegiſſe, ex præcepto Dei dicentis ſibi, tolle Ioſue, & pone manum tuam ſuper eum &c. Numeri 27. & c. Moiſes amicus. 8. quæſt. 1. Eccleſiaſtici, ca. 46. Fortis in bello Ieſus Naue ſucceſſor Moiſi,

Intellige tu, quòd idem ſit Ieſus Naue, qui Ioſue.
In teſtamento nouo Chriſtus ipſe ſibi Petrum in
ſucceſſorem, & in ſummũ Pontificem elegit. Lu-
cæ. 22. & Ioan. cap. fina. cap. in nouo teſtamento.
in princ. 21. diſtinct. c. ſacroſancta 22. diſtinct. c.
ſolita. de maio. & obed. cum infinitis ſimi. Sic &
Petrus ſucceſſorem ſibi Clementem elegit, cap. ſi
Petrus. & c. ſequen. 8. quæſt. 1. Videmus etiam re-
ges & principes per ſucceſsionẽ aſſumi, & omiſ-
ſa omni diſputatione, conſuetudo id quaſi indif-
ferenter ſeruat, pro qua facit tex. iun. gl. 1. in cap.
denique. 7. quæſt. 1. cap. licet. & ibi doct. de uoto.
Bal. & Alua. in c. 1. de feu. marc. & pro dicta con-
ſuetudine rationes quatuor adduci poſſunt. pri-
ma quia rex ſeu princeps prętuidens filium, nepo
tem, uel alium prædilectum in regno ſucceſſurũ,
diligentius illum inſtruit, regnumque maiori cu-
ra, & amore conſeruat, argum. tex. in l. ſcripto. in
fi. ff. unde li. & l. ſi pactum. in fi. ff. de proba. quam
ſi extraneus ſibi fortè incognitus, uel odioſus eli-
gẽdus ſucceſſurus ſit. Altera eſt, quòd ubi regnũ
ſucceſsione transfertur, tunc pronior ſubiectorũ
obedientia ſequitur, ſubditi enim facile dirigun-
tur ad obedientiam præſtandam filio, uel nepoti
regis, uel alio prædefuncto coniuncto. Tertia ra-
tio adducitur, quòd ex electione principis a uo-
luntate plurium pendente, inter quos naturalis
ineſt ad diſſentiendum facilitas, & eligentium iu
dicium fauore, odio, præmio, pollicitationib. per
uerti poteſt, argum tex. in c. quatuor modis. 11.
quæſtio. 3. cap. 1. poſt princip. de re iudic. l. 6. ita
ut malus princeps ſicut bonus eligi poſsit. Quar-
ta erit, quòd quando per ſucceſsionem transfer-
tur regnum, mortuo rege immediate rex nouus
ſuccedit, & ad regnum, illiuſque adminiſtrationẽ
exercendam admittitur, alioquin ſi regnum a fu-
tura pendeat electione, ſæpè reſp. principe ac de
fenſore ſuo uiduata, in pluribus detrimentum pa
titur, quod populis pernitioſiſsimum eſt iuxta il
lud Oſeæ c. 3. Dies multos ſedebunt filii Iſdrael ſi
ne rege & ſine prin. Miſſas facio lites & contentio
nes longas, & plerunque ſanguinolentas accide-
re ſolitas, dum electiones huiuſmodi tractantur,
dum electores diſſentiunt, & pugnant, dumque
electi duo, alter alterum excludere tentat, alterq;
alteri eiſdemque adhærentes, illorumque fauores
inſidias parant, pluraque alia prætereo, quæ non
ſolum circa tpales electiones, uerũ & circa eccle-
ſiaſticas, et inter perſonas religioſas indies cõti-
gerũt, & ego aliquas uidi, innumeraſq; legi & au
diui: quo fit ut exemplo ſucceſsionis in regno, ſeu
principatu, ita admitti debeat ſucceſsio in Papa
tu, & ſi in temporalibus, uel ſecularibus, & pro-
phanis præmiſſa & alia incommoda, caſus ſini-
ſtri, effectuſque pernitioſi cõſiderabiles ſunt, mul
to magis in ſpiritualibus præſertim in ſummo Põ
tificatu, ubi maius uerſatur periculum, uulga. ca.
ubi periculum. de elect. lib. 6. Breuiter quantum
ad Papatum attinet, contrarium eſt concluden-
dum, quòd immo ſucceſsio in illo reprobatur,

nec illud exemplum Petri de quo in c. ſi Petrus. &
ſeq. 8. q. 1. ſtringit: immo in contrarium retorque
tur, ut. n. declarat gl. mag. in d. c. ſi Petrus. Clemẽs
timens exemplum fore pernirioſum, ut quis ſibi
ſucceſſorem eligeret, Papatui renũtiauit, ſuffecto
Lino, poſtea Cleto, tandem ipſe Cle. denuo eligi
tur, & ſic Cle. iuxtà unam computationem, fuit
ſecũdus, iuxta alterã quartus. Omiſſa diſputatio
ne, an quoad imperium, regnum, & principatum
detur hodie ſucceſsio, quia longa opus eſſet di-
ſcuſsione & diſtinctione, quantum ad rem noſtrã
4 attinet, uidelicet, ꝙ non liceat Papæ † ſucceſſorẽ
ſibi eligere. hodie a nullo ambigitur, eſt pulchra
gl. in c. apoſt. in fi. 8. q. 1. Feli. in c. 1. de conſtit. col.
7. uer. & hinc eſt, ꝙ Bar. & iſta eſt communis opi.
prout per Abb. in c. accepimus. de pac. Et com-
munem affirmat Lamber. in trac. iuriſpa. fol. 213.
ar. 21. nu. 3. Rationem adducit Vmbertin. in iudi.
inquiſi. in uer. Papa. nu. 5. quia electio refertur ad
tempus in quo non eſt futurus Papa, unde quem
admodum tunc non poſſet, ita nec nunc: paria. n.
ſunt aliquid gerere tempore inhabili, & non gere
re. ut in l. quod ſponſæ. C. de dona. ante nupt. c.
de uxore, cum ibi not. de ſepul. Succeſsiue habe-
mus electiones huiuſmodi factas a clero & popu
lo Romano, uidelicet, clero eligente, & populo
Rom. approbante. d. c. in nomine domini. 23. diſ.
ibi, ſicque reliquus clerus & populus &c. & poſtea
ner. quod ſi prauorum. ibi clericis, catholiciſque
5 laicis. iura diſponunt † Papam eligi ab uniuerſita
te eccleſiaſtici ordinis, ſeu a concilio. c. ſi duo, ibi
uniuerſitatis conſenſus, & c. ſi tranſitus, ibi, totius
in unum cõuenit eccleſiaſtici ordinis electio. 79.
diſt. Deinde Cardinales ſummum Pontificem eli
gebant. præalle. c. in nomine domini. 23. diſt. ibi,
ne obeunte Ro. eccle. uniuerſalis Pontifice in pri-
mis Cardinales &c. Verum ad quatuor aduerten-
dum eſt, primo quia nemo negat quin ad Cardi
nales ſpectauerit, & ſpectet electio Papæ, ſed mul
ti limitant uacante ſede per obitum, & nõ aliàs,
& iſta uidetur eſſe mens Barba. & Sarnen. prout
ſupra numero ſecundo. ueritatem huius articuli
infra tangam. Secundò tex. in dicto capitulo. in
nomine domini. diſtinguit inter Cardinales epi-
ſcopos, & Cardinales non epiſcopos, ad illos
n. ſolos tractatũ ſpectare dicit, nec mirum, quia
Cardinales epiſcopi præſtantiores uidentur, tum
quia poſt Papam aliis præcedunt, tum propter
eccleſias quibus præſunt, prout in prouinciali.
in princip. hodie differentiæ huiuſmodi in ele-
ctione Papæ, nec de iure, nec de conſuetudine, ſer
uantur. Tertio, cap. prædictum, in nomine domi
ni, ibi mox Chriſti clericos Cardinales adhibeãt,
ſicque reliquus clerus, & populus ad conſenſum
nouę electionis accedãt, uidetur diſponere, quòd
etiam conſenſus aliorum, quàm Cardinalium re
quiratur, in huiuſmodi electione, hoc ſublatum
eſt, facta enim electione, nec clerici, nec populi
conſenſus aliquis expectatur. Quarto in dicto ca.
in nomine domini, circa medium, reſeruari man-
datur

6 datur honor,& reuerentia Henrico † regi,& futu-
ris aliquibus imperatoribus ſucceſſoribus,in ele
ctione Papæ,ſiue per uiam inſtitutionis,ſiue alte
rius conſenſus,uel approbationis, ſeu confirma-
tionis,facit text. in cap.cum longè.§.electiones
quoque,ſummorum pontificum. & cap. uota. §.
principibus uero,& in verſ. repreſentabatur. aſsi
gnatur ratio quare electio principibus repreſen-
tabatur.&c. Adrianus.2.& c.ſequen.63. diſtinct.
ſed ſiue dicamus illa priuilegia fuiſſe perſonalia,
& ideo ad imperatores ſucceſſores non tranſiuiſ-
ſe,ſiue reuocata fuiſſe, ſeu imperatores ipſi, uel
reges renũciauerint talibus priuilegiis,uel quòd
priuilegia fuerint per ſummos Pontifices ex cau
ſa reuocata,uel quòd propter non uſum,ſeu pro-
pter contrarium uſum, & præſcriptam laudabi-
7 lem conſuetudinem, † euanuerint, Imperatoris
nullus conſenſus in electione ſummi Pontificis re
quiritur,ſiue illiuſq; oratoribus, ſiue legatis fit.
c.cum Adrianus.c.ego Ludouicus, & c. ſacrorũ.
§. ex his conſtitutionibus.63.diſtin.hodie autem
8 †Cardinales præſentes mortuo Papa, expectatis
abſentibus decem diebus,ſeruata forma, de qua
in c.ubi periculum.uerſic.hoc ſacro concilio, de
electio.lib.6.quod factum fuit per concilium ge
nerale Lugdunenſe, regnante Gregorio Decimo,
ſoli eligunt,nec alios requirere,admittere, vel ex
pectare debent.Bald. in marga.in uer. electio Pa
pæ,de conſuetudine,Nic.Boe.dec.35.nume.7. &
per totam dec. ſimile de Senatoribus, qui non-
nullos ſoli eligebant,ut colligitur ex uerbis Mar-
ci Tullii in Vatinium. Ne hęc quidem Senatui
relinquebas, quæ nemo unquam ademit, ut le-
gati ex eius ordinis authoritate legerentur. cum
iis quæ ſequuntur: Quæ etiam habes apud Gui.
Bud.ſuper l.fin.ff. de Senato.uerſic. uerum enim-
uero,quædam more maiorum a Senatu, non etiã
a populo conſtituebantur. Dubium non modi-
cum remanet vacante Papatu non per obitum
de quo ſupra,ſed per priuationem,uel depoſitio
nem, ad quos ſpectet electio. And.Barb.& Sarn.
ubi ſupra uidentur ex forma eorum argumenti
concludere, quòd ad concilium, non autem ad
Cardinales:ſi enim iura dant facultatem eligen-
di Cardinalibus, quando Papatus per obitum
uacat,ſi non uacat per obitum,ſed per priuatio-
nem,iſte erit caſus omiſſus,& ſic remanebit in di
ſpoſitione iuris communis,argumento.text.in l.
commodiſsime.ff.de libe.& poſthum.l.ſi cum do
tem.in princ.ff.ſoluto matrimo.cum vulga. ergo
pertinebit electio ad concilium, prout per Abb.
in c.licet.in ultim. nota. de electio.corroboro ar-
9 gumentum huiuſmodi,nam ſi † concilio licet Pa
pam in illis caſibus,in quibus accuſari poteſt,de
ponere.glo.in c.Anaſtaſius.in uer. conſilio,& ibi
Domini. num. 3. 19.diſtinc.Archid.17.diſtin.§.
hinc etiam Archid.Ioan.And.& Domini. in c.in
fidei.num.4.hære.lib.6.pulchrè per Card.conſil.
151.in quæſtio. duorum Pontificum de Papatu
contendentium. Dec. conſil. 151.maximi pon-
deris. numero 12. Do. Petr. Rebuf. in prohem.
concord.in uer.concilium,eadem igitur ratione,
uel maiori licere debet concilio,vacante Papatu
per priuationem,nouum Papam eligere, præſer-
tim ad circuitum euitandum,iuxta cle. auditor.
de reſcr.lib.6.& quòd ad concilium electio ſpe-
ctet, facit tex.in c.ſi dno,ibi uniuerſitatis conſen
ſus,& c.tranſitus.ibi ſiquidem totius in vnũ con
uenerit eccleſiaſtici ordinis electio.79.diſtinct.&
cum iura noua, de electione Papæ per Cardina-
les, loquantur in uacatione per obitum,iura an-
tiqua in aliis modis uacationum incorrecta re-
manere debent,& ſic extra caſum uacationis p
obitum,concilium eliget. Breuiter ſalua ſemper
meliori ſententia cuiuslibet,& in hoc,& in omni
bus ſubmittens me ueris opinionibus, quas ca-
tholica eccleſia tenet, crederem hodie etiam in
caſu reſignationis, ſeu ceſsionis, & priuationis
10 †Papæ,electionem ad Cardinales, nõ autem ad
concilium ſpectare.glo. in clem.ne Romani.§.ſa
nè.cum iuxta. in uer.moriente, quæ extendit ad
cedentem, & cum ea alii tranſeunt, & quod in
omni caſu tam per ceſsionem, quàm etiam per
depoſitionem, ad Cardinales duntaxat electio
ſpectet,concludit Abb.in 1. quæſt. incipien. epi-
ſcopus,& quidam rector. in 5.dub.col.fi.uerſ.ad
ſolutionem omiſsis argumentis,& poſtea reſpon
det ad contraria,& ad eum ſe remittit Feli. in c.
ad petitionem.in 1.no.in fi.de accuſa.Nec etiam
ob. tradita per Abb. in c. licet.in vlt.not.de ele-
ctio. per Sarnen. hic pro ſuo argumento addu-
ctum, tum quia ibi nihil concludit, ſed dicit,
quod fuit obiectum per concilium, & quòd
concilium pro illa vice in Cardinales remi-
ſit. Inſuper habemus text. in capitu. cum dile-
ctus. de purga. cano. ubi facta priuatione be-
neficij per ſententiam iudicis, ius eligendi de-
uoluitur ad illos ad quos de iure aliàs ſpectat ele
ctio,ita in caſu noſtro,cum de iure nouo, & uſu
& conſuetudine electio ſpectet ad Cardinales, in
quolibet caſu eligere debent, & eædem rationes
quæ militant,quòd eligere debeant vacante Pa-
patu per obitum, militant etiam ſi uacet per pri
uationem. Concederem bene,quòd ſi ſciſma eſ-
ſet, quia duo tenerẽt cathedram Petri,& Cardi-
nales inter ſe eſſent diuiſi, ex quo vna pars vni
adhæreret, & pro eo certaret, altera pro altero,
tunc propter ſcandala, quæ oriri poſſent, & ne
ſtatus uniuerſalis eccleſię turbaretur, poſſet con-
cilium ſe intromittere,eligendo uel aliter proui-
dẽdo. Ex præmiſsis patet,quòd ſecundũ motiuũ
Barba. & Sarnen.debile redditur. Tertium eorũ-
dẽ fundamentũ,eſt arguendo a coniecturata mẽ
te conſtituentis, non putauit Papa in domibus
Cardinalium commorari uiros flagitioſos, ac pri
uatione dignos,imo familiares Cardinalium pſũ
mũtur honeſti, & ꝓbi,ꝙ ita ꝓbant, licet de iure
11 †teſtes familiares nõ recipiãtur.l. penul.ff.de te-
ſti.l.3.C.eo.c.in literis extra.eo.Spec.in tit.de te-
ſte.§.1.uerſ.itẽ excipitur qđ eſt domeſticus. Alex.

conſi.91.nom.8.uol.4. Dec.conſ.193.uiſo proceſſu
12 poſt nu.3. Quando tamen ſint † familiares alicuius Cardinalis, ſeu epiſcopi, uel ſimilium a teſtimonio non repelluntur, ex quo præſumantur perſonæ honeſtæ, & probatæ uitæ: adducitur Inno. in c.in literis, de teſt. qui nihil facit, immo potius contra. dicit enim quod iudex attendere debet, an familiares ſint honeſti. & tunc admittat, ſecus ſi honeſti nõ ſint, ſi igitur iudex aduertere debet, ergo ſola præſumptio non ſufficit, ſed dato qđ ſufficeret ad Bald.in l.2.C.de teſti.qui ex mentẽ Innoc.dicit quòd familiares epiſcopi, abbatis, uel alicuius nobilis domini, recipiuntur in teſtes quia præſumuntur diſcreti, & bonæ opinionis, & Roma.conſi.7.viſis neceſſariis. poſt num.4.uerſi. utrum tamen eſt & conſi.420.in propoſita, nu.4. & ſeq. And. Barb. conſi.3. clementiſsimi, col.12. num.18.& ſeq. uerſic. ita dicamus lib.2. Rui. conſil.92. præmittendum. num.3. lib.1. Hipp de Marſil.in l.1.§.ad quæſtionem. col.1. in 2.limita.ff.de quæſt. Saly.in alleg.l.2.C. de teſti. & ibi inuenies copioſiſsimam additionem. Præfati docto. & Felin.in dicto.c.in literis.in 2.fallen.num.4.non dicunt, quod magis Cardinales quàm alii præſumãtur domeſticos probos retinere, ſed hoc etiam cõceſſo, quis neſcit inter oues bonas plures infectas reperiri? inter illasque bonas plures lupos, utinam ſecus eſſet, ſed hæc nihil ad rem, quia priuilegium, de quo in regula non reſpicit utilitatẽ, ſeu commodum, uel fauorem familiarium, imò potius contrarium, cum quædam ſeruitus eorũ beneficiis imponatur, uerũ in iis, quę leuia ſunt, in quarto ipſius Sarnenſ. fundamento vlterius immorandum non eſt. illud enim ſimiliter parui immo nullius momenti eſt. cum quaſi ad idem tendat, & diuinet, imò nihil concludit, aut enim D. Cardinales erunt tales, quales eſſe debent, & præſumuntur, & non mouebuntur ad ſuſcipiendos probos familiares ratione huius priuilegii, ſed uirtutis amore, & ex bona eorum mẽte, & natura, aut propter commodum huius priuilegii, ut Sarnen. uult, ad id inuitabuntur, & tunc etiam allici poſſent ad defendenda, & occultanda familiarium crimina. Ratio concludens, & firma partis negatiuæ noſtri quæſiti eſt, quia regula eſt exorbitans odioſa, & forſan ambitioſa, ut ſupra. in 1.quæſt. latè oſtendo, & propterea uacationis obitus appellatione, nulla penitus alia uenit, & huic opin. negatiuæ, quæ tenenda eſt, inſeruiũt ponderationes per me factæ ſupra. quæſt.5.nu.4. & ſeq. quæ hic non repeto. Ad unum aduertant iuniores ne ex ultimis uerbis Sarnenſ. in præalle. quæſtio.7. in errorem incidant, poſtquam enim ipſe uerſicu. & prædicta omnia, firmauit benefi-
13 cia ibi † uacare, ubi quis priuatur. per Rot. 86. no. quod ubi quis priuatur. in anti. & per Ioan. Franciſc. Pau. in tracta. de offic. poteſt. cap. ſede uacan. in 7.& ultimo prælud. nume.8. uerſi. quarto per priuationem depoſitionem, &c. pro qua concluſione uideatur omnino Bartol. in l. ſi quis ſub conditione, colum. 1. ante finem. uerſic. in ſecundo uero caſu. ff. de teſta. tute. & ibi Bald. col. 2. in princip uerſi. quid eſt hoc, & circa medium, Franc. in c. præſenti. §. ſané. colum. 1. uerſi. quarto adde, qui tamen aliqualiter ſe inuoluit. de præb. in 6. Aene. de Falco, in tracta reſerua in 3.q. prin. num. 12. uerſ. beneficia uacantia per priuationẽ. fol. 14. à terg. limit. poſtea idem Sarnen. prædicta uera ſi perſona eſt præſens vbi priuatur, ſi enim eſſet alibi cenſerẽtur uacare ibi, ubi eſt perſona, & propterea ſi quis ob non ſolutionem penſionis priuatur in partibus, & ille qui priuatur eſt Romæ, beneficium uacat Romæ, & eſt reſeruatum, non autem uacat in partibus, idem uoluit Paul. in præalleg. tract. in 7. prælu. poſt num. 8. allegat quandam dec. Rotæ. quam iuxta eius numerum non inuenio, credo quod ſentiat de deci. 33. not. quòd ibi beneficium cenſetur uacare. in anti. ubi dicitur, quòd beneficium cẽſetur uacare, ubi eſt facta reſignatio, uel ubi erat, qui tenebat beneficium. primum dictum facere contra limi. Sarn. & pro ſupra adductis. Secundum uero uidetur facere pro eius limi. cum dicat, uel ubi erat qui tenebat beneficium. Archidiac. per Rot. alleg. in c. commiſſa. num. 1. de elect. lib. 6. & in aliis locis, ibi adductus parum facit. Omiſſa longa diſputatione, quæ hic cadere poſſet, contra hanc limita. Sarnen. in indiuiduo concluſit Rota, in una Compoſtellan. canonicatus pro Franciſco Guttierez. Coram bo. me. Epiſcopo Veſtan. ſub die 19. De-
14 cembris. 1155. uoluit enim ſolum attendi † priuationis locum, non autem vbi ſit perſona quæ priuatur, & ſic reſolutum fuit ſtante ſententia priuatoria, lata in Romana curia per Auditorẽ cameræ, beneficium uacaſſe in curia, & conſequẽter reſeruatum eſſe, eſto quòd perſona reperiretur extra curiam, prout Dec. Guidobo. 32. incip. uoluerunt Domini. 19. Decembr. Et in hoc Rotã reſediſſe affirmat, licet ipſe exiſtimaret Paul. ſenſiſſe idem, quod Sarnenſ.

SUMMARIUM.

1 Regula hęc, an ſeruari debeat in ſubrogatione facta per obitum collitigantis familiaris Cardinalis, vel in gratia ſi neutri, vel ſi nulli ius.
2 Subrogationes ſunt ex beneficio iuris, & quodammodo neceſſariæ.
3 Patroni conſenſus requiritur in impetrationibus ex mera gratia.
4 Permutatio neceſſaria valet patrono non vocato.
5 Beneficia in Romana curia litigioſa, an ſint reſeruata, ſeu affecta.
6 Cap. 2. ut lite pend. lib. 6. non magis loqui, de lite in Ro. quàm extra eam.
7 Cap. prædictum collationem ſuſpendit, ſed reſeruationem non inducit.
8 Si neutri, ſuper beneficio uacante per obitum familiaris Cardinalis an nomine, & titulo Cardinalis non expreſſis ſit inualidum.

Mentione

Mentione non facta omnium quę principem retardare potuiſſent ad concedendum, reſcriptum nullum & inualidum redditur.
10 *Fallit in difficultate proueniente ex affectu, uel ex cauſa exorbitanti, odioſa, & minime conſiderabili.*
11 *Regulas de Impetrantibus beneficia uiuentium, & de veriſimili, non habere locum in impetratione gratiæ ſi neutri.*

1 NONO quæro an † regula hæc ſeruari
debeat in ſubrogatione facta per o-
bitum collitigantis familiaris Cardi
nalis, uel in gratia, ſi neutri, uel ſimi
libus impetrationibus? gloſſ. ſuper
regula de Subrogan. colum. penult. uerſicul. item
pondero iſtam regulam in quantum loquitur ge
neraliter de quolibet litigante &c. & hic colum.
penult. poſt princip. uerſicu. item circa iſtam re-
gulam uidi practicari &c. concludit pro opinio.
negatiua: idem concludit Sarnenſ. ſuper dicta re
gula de Subrogan. quæſt. 5. & hic quæſtio. 8. qui
poſt plura pro utraque adducta, concludit pro
negatiua, & melius & clarius loquitur quàm ip
ſe gloſſ. & dicit in Rota olim tentum fuiſſe, & ho-
2 die teneri. Addo quòd cum † ſubrogationes ſint
ex beneficio iuris, & ſic quodammodo neceſſa-
riæ, de illis loquor quæ fiunt in fauorem collitì-
gantis, per rationem cap. ſi. ut li. pendente. lib. 6.
cle. 1. §. Si uero eo. D. Pet Rebuff. in praxi. dum de
ſubrogationibus tractat ante num. 30 pag. 247. ſi
3 cut † patroni conſenſus requiritur in impetra-
tionibus ex mera gratia. capitu. decernimus, 16.
quæſt 9. c. nobis. de iur. patro. Rot. Belleme. 163.
collatio facta. capi. cum Bertoldos. & ibi Abb. &
Fel. col. 3. num. 8. de re iud. Roc. de Cur. in tracta.
iurepatro. in uer. honorificum. nume. 1. & tamen
nõ requiritur in impetrationibus ex cauſa neceſ
4 ſaria, puta in † permutationibus propter neceſ
ſitatem eccleſiarum, poſt Fede. de ſenis in tractat.
permuta. quæſt. 30. cum add. ibi. ibidem poſita,
Rot. 307. permutatio facta, in no. preſertim poſt
numer. 2. uerſicul. uel poteſt reſponderi, uidelicet
quòd c. decernimus. loquatur in collatione uolũ-
taria, ſecus autem in neceſſaria per clem. uni. de
re. permu. Cardi. in repe. c. decernimus. quæſt. 37.
colum. penult. num. 21. Feli. in dicto capite cum
Bertoldus, poſt nume. 15 in fi. 5. lim. qui dicit ita
practicari, de re iudi. Lamber. in tracta. iu. patro.
2. lib. 1. par. 6. quæſt. art. 6. num. 57. fol. 204. uerſic.
aut epiſcopus non fecit talem permutationem
propter neceſſitatem & utilitatem eccleſiæ &c. i-
ta concludere debemus conſenſum Cardinalis
non requiri in ſubrogationibus quodammodo
neceſſariis. Quantum uero attinet ad gratiam ſi
neutri, & ſimiles, ipſe Sarnen. dicta quæſti. 8. poſt
num. 7. uerſ. ex quibus etiam, concludit pro nega
tiua, tum ex iis quæ præmiſit, tum ex iis quæ ſu
bdit. omnia eius fundamenta ad duo reduci poſ
ſe uidentur: primum ſi neutri conceditur ſuper
beneficiis iam litigioſis, ſeu ad effectum futuri
litigii, beneficia litigioſa in curia ſunt reſeruata
ſeu affecta, & ſuper illis conſenſus de quo in re-
gula non requiritur, ergo, ſi neutri, ſub hac regu-
la non comprehenditur. maior probatur ex reſo
lutione Rotæ de qua per Sarnen. hic, poſt nomer.
7. uerſic. ex quibus etiam infertur, quòd iſta regu
la, & ex ipſis uerbis in gratia, ſi neutri, appoſi ſo
litis, uidelicet: ſi per euentum litis huiuſmodi, ti-
bi conſtiterit, neutri ſeu nulli ipſorum litigantiũ
ius competere &c. de quibus per Gemini. conſi.
79. ſuper primo num. 7. Rot. 238. impetrans gra-
tiam ſi neutri; &. 220. ſi manderet Auditori in
princip. in no. Minor probatur per ipſum Sarnẽ.
ubi ſupra ante num. 5. uerſi. iſtis tamen, & nume.
7. uerſic. poſtremo facit ubi per tex. in. c. 2. ut lite
penden. lib. 6. & cle. 1. eo. dicit probari beneficia
5 † in cu. Roma. litigioſa eſſe reſeruata, ſeu affecta,
& conſequenter talis diſpoſitio beneficiorum in
Ro. cu. litigioſorum, ad Papam ſpectans, erit libe
ra, nullius penitus conſenſum requirens. Hæc cõ
cluſio Sarnen. quæ minorem probare uidetur, eſt
magni ponderis, & paſſim occurit, & allegari ſo
let, & ex hac concluſiones aliæ, tum in theoria,
tum in praxi, indies oriuntur, ne autem iunio-
res (ad quorum utilitatem omne meum ſtudiũ
conuerti; me auarum uel potius deſidem, & iner
tem exiſtiment, ſi quid ſuper motiuo prædicto
Sarnenſ. ſententiam ſubticeam) ultra perquiren-
do, inuenio quòd iura per Sarnenſ. adducta, ad
probandum minorem de qua ſupra, eam nullo
modo probant. Imo quod plus eſt, concluſio
prædicta ſaltem indiſtinctè, ſeu generaliter ſum-
6 pta eſt falſa, dictum enim † cap. 2. ut lit penden.
lib. 6. non magis loquitur de lite in Ro cu. quàm
extra eam, unde cum indiſtincte loquatur, indi-
ſtinctè intelligi debet, ad tex. in. l. de pretio. ff. de
publici. & l. 1. §. quod autem. ff. de alea. & ibi glo.
in uer. quod autem. Accedit quòd ratio & mens
illius tex. ita comprobatur in lite extra Ro. cu. ſi-
cut in ea quæ in Rom. cu. pendet, unde generali-
tas rationis operatur quòd lex etiamſi eſſet ſpe-
cialis, generaliter intelligenda ſit. l. cum pater. §.
dulciſſimis. ff. de leg. 2. Roma. conſ. 457. circa pro
poſitam. colum. 1. in princip. dec. conſil. 55. num.
8 & conſil. 299. num. 10. Hinc inferunt generalita
tem rationis prohibitionis alienationis operari
ut prohibitio tranſeat ad hæredes hæredum, quod
non eſſet ratione generali non adiecta. Rui. conſi.
89 caſus iſte, poſt num. 21. lib. 2. Dec. Neapo. cap.
268. in cauſa, colum. 3. numer. 3. & Ripam in. l. fi-
lius fa. §. diui. nume. 108. ff. de leg. 1. inſuper una
conſtitutio alteram declarat. l. ut gradatim. ibi,
ita reſcripto diui Marci continetur, ſecundum
quod &c. ff. de mune. & hono. l. fi. C. qui teſta. face.
poſ. Pariſi. conſil. 157. nobilis nume. 39. uolum. 4.
precedens autem. c. eo titu. loquitur de lite, tam
in curia Roma. quàm extra eam, ergo eodem mo
do intelligi debet immediate ſubſequens lex, niſi
ſi aliud clare diſpoſitum ſit, ſi igitur dictum ca-
pit. 2. procedit tam in cu. Roma. quàm extra, nõ
poteſt

poteſt Sarnen.ſe eo iuuare, tanquam diſponente
ſuper lite in cu. Ro. tantum. Verum dato, & non
conceſſo quòd dictum.c.2.limitaretur procede-
re tantum in lite in Rom.cur. aduertendum eſt
7 quod † c.illud prohibens beneficia litigioſa con
ferri, ſuſpendit ſolum collationem, non autem re
ſeruationem inducit, quia de reſeruatione uer-
bum nullum, imo etiam ſi eſſemus in dubio, cõ
cludendum eſſet reſeruationem non induci, cũ
reſeruationes ſint odioſæ, & a regulis iuris exorbi
tantes. Io. And. & alii in.c.ſtatutum.de præbend.
lib.6. Anchara.conſil.297.efficacibus. in princi.
Belleme.conſil.34.colum. antepenul. præceptor
meus D. Philipp. Dec.in.c.1.num.6.uerſic.& cer
te.de electio.ubi quod deſtruunt totum ius cano
nicum, & Pariſi.conſil.19.numer.5.uolum.4. Nec
etiam concluſio præmiſſa probari poteſt, per cle.
1.ut li.pendent. imo contrarium uidelicet quòd
per litem in Ro.cu.non inducatur reſeruatio, ſeu
affectio, niſi ultra litem concurrat obitus in ipſa
curia, & ſic ſola lis in curia non inducit reſerua-
tionem, ſeu affectionem, prout expreſſe paret,
per uerba, ibi ſi uero extra dictam curiam ad or-
dinarium &c. & ſic lite exiſtente in Rom.cu.ſuc-
cedente obitu extra eam, ad ordinarium ſpectat
prouiſio, idem probatur ex uerbis quæ ſequun-
tur, ibi ſi uero alius ad ordinarium &c. & poſtea
ibi ad quem collatio eius pertineat, futurus de-
clarabit euentus &c. & aduertendum eſt quod
prin. dictæ cle. loquitur quando lis eſt finita per
obitum utriuſque, & ſic beneficium non dicitur
amplius litigioſum, mors enim omnia ſoluit. uer
ba autem ultimo loco ſupra ponderata, ſoluunt
quæſitum illud ad quem pertineat collatio bene
ficii litigioſi, declarantia hoc pendere ex dubio
litis euentu, & ubi ad Papam ſpectat, non eſt
propter litem in Rom.cur. ſed propter obitum
in ea, qui ſolus, & de per ſe inducit reſeruatio-
nem.c.2.& 3.de præben.li.6. Rot.725.not.quòd
beneficia in anti. ex præmiſſis paret, quòd benefi
cii litigioſi in Ro.cur.nulla eſt affectio, nullaque
reſeruatio, & ſic minor de qua ſupra falſa omni
no eſt, & fundamentum totum corruit. dictum
tamen Sarnen.ſeruari poſſet, limitando illud iu-
xta dicta iura quę allegat, uidelicet ultra litem in
Ro.cu.concurrente ibi obitu. eſt uerum quòd ta
le argumentum ſic limitatum, non concluderet
generaliter. Alterum fundamentum Sarnen.eſt
ſubrogatio, ſi neutri, perinde ualere, & ſimiles
gratiæ, ab uſu patrisfamilias, ſeu potius a com-
muni uſu loquendi, qui attendi debet, & qui e-
tiam propriæ ſignificationi uocabuli præfertur
ad l.labeo. ff.de ſuppelle.leg.l.librorum.§.quod
tamen Caſſius. uerſi. nemo enim.ff.de leg.3.cap.
quanquam 2.quæſt.7.c.quamuis.& ibi Abb. de
uer.ſigni.non ſolent uocari impetrationes, & ſim
pliciter ſumptæ differunt ab impetrationibus, &
de ſtylo curiæ, impetratio illa proprie dicitur,
quæ pure & ſimpliciter fit de beneficio, ſi neutri,
perinde ualere, ſubrogatio, & ſimiles, ſunt in ali

quos euentus, & propter aliud, ſeu ſecundum
quid, & acceſſoriæ, ac adminiculatiuæ, ergo re-
gula hæc de impetratione loquens, intelligi de-
bet de primęua & principali tantum, argumen-
to tex.in l.1.ff.de dona.l.3.§.1.ff.de tute.com uul
ga. Amplius ultra Sarnen. pondero quòd regula
hæc loquitur de impetratione per obitum, ſi neu
tri non eſt, nec dici poteſt impetratio per obitũ,
ergo in ſi neutri locum habere non poteſt. Mino-
rem probo ex facie reſcripti ſi neutri, ex quo ap-
paret quòd gratiam illam impetrans, & illius ui
gore procedens, non fundat ſe in obitu, nec obi-
tus vacationem proſequitur, imo dubitat, ſeu du
bitare ſe aſſerit, qualiter beneficium uacet, & in-
certum modum uacationis proſequitur. Cum
igitur qualitas impetrationis per uacationem
per obitum, ab hac conſtitutione requiſita in gra
tia ſi neutri non concurrat, in illa conſtitutio cõ-
probari non poteſt. Bartol.in l.1.§.quod autem
ait prætor.ff.ne quid in flu.publi. Bal.in.l.ſi quan
do.C.unde ui. Dec.conſil.13.& pro tenui colum.
2.poſt princip.uerſic.& pro reſponſione, & conſi.
83 in cauſa accuſationes colum.3.uerſic quinto
reſponderi poteſt. Item regula hæc loquitur de
prouiſione per obitum, præſertim in ult.par.ibi
per obitum dictorum familiarium uacauerint,
tunc in prouiſione huiuſmodi &c gratia ſi neutri
ultra quod non conceditur per obitum, ut pręmi
ſi, non poteſt dici prouiſio, ſed potius mandatũ
de prouidendo, inter quæ magna eſt differentia,
nec unum uenit altero expreſſo. Poſtremo regu
la hęc ſimpliciter loquens, de primo actu, non de
ſecundo intelligenda eſt, l.boues.§ hoc ſermone.
ff.de uer.ſigni.late per Feli.in c.2.nume.3.de tre.
& pace Dec.conſil.169.num.1.& 542.numer.6.
& ad effectum alterius regulæ ponderat Sarnen.
in 7.q.regulæ de non iudi.iux.for.ſup.in princip.
ſubdens Rotam tenuiſſe regulam de publican.
habere locum in prima reſignatione dumtaxat,
non in ſecunda. Verum ad unum aduertendum,
ponamus quòd iuxta opin. Sarnen. & meam, con
ſenſus Cardinalis in gratia ſi neutri non requi-
ratur, cum regula noſtra duo uincula impetranti
bus beneficia familiarium Cardinalium adiece-
rit, primum ut nomen & titulus Cardinalis ex-
primatur. Secundum quòd Cardinalis præſentis
conſenſus obtineatur, remoto hoc ſecundo uin-
8 culo, dubitari poteſt † an remaneat primum, &
uidetur affirmatiue reſpondendum, per text.in l.
qui neque ſequuntur.§.ſolutum.ff.de uer.ſign.c.
ex tuarum.de aucto.& uſu pal c.paſtoralis.de pri
ui.cap.2.de fil.presby. Rot.468.extra rotam col.
2.uerſic.& ſic primo, in no. prout etiam dicimus
quod ſeruitutibus duabus appoſitis, una ſublata
altera remanet. l.domus tua ff.de ſerui.urb.præ-
dio.l.ſi per ius.in prin.ff.de aqua plu.arcen. ſequi
tur quod non facta mentione nominis & tituli
Cardinalis, & ſic altero uinculo, ſeu laqueo non
ſublato, gratia ſi neutri corruet. præterea ſemo
ta regula, de iure communi gratia prædicta præ
miſſis

miſſis non expreſſis, ſubreptionis, & nullitatis uirio ſubiacebit. c. ad autes c. cum a deo. c. ſuper literis. & c. poſtulaſti. c. penu. & ubique per omnes præſertim Feli. de reſcrip. capitul. cum teneamur. de præbend. c. ſi motu proprio. eo. lib. 6 & tanto magis ſubreptio in caſu noſtro obſtabit, quia ſi princeps ſciuiſſet, uerisimiliter non conceſſiſſet, uel ſaltem difficilius, unde ſuccedit cō-
9 munis concluſio, quòd † mentione non facta omnium quæ principem retardare potuiſſent ad cōcedendum, reſcriptum nullum, & inualidum reddi tur, docto. in prealle. cap. poſtulaſti. & aliis iuribus proxime adductis. Abb. in c. in noſtra colum. 1. in fi. de reſcrip. & hanc dicit communem Curt. Iun. conſil. 83. præſupponitur in facto. num. 9. ue-
10 tum proxime dicta, ſolui & tolli poſſent † limitando concluſionem prædictam, procedere ſolum quando difficultas retardandi, ſeu remouē di principem a conceſſione, eſt conformis iuri communi, uel ex cauſa iuſta, & debita, ſecus antem de difficultate quæ proueniret ex affectu, uel ex alia cauſa exorbitanti, odioſa & minimè conſiderabili, alioquin tenendum eſſet, quòd non exprimendo alium magis amicum, ſeu dilectum Papæ, mox affuturum & idem beneficium petiturum, gratia eſſet ſubreptitia, quia ſi Papa ſciuiſſet, ſeu præuidere potuiſſet, non conceſſiſſet tale beneficium primo impetranti, ſed ſecundo prædilecto, quod tamen dicere non minus abſurdum, quàm inſipidum eſſet. omiſſa ulteriori diſputatione R. D. mei de Rota. de menſe Octobr. 1546. in cauſa Conchen. parrochialis de la Motil la coram bo. me. Thoma de Thanis, in fauorem
11 Domini Franciſci de Peſquera, concluſerunt † regulas de Impetrantibus beneficia uiuentium, & de Veriſimili notitia, non habere locum in impetratione gratiæ, ſi neutri, ea præſertim ratione de qua ſupra, uidelicet, quia talem gratiam impetrans, non proſequitur certum modum uacationis, ſed incertum, ſi per euentum litis &c. In terminis autem noſtræ regulæ, in una Oxomen, parrochialis de Teiado, inter Didacum de Melgoſa, & Franciſcum Beltram corā R. D. Cardinali Puteo tunc Rotæ auditore, ſub die 19. Decembris. 1547. mandatum fuit conſulendos eſſe Dominos Abbreuiatores, inclinando pro parte negatiua, ſucceſſiue eodem menſe in eadem cauſa dubio iterum propoſito. An in gratia, ſi neutri, debeat fieri mentio de familiaritate, reſolutum fuit non eſſe faciendam mentionem familiaritatis in gratia ſi neutri.

SVMMARIVM.

1 *Familiares qui intelligantur ad effectum huius regulæ.*
2 *Interpretatio conſtitutionum, et ſtatutorum a iure communi ſumenda.*
3 *Familiares largo modo omnes dici exiſtentes ſub alicuius imperio de iure uel de facto.*
4 *Verbis legis qualitatem aliquam requirentibus ſtandum eſt.*

1 Decimo, ibi familiaris alicuius Cardinalis, † quæro quos intelligemus familiares ad effectum huius Regulæ? Sarnenſ hic quæſtio. 13. multa adducit, & plura tum in theoria, tum in praxi, notabilia tradit pro reſolutione huius dubii. Ego uero dico quòd præſens diſcuſſio paucis terminari poteſt, licet enim regula noſtra, ſiue eam dicamus conſtitutioni, ſiue ſtatuto æquipol
2 lere, † interpretationem recipere debet a iure communi. l. uni. in priu. C. de inoff doti. in auten. ut cleri. apud propri. epiſco. ante fi. ibi & per hāc ſacram declarata ſunt legem, & in auten. de exhi. reis. ante fi. l. ut gradatim. uerſic. & ſi lege municipali. ff. de mune. & hono. glo. in. l. fi. §. in computatione. uerſic. non he. in fi. C. de iu. deli. capit. cum dilectus. uerſi. cæterum cum ſupradictum ſtatutum. de conſue. ca. ad audientiam. cum gloſſ. in uer. in apoſtolicæ, & glo. ſeq. de cleri. non reſi. Ludo. Roma. in. l. ſtipulatio iſta. colum. 2. nume. 8. ff. de uer. obli. & cum ius commune & docto. uario modo accipiant, & declarent familiares, & familiam, prout in. l. pronunciatio. §. familiæ. præſertim uerſic. iure enim proprio familiam dicimus. ff. de uer. ſigni. c. fi. eo. lib. 6. ubi omnes. capi. cum dilectus, & ibi Abb. nume. 7. de cleri. non reſi. l. 2. in fi. iun. glo. in uer. familiare, ubi familiares, pro hiſqui uulgo ſeruitores appellantur accipit. ff. de in ius uocan. ſequitur Bal. in. l. 1. ubi declarat quot modis familiares ſumantur. C. de epi. & cleri. colum. 1. c. in literis. de teſti. ubi Bal. & alii uo-
3 lunt † familiares largo modo omnes dici exiſtentes ſub alicuius imperio, de iure uel de facto, & ibi Bald. dicit alibi aliter accipi. Specu. de teſte. §. 1. num. 14. uerſic. ſed nunquid agnati, ibi, & large dicuntur familiares, omnes qui cum aliquo cohabitant. aliter etiam iuxta diſpoſitionem alterius Regulæ accipi docet Sarnen. in. 6. quæſtio. prohe. Regularum num. 9. Iuxta terminos noſtræ Regulę eos familiares dicemus, qui ad honeſtū ſeruitium alicuius Cardinalis ſe deputant, ab illius alimentis pendentes, iuxta tex. in. l. cum ii. §. ſed & perſonarum. ibi, an obſequiotes &c. cum glo. in uer. ſed & perſonarum. ff. de tranſactio. Oldra. conſil. 211. ad propoſitum. num. 6. omni igitur omiſſa diſputatione, Regula noſtra ad omnes difficultates, & opinionum uarietates tollendū, circa familiares duas qualitates requirit, uidelicet cōtinuam commenſalitatem, prout in. 4. parte, ibi qui ipſorum Cardinalium familiares continui commenſales, & in hoc cōcordat cū altera Regula poſita ſupra, quæ eſt tertia in ordine, ibi Cardinalium familiares continui commenſales obtinent. Altera qualitas requiſita eſt, quòd familiaritas cum continua commenſalitate, ad minus per quatuor menſes durauerit, prout in fi. 4 par. ibi ad minus per quatuor menſes &c. iſte igitur ambæ qualitates concurrere debent, ad hoc ut Regulæ noſtræ locus ſit, quarum ſi altera deficiat, expeditum eſt quòd regula non procedit, &

dit,& ſic non debemus hic ſumere familiares, ꝓ-
ut aliàs ſumuntur per iura,& doctores in pleriſ-
que caſibus,una uel nulla ex qualitatibus hic re-
4 quiſitis concurrente,& ſic † uerbis legis ſtandũ
erit.l. 1.§.ſi is qui nauem.uerſic. in re igitur du-
bia.& glo.in uer.ædicti. dat concordan.ff.de exer
cito.l.labeo,§.idem tubero.ff.de ſuppell. legat.&
dixit Bald.in c.1.ad ſi de contro.inter me, & do
minum,de por. fra.mei. ꝙ nullum melius eſt mẽ
tis teſtimonium,quàm qualitas inſpecta uerbo-
rum, idem dicimus in qualitatibus a uerbis con
tractuum requiſitis,ad l.ſi quis ſtipulatus, ſit ſti-
chum.ff.de uerbo.obl.latè Dec.conſi.305.iuridi-
cam eſſe.nume.1.pulchrè per Rot.Faſto.dub.11.
poſt medium.iun ſi.dum .n.quærit, an beneficia
creati cappellani ſint reſeruata, diſtinguit, aut
ſunt reſeruata beneficia oĩum cappellanorũ, aut
cappellanorum ſimpliciter, aut cappellanorum
commenſalium,iſto tertio caſu dicit reſeruatio-
nem reſtringi ſolum ad beneficia cappellani ha-
bentis iſtam qualitatem commenſalitatis, quæ
ad minus per quatuor menſes durauerit. ſumus
in claris,quòd omnis familiaritas abſq; iſtis qua
litatibus a regula hac.excluditur, de familiaribus
commenſalibus,& de aliis ex priuilegio, aliqua
ſcripſi ſupra quæſtio 17.prædictæ 3.regulæ, & de
familiaribus familiarium.quæſtio. 16. ubi uideri
poſſunt,alia uideantur per Samen.hic quæſt.13.
& ſeq. Et ꝙ non ſit de eſſentia familiaritatis, ꝙ
quis ſit ſemper apud Dominum uide Bartol.in l.
ſi quis ita ff.de cond.& demonſt. Et ꝙ quia non
deſinit eſſe familiaris per receſſum à Ro.cu. uide
Dec.Achil.2.ſub titu.de familiaritate, incipien.
Familiarem non deſiiſſe tenuerunt Domini ex
eo,quòd ſolum probaretur quem abiiſſe à ciui-
tate Romana.

SVMMARIVM.

1 *Sede vacante ſi aliquis recipitur in familiarem Car-
dinalis,& familiaris,ante Papæ electionem moritur,
an locum habeat hac regula,vel alia,vel ius commu-
ne ad effectum,vt requiſita huius regulæ ſeruari
debeant.*

*Cauſa priuilegij ceſſante, an ceſſet priuilegium, re-
miſſiuè.*

2 *Exprimi omnia debent in gratia, quæ principem ab
eius conceſſione retrahere, vel difficiliorem reddere
potuiſſent.*

3 *Regula tertia reſeruatoria non procedit in caſu, de quo
hic.*

4 *Regulæ Cancellariæ, cum ipſarum conditoribus expi-
rant.*

1 VNdecimo quæro, † an ſi ſede uacante
aliquis recipitur in familiarem ali-
cuius Cardinalis,& antequam eliga
tur Papa moriatur familiaris,locum
habeat hæc regula, uel alia, uel iuis
commune,ad effectum,ut ſeruari debeant requi
ſita per hanc regulam. Pro parte affirmatiua põ
dero primo, quòd obſtet ius commune, uideli-
cet, extra. Ad Romani. ſub titu.de præbend. in-
ter communes, ubi diſponitur, qoòd beneficia
per Romanos Pontifices reſeruanda, ſint affecta,
adeo quòd nullus præter Papam poſſit de illis
diſponere,& illa extra. habet conformitatem cũ
iure antiquo, uidelicet, cum c. ut noſtrum.de ap
pel.ubi prohibetur inferior ſe intromittere ſuper
iis in quibus Papa manum appoſuit, facit cõſ.
Ludou Roman.335. circa primum.num.6.ſi igi-
tur Papa huius prædeceſſor, per regulam 3. re-
ſeruauit beneficia familiarium Cardinalium, &
per ſimilem regulam huic noſtræ, ſtatuit impe-
trantem beneficium uacans per obitum familia
ris Cardinalis,teneri exprimere nomen, & titu-
lum Cardinalis,illiuſque conſenſum obtinere, li-
cet Papę ſic diſponentis obitus ſuperueniat,ui-
detur remanere reſeruatio, & affectio, & conſe-
quenter, quòd ſeruari debeat forma,antea data,
ſuper talibus beneficiis reſeruatis, & affectis. Se-
cundo obſtare uidetur altera regula, videlicet. 9.
ſupra,per quam declarantur reſeruata eſſe, ſeu re
manere,omnia beneficia per prædeceſſores reſer
uata. Tertio obſtare uidetur ratio, & mens hu-
ius regulæ, quæ eſt iuxta tenorem antiquiſſimæ
regulæ,ſeu conſt.Grego.11.& iuxta dec.Belleme.
632.ſuppoſita noua. in prin.ut honori D.Cardi-
nalium deferatur,iſta ratio, & mens durat etiam
ſede uacante,& ſemper, ergo ſemper durare de-
bet diſpoſitio huius, uel ſimilis regulæ, & quia
per hanc, & ſimiles regulas conceditur priuile-
gium Cardinalibus, uti ex illarum inſpectione
apparet,& ſupra pluries dixi, priuilegii autem
cauſa durante, priuilegium durare ſupponant
pro maxima omnes docto. diſputantes, an cauſa
priuilegii,ſeu immunitatis ceſſante,ceſſet ipſum
priuilegium,ſeu immunitas. Ludou.Rom.conſi.
180.ſi admittimus.num.7.Pau.Caſtren. in c.ſi cũ
dotem.§.ſi maritus.& ibi Alex. num.6.ff.ſolu.ma
trimo.latè per Io.And.in c.decet conceſſum. de
regu.iu.lib.6.Dec.in c.cum ceſſante. de appella.
Quarto,obſtat etiam ius commune,ſaltem in il-
la parte, regulæ diſponente nomen, & titulum
2 Cardinalis exprimendum fore.† exprimi enim
omnia debent in gratia, quæ principem ab eius
conceſſione retrahere, ſeu difficiliorem reddere
potuiſſent.c.ad aures.c.ſuper literis.c poſtulaſti.
& ibi omnes. de reſcr. Abb.in c.in noſtra.colom.
1.in ſi.eo.& eſt communis opin.,prout per Curt.
iun.conſi.83. præſupponitur in facto. num.9.dif
ficilius autem veriſimiliter moueretur Papa ad
conferendum beneficia uacantia per obitũ fami
liarium Cardinalium quocunq; tempore effecti
ſint familiares, ergo ſi iſtud requiſitum mentio-
nis nominis,& tituli Cardinal.de quo in reg.non
impleatur,gratia erit nulla. Pars negatiua eſt ue
rior,quam tenuit Gem.conſ.93. ut primo, poſt
nu.13.uer. ſed ipſe reſeruans moritur ante,& ſua
mors inducit reuocationem reſeruationis, &c.

& poſtea

& poſtea verſic. ita eſt in propoſito, quia ante-
quam reſeruatio imprimat effectum in eo, licet
primo imprimat ad rem, ſuperuenit reuocatio
per illius mortem &c. & in propriis terminis no-
ſtris num. 13. uerſic. ſed reſeruatio facta per Re-
gulas perituras cum Papa, bene reſtringitur hoc
modo, quòd perſonæ in eis nominatæ, ſi mortuo
papa aſſumunt qualitates quæ cauſant reſerua-
tionem, non per hoc eorum beneficia ſunt reſer-
uata. & poſtea dat exemplum in caſu noſtro, qđ
ſi mortuo Papa unus intrat familiam alicuius
cardinalis, beneficium iſtius non ſit reſeruatum,
ex quo regula non ſit tunc in rerum natura, tan-
3 quam ſepulta cum conditore, & ſi non intrat re-
gula reſeruatoria quæ eſt. 3. ſupra poſita, nec in-
trat præſens propter eaſdem cauſas, ſeu rationes.
eandem opin. tenet Aen. de Falco. in tracta. reſer
ua. in 17. effectu. uerſi. quartum eſt, & erit notabi
lis limitatio fol. 40. aret. ſequitur Sarn. hic quæſti.
20. ratio punctualis, & uera eſt, quia nulla regula
4 obeſſe poteſt, non enim illa papæ defuncti † quia
per illius obitum expirauit, ut concludit Gemi-
ni. ubi ſupra, & Pet. de Ancharan. conſil. 297. effi-
cacibus num. 3. Io. Fran. Paui. in prælu. extra col.
3. Felin. in. c. 2. colum. penultima uerſicu. Regulæ
Cancellariæ reſcr. Pariſ. conſil. 19. mortuo epiſco
po num. 6. uolum. 4. Sarnen. in. 2. quæſtio. prohe.
Regularum, num. 2. & patet ex uerbis prohemii
regularum, uidelicet ſuo tempore duraturas, quæ
omnes ponderant. Nec etiam obeſſe poteſt regu-
la noui põtificis, ex quo ſupponimus obitũ fami
liaris eſſe ante papæ electionem, ergo remanebi-
mus in diſpoſitione iuris communis a quo requi
ſita huius regulæ negliguntur, nec ſuper illis ali-
quid diſponitur, & ſic lex non dicit, ſeu diſponit,
nec nos dicere debemus. l. ſi uero. §. de uiro. ff. ſo-
lu. matri. l. uni. §. ad deficientis. C. de cadu. tollen.
Bartol. in l. gallus. §. & quid ſi tantum. uerſic. un-
de id quod ommittitur. colum. penul. ubi exten-
dit ad ſtatuta. ff. de libe. & poſthu. & in l. 1. colu.
penult. uerſic. apparet igitur ex prædictis. C. de
here. inſti. ubi etiam extendit ad ſtatuta. Ad pri-
ma duo fundamenta in contrarium adducta pa-
tet ſolutio, ex ſupra adductis. Inſuper reſponderi
poteſt quòd contraria procederent, quando re-
ſeruationi locus fuiſſet, & quando tempore ali-
cuius Regulæ in uiridi obſeruantia exiſtentis, fa-
miliaritas contracta, uel manus appoſita fuiſſet
per Papam ſuper beneficiis iam per obitum fa-
miliaris uacantibus, uel ſaltem ſuper beneficiis
exiſtente iam familiaritate, licet familiaris defun
ctus non eſſet, ſed iuxta quæſitum noſtrum tam
tempore familiaritatis contractæ, quàm familia
ris obitus (ut dixi) Regula ceſſat, ergo & illius di
ſpoſitio. & pro præmiſſis faciunt tradi. per Sarn.
ubi in fortioribus terminis in. 6. quæſt. Regulæ de
publican. num. 2. & ante & poſt, & ex eius diſtin.
quæ colligi poteſt numero. 5. uidelicet aut ce-
ptum eſt aliquid agi, aut non, concluditur quod
nec extra. Ad Romani. de qua ſupra, nec Regula.
9 nec aliud impedire poteſt, cum in caſu noſtro
nihil ſit ceptum agi, nec quoad familiares ſede
uacante effectus, & ante nouam regulam mor-
tuos, conſiderari poteſt aliqua affectio, manus
appoſitio, ſeu aliud impedimentum, uinculum
uel obſtaculum. Ad tertium reſpondeo, negan-
do quòd illa ſit ſola ratio, uel mens regulæ, & da-
to quòd eſſet, non eſſet ſola efficax, & urgens, ac
perpetua, ſed cum ipſa regula, & ſuo conditore
expiraſſet, & euanuiſſet, nec eſt locus diſputatio-
ni, an ceſſante cauſa priuilegii ceſſet priuilegium
quia in caſu noſtro priuilegium fuit limitatum,
ad uitam concedentis duntaxat. Ad quartum
quòd Papa difficilius motus fuiſſet, ſeu diffici-
lius conceſſiſſet, id negari poteſt, & quatenus
concederem, cum iſta difficultas non conſidere-
tur a iure, nec nos eam conſiderare debemus, non
ſecus ac ſi dicamus, Papam difficilius conceſſu-
tum fore aliquod beneficium alicui incognito,
ſi ſciat alium magis dilectum idem beneficium
deſiderare, pro quibus conferunt quæ adduxi ſu
pra quæſt. 9. nume. 10. ubi limito illam commu-
nem regulam, quæ eſt, quòd mentione non facta
omnium quæ principem retardare, ſeu difficilio
rem reddere potuiſſent ad concedendum, gratia
ſit nulla. Et ſciendum eſt quòd differentia omiſ-
ſionis eorum quæ de iure exprimi debent, & alio
rum de quibus non eſt cautum iure ut exprima-
tur, in hoc conſiſtit, ut primo caſu omiſſio uitiet
quod papa alios fuiſſet uerisimiliter conceſſu-
rus, ſecundo uerò ut gratia non ſit ſubreptitia
niſi omittantur ea quibus expreſſis Papa diffici-
lius conceſſiſſet, prout declarat Feli. in c. ſuper li
teris, num. 3. in 1. limi. de reſcrip. Soc. conſil. 169.
num. 3. uerſic. Sed poſſet contra hoc inſtari. lib. 2.
Accedit etiam pro reſolutione dicti quarti, & a-
liorum motiuorum, in contrarium factorũ, quòd
regula hæc eſt exorbitans in iure communi, & o-
dio plena, prout probaui ſupra q. 1. unde reſtrin
genda & coarctanda eſt, in quantum fieri poteſt,
& in ſuis propriis terminis continenda.

SVMMARIVM.

1 *Regula hæc an obſtet impetranti beneficium in familia-*
ritatem recepti, utpote papæ prædeceſſoris, & ante
completum quadrimeſtre tali familiaritate, tempore
huius ceſſante.
2 *Effectus ſemel cauſatus ſeu inductus durat etiam ceſ-*
ſante cauſa.
3 *Immunitas conceſſa patri habenti duodecim filios, durat*
etiam ſi aliqui ex illis moriantur.
4 *Regulæ moderni Pontificis, & prædeceſſoris, an tempo*
ra coniungi debeant, ut una & eadem reputentur.
Relatio ad proximiora facienda eſt.
5 *Declarare poteſt ſucceſſor ſtatuta per Papam prædeceſ-*
ſorem.
6 *Declaratoria conſtitutio reſpicit etiam retro.*
7 *Lex non ligat de præterito.*
8 *Perfecta quæ ſunt per ſuperuenientem caſum, conditio-*
nem, ſeu

nem,ſeu uoluntatem,alterari non poſſunt.

9 *Perfectus quando eſt actus ratione formæ ſed pendet ratione effectus,ad illum lex noua non ſe extendit.*

10 *Relatio non fit quando una clauſula habet propriam determinationem.*

11 *Statuit,decernit,& ſimilia uerba,noui iuris ſunt conſtitutiua.*

12 *Declaratio impropria nouæ diſpoſitionis uim habet.*

13 *Acceſſorium extinguitur extincto principali.*

1 DVodecimo quæro † an impetranti beneficium in familiaritatem recepti tempore Papæ prædeceſſoris,& ante completum quadrimeſtre tali familiaritate tempore huius ceſſante obſtet hæc regula, requirens expreſsionem nominis, & tituli,ac Cardinalis conſenſum. Pro parte negatiua uidetur tex.clarus,noſtræ Regulæ in. 4.par.ibi nec non illos quoad effectum dictæ conſtitutionis familiates eorumdem Cardinalium, ubi decernit illos familiares in hac Regula comprehendi,qui per quatuor menſes tales fuerint, iſte de quo in themate noſtro non fuit talis per quatuor menſes,ergo ſub regula non comprehẽditur,cum igitur habeamus tex.clarum diſputationi non uidetur eſſe locus, ad Bald.conſil.343. examinanda colum.2.num.4.uerſi.& de iſto. lib. 1.& conſil.174.caſus eſt talis. in fi.ubi inuehitur contra aduocatos cauillantes,uerba clara ſtatuti

2 lib.2 Secundo † effectus cauſatus circa quadrimeſtralem limitationem, tempore regulæ Pontificis prædeceſſoris, ut .ſ. quadrimeſtre requiratur, ut uera familiaritas, & commenſalitas ad effectũ huius regulæ inducatur, licet illius Papæ obitus ſuperuenerit,durat etiam poſt obitum etiam ceſſante cauſa, argumento tex.in l.fi.ff.unde libe.l.emancipatum.ff.de ſenato.l.ſi cognatis. ff.de rebus dub.l.generaliter.& ibi Bal.num.4.C. de epiſcopis & cleri.Io.Aud.in.ca.decet conceſſum colum.penul.de reg.iur.libr.6. ex præmiſſis infertur ad illam concluſionem quæ eſt quod

3 † immunitas conceſſa patri habenti duodecim filios durat,etiam ſi aliqui ex illis moriãtur, Bar. in.l.2.§.non ſolum.ff.de excu.tut. Alex.poſt Paul. Caſtren.in.l.ſi cum dotem.§.ſi maritus.colum.2. uerſicul.contrarium tenet hic,& poſtea uerſicul. ſecundo adde quod ex illo.ff.ſolu.matri.pulchre per præceptorem meum D.Phi.Dec.in capitulo cum ceſſante.num.4.uerſic.tertio concluſio fallit de appel.& conſil.24.& pro uirili.nume.5.& ſeq. ſequitur Pariſ.conſil.32.potiſſima dubitatio. numero.65.lib.1.& in materia regularum licet ad alium effectum,ponderat Sarnen.in.1.quæſt.Regulæ de Infir.num.13.per ea quæ ibi adducit. Et ſufficit quòd lex ligare incæperit, ad hoc ut ei locus ſit,& allegari poſſit,etiam ſi ſit abrogata, in auten.ut cum de appel.cogno.in prin. Bart.in l. fi.ante fi.ff.de fal.uerſi.ſolu.aut quis uult allegare leges correctas,ad deciſionem cauſarum &c.Feli. in.c.fraternitatis.num.3.de hereti.Tertio regula moderna,& altera Papæ prædeceſſoris, ad eundem finem tendunt,earumque par ratio eſt, unde

4 † tempora utriuſque regulæ coniungi debent ut una & eadem regula habeatur argumento tex. in.l.dolia.§.fi.ff.de contra.emptio.l.Pomponius. §.cum quis.ff.de acqui.poſſeſ.§.diutina poſſeſſio.& §.ſeq.inſti.de uſuca.Sarnen.in.6.quæſt.Regulæ de publican.poſt princ.uerſi.ſuadetur hoc quia Regula primi Pontificis.Si igitur hanc noſtram Regulam cum altera Papæ defuncti, ſeu illorum tempore coniugamus, certum erit quadrimeſtre omnino requiri. Quarto iſta qualitas quadrimeſtralis familiaritatis,ſeu ad quadrimeſtre limitata,inducta uidetur uia declarationis, cum Papa illos cenſeri debere familiares ad effectum huius Regulæ decernat, qui ad minus per quatuor menſes familiares continui commenſales fuerint. Et quòd iſta ſit declaratio probatur expreſſe,cum enim in.3.par.adſint hæc uerba,uidelicet,declarauit præſentem conſtitutionem locum nõ habere &c.poſtea in.4.par.dicatur,illos ad effectum regulæ cenſeri familiares &c.debet repeti,& ſubintelligi illud uerbum ſupra proxime poſitum,declarauit, non autem illud in prin. Regulę,uoluit,quia repetitio, ſeu relatio ad proximiora fieri debet.l ſi quis a filio.in princi.ff.de legat.1.l.1.§ deinde adiecit prætor, qui ex omnibus. iun.gl.in uer.ex ſuperioribus.ff.de poſtulan. Andr.Alciat.in.repe.l.uni.C.de ſenten.quæ pro eo.quod inte.num.38.& tanto magis iſta interpretatio facienda eſt propter dictionem,nec non poſitam in princ.4.partis, cuius eſt coniungere uerbum & orationem, prout uidemus. in.l.necnon.ff.ex qui.cau.maior.& in.c.fi.in fi.de ſta.mona.iſta uidetur declaratio, ſeu declarationis ſpecies,cum per eam tollatur dubium illud, uidelicet quanto tempore familiaritas de qua in Regula induci debeat. uera autem declaratio illa eſt,per quam tolluntur,aperiuntur, & dilucidantur dubia, & obſcura,nihil addẽdo.l.hęredes palam.§.ſi quid & ibi Bal.& Pau.Caſtren.ante num. 5.ff.de teſta.& Bal.in.l.edita. num.63.uerſicu.decimo oppo.C.de eden.& ibi Dec.nu.48.Siue igitur de declaratione Pontificis prædeceſſoris,ſiue de huius Regulæ conditore loquamur, habebimus intentum. Nam ſi dicamus Papam prædeceſſorem ſimilis regulæ conditorem, declaraſſe familiares ad effectum huius Regulæ illos cenſeri debere,qui per quadrimeſtre fuerint familiares continui commenſales, & poſt declarationem huiuſmodi aliquis in familiarem receptus fuerit, licet durante quadrimeſtri,Regula cum illius cõditore ceſſauerit, declaratio tamen non expirauit,quia nec ſumus in terminis capit.ſi gratioſe cum materia,de reſcr.lib.6.nec iure aliquo cauetur,quòd declaratio ſemel facta per declarantis obitum expiret,alioquin ſequeretur quod declaratio illa de qua in præalle.l.hęredes palam. teſtatori conceſſa,teſtatore defuncto deficeret, quod abſurdum eſſet, & cuius contrarium ibi deciditur,&

tur, & quaſi in terminis noſtris uidetur deciſio
per Io. And. in c. fi. de uer. ſigni. li. 6. ante num. 10.
ubi licet litera ſit corrupta, hoc in effectu uult,
quòd declarationes factę a prædeceſſoribus con-
cernant etiam, & declarent conceſsiones, ſeu di-
ſpoſitiones ſucceſſorum. in illis capitulis quæ im
mutata non ſunt, & quòd iſte ſit eius ſenſus pa-
tet ex glo. 1. in clem. 2. de deci. ad quam ſe remit-
tit, uerum quia capitula, clauſulæ, & uerba no-
ſtræ regulæ & prædeceſſorum ſunt eadem, decla-
rationes omnino procedunt. At ſi quæramus
5 an † declaratio noſtri ſummi Pontificis ſe exten
dat ad ſtatuta tempore ipſius prædeceſſoris, uel
eorum qui ante huius aſſumptionem ad ſummi
apoſtolatus apicem emanauerunt, ſeu contige-
runt, & reſpondendum eſt affirmatiue, per text.
in. l. ſi quis, a filio. §. ſi quis plures ſticos. ubi hę-
res declarat de quo ſtico teſtator ſenſerit. ff. de le
ga 1. & pro declaratione Papæ ſucceſſoris conclu
dit Caſſad. de reſerua. dec. 4. co. 4. circa medium.
Amplia ut quilibet prælatus uoluntatem præde-
ceſſoris declarare poſsit. Lap. alle. 113. Fráciſcus.
ad fi. Hinc etiam dicunt ſucceſſorem prælatum,
uel alium declarare poſſe caducitatem incurſam
tempore prædeceſſoris, iuxta magis communem
opin. quam tenuerunt Bal. in c. imperialem. §. in
ſuper colum. 2. uerſic. ſed poſito quòd daretur. &
ibi Alexand. & Affiic. uerſic. in glo. 1. num. 37. de
prohi. feu. alie. per Fede. Abb. in. c. fi. colum. pen.
uerſ. in glo. in uer. reuocatur. & ibidem Cardina.
uerſi. & prædicta procedunt, de donatio. Pau. Ca
ſtren. in l. omnimodo. colum. 2. uerſic. Item gloſſ.
quæ incipit. C. de inof. teſta. Barb. in tracta. Feud.
in uer. dictique uaſalli. colum. 15. uerſ. Limitabi-
tis procedere. ubi affirmat hanc opin. omnes te-
nere. Hypp. de Marſi. ſuper rub. de fideius. colum.
80. uerſ. Et faciunt optimè dicta. Quod quidem
maxime procedit ſi prædeceſſor ignorauit cadu
citatem: uel non habuit ſpatium ad quęrelan-
dum, uel huiuſmodi declarationem faciendi, ꝓ-
ut nonnulli ex pręmiſsis arguunt, & nuncupa-
tim declarat & concludit Fran. Aretin. conſil. 14.
uiſo, & diligenter. colum. fin. uerſicul. ſed rema-
6 net una dubitatio. & quòd † declaratoria conſti
tutio reſpiciat etiam retro, uolunt omnes in cap.
fi. de conſtitu. Fede. de Sen. conſil. 112. amice cha-
riſsime. colum. 1. nu. 2. facit auten. de raptis mu-
lie. ante fi. ibi tãquam ſi noſtra lex ab initio cum
interpretatione tali promulgata fuiſſet a nobis,
Io. And. in. capitul. fi. de uerb. ſigni. lib. 6. poſt nu.
9. colum. fi. Cur. iun. conſil. 56. colum. penult. an-
te fi. ubi, dicit hanc eſſe communem opinio. Pro
parte affirmatiua quam ueriorem puto, repero
quod dixi ſupra proxima præcedenti q. nume. 4.
quod per obitum Papæ regularum conditoris il-
læ expirant, diſpoſitaque in eis de cætero ineffi-
cacia redduntur, ſi igitur ſupponimus familia-
rem receptum tempore prædeceſſoris Pontificis,
in quo qualitas quadrimeſtralis requirebatur, ut
ſub diſpoſitione Regulæ contineretur, mortuo
Papa ceſſauit regula, ceſſabitque ne ulterius illa
qualitas requireretur, unde ſtatim, uel per pau-
cos dies iſte qui in familiaritate tempore prioris
Regulæ per aliquos dies fuerat uerus familiaris
continuus commenſalis effectus fuit, & vt uno
uerbo abſoluam, ceſſante Papa, & regula, ceſſauit
impedimentum dilatiuum, ſeu limitatiuum fa-
miliaritatis continuę commenſalitatis, & ſic quã
tum ad limitationem de qua in regula attinet, lo
cus fuit iuri communi, a quo iſta qualitas, ſeu tẽ
poris curſus non requiritur, ad text. in. c. fi. de uer.
ſigni. libr. 6. & ſic durante quadrimeſtri effectus
fuit iſte uerus familiaris continuus commenſa-
lis, ſuperuenit noua regula, ſeu conſtitutio, quæ
non reſpicit præterita, duplici ratione, prima
7 quia † legis natura eſt futura tantum reſpicere,
non autem præterita. l. leges, & conſtitutiones. C.
de legi. capitul. 2. &. capitul. fi. de conſti. clem. 2.
iun. gloſſ. in uer. in poſterum. de æta. & quali. Ho-
ſtienſ. in ſumm. ſub titul. de conſti. in uer. quando
conſtitutio. num. 11. Bart. in. l. omnes populi. in.
5. quæſtio. princip. ff. de iuſti. & iur. cuius opinio.
communiter tenetur, pro ut per Pariſi. conſil. 49.
numer. 3. uol. 4. Altera ratio eſt, quia dum regula
noſtra ſuperuenit, familiaritatem iam formatã,
& in eſſe productam ante quadrimeſtre, ceſſante
alterius regulæ impedimento, ſeu prohibitione
8 non mutatur, nec ſubuertitur †: perfecta enim
quæ ſunt, per ſuperuenientem caſum, conditio-
nem, ſeu uoluntatem alterari non poſſunt. l. per-
fecta. C. de donat. quæ ſub modo. l. perfectam. C.
quan. lice. ab emptio. diſce. l. cum dos. ff. de pact.
dota. l. ſicut ab initio. C. de actio. & oblig. Deci.
conſil. 543. in caſu propoſito. num. 7. & amplian
tur prædicta etiam accedente auctoritate per re-
ſcriptum principis, idem Dec. conſil. 498. uiſo ca
ſu num. 14. Accedit quòd ſi præteriti, & iam for-
mati familiares, haberentur pro non familiari-
bus, Regula noſtra emanaſſet contra Cardinales,
non in eorum fauorem, & iſto modo fieret contra
ria interpretatio, contra. l. quod fauore. C. de legi.
l. ſi mancipia. ff. de fun. inſtru. Regula igitur no-
ſtra reſpicit tantum familiares futuris tempori-
bus, circa præteritos immutans, & quod quando
9 actus † perfectus eſt ratione formę, ſed pendet ra
tione effectus, ad illum lex noua non porrigatur,
probatur per tex. in. l. iubemus. ante fi. C. de teſta.
& in. l. fi. in fi. C. de cura. furio. c. 1. 31. diſtinct. ubi
ſubdiaconibus indicitur continentia, & tamen
antea ordinati non coguntur continere. late Ge-
minia. in. capitu. ex antiquis. colum. penul. & ult.
54. diſtinct per cano. in. capitul. fi. de conſtitu. &
per legiſtas in. l. omnes populi. ff. de iuſti. &. iu.
in caſu propoſito ceſſante Regula Papæ præde-
ceſſoris quadrimeſtre requirente, ante illud tem
poris ſpatium formata, & completa fuit uera fa
miliaritas, licet effectus pependerit uſque ad fa
miliaris obitum, quo tempore operatur noſtra
Regula, reſpectu uacationis beneficii, & expreſ-
ſionis faciendæ de nomine, & titulo, & conſenſus
præſtandi.

5 *Extrema coniugi, non obſtante etiam actu contrario medio tempore.*
6 *Procuratoris conſtitutio illinc ad ſex menſes acceptata ſubſiſtit.*
7 *Matrimonium ualidum cenſetur licet conſenſus alterius ex interuallo interueniat.*
8 *Familiaris ſemel receptus, uerus familiaris ſemper, & quo ad omnes effectus haberi debet.*
9 *Perſeuerantiam requiri in habentibus cauſam ſucceſſiuam.*
10 *Alienatum non cenſeri, quod non durat alienatum.*
11 *Veniſſe non dicitur qui non ſtetit.*
12 *Temporibus diuerſis factum non ualet, quod uno contextu fieri debebat.*
13 *Per, dictio quid ſignificet.*
14 *Familiaris licentiatus, ſeu ſe ipſum licentians deſinit eſſe familiaris.*

1 DEcimotertio quæro † ao familiaris per
unum, uel duos menſes perſiſtens,
poſtea recedens, deinde poſt aliquoc
menſes rediens, & quadrimeſtre (cō-
potata priori familiaritate) com-
plens comprehendatur ſub hac regula, ita ut im-
petrans eius beneficia, teneatur illam ſeruare. Pro
parte affirmatiua facit, quòd regula requirit ſpa
tium quatuor menſium in familiaritate: eo igitur
ipſo quòd ſupponimus aliquem per tantum tē-
pus in ea ſtetiſſe, locus erit uerbis, & menti regu-
2 læ, etiam † tempora coniungendo, non obſtante
medio, quod de iure licet. §. 1. in auten. de appell.
auten. ſi tamen. C. de tempo. appella. cle. quam-
3 diu. eo. Matheſi. not. 24. ubi q̄d † compromiſſi tē-
pore etiam longiſſimo ſubtracto, ſeu deducto, cō
iunguntur tempora præcedentia, & ſubſequen-
4 tia, pro curſu fatalium, ſic etiam dicimus † fatalia
non currere pendente cauſa attemptatorum, ſed
illa ceſſante, ſubducto dicto tempore de medio,
prius & poſterius tempus coniungitur, Rot. 447.
no. quod fatalia. in antiq. & 102. fatalia ad proſe-
quendum. in no. ſequitur Alexan. licet corruptè
allegetur. conſ. 68. in cauſa & lite, poſt numerū 3.
uolum. 7. & Ruin. conſilio 75. quantum ad id nu.
5 4. uolum. 5. Et quòd † extrema coniungi poſſint,
non obſtante etiam actu diuerſo, ſeu contrario
medio tempore, probat tex. in l. intercidit. 2. re-
ſpon. ff. de condi. & demonſtr. & in l. 1. uerſic. ſi
uero præſens. & in l. ſi ſtipuler. iunc. glo. in uerſi.
conſentiatur. ff. de uerbo. oblig. cap. licet. de pro-
6 cur. lib. 6. ubi † procuratoris conſtitutio illinc ad
ſex menſes acceptata ſubſiſtit, prout etiam per
Alexan. in præallega. l. ſi ſtipuler. colum. 2. poſt
medium. uerſic. confirmo per tex. & per Franciſ.
Aret. conſil. 17. conſideratis. poſt nu. 1. ubi infert
ad donationem ex interuallo acceptatam. ſic &
7 † matrimonium ualidum exiſtit licet conſenſus
alterius, ex poſtfacto ex interuallo interueniat. Ar
chid. in cap. ſufficit. poſt princip. 27. quæſtio. 2.
Abb. in cap. cum inter canonicos. nume. 6. de ele
ctio. & iſta eſt communis opin. prout per Alex. in
dicta. l. ſi ſtipuler. num. 5. & ſequitur ibi Iaſ. in §. ſi
in locando. nume. 2. & 3. latè per Pariſ. conſi. 55. at
tingam in hac. nume. 15. uolum. 4. Quicquid di-
xerit Lap. alleg. 16. punctus quæſtionis. nume. 8.
ubi quòd contrahere uolentes matrimonium de
bent ſimul conſentire, non diuiſim, ſeu diuiſis lo-
co, & tempore, qui tamen duobus modis defen-
di poteſt: primo ſupponendo quòd conſenſus al-
terius non durauerat, prout antea ibi præmiſe-
rat. uel. quod non probaretur uoluntatem alte-
rius, ex cōtrahentibus durare, altero modo, quòd
Lap. non perſiſtat in illo dicto, quod pro ratione
dubitandi, ſeu pro contrario præmittit. Sed eo
modo quo recedit à principali opinio. ſuper il-
lo quæſito, oct. dum arguebat, quòd matrimo-
nium abſque uerbis inualidum eſſet, poſtea uerò
concludit pro ualiditate, eodem modo recedat
ab argumentis pro prima opi. adductis, ſeu con
trariis deductis, uel potius medio diſtinctionis
in fine poſitæ omnia declaret. Amplius limitatio
in 4. par. noſtræ regulæ exorbitat à iure commu-
ni, non requirenti iſtud temporis ſpatium qua-
drimeſtrale. cap. fina. ubi omnes. de uerborum ſi-
8 gnifi. lib. 6 unde † familiaris ſemel receptus, ue-
rus familiaris ubiq; in omni actu, ſemper & quo
ad omnes effectus cenſeri debet, argumento tex.
in l. quod diximus. §. fina. cum l. ſequen. uer. ſuffi-
cit enim ſemel perueniſſe &c. & ibi no. Bartol. ff.
quod met. cau. l. ſi filiusfam. ſub conditione. ff. de
uerbo obliga. Barto. in l. qui duos. ff. de reb. dub.
cum igitur ſimus in correctoriis, ſeu exorbitanti
bus, quoquo modo ſatisfactum ſit menti regulæ,
etiam uerba impropriando, ſeu tempora coniun
gendo, ſufficere debet. Qui uellet contrariam opi
nionem, & ſic partem negatiuam tenere, pro illa
arguere poſſet ſic. In his quæ habent cauſam ſuc-
9 ceſſiuam non ſufficit ab initio factum, niſi † per-
ſeuerantia ſubſequatur. l. inter caſtellianum, &
ibi Bartol ff. de arbit. l. ſi pro parte. §. uerſum. ff. de
10 in rem uerſo. Sic etiam dicimus † alienatum non
cenſeri quod non durat alienatum, pulchrè per
Roma. ſingu. 290. prohibetur forenſi. l. 3. §. 1. ff.
11 quod ui, aut clam. & uulgariter dicimus † ueniſ-
ſe eum non dici, qui non ſtetit. l. qui concubi
nam. §. cum ita 2. & ibi nota. ff. de legat. 3. l. 1. §.
hoc interdictū. de ciſterna. ff. de fonte. ubi quòd
interdictum non habet locum in ciſterna, quæ
non habet perpetuam cauſam, prout etiam dici-
mus eum incolam non eſſe, qui continuo non
habitat, Ludouic. Roman. conſilio 264. ut ait Nut
ſinus. ſequitur quòd non ſufficiat familiaritatem
12 cæpiſſe, niſi in ea quis perſeueret. Secundo † tem-
poribus diuerſis factum, non ualet, quod uno con
textu fieri debet. l. hac conſultiſſima, & ibi nota.
C. de teſtamen. l. continuus. ff. de uerborum obli-
ga. Specu. de his quæ fi. a præla. ſi. con. capi. co-
lum. 2. numero 3. Pariſ. conſilio 159. an ſtatutum
numero 16. uolum. 4. at per uerba clara noſtræ re-
gulæ requiritur familiaritas, continua commen-
ſalitas, per ſpatium quatuor menſium, ergo non

poteſt eſſe locus temporum coniunctioni, ad pro
xime adducta. Tertio idem concluditur ex illa di
13 ctione † per, ante illa uerba, quatuor menſes poſi-
ta, cujus natura eſt perfectionem, & generalitatẽ
deſignare. l. 1. ff. de lega. 1. l. 2. poſt princip. ff. de
adulte. Bat. in l. quinquagiota. ff. de execu. tuto. in
lectu. Nicolai Neap. Nonnunquam dictio, per, ex
ceſſum, ſeu extremitatem ſignificat, dicitur enim
pertinax nimium tenax, interpretatio perdura,
id eſt nimis dura. l. 2. uerſicu. ſed hæc interpreta-
tio perdura, & pernimium ſeuera eſt. ff. de cu-
ſto. & exhi. reo. & ſi uerbis, ſeu clauſulis tempus
ſignificantibus applicetur, tempus inquam inte
grum, & continuum abſque aliquo interuallo de
monſtrat. l. urbana familia. §. pernoctare. ff. de uer
bo. ſignifica. Soci. conſil. 42. in caſu reſtitutionis.
colum. 2. numero 3. Quarto uidemus quod in ter
14 minis. capit. fina. de uerbo. ſignifica. lib. 6. † fami-
liaris licentiatus, ſeu ſeipſum licentians, & rece-
dens deſinit omnino eſſe familiaris, nec inter fa-
miliares ulterius connumeratur. Ioan. And. in di-
cto. capit. fina. colum. penulti. ante numerum 8.
uerſicu. ſi ergo dominus licentiat, ſequitur Bald.
in l. 1. circa medium. uerſic. & qui dicantur fami-
liares. C. de epiſco. & cleri. Geminia. in dicto ca-
pitu. fina. nume. 9. Et ponderari poteſt præalleg.
tex. in cap. fina. in fine. ubi etiam illos familiares
continuos commẽſales appellat, etiamſi pro do-
mini negotiis gerẽdis abſint, ergo a cõtrario ſen-
ſu ſi non pro domini negotiis receſſerit, deſinit
omnino eſſe familiaris. Ex præmiſſis colligi po-
teſt ſolutio ad contraria, & etiam reſponderi po-
teſt ad primum fundamentum pro parte affirma
tiua factum, quod adducta in contrarium proce
dant, quando interuallum eſt modicum, prout in
præalleg. l. 1. §. 1. ff. de uerbo. obliga. poſſet etiam
reſponderi, quòd procedant quando uoluntas,
ſeu intentio durauit, prout per Alexan. & alios in
præalleg. l. ſi ſtipuler. ff. eo. per Abba. in cap. cum
inter canonicos. nume. 6. de electio. Pariſ. in dicto
conſilio 55. numero 16. uolum. 4. Ad ſecundum
etiam fundamentum contrarium reſponderi po
teſt, quòd dato milies, quòd limitatio eſſet exor-
bitans, non caderet tamen dicta temporum con-
junctio reſiſtentibus uerbis regulæ, & aliis ſupra
adductis. Rurſus reſponderi poſſet, quod dato, ꝙ
uno reſpectu limitatio ſit exorbitans, alio reſpe-
ctu eſt fauorabilis, quia limitatiua diſpoſitionis
exorbitantis, & odioſæ. cum regula noſtra (ut ſu
pra in 1. quæſtio. oſtendi) exorbitans ſit a iure &
odioſa, reſtrictio enim diſpoſitionis exorbitantis
fauorabilis habetur. gloſſ. in capitu. ſtatutum. in
uerſic. numerandum. circa medium, & ibi docto.
de præben. lib. 6. Alexan. in l. ſi conſtante. num. 5.
ſolu. matrimo.

S V M M A R I V M.

1 *Reſeruatio alia ſi cum familiaritate concurrat, an ſit lo-
cus huic regulæ.*
2 *Relato non apparente referens corruere.*
Amplia etiam ad coniecturas, & contractus.
3 *Relatione facta in una diſpoſitione, de alia circa quam
etiam tunc quis haberet poteſtatem diſponendi, non eſt
neceſſe apparere de alia diſpoſitione.*
4 *Intellectus tres ad tertiam partem huius regulæ.*
5 *Quis, uel qui, pronomen ſine copula cuicunque generali-
tati adyciatur illam reſtringit.*
6 *Officialium beneficia ſunt reſeruata.*
7 *Et, dictio operatur, ut utrunque copulatum ueniat prin-
cipaliter.*
8 *Dictiones (cum) ac (etiam) in quo differat remiſſiue.*
9 *Exorbitantis diſpoſitionis excluſio fauorabilis habe-
tur.*
10 *Officiales ſedis apoſtolicę ſæpe a communibus regulis
eximuntur.*

1 DEcimoquarto quæro † an ſi cum fami
liaritate concurrat alia reſeruatio,
hæc regula locum habeat? Hoc quæ-
ſitum ponit Caſſado. deciſio. 9. de
præbend. concludens pro parte ne-
gatiua, illudque ad partes diſputat hic Sarnenſ.
quæſtio. 15. plura notatu digna adducens, & poſt
multa in finalibus uerbis nos admonet, hanc dif-
ficultatem ex regulis modernis ſublatam, ex addi
tis in illis. Mihi uerò uidetur quòd additio, quæ
tempore ſuo erat, & nunc eſt, ſit adeo anceps, &
ambigua, ut adagio illi locus ſit, uidelicet: Igno-
tum per ignotius. Et quia omnis præſens difficul
tas (mea quidem ſententia) a vero intellectu ter
tiæ partis Regulæ pendet, ad illum deuenio, & in
primis dum dicta tertia pars incipit, Ac fę. re. Six
ti IIII. Inno. VIII. &c. inhærendo veſtigijs, ſa-
tis offuſcare videtur huius tertiæ partis Regulæ
declaratoriæ, ſeu limitatiuæ intentionem, cum
Regulæ Sixti, & Innocen. nihil ſuper hoc decla-
rent, ſeu diſponant, vti ex illorũ regularum ver-
bis videre eſt, & forſan aliquis regularum ſuo tem
pore æditarum compilator illa verba inconſulto
poſuit, quem omnes poſtea parum fortaſſe cir-
comſpecti (more ouium quarum vna ſaltante, ſal
tant omnes) ſequuti ſunt, vnde cum veſtigia hic
enunciata non appareant, incerti erimus quò
2 pars iſta regulę tendat, prout etiam dicimus † re
lato non apparente, referens corruere. l. ſi ita ſcri-
pſero. ff. de condi. & demonſtra. l. ait prætor. §. 1. &
ibi Bar. & l. in ſumma. ff. de re iudi. c. Abbate San
cti Siluani. verſi. præterea cum paſcalis. de verbo.
ſignificatio. Rip. lib. 2. reſpon. capitu. 6. nume.
4. Pariſ. conſil. 59. numero 23. volum. 4. Am-
plio etiã in inueſtituris, & contractibus, vnde ſi-
quis petijt ſe inueſtiri nomine ſuo, fratris, & ſo-
rorum, iuxta tenorem aliarum inueſtiturarum, &
ex inueſtituris antiquis ad quas relatio facta
fuit, appareat, quòd ſorores non erant inueſtien-
dæ, illis nullum ius quæſitum fuit, tanquam per
errorem nominatæ ſint, ex quo non erant no-
minatæ in inueſtituris ad quas fit relatio, argu-
mento tex. in l. ſed & ſi me putem. ff. de condi-
ctio.

tio. inde. l. ſi tibi prædium. ff. de actio. emptio.
Cardina. conſil. 111. factum ſic ſe habet Iacobus,
poſt nume. 2. uerſic. item quantuncunque fuit,
pulchre per Alex. conſil. 9. ponderatis his. col.
penul. in fi. uolum. 5. & per Deci. conſil. 63. & pro
tenui. colum. 3. circa medium, uerſic. & licet refe-
rens aliter diſponat illa diſpoſitio non attendi-
tur quia ex errote facta uidetur. Relato non ap-
parente quomodo tefereus uitietur. Bald. in l. 2.
numer. 4 C. de error. aduoc. Iaſ. in. l. admonendi.
numer. 29. & ſequen. & in repet. numer. 27. & ſeq.
ff. de iureiur. Relationem autem dupliciter defi-
nere uno modo ex corruptione ſubiecti, altero ex
ſubtractione cauſæ, ſicut ſimilitudo definit quan
do alter ſimilium moritur, uel quando qualitas
quæ erat cauſa ſimilitudinis ſubtrahitur habe-
mus quæſt. 55. addita ad 3. par. diui Thomæ art.
2. Verum ut negligentiæ, ſeu incuriæ notam, a
præpoſitis pro tempore Regularum conſtructio
ni, quoad fieri poteſt temoueamus, quum pro il-
lis præſumendum ſit, ad ea quæ tefert Caſſador.
dec. 3. num. 2. ſub titu. de reſeruationibus, ſuppo
namus tempore Sixti Quarti & Innoc. Octaui a-
liquas declarationes, ſeu limitationes ſeorſum
ab illorum Regulis emanaſſe, quas nunc non ha-
beamus, uel contenti ſimus ueſtigia de quibus
in hac in tertia parte Regulæ, nobis præmonſtra-
ta eſſe in Regulis Pauli Tertii & eius ſucceſſorũ,
uel denique concludamus non eſſe uim facien-
dam, an ueſtigia appareant uel non, cum nos ha
beamus conſtitutionem ex ſe ipſa diſponentem,
& deciſiuam ad tex. in præalleg. cap. abbate ſan-
cti Siluani. uerſicul. contra quod fuit ex aduerſo
reſponſum, de uerbo. ſignifi. late per præcepto-
rem meum D. Philippum Dec. conſil. 169. & dili
genter. colum. 1. poſt medium. verſi. ultimo non
ob. & colum. 3. poſt prin. poſt docto. in. l. admo-
nendi. ff de iureiurand & in auten. ſi quis in ali-
quo. C. de edend. dicit eſſe communem opinio.
3 † relatione facta in una diſpoſitione, de alia, cir-
ca quam etiam tunc quis haberet poteſtatem
diſponendi, non eſſe neceſſe apparere de alia
diſpoſitione, ſed Sanctiſſimus Domin. N. ex ſe
ipſo diſponere, ſtatuere, limitare, & declarare
potuit, unde non eſt cutandum an aliorum præ-
deceſſorum ueſtigia appareant an non. De-
ſcendo igitur ad perquiſitionem ueri intelle-
4 ctus huius tertiæ partis Regulæ, cui † tres intel-
lectus dari, ſeu aſſignari poſſunt. Primus eſt
quod limitatio hæc reſpiciat reſeruationes pro
pter officia cauſatas, quæ tamen ſint genera-
les, ut ſenſus ſit, ſi cum familiaritate de qua
in Regula concurrat reſeruatio beneficiorum
generalis, ceſſet diſpoſitio huius conſtitutio-
nis. poſt uerba, ſed etiam ratione officiorum,
iuxta lecturam tempore Pauli Tertii & Iulii Ter
tii, non adeſt copula, &, ſed ſequitur relati-
uum, quæ, ſcilicet beneficia, & iſtud prono-
5 men † quis uel qui ſine copula, cuicunque
generalitati adiiciatur, illam reſtringit. l. ea
tamen adiectio. ff. de legat. 3. l. omnes populi
ubi Bartol. in. 2. oppoſi. & alii. ff. de iuſti. & iu.
Bartol. in. l. cunctos. populos numer. 1. C. de ſum.
trini. & fi. cath. ubi etiam Bal. & Bar. in l. præcipi
mus. col. fi. uerſ. dicit Bart. quod relatiuum. C. de
appel. Ang. Aret. in §. omnium autem actionum,
num 1. inſti. de actio. iuxta igitur lecturam regu-
larum prædeceſſorum ſummorum Pontificum,
ex beneficiis hic indefinite, ſeu generaliter poſi-
tis, ſolum uenient ratione officiorum generaliter
reſeruata, & hanc generalem reſeruationem ra-
tione officiorum exemplificare poterimus in
beneficiis cubiculariorum, & curſorum per re-
gulam ſextam inductam. Secundus erit quòd
hæc declaratio in tertia part. Regulæ compre-
hendat omnes, ac quaſcunque reſeruationes,
tam generales, quàm alias ratione tamen officio
rum inductas, & ſic non ſolũ teſeruationes de qui
bus in præal. regula 6. ſed etiam eas de quibus in
extra. Ex debito. Io. xxii. uerſ. & hoc idem in digni
tatibus uel quia dicta extra. cum conditore expi
rauit, ponamus exemplum in illis beneficiis ra-
tione officiorũ teſeruatorũ de quib. ſupra in pri-
ma tegula, & in extra. Ad regimen. uerſ. ac etiam
per obitum Cardinalium eiuſdẽ eccleſię. ſub tit.
de præb. innouata, ſeu cõfirmata per dictã tegulã
primã Cancellarię Et licet in dicta extra. ad regi
mẽ, & in tegula prima nõ ſpecificetur an teſerua
tio beneficiorum ratione officiorum ſit genera-
6 lis, an ſpecialis: vtcunque ſit, beneficia † officialiũ
ſunt reſeruata, prout etiam concludit Cardinal.
conſil. 33. lite. in Romana curia. ante numerum
quintum, uerſ. item cum ſit officialis Papę &c. D.
Pet. Rebuff. in praxi dum de teſeruationibus tra
ctat, nu. 3. Siue igitur generaliter reſeruata ſint, ſi
ue etiam ſpecialiter, ſub hac tegula uenient, põde
rãdo illa uerba, dictę diſpoſitioni generaliter re-
ſeruata, uel affecta fuiſſe apparerent, & ſic omnia
beneficia officialiũ ſub iis uerbis uenient, ſi enim
erunt generaliter reſeruata, erimus in claris, pro
pter uerba clara hic, uidelicet generaliter reſer-
uata, ſi uero erunt ſpecialiter reſeruata, adhuc
uenient propter illa uerba, uel affecta, eo
enim ipſo quòd Papa generaliter, uel ſpecia-
liter teſeruauit, manum appoſuit, & ſi manum
appoſuit, affectio, ſeu teſeruatio inducta fuit,
quo ſit ut nullus de talibus beneficiis ſe intro-
mittere poſſit, extra. Ad Romani Pauli 2. c. ne no
ſtrũ. ubi omnes. de appel. Tertius intellectus erit
quod hęc. 3. pas regulę comptehendat teſeruatio
nes ꝓpter officia inductas, & ultra has quaſcun-
quę et teſeruationes generales, iſte intellectus col
ligitur, ex illis uerbis, declarauit conſtitutionem
locum non habere, in illis beneficiis quæ nõ ſolũ
&c. ſed etiam ratione officiorum, & quæ ſcilicet
beneficia, familiares ipſi &c. obtinerent,
aut antea obtinuiſſent, dictæ diſpoſitioni gene-
raliter reſeruata &c. ut ſenſus ſit, ſi cum fami-
liaritate de qua in Regula, concurrat reſerua-
tio ratione officiorum, uel alia quæuis teſer-

uatio generalis, Regulæ huic non ſit locus: quòd
iſte ſenſus ex uerbis eliciatur, probarut, dum e-
nim poſt illa uerba, ſed etiam ratione officiorũ;
ſequitur iuxta noſtram modernam lecturam, &
7 quæ familiares ipſi &c. illa dictio † &, operatur
ut omnino diuerſa copulentur, & vtrunque co-
pulatum ueniat principaliter. glo. penul. in. c. quę
relam. uerſ. & hoc colligitur bene, de ſimo. c. pen.
poſt princ. ibi ad aleas, & taxillos non ludant, de
ui. & hone. cleri. per quem tex. docto. dicunt illos
eſſe duos ludos & inter ſe diuerſos, & utroſque
prohibitos. Bar. in. l. titiæ textores. §. 1 ff. de lega,
1. & in. l. ſi cui. numer. 2. & ante. ff. de fun. inſtru.
8 ubi etiam ponit differentiam inter, et, & † cum,
Iaſ. in. l. 1. num. 5. ff. de iuſti. & iu. ex cuius dictio-
nis, &, natura concludit ſub illa clauſula, dico ſen
tentiam nullam, & ſi qua eſt appello, æque prin
cipaliter uenire nullitatem, nõ autem acceſſorie,
ad appellationem, quidquid dixerit Salyc. in l. 1.
C. quan. prouoc. non eſt neceſſe. & quòd copulet
omnino diuerſa, probat etiam Fran. Paui. in tra-
cta. de offi. & pote. capi. ſe. uacan. in. 3. prælud. in
prin. Et pro generalitate, ſeu ampliatione huius
intellectus, repeto quòd dixi, & probaui ſupra in
1. quæſt. quòd diſpoſitio huius Regulæ eſt exorbi
tans, ſic autem interpretãdo, ut proxime feci, ual
de reſtringitur illa diſpoſitio exorbitans noſtrę re
gulæ, & ſic declaratio, ſeu expoſitio noſtra fauo-
rabilis erit, excluſio enim ſeu reſtrictio diſpoſi-
9 tionis † exorbitantis fauorabilis reputatur. gloſſ.
in. c. ſtatutum. in uer, numerandum. circa mediũ,
& ibi docto. de præben. lib. 5. Alex. in. l. ſi conſtan
te num. 5. ff. ſolut. matri. Iaſ. in. l. ſi unus. §. pactus
ne peteret. num 6. ff. de pact. late Syl. nup. libr. 6.
nume. 23. Omiſſa omni diſputatione (mea qui-
dem ſententia) ſecundus intellectus eſt uerus, &
tenendus, & ſic demptis beneficiis officialium,
omnia alia beneficia ex declaratione huius. 3.
par. Regulæ, ſub hac Regula uenient, etiamſi ſint
reſeruata propter obitum in cu. Roma. per. ca. 2.
de præben. lib. 6. & ita in praxi ſeruatur, prout e-
tiam per gl. antiquam hic, & per Sarnen. uel qua
litercunque aliter ſint reſeruata præterquam ra-
tione officiorum. & ſi quis, me quæreret, quare
magis ab hac conſtitutione ſint excepta benefi-
cia officialium, quàm alia, reſpondere poſſem
quòd in principe uoluntas eſt pro ratione, iuxta
textum in. l. 1. §. ſi initium. iun. gloſſ. in uer. ratum.
ff. de poſtu. glo. no. in c. pia. §. ſi quis igitur. de ex-
ceptio. libr. 6. in uer. octo dierum. poſt medium,
verum quia enixe curare debemus vt rerũ cauſas
cognoſcamus, iuxta poeticum dogma, felix qui
potuit rerũ cognoſcere cauſas, ac prudentis ſit
pro uirili omnium rationes excogitare, & inue-
nire. l. dotem. cum gl. ff. ſolu. mat. c. ſi quando. §. 1.
ibi rationabilem cauſam prætendas, ubi gloſſ. de
reſcr. c. Nabucdonoſor. cum glo. in uer. rationem,
& ibi Archidia. numer. 4. qui dicit ad minus ra-
tionem reddendam eſſe in genere. 23. quæ-
ſtio. 4. diligentius perquirendo rationem eam
10 eſſe putaui quia † officiales ſedis apoſtolicæ
habent aliqua ſpecialia ultra alios, & ſæpe a com
munibus Regulis eximuntur, & præſeruantur,
prout uidere eſt in pragma. ſub tub. de cauſis. §.
Romanæ. ubi etiam late per. glo. uer. comprehen
di. fol. 270. & officiales Roma. cu. pro maiori par
te dicuntur, imo ſunt familiares ipſius ſummi
Pontificis, uidelicet clerici cameræ apoſtolicę, mi
lites Sancti Petri (in quorum numero ego ſum)
Cubicularii. Abbreuiatores de parco maiori, ſcri
ptores apoſtolici, & plerique alii, qui tum ex pri
uilegiis conceſſis, tum ex dignis, & præclaris ſer
uitiis quæ ſummo Romano Pontifici, Roma. cur.
& etiam cęteris impendunt, Regulis Cancellarię,
& iuris Regulis excipiuntur, prout a Regula de
Publicandis, ut ibi per Sarnen. q. 12. poſt princi.
& cum ſint ueri familiares Papæ ex forma eorum
priuilegiorum, & extra. Pauli Tertii, de qua per
Sarnen. ſuper hac Regula, quæſt. 13. numer. 15. &
ſeq. decens uiſum fuit, ut hæc familiaritas erga
ſummum Pontificem, familiaritatem erga Cardi
nalem offuſcaret, ad tradi. per Caſſa. dec. 9. & dec.
23. alias ult. de prębend. Ex proxime dictis ſequi
tur etiam quòd beneficia familiarium Papæ, e-
tiam ſi non ſint officiales, ab hac Regula ex ratio
ne ſupra adducta, & ex communi cur. Roma. ob-
ſeruantia ſint exempta.

S V M M A R I V M.

1 *Regula hæc an in beneficijs epiſcopi, ſeu in epiſcopum e-
lecti, alicuius Cardinalis familiaris, locum ſibi uen
dicet.*
2 *Epiſcopos propter præeminentem dignitatem non inclu-
di ſub quacunque generali diſpoſitione.*
3 *Epiſcopos Papa fratres appellat.*
4 *Qualitas ſuperueniens non mutat effectum antea intro-
ductum.*
5 *Electio ante confirmationem non proprie tribuit dignita
tem.*
6 *Electio ante acceptationem nullum ius tribuit.*
7 *Intruſus dicitur electus ante confirmationem bona ec-
cleſiæ adminiſtrans.*
8 *Electio non tribuit ius in re ſed ad rem.*
9 *Conſecratione ſuperueniente omnia perficiuntur.*

1 DEcimoquinto quæro, an † regula hæc
in beneficiis epiſcopi, ſeu in epiſ-
copum electi, alicuius Cardinalis
familiaris, locum ſibi uendicet?
Ego ſic diſtinguerem. Aut loqui-
mur de epiſcopo ad familiaritatem alicuius Car
dinalis accedente, aut de eo qui in minoribus e-
xiſtens Cardinali inſeruiens euaſit epiſcopus, aut
de electo ad Epiſcopatum, deinde familiari ali-
cuius Cardinalis effecto, & ante confirmatio-
nem defuncto. Aut de familiari Cardinalis in e-
piſcopum electo, & ante confirmationem ſimili-
ter mortuo. In primo membro negatiuè uidetur
2 eſſe reſpondendum: Tum quia † epiſcopi propter
eminentem

eminentem dignitatem, ſub quacunque etiam generali diſpoſitione, niſi de eis fiat mentio, non comprehendantur. cap. 2. de offic. deleg. a. lib. 6. c. quia periculoſum. de ſenten. excommu. eo. lib. & hæc concluſio indiſtinctè uera eſt, in materia exorbitanti, ſeu odioſa, in qua nos ſumus. capitu. ſi compromiſſarius. §. huiuſmodi quoque pœna. de elect. lib. 6. Io. And. in cap. cui licet. dum format quæſtionem de ludentibus cum epiſcopo. de regu. iur. eo. lib. ſequitur Bal. in l. digna uox. nume. 2. C. de legi. Et ſummus Pontifex adeo epiſcopos
3 cæteris præfert, ut † hos fratres appellet. cap. cum olim frater epiſcopi. de præſcrip. cap. ex parte. 1. in princip. & poſtea ibi, aliàs ad re frater Eboracen. de offic. deleg. c. quam graui. uerſic. cum ſcire debeas. de crimi. falſi. cap. fin. de pœn. diſt. 5. cap. præterea. 51. diſtin. Prouin. fol. 14 a ter. in uer. lite ræ apoſtolicæ. uer. & no. quod Papa & epiſcopus dicuntur habere perſonam Chriſti. c. omnis qui, poſt princ. 7. quæſt. 1. cap. mulier debet uelare. 33. quæſtio. 5. glo. fi. in c. ſeat. de pœniten. diſtinc. 1. Io. firma. in tracta. epiſco. in 1. quæſtio. 4. libri. in princip. & pro præmiſſis, quòd Papa epiſcopos fratres appellet, Cardinales uero non epiſcopos, ſeu electos tantum, quod nominet filios, uideatur Domin. Petr. Rebuf. ſuper concordan. in for. man da. apoſto. in uer. fratri. pag. 527. Et ſi in reſcripto Papæ epiſcopi nominarentur filii, uel non epiſcopi nominarentur, fratres, illud eſſet contra ſtilū, & de falſo ſuſpectum. Specu. de reſcrip. præſen. §. ratione formæ. in princip. & dixit glo. 1. in c. 2. de præbend. lib. 6. quòd epiſcopatus non eſt dignitas, ſed dignitatum culmen, & quòd epiſcopi nō poſſint dici familiares Cardinalis ſoluit Staphi. ſuper ſigna. folio 50. a ter. in uerſicu. primū, quòd in indulto Cardinalium. Tom quia regula hæc de familiari ſimpliciter loquens, non intelligitur procedere in familiari, qui etiam ſit epiſcopus, cum ſub ſimplici non ueniat mixtum, præſertim in odioſis. l. mariti. §. hoc quinquennium. ſunc. l. cum paſſa. §. præſcriptione. ff. de adulte. capitulo ſtatutum. de electio. lib. 6. ubi quod diſpoſitio. ca pitu. licet canon. quæ loquitur in parrochiali, nō procedit in parrochiali collegiata. capit. cum in illis. in fi. de præben. eod. lib. Docto. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. præſertim Are. ff. de lib. & poſt hum. Alexan. in l. ſi extraneus. numero 5. ff. de cō di. ob cau. Iaſ. poſt alios in l. 2. nume. 2. ff. de uerb. obliga. Iuxta ſecundum membrum ſubdiſtingue rem. Aut enim loquimur ſuper beneficiis acquiſitis ante epiſcopatum adeptum, aut de acquiſitis poſt. Primo caſu diceremus reg. locum eſſe, ſecundo non, ſuperueniētia enim epiſcopatus debet ope-
4 rari de futuro, non de præterito, † qualitas enim ſuperueniens non mutat effectum antea introductum, niſi in his, quę eſſent incompaſſibilia, uel incondecentia ipſi ſtatui ſuperuenienti, ad l. 1. ff. de pœn. Domini. in c. præſul. poſt medium. uerſic. fol. dic quod hoc hēt locum ſi accuſatur, de his, ą commiſit & c. 2. q. 5. & in ſimilibus terminis uidemus, quòd ſuperuenientia epiſcopatus liberat a patria poteſtate quoad effectus de futuro tantū, auten. ſi dignitas epiſcopalis. C. de epiſc. & cleri. Bar. in l. patre furioſo. ff. de his, qui ſunt ſui, uel alie. & pro præmiſſis ponderetur clauſula in ſupplicationibus, apponi ſolita, uidelicet, quod exprimi poſſit, ſi dictus N. epiſcopus fuerit familiaris alicuius Cardinalis, dum in minoribus erat, de qua per Staph. ſuper ſigna. fol. 50. a ter. uerſ. primum quod in indulto. In tertio membro affirmatiue re
5 ſpondendum eſſe putarem. † electio. n. ante ſuperioris confirmationem non propriè tribuit dignitatem. l. ex tempore. ff. de mili. teſtam. cap. tranſmiſſam. uer. reſpondemus igitur a contrario ſenſu. de elect. glo. 1. in cap. quanto. 63. diſtin. capitu. ſuper his. ubi Abb. & alii. de accuſa. Et iuniores ſciant, quòd habemus iſtos terminos, uidelicet, electionem, electionis acceptationem, confirmationem, conſecrationem, de quibus, & quid operentur, uideatur tex. in capitu. fina. de transla.
6 epiſco. Et electio † ante acceptationem nullū ius tribuit. l. fina. iun. glo. 1. C. de conſuli. lib. 12. c. innotuit. iun. glo. 1. & c. cum inter. de elec. latè per Bar. qui diſtinguit. in l. abſenti. nume. 2. ff. de dona. Ruin. conſi. 166. uiſis probabilibus. nume. 1. uolum. 5. electione uero acceptata, ante confirmationem, nō acquiritur ius perfecte. Inn. in c. cum ueniſſet. num. 4. ibi & non habuit effectum electio nata, quia non eſt confirmata, & nu. 5. uerſic. electio enim. de in inte. reſt. Io. And. in c. in noſtra col. 2. uer. unde iam conſului. de reſcr. gl. in cle. 1. uer. collatio. poſt prin. ut li. pend. ubi quod durat prima uacatio uſque ad confirmationem. Bald. in Marga. in uer. electio integratur ex tribus, & in uer. electores non transferunt dominium bona prælatu
7 re. Imo † electus ante confirmationem bona eccleſię adminiſtrans, intruſus dicitur, & ipſo iure priuatus exiſtit. c. qualiter. de elect. glo. & Doct. in c. cum in cunctis. in c. noſti. & in c. nihil eſt. de elec. c. cum iam dudum. iun. gl. in uerſi. aliud. de præben. c. auaritię. de elec. lib. 6. quod autem ius acquiratur per electionem, uideatur tex. in c. noſti, & ibi per Docto. de electio. per Hoſtien. in c. paſtoralis. de iure patrona. Rot. 489. aliàs pœnul. in no. per Lap. alleg. 138. pater filium. nume. 8. & ſequen. per Feli. in c. cum Bertoldus. colum. 2. de re iudi. & per Sarnen. in 1. quęſt. regulę. de non tollen. in quęſt. nume. 18. & 27. latè per Io. de Syl. de beneficio. parte 3. q. 1. nume. 2. cum ſequ. Staph. ſuper ſigna. fol. 79. a ter. uerſi. illud tantummodo, communis autem, & uerior opinio uidetur eſſe
8 quòd † electio non tribuit ius in re, ſed ad rem, & hanc dicit communem Cardin. Alex. in c. quanto 63. diſt. & pro hac opin. uidetur tandem concludere Felin. in pręalleg. cap. cum Bertoldus. præſertim. colum. 2. uer. & caue quia attento, quòd electus non habet exercitium. Ante confirmationē igitur quis non dicitur adeptus beneficium, ſed agit de obtinendo. Innoc. in cap. 2. nume. 4. de in integ. reſtit. Rebuf. ſuper concordan. ſub rubr. de annatis.

annaris.in uer.poſſeſſionem.uer.quinto quod ele
ctio.pag.756. poſt confirmationem uero dicitur
quis obtinuiſſe, ſed deueniendum eſt poſtea ad
conſecrationem, & ſic electio, & confirmatio ha-
beat uim collationis.Fel.in c.ſuper his.poſt prin.
9 de accuſa. † conſecratione autem ſuperueniente
omnia conſummantur,ſeu perficiuntur, præall.c.
ſi.poſt prin.de transla.epiſco.c.cum in cunctis.§.
cum uero.cum ibi nota.de electio.Ioan.Andr. in
c. in noſtra.cir.medium. uerſicu. econtra habita
confirmatione.de reſcrip.& hinc eſt, quod Papa
electum in epiſcopum ante conſecrationem,non
uocat fratrem,ſed dilectum filium.Hier. Pau. in
praxi cancellariæ, ſeu in libro nũcupato prouin
ciale folio 14.in uerſicu.literæ apoſtolicæ. non de
bent lineari.in uerſicu. electum autem ad epiſco-
patum,In quarto membro ſimiliter affirmatiue
reſpondendum eſſe arbitror, ex ſupra adductis,
& pro iſto quarto membro faciunt aliqua tacta
per Sarnenſ. hic quæſtione 24. cuius quæſitum
principale in proxima ſubſequenti quæſtione re-
aſſumam.

S V M M A R I V M.

1 *Familiari Cardinalis in epiſcopum electo, & ante confir-
mationem in curia defuncto, an conſenſus pertineat
ad Cardinalem iuxta formam huius regulæ.*
2 *Electi dignitas in Ro. Cu. ante confirmationem defuncti
non cenſetur in ea uacare.*

DEcimoſexto cum Sarnenſ. hic quæro
1 † ponamus familiarem Cardinalis
eligi in epiſcopum,& antequam cõ-
firmetur mori in curia,dubitatur an
cõſenſus pertineat ad Cardinalem,
iuxta formam iſtius regulæ?quæſitum hoc dupli-
citer intelligi poteſt,uno modo, quod loquamur
de conſenſu ſuper beneficiis electi in epiſcopũ,
& iſtud tetigi ſupra in proxima præcedenti quæ-
ſtio.& concluſi pro parte affirmatiua. Altero mo-
do,quòd loquamur de conſenſu ſuper epiſcopa-
tu,ad quem familiaris Cardinalis electus ſuppo-
nitur, qui ante confirmationem poſtea obiit, &
iſte uidetur eſſe caſus Sarnen.uti colligitur ex his
quę in ſua.q.24.adducit,præſertim poſt prin.ibi,
ex eo quia ſi electus moriatur &c. ipſe prius con-
cludere uidetur pro opi.affirmatiua,deinde mu-
tat ſententiam,redit poſtea ad affirmatiuam, &
tandem ad primam opi.negatiuam,nec figit pe-
des,nec ſibi ipſi conſtat. Pars negatiua tenenda
2 eſt,† electi.n.ad dignitatem ante confirmationẽ
in Ro.Cu.defuncti,eadem dignitas non cenſetur
in Ro.Cu.uacare,etiam lite in ea pendente.gloſſ.
in uerſic.collato, in clemen. 1. ut lite penden. &
ibi Cardi.quæſt.6,nume.16.ubi ſubdit quòd per
obitum electi ante confirmationem, non uidua-
tur eccleſia,cum glo.prædicta tenet etiam Gemi.
in c.ſi electio.col.2.uer.ſed per ſolam electionem.
de electio.lib.6.Ioan.Fran. Paui. de offic.& pote.
cap.ſede uacan.in 7.& ult.prælu.nume.9.uerſicu.
& per uacationem iuris ad rem, faciunt tradi. p
Felin.in capit.in noſtra.in 37.correl.uerſic. & ad-
de quod non ualet impetratio facta tanquam de
beneficio uacante per mortem,quando mortuus
erat ſolum electus,non confirmatus &c. de reſcri.
& per Sarnen.in 1.quæſtio. regulæ de non tollen.
iu.quæſi.nume.28.uerſic.quia per ſolam electio-
nem,per eundem hic quæſt.24.& per me ſupra q.
proxime præceden.& ultra alia fundamenta,quæ
ex dicta præcedenti quæſtio.pro hac opin.negati
ua elici poſſunt,pondero quòd regula noſtra, quę
prout ſupra in prima quæſtio.probaui,eſt exorbi
tans,& odioſa,loquitur de beneficiis, quorum ap
pellatione in odioſis non ueniunt epiſcopatus.
ad capitu.2.§.cum uero.iunc.cap.dilectus.de cõ
ceſ.præben.capitu.ſtatutum,& ibi Ioan. Andr.&
alii.de electio.lib.6.capit. inquiſitores. & ibi no.
glo.penul.etiam ſi adeſſent uerba expreſſa gene-
ralia,puta contra quoſcunque, cuiuſcunque con
ditionis,dignitatis &c. de hære.eo.lib. Ludo.Ro-
ma.conſi.340.circa primum.nume.4.uerſic.circa
ſecundum. ſequitur Felin.in cap.cam te.ante nu-
merum 4.de reſcrip.Pondero etiam quòd regula
noſtra loquitur de imperrante beneficium,at epi
ſcopatus non impetrantur, nec de illis prouide-
tur prout de aliis beneficiis,ſed de eis motu pro-
prio,& cõciſtorialiter prouidetur, prout pulchrè
per Stap.allegat.84.Domi.Papa. colum.penul.an
te nume.12.uerſic.item de illis expeditur &c. Sar
nen.in 14.quæſtio.regulæ de infirm. numero 2.&
ſequen.Tertio pondero,quòd uerba regulę ultra
alia non conueniunt epiſcopatibus, quod probo
ſumendũ interpretationem, ſeu declarationem
ab una parte regulæ quoad reliquas partes, argu-
mento.l.cum proponebatur.ff.de lega.2.l. qui fi-
liabus. in princ.ff.de lega.1.cum uulga. Verba 5.
par.regulæ,ibi ad alterius Cardinalis collationẽ,
uel aliam diſpoſitionem pertinere deberent &c.
nullo modo comprobari poſſunt in epiſcopati-
bus,& ultra alia, quia eorum diſpoſitio ad Cardi
nales nullo modo ſpectare poteſt,ut notiſſimum
eſt,nec ille terminus,collatio, epiſcopatib.apta
tur,ad eos enim quis promouetur,cum igitur uer
ba regulæ epiſcopatibus non conueniant, regulæ
locus eſſe non poteſt argumento tex.in l.dies cau
tioni.§.tpties.& ibi no.Iiar.ff.de dam. infec. l. ita
autem.in prin.& ibi Barto. ff. de admini. tut.c.
indemnitatibus.§.pen. de elec.lib 6. Fundamenta
contraria per Sarnenſ. adducta non reaſſumo,
quia parum ſtringunt. Inſuper illa prętereo, &
alia quæ hic adducere poſſem, quia quæſito pro
poſito raro locus erit, ex quo epiſcopatus, & ſu-
periores dignitates reſeruationi apoſtolicæ,& Pa
pæ pro tempore exiſtentis diſpoſitioni, ſubii-
ciuntur, propter regulam reſeruatoriam cathe-
dralium eccleſiarum, de qua ſupra, quæ eſt ſe-
cunda in ordine.

S V M-

SVMMARIVM.

1 *Conſenſus Cardinalis, an poſſit interuenire poſt impetrationem.*

2 *Vna determinatio plura determinabilia reſpiciens debet ea pariformiter determinare: fallit nu. 11.*

3 *Vocabula duo poſita ad determinationem eiuſdem verbi debent intelligi, vt vniformiter determinentur.*

4 *Et, natura eſt copulare ſub ſimili qualitate.*

5 *Conſenſus, an in ipſo actu interuenire debeat. & nu. 6.*

Conſenſus per modum ſolemnitatis, & formę ex poſt facto interuenire non poteſt.

7 *Conſenſum patroni interuenire poſſe poſt permutationem.*

8 *Conſenſum epiſcopi in translatione iuriſpatronatus interuenire poſſe ex poſtfacto.*

9 *Conſenſus epiſcopi in donatione iuriſpatronatus ſufficit ex poſt facto.*

10 *Accedere, verbum pro addere, ſeu ſubſequi.*

12 *Auctoritas, conſenſus, & decretum, in quo differant: remiſſiuè.*

13 *Auctoritas, ſeu auctorizabilis conſenſus in ipſo actu interuenire debet.*

1 Decimoſeptimo quæro, † an conſenſus Cardinalis poſſit interuenire poſt impetrationem, ſeu gratiam obtentam? Pro parte negatiua pondero, quòd participiũ impetrans in prin. noſtræ regulæ poſitum, reſpicit tempus præſens, & ſic interpretatio facienda erit hoc modo, uidelicet, impetrãs beneficium, &c. i. dum impetrat, uel ſi quis impetrat, iuxta tex. in l. ſcribit. §. item ſcribit, ibi quoniam articulus eſt præſentis temporis, &c. ff. de auro & argen. legato. gloſ. nota. in clem. 1. in uer. ſi dignitatibus. in fi. quæ exponit imminens. i. ſi quod imminet, de præbend. Corn. conſil. 14. circa primum. col. 2. uer. unde legat. nume. 17. lib. 1. ubi exponit, exiſtentia. i. quę exiſtũt, Pariſ. conſil. 21. uiſo teſtamento, nume. 31. & ſeq. libro 2. exponemus igitur textum noſtræ regulæ hoc modo, uidelicet, dum quis impetrat beneficium uacans per obitum familiaris Cardinalis, exprimat nomen, & titulum Cardinalis, illiuſque ſi præſens ſit in curia obtineat conſenſum, & ſic eo ipſo quòd impetrat, & in ipſo actu impetrandi. Secundo hoc concluditur ex

2 tutis regula, quæ eſt, quòd † determinatio una plura determinabilia reſpiciens, debet ea pariformiter determinare. l. nam hoc iure. uerſic. ſed ſi alter. ubi omnes. ff. de uulga. & pupillar. l. 2. & l. quamuis. C. de impuber. Grat. reſpon. 1. numero 26. libro 1. ubi pulchrè infert ad iuramentum fidelitatis, quod arctet uaſallum ad nunciandum domino, etiam ſcienti aduentum inimicorum, & ſic concludit contra feudatarios, qui non denunciarunt Clemen. Papæ vii. aduentum exercitus. Angel. conſil. 143. tria uidentur. ante finem, ubi ampliat ad interpretationem ſtatutorum. facit textus in cap. maiores. §. cæterum exui. ibi & ob hoc tota auctoritas hic intelligenda eſt, de adultis, ut ad alios prima, ad alios ſecunda clauſula referatur, de baptiſm. & in l. in teſtamento, prima, & ibi latè Iaſ. in 2. nota. num. 5. C. de milita. teſtamen. ſubdens

3 idem eſſe in duobus † uocabulis poſitis ad determinationem eiuſdem uerbi, quòd debeant ſic intelligi, ut uniformiter operentur, per text. in l. fin. C. de ſenten. & interlocuto. omn. iudi. quem ibi pro ſingulari. Bar. not. in l. ſi legatarius. §. fin. & ibi Bar. & Bald. ff. de lega. 3. illud participium impetrans, ita reſpicit nominis & tituli expreſſionem, ſicut conſenſum. Inſuper illa uerba, alias gratia ſit nulla, ita reſpiciunt eum, qui nomen, & titulum non exprimit, ſicut eum qui conſenſum non obtinet. Amplius omnia hæc ueniunt ſub eadem ſtructura uerborum, ergo ſicut nominis, & tituli expreſſio requiritur, quod interueniat in ipſa impetratione, ſeu actu impetrandi, pariformiter & tunc Cardinalis aſſenſus interuenire debet. Tertio, idem oſtenditur propter naturam copulę, &, poſt dictionem, Cardinalis, po-

Papæ, qualis eſſe debet ex iure ſcripto. Bald. in l.
ex facto. ff. de uulg. & pup. unde interpretatio fa-
cienda eſt, ut conditio a collationibus beneficio
rum excludatur. Demũ facit illud uulgare mors
omnia ſoluit. l. adeo. in princ. ff. pro ſocio. §. fini-
tur. Inſti. de uſu. bonus text. in §. deinceps. in au-
then. de nup. & patet ad ſenſum, unde ſimiliter
dicamus mortem Cardinalis inducere ſolutio-
nem, & liberationem a ſeruitute petendi conſen
ſum, & à quocunque alio nexu, quid tenendum?
Ego putarem diſtingui poſſe hoc modo, uide-
licet, aut ſtatim, uel parum poſt obtentam gratiã
Cardinalis requiſitus conſenſum præſtare, illum
denegat, & ſucceſſiuè moritur, & quia illa uolun
tas denegandi, ſeu conſenſum non præſtandi du-
rare cenſetur, niſi oſtendatur mutata, ad l. 3. & l.
eum, qui uoluntatem. ff. de probatio. l. lucius. 1.
ff. de lega. 3. c. maiores. §. fi. cum glo. in uer. perdu
rare de baptiſ. & obſtabit regula. Aut Cardina-
lis ſtatim poſt obtentam gratiam, ſiue ab eo con
ſenſu non petito, ſiue petito, & per eum reſponſo,
quod cogitabit, ſeu deliberabit, moritur, & regu-
la non obſtabit, ex quo conſenſus, ut in aliis qſt.
probatũ fuit, nõ requiritur neceſſario in ipſa im-
petratione, uel ſtatim poſt eam, & ſic moræ locus
eſſe non poteſt, nec eſt quid tali impetranti im-
putetur. Aut diu poſt impetrationem Cardi-
nalis moritur, & tunc aut literis iam ſupergra-
tia expeditis, & lite iam pendente, & ſiue peti-
tus fuerit conſenſus, & non obtentus, ſiue etiam
non petitus, ex quo impetrans ſi ſibi eſt denega-
tus, eſt in caſu claro, ut ſibi regula obſtet, ſiue cõ
ſenſum non petiit, & eſt in magna mora, quo ca-
ſu ſibi imputet deſidiam. ſeu nimiam protelatio
nem, argumento tex. in l. fi. 1. reſponſ. de procur. l.
hæc uenditio. uerſi. ſi igitur rationes potuit acci-
pere. & non accepit, & ibi gl. in uer. non accepit.
dat concordan. ff. de contrah. empt. facit tex. in l.
ſi deceſſerit, uerſic. ſi autem poſt diem exhibitio
nis. & l. ſequen. ff. qui ſatiſ. cogan. Et tanto magis,
& ſine dubio iſta procedent ſi ultra moram, & li
tis pendentiam, ſupponamus ante obitum Car-
dinalis datum eſſe de regula, quo caſu nullitas
prouiſionis detecta eſt, & factus eſt locus regulæ,
& quia annullat actum, pœnalis dici poteſt. l. ſe-
natus. C. de contrah. empt. c. diſpendia. cum glo.
fin. & ibi no. Ioan. And. de reſcr. lib. 6. l. turpia, &
ibi Bar. in 1. not. ff. de legat. 1. c. ſi religioſus. 1. re-
ſpon. in fin. ubi, quòd in pœnam electio annulla-
tur, de electio. li. 6. Cum igitur pœna incurſa ſit,
mora omnino erat imprecabilis, & inexcuſabilis,
etiam nullo caſu ſuperueniẽte. l. Celſus. ff. de arb.
l. ſi cui, & ibi Barto. ff. de lega. 2. num. 3. glo. in l. ſi
infra. in fi. ff. de uerb. obl. Aut ſi diu poſt impe-
trationem Cardinalis moritur, ſupponimus lite-
ras non fuiſſe expeditas. & regula non obſit, uel
etiam ſi expeditæ fuiſſent, adhuc ad litem, ſeu
controuerſiam aliquam deuentum non fuit, &
forſan ſuſtineri poſſet quòd regula non obſtet, ſi
conſenſus adhuc petitus non fuerit, uerum iſtud
ultimum membrum altiorem requireret in-
daginem.

SVMMARIVM.

1 *Cardinalis abſentis nominis, & tituli expreſſio, an re-
quiratur.*
2 *Et, copula, verba, orationes, & ſenſum coniungit.*
3 *Contrariorum eadem eſt diſciplina.*
4 *Verba intelligi debent, de actu vniformi non difformi.*
5 *Fœminas, & earum deſcendentes feudo ſuccedere non
poſſe.*
6 *Et, copula, non ſemper coniungit præſertim ſenſum.*
7 *Copula, quando ponitur inter duas orationes perfectas
non inducit repetitionem.*

Vigeſimoprimo, ibi, & ſi ille in curia fue
1 rit: quæro † an ſicut non requiritur
conſenſus Cardinalis abſentis, ita ẽt
expresſio nominis, & tituli Cardina-
lis abſentis non requiratur? Quòd
expresſio requiratur concludit hic glo. antiquus.
colum. 2. verſi. item in quantum hic dicitur quod
nomen Cardinalis, & colum. fi. verſi. item ex hac
regula uidi altercari, idẽ uult Staph. ſuper ſigna.

fol. 136. uerſi. hinc eſt, quòd quando Cardinalis abſens, non gaudet prærogatiua regulæ &c. pro quibus adduci poſſont tradita per Feli. in cap. in noſtra. corre. 21. in prin. de reſcr. ubi quòd oportet facere mentionem, quòd ille cuius morte uacat beneficium, erat familiaris alicuius Cardinalis, & ante num. 21. uer. ſcias etiam circa prædictam regulam cancellariæ, cum gloſſ. antiquo hic tenet Sarnen. quæſt. 16. Antequam ultra procedamus, uideamus an adducta per præfatos in iſta opinione urgeant, & ſubſiſtant. Primum fundamentum gloſſ. hic colum. 2. ante fi. eſt, quòd copula, &, ibi, & ille in curia fuerit, dirigitur circa diuerſa, ideo coniungit uerba tantum, non autem mentem, allegare uoluit tex. cum glo. 2. & ibi Bal. epiſco. uel abba. feu. dare non poſ. in uſi. feu. Con-
2 trarium uidetur dicendum, quòd immo † & copula, uerba, & orationes, & ſenſum coniungat, inſtar clauorum, ſtupæ, & picis, qui connectunt, & uniunt aſſeres nauis partes, quibus omnibus iunctis, fit una tantum nauis, corpuſque unum, nec minus una enunciatiua dicitur oratio, quæ cõiunctione una, eſt, quam quæ unum ſignificat, prout plures enunciatiuæ orationes ſunt, quę plura, & non unum ſignificant, uel quę coniunctione uacant, ſeu quæ inconiunctæ, ſeu diſiunctæ ſunt, prout docet Ariſto. prope finem primi libri de interpretatione: & quòd copula, & coniungat, probat tex. in l. ſi ita quis hæredes inſtituerit, Titius hæres eſto. ibi quamuis (&) ſillaba coniunctionem faciat. ff. de hære. inſtitu. l. cum qui ita ſtipulatus in prin. ff. de uer. oblig. l. Seiæ. §. Caio. ff. de fun. inſtrum. Bal. conſi. 243. uiſis dicto puncto. cit. med. Aimo conſilio 9. accuſatur Titius. nume. 25. probatur etiam ex illo loco præcepto (quem maxi-
3 mam uocant) quòd † contrariorum eadem eſt diſciplina, per Ariſto. in 2. lib. Topico. in 2. loco. & in 24. loco, cum duobus ſequẽ. & alibi ſæpe. Hinc dicimus, cognito uno de contrariis cognoſcitur, & reliquum. l. & ſi contra. in fi. ff. de uulg. & pupil. l. Iulianus. § ſi procuratorr. ff. de actio. empt. l. nam quem. ff. de uer. ſignifica. l. adoptiuum. §. patronum inquit. ff. de in ius uocan. & probat tex. in l. 1. poſt princip. ff. de his qui ſunt ſui uel alie. iu. & §. 1. inſtitu. eod. & inſtitu. de tute. poſt princip. l. penul. in fin. iunc. gloſſ. fina. ff. qui ſatiſda. cogan. glo. ſuper rubr. ff. de acquiren. poſſeſ. optimè per Ioan. And. in cap. qui ſentit. de reg. iur. libr. 6. ubi docet quomodo hæc propoſitio accipienda ſit Lap. allga. 54. factum ſuper quo, nume. 4. & dixit Bal. in l. errore. ante numerum 3. C. de teſt. quòd eadem eſt diſciplina contrariorum, & eadem regula probandi. Item contrariorum eadem eſt diſpoſitio. l. penul. C. de ſolutio. & l. finali. C. de fructi. & lit. expen. Et dixit Plato dialogo vij. de legibus ſeria ſine ridiculis, & omnino ſine contrariis contraria cognoſcere impoſsibile eſſe. Hoc argumento utitur diuus Paulus ad Roma. & ad Galath. utrobique cap. 5. uerſus finem. Sicut enim proprium eſt diſiunctiuæ, tam uerba quam ſenſum diſiungere, ut in illo exemplo aut dies eſt, aut nox, per Barto. in l ſi is qui ducenta. nume. 2. & ibi per omnes. ff. de reb. dub. ita proprium coniunctiuæ erit coniungere, tam uerba, quàm ſenſum, ſeiunctaſque orationes colligare, & cum ambæ iſtæ orationes, ſeu regulæ noſtræ primæ partes, a uerbo (uoluit) in principio poſito regantur, ab eodemque uerbo (uolo) terminentur, ſuccedit illa communis regula, quòd una determinatio plura determinabilia reſpiciens, debet ea æqualiter, & pariformiter determinare. l. reos. §. cum in tabulis. ff. de duo. reis. l. 2. & l. quamuis. C. de impube. cum uulga. eædem igitur qualitates requiſitæ in una ex dictis orationibus, requiruntur in altera, & ſi abſentis conſenſus non requiritur, ita expreſſio nominis, & tituli Cardinalis abſentis non requiratur, cum enim una pars reſtringatur dummodo Cardinalis ſit præſens, ita & altera, & ita in ſimili ponderat, & arguit Grat. reſpon. 1. numero
4 26. & ſequentib. libro 1. Amplius † uerba debent intelligi de actu uniformi, non difformi. Anchar. conſilio 291. ſuper prioribus. colum. 3. ante numerũ 5. uerſicu. item generalis clauſula. Aimo Crauet. conſilio 6. accuſatur. nume. 22. & ſic ambę orationes, ſeu partes uniformiter, ideſt, ſi Cardinalis fuerit in curia, non difformiter, partim ſi Cardinalis in curia fuerit, & partim etiã ſi in curia, non fuerit. Ex præmiſsis ſubuertitur alterum fundamentum glo. & Sarnen. hic quæſt. 16. uidelicet, q ex duobus uinculis uno ſublato, alterum non cenſetur remotum, ad l. qui neque ſequantur. §. ſolutum. ff de uerbo. ſignifica. cap. paſtoralis. de priuil. cum uulga. & ſic inferunt, quòd licet in caſum abſentiæ Cardinalis, remoueator uinculum obtinendi eius conſenſum, non tamen eſt ſublatum alterum, quòd eſt ut exprimatur illius nomen, & titulus, quia immo reſpondeo, quòd ſtante interpretatione de qua ſupra, & cõſiderata natura ipſius copulæ, ſi unum impedimentum ſublatũ eſt, eodem modo & alterum. Inſuper eadem ratio militat in remotione vnius obſtaculi, quæ in remotione alterius, videlicet, Cardinalis abſentia, quo fit, vt non debeat tali abſenti idem honor præſtari, nec hunc abſentem ſummus Pontifex tali fauore proſequi conſueuit, prout præſentes, ad Bal. ſuper rub. ff. de offi. procon. & Feli. in c. clerici. col. fi. in fi. in 2. fallen. de iudi. argumento etiam tex. in l. vni. C. de præpo. labo. lib. 12. vbi milites qui ſunt in præſentia principis, alijs præferuntur, & magis honorantur, identitas igitur rõnis in remotione vtriuſq; obſtaculi, operabitur vt vtrunque ſublatũ ſit, & idem iuris ſit in vno caſu, ſicut in alio, ad tex. in l. ſi poſtulauerit. §. tẽ. ff. de adul. l. illud. ver. ſed magis viſum eſt. ff. ad leg. Aqui. Old. conſ. 185. thema tale eſt, Titius. in fi. vbi ẽt q tunc
1 non dicitur lex extẽdi ſed enucleari. & gl. in l. ſed etſi lege. in §. & puto poſſe. in ver. habeant. ante fi. ff. de peti. hæredi. inuehit contra cõſiderantes di-

uerſitatem caſuum, ratione compoſita. Non ob.
Staphi. ubi ſupra, quia ratio quam adducit quòd
ſit datum pro forma, & quòd adſit decretum irri
tans, non concludit eius intentionem, ſeu illatio
nem, nec ualet conſequentia; regula hæc aliquid
pro forma requirit, ſeu habet decretum, ergo ex-
preſsio nominis & tituli Cardinalis abſentis re-
quiritur, & ſtante interpretatione de qua ſupra,
ſubuertitur eius dictum. Ad Felin. in capitu. in
noſtra. corre. 21. in prin. reſponderi poteſt, quòd
ipſe ſolum dicit, quòd quis tenetur mentionem
facere nominis, & tituli Cardinalis, ſed nihil de
Cardinali abſente dicit, Nec obſt. ante nume. 21.
quia ſolum refert diſpoſitionem noſtræ regulæ, er
go eius opin. ab hac regula, eiuſque uero intelle-
ctu pendebit. Quid tenendum? Breuiter opin. gl.
eſt uera, & a Rota approbata, uti teſtatur Sarnen.
hic quæſtio. 16 in fi. & ego paſsim ita ſeruari ui-
di, tam in cancellaria, quam in Rota, & ubique,
& in quantum Sarnen. ubi ſupra dicit Felin. ita
annotaſſe in apoſtil. ad regulam. 7. addo quòd
formalia uerba Felin. ut mihi relatum fuit, ſunt
hæc, uidelicet, Item ſeruatur quòd illud de requi
rendo conſenſu Cardinalis, nunquam ſeruatur
de abſente, propter iſtam regulam, ſed tunc re-
quiritur eius nomen, & quòd non ſit a iure alie-
na, probat tex. a gloſſa hic adductus, inductus ta-
men ut infra. & imprimis pro iunioribus præmit
5 to, quòd communis eſt regula † fœminas, earum-
que deſcendentes in feudo ſuccedere non poſſe,
niſi in inueſtitura expreſsè comprehendantur, &
in quibuſdam aliis caſibus, ut in prima rubr. de
uſi. feud. §. hoc autem notandum eſt, quod licet fi
liæ, & c. uni. de feud. ſucceſ. cap. uni. de natu. ſuc-
ceſ. feud. cap. uni. de eo. qui ſibi hæredibusque
ſuis, & ibi Alua nume. 2. Dec. conſi. 85. & diligen-
ter. nume. 6. & conſi. 139. colum. 1. ante fi. uerſ. ſed
tamen prædictis non obſtan. Pariſ. conſi. 16. ſi ca-
ſtrum. nume. 12. & ſeq. uol. 4 & ratio principalis
eſt, quia fœminæ non poſſunt dominum pugnan
do defendere. Et quatuor uel quinque cauſæ
quare fœminę, non ſuccedant feudo, aſsignan-
tur per Bal. in l. quoties. num. 10. C. de ſuis & le-
gi. ſequitur Cur. Iunio. qui eum corruptè allegat,
conſi. 1. num. 7. & per eundem Cur. Iun. conſilio
140 ſuperioribus. num. 1. ponamus quòd in inue
ſtitura expreſſe nominentur etiam fœminæ ſub iis
uerbis, uidelicet, concedimus feudum tale Titio
pro ſe & eius deſcendentibus, maſculis & fœmi-
nis, quæritur an æqualiter, & ſimul ſuccedent ma-
ſculi & fœminæ? uidebatur dicendum quòd ſic,
quia illa copula, &, poſita poſt dictionem, ma-
ſculis, & ante dictionem, fœminis, æqualiter con-
iungere, & terminare debebat. l Seiæ. §. caio. ff. de
fun. inſtrumē. l. ſi ita quis hæredes inſtituerit, Ti-
tius hæres eſto, ibi quamuis, & ſillaba, coniunctio
nem facit. ff. de hære. inſtito. l. nam quod liquidè,
ff. de pen. lega. Barto. in l. ſi ita ſtipulatus. §. Griſo-
gonus. colum. 3. ff. de uerbo. obliga. cum aliis ſu-
pra adductis, præſertim quia ſub uno uerbo, &
una conſtructione, ad l. nam hoc iure. ff. de uulga.
& pupil. l. quamuis. C. de impu. Grat. reſpon. 1.
lib. 1. num. 26. & ſeq. Contrarium decidit tex. per
glo. hic adductus, in ca. uni. epi. uel abba. §. quin
etiam. iun. glo. in uer. non admittuntur. ubi quòd
maſculus tantum ſuccedet excluſa fęmina, ratio
eſt, ut uult ibi Bal. & Iac. Aluaro. nume. ſecundo
quia copula illa copulat uerba, & non ſenſum;
& cenſetur appoſita ad deſignandum ordinem,
ut ſi non extet maſculus, tunc fęmina ſuccedat,
idem uult præceptor meus Domi. Phi. Dec. conſ.
208. ad clariorem. nu. 3. uer. & quamuis ſi facta ſit
6 colu. 1. & ſic † &, copula, non ſemper coniungit,
præſertim ſenſum, prout etiam probat tex. ſupra
in contrarium adductus, in l. ſi ita quis hæredes
inſtituerit, ibi, quia non tam coniunxiſſe, quam
celeriter dixiſſe uideatur. ff. de hæredi. inſtit. & ſic
multoties copula utimur, ut celerius, & non tam
diuerſis clauſulis aliquid exprimamus, prout ēt
declarat Anto. Fum. Pariſien. in tracta. de coniun-
ctio. dum proſequitur ſecundam conclu. de præ-
7 la inter coniunctos, num. 4. Verum quia † copu-
la hic ponitur inter duas orationes perfectas, ſal-
tem quoad intellectum, non facit quod dictum
in una, cēſeatur repetitum in alia. l. qui fundum,
ff. de contrah. emptio. Barto. in l. Seiæ. §. Caio. ff.
de fund. inſtrum. Mar. Soci. iun. conſilio 128. nu.
251. lib. 1. Immo aduertendum eſt, quòd nos non
ſumus in illo dubio, an copula inducat repeti-
tionem, cui locus eſſe potuiſſet præpoſteris ora-
tionibus, hoc modo uidelicet. Item uoluit, quòd
impetrans &c. teneatur obtinere conſenſum Car-
dinalis præſentis, & ipſius nomen & titulum ex-
primere: hoc caſu dubitari potuiſſet, an illa quali
tas (præſentialitatis propter copulam, &) cenſe-
retur in ſequentibus repetita, iuxta præalleg. tex.
in l. Seiæ §. Caio, ubi præmiſſum erat de fundis in
ſtructis, copula ſubſequens faciebat dubium, an
domus ſucceſsiuè legata reſtringi deberet ad in-
ſtructam, ex quo igitur nos ſumus extra hos ter-
minos, & antiqua, & hodierna praxis nos docet,
etiam Cardinalis abſentis nomen, & titulum ex-
primi debere, quæſitum noſtrum clarum reddi-
tur, tanto magis, quia ratio unius orationis ab al
tera, ſatis diuerſa eſt, eædemque ad diuerſos fi-
nes tendunt; ſecunda enim pars de habendo con
ſenſum Cardinalis, reſtringit poteſtatem, & liber-
tatem ſummi Pontificis, ut ſupra in prima quę-
ſtio. oſtendi, at prima pars de exprimendo no-
men, & titulum ipſius Cardinalis, in nullo lędit
principem, ſed imponit legem ipſi impetranti, &
hęc inter ſe ualde differunt.

S V M M A R I V M.

1 *Cardinalis abſentis a curia uenationis cauſa, uel in titulo ſui epiſcopatus exiſtentis, ſtatim tamen reuerſuri, an conſenſus requiritur.*

Præſens

2 *Præſens quis dicatur.*
3 *Verba ſunt ciuiliter interpretanda.*
4 *Continuum recipit aliquod interuallum.*
5 *Flumen perenne etiam dicitur quod aliquando exaruit.*
6 *Propter diuerſa Phantaſmata quotidie generantur in nobis diuerſæ opiniones.*

1 Vigeſimoſecundo quæro † quid ſi Car-
dinalis fuerit abſens a curia, uenatio
nis cauſa, uel ad eius titulum epiſco
palem iuiſſet, ſtatim tamen reuerſu-
rus, an eius conſenſus requiratur? gl.
hic in fi. (uti dicit hic Sarnen. quæſt. 17. poſt prin
cip.) ſe inuoluit: ipſe uerò Sarnenſ. nunc ad affir-
matiuam, nunc ad contrariam opinio. redit. Pro
parte negatiua arguo ſic, uerba, & diſpoſitio in-
telligi debent ſecundum iura, & iuris terminos.
l. 2. C. de noxal. l. fi. §. in computatione. cũ ibi not.
C. de iu. delib. Bal. in l. hæredes mei. §. cum ita. ff.
ad Trebell. & in l. Gallus. § quidam rectè. in 3. no.
ff. de libe. & poſthum. Anch. conſil. 264. in princi.
ſiue etiam dicamus regulas cancellariæ ſtatutis
comparari, ſeu æquiparari. Caſſa. deciſ. 16. nu. 5.
& dec. 23. num. 6. de præben. & dec. 35. ſuper regu
lis. nu. 1. adhuc uerba ſtatutorum a iure commu
ni interpretationem recipere debent. l. ut grada
tim. uerſi. & ſi lege municipali. ff. de mune. & ho-
no. c. cum dilectus. uerſi. cæterum cum ſupradi-
ctum ſtatutum, de conſue. c. ad audientiam. iun-
cta glo. in uer. apoſtolica. & gl. ſeq. de cleri. nõ reſi.
ubi quòd ſtatutũ quòd abſentes non percipiãt,
interpretationẽ recipit ab aliis iuribus, quæ de-
clarant abſentes pro præſentibus haberi. Ludou.
Roma. in l. ſtipulatio iſta. col. 2. num. 8. ff. de uer.
oblig. nos autem habemus textum, in l. præſens,
2 & l. ſeq. ff. de procur. ubi quòd † præſens is dici-
tur, qui eſt in hortis, in foro, in urbe, & in conti-
nentibus ædificiis. & in l. abſentem. ff. de uerbo
ſignifica. ubi quod abſentem accipere debemus
eum, qui non eſt in loco, uel eſt extra urbis conti-
nentiam, continentia autem ædificia coniuncta
appellantur, ſeu ſuburbia. l. 2. iunct. gl. in uer. con-
tinentibus. l. ut alphenus. iun. gloſ. fi. & l. ædificia.
ff. de uer. ſign. Cardinalis, qui abeſt uenandi cau-
ſa, ſeu eſt in titulo epiſcopali, non eſt in loco cu-
riæ, non eſt in hortis, non eſt in continentibus ædi
ficijs, ſeu in ſuburbijs, ergo nõ eſt præſens, ſed ab-
ſens, ergo eius conſenſus, de quo in regula non re
quiretur. Et quia regula noſtra dicit, etſi ille in
curia fuerit, &c. non poterit uerificari ſi extra eã
ſit, quia abeſſe dicitur a loco, qui in loco non eſt.
l. 4. §. prætor ait, uerſic. abeſſe autem uidetur. ubi
abeſſe à loco iudicii dicitur, q in iudicio non eſt.
ff. de dam. infect. & in authen. de teſti. §. penul. ibi,
ſed tanquam eo præſente facta ſint. Omiſſis aliis,
quæ pro hac opinio. negatiua adduci poſſent,
quum hæc regula ſit exorbitans, & odioſa (uti la
tè oſtendi pluribus mediis ſupra. 4. q.) & iſte
conſenſus tollat liberam collationem, ſeu diſpo-
ſitionem, ultra quòd ſit facienda ſtricta interpre
tatio, in propriis terminis noſtris, quòd in mate-
ria ſtricte interpretanda, ſeu exorbitanti, præſen-
tes illi habendi ſint, qui ſunt intra muros, abſen-
tes vero qui extra muros ſunt, probat tex. in cap.
ubi periculum. uerſi. hoc ſacro. iun. no. ibi per Io.
And. col. 1. num. 5. & Gemini, num. 5. & 6. de ele-
ctio. lib. 6. & faciunt alia adducta per me. ſupra re
gula. 16. q 32. ubi concludo, abſentem cito reuer-
ſurum, nõ comprehendi ſub illa regula, nec illius
priuilegiis gaudere poſſe. Pars affirmatiua mihi
uerior, & æquior videtur, pro qua ultra adducta
per Sarnenſ. hic, & per me in 32. quæſt. 16. regulæ
dum argumenta pro opin. affirmatiua afferto, &
ultra illud quod præſens, & abſens pluribus mo-
dis accipitur. glo. in prælléga. l 4. §. prætor ait. in
uer. abeſſe. ff. de dam. infe. Aud. Tiraquel. de utro.
retra. §. præſens, & abſens. gl. 3. pag. 711. ubi ſub-
dit in Senatu Pariſienſi non cenſeri abſentem, ni-
ſi qui ſit extra Regnum Franciæ, allegati poteſt
3 illud, quòd † uerba ſunt ciuiliter interpretanda,
ad tex. in l. ſi quis. ita legauerit. ff de condi & de-
mon. ubi ſi quis cum aliquo moram trahere tene
tur, non tamẽ neceſſe eſt quod quolibet momen-
to cum tali ſtet, & recedens animo redeundi re-
ceſsiſſe non uidetur l. ſi cui. ff. de ſerui. pulcher
tex. in l. ſi quid uenditor. ibi, hæc omnia uidentur
eo pertinere, ne id quod affirmauit uenditor, a-
mare ab eo exigatur, ſed cum quodam tempera-
4 mento, &c. ff. de edil. edict. ſic & † continuum re-
cipit aliquod interuallũ. l. Paulus. §. Gaius Seius.
ff. de libe. cau. glo. & Bar. in l ſtipulatus ſum Da-
mam. ff. de uerbo. obl. §. ſedebunt. in authen. de iu
dici. c. ſi. iunct. glo in uer. continuo, de uer ſignif.
lib. 6. quæ uult, quòd continui commenſales di-
cantur, etiamſi ad tempus recedant, & ſuper ea
latè Gemi. Cald. conſi. 8. ſub titu. de officio. lega.
5 poſt princ. uerſic. item illud uerbum, & † flumen
continuum, ſeu perenne dicitur, etiam quod a-
liquando exaruerit. l. 1. uerſic. ſi tamen aliqua æ-
ſtate. ff. de flumi. Salyc. in l. 1. ante fi. C. ſi mancip.
alie. ut manumitt. ciuiliter igitur, & moderatè in
telligendo regulam noſtram, Cardinalium præſen
tium appellatione, eos etiam contineri dicemus,
qui parum diſtant, & ſunt cito reuerſuri, & hæc
addenda ſunt prælleg. 32. q. 16. regulæ, & tam ꝓ
hac regula, quàm pro illa pro opin. affirmatiua
concludendum eſt: & licet aliud in dicta q. 32.
ſenſerim, contrarium tamen nunc mihi verius ui
6 detur, nec mirum propter enim diuerſa † phan-
taſmata, quotidie generantur in nobis diuerſæ
opiniones. Philoſ. in 3. de anima. cap. 7. in anima
(inquit) ſenſibili ueniunt imaginationes ſecun-
dum modos ſenſuum, propter quòd nequaquã
ſine phantaſmate intelligit anima. Bald. in l. de
tutela. colum. 2. num. 4. & ante. C. de in inte. reſt.
Hier. Cag. in l. nemo põt. quæ eſt 86. n. 4. ff. de reg.
iu. Et phantaſmata occurrunt tñ uigilantib. ꝑ ſe
abſq; arte, tñ etiã dormientib. Plato in ſophiſta,
ſeu de Ente. uerſus fi. Idẽquè ait, phantaſmata et

Q 2 picta

picta ineſſe poſſe.li.10.qui inſcribitur Philebus,
uel de ſummo bono,inquiens; Quinetiam phan
taſmata picta; nam cuique licet fingere ſe cu-
mulum auri maximum poſſidere, oblectamen-
tisque uariis abundantem omni ſuauitate per
fundi,

SVMMARIVM.

*1 Indultum præſentialitatis Cardinali conceſſum, quod abſens
omnibus prærogatiuis, & priuilegijs præſentium gau
deat, an operetur ut huic regulæ locus ſit.*
*2 Præſens, quoad omnia habetur, quando quis pro præſen
te ſimpliciter habetur.*
3 Præſens ex priuilegio quoad quæ præſens habebitur.
*4 Haberi pro tali, & eſſe talem, differunt.
Aliud eſt eſſe ciuem, aliud haberi pro ciue.*
*5 Priuilegium contra concedentem latiſſime interpre-
tandum.*

1 Vigeſimotertio quero, an † indultum
præſentialitatis Cardinali conceſ-
ſum, quod abſens omnibus præro-
gatiuis, fauoribus & gratiis, ac priui
legiis Cardinaliũ pręſentiũ gaudeat,
cum clauſula, ſine p̃iudicio S. Romanæ Eccleſiæ
Cardinalium, quoad emolumenta inter eos diui
di ſolita, operetur ut huic regulæ locus ſit, ita qđ
conſenſus Cardinalis requiratur. Pro parte ne-
gatiua facit, quòd indultum eſt limitatum, per
illam clauſulam, ſine præiudicio &c. Vnde non
ſuffragatur quoad effectum regulæ, quando enim
quis pro præſente ſimpliciter habetur tunc indi-
2 ſtinctè quoad omnia † præſens cenſetur, ſecus
autem quando non ſimpliciter, ſed limitate,
ut ex diſtinctione Ioan. And. in cap. fi. de conſue.
lib.6.col.2.num.3.colligi poteſt, ſequitur Gemi.
num.6.& ſeq.& Phil.Franc.col.3. Secundo, quan-
do quis etiam ſimpliciter ex priuilegio pro præ-
3 ſente habetur, pro † præſente habebitur quoad
illa, quæ ſunt de iure communi præſentibus con-
ceſſa, non autem cenſentur illi conceſſa, quæ com
petunt præſentibus ex ſtatuto, uel conſuetudine
exorbitanti, ſeu contra ius commune, ita notabi
liter decidunt poſt Io. And. in præalleg cap. fi. de
conſue. Gemi. nu.6.& magis clare Pet. de Anch.
ante fi. uerſi. quærit etiam ſi ius optandi, & ibi
Franc. colum.3. ante num.8. uerſi. & tene menti,
& ibi uidetur decidi propoſitũ dubium noſtrũ,
in partem negatiuam, conſenſus enim Cardina-
lis requiritur ex Regula cancellariæ, regulæ autẽ
cancellariæ non faciunt ius commune, & ſunt ſtri
cti iuris, & ſtatutis æquiperantur, uti probaui in
7. quæſt. regulæ, de uerisim. num.19.& diſpoſitio
noſtræ regulæ exorbitat a iure communi, uel for-
ſan eſt contra ius commune, quia de iure com-
muni Papa habet liberam, & expeditam facul-
tatem ſolus conferendi beneficia totius mundi,
abſq; alicuius conſenſu, uel requiſitione. c.2. de
præben. lib.6. clem.1. ut lit. penden. & quòd regu
la hæc ſit exorbitans a regulis iuris communis, &
odio plena, probaui & concluſi ſupra quæſt.1. in-
dulta igitur quoad diſpoſitionem huius regulæ
ſuffragari non poterunt. Tertio retento ſuppoſi
to de quo ſupra proximè, quòd regulæ cancella-
riæ ſtatutis æquiparentur, habemus quod ſtatu-
ta intelligi debent in caſu uero, non autem ficto,
ſeu interpretatiuo, pulchrè per Bar. in l.1.§.hoc
interdictum. ff. de fonte. Bar. Bal. & Pau. Caſtrenſ.
in l.3.§.hæc uerba. ff. nego. geſto. ratio, quia aliud
4 eſt eſſe talẽ, & aliud † haberi pro tali. l. merces. 2.
cum glo. ff. de uerb. ſign. l. ſi maritus. §. legis Iuliæ.
& ibi Bar. ff. de adulte. Bart. & alii in l. ſi is, qui pro
emptore. ff. de uſuc. Bald. in l. ſiue poſſidetis, uerſ.
ulterius quæro. C. de probat. ſic ẽt dicimus, aliud
in ueritate eſſe, haberi pro patre, uel filio, & aliud
eſſe patrem, uel filium. l. rei iudicatæ. §. fi. & l. ſe-
quen. ff. ſolu. matrim. c. ſi uir. 35. q. 2. & aliud eſt
eſſe ciuem, aliud haberi pro ciue, Bartol. in l. non
tantum. §. ſi emancipatus. num 4. ff. de bon. poſſ.
cont. tabul. l. in iure ciuili. & ibi D. meus Philipp.
Dec. nume. 2. in 1. limit. ff. de regul. iur. Ludouic.
Roman. conſi. 82. quo ad id. nume. 2. & Bald. in
1. conſtitu. ff. in fin. princip. ubi in priuilegio ci-
uis uult, quòd dicatur, habeatur, & ſit. ſequitur
Anton. Corſet. in ſuis ſingul. in uer. habeatur. Idẽ
Bald. & Alexand. in l. ſi Ruffinus. C. de mili. teſta.
latè. Iaſon in l. prætor ait. §. ſiue autem. in 1. not.
ff. de noui oper. nunciatio. & clarum eſt, quod
ſtatuta, immo etiam iura exorbitantia a iure
communi, non uendicant ſibi locum in eo, qui
habetur pro tali, & in locis ſupra adductis, &
in l. fi. C. de inter. matri. & regulariter ſtatuta exor
bitantia nũquam comprehendunt caſum fictũ,
Bar. in l. omnes populi. in 6. quæſtio. principali.
ubi omnes. ff. de iuſt. & iu. Quarto hoc idem pro
batur auctoritate Senenſ. hic in 17. quæſtio.
colum. 2. ubi uult, quòd indulta præſentialita-
tis, etiam quoad emolumenta non ſuffragentur
quoad effectum illius regulæ, ut aperte ſentit in
22. quæſtio. dum ſupponit, quòd ad hoc ut in-
dultum præſentialitatis operetur ad effectum
huius regulæ, quòd debeat eſſe ualde pingue,
cum ſingulari expreſſione, etiam quo ad effe-
ctum regulæ. Pro parte affirmatiua arguo ſic: in-
dultum prædictum eſt generale, ergo reſtringi
non debet, ad l.a. §. cum generaliter. ff. de legat.
5 præſtand. cum uulga. præſertim † contra conce-
dentem. l. final. ff. de conſtitut. princip. l. quidam
conſulebant. in fi. ff. de re iudic. c. ad audientiam,
iunct. gl. 1. de deci. Bar. in l. fin. num. 4. ff. de ſerui.
legat. ſequitur Deci. inferens ad ſaluum condu-
ctum, conſi. 51. & pro tenui, numero ſecundo, &
ſequent. Secundò, in indulto præfato excipitur
præiudicium quoad emolumenta inter Cardina
les diuidi ſolita, exceptio autem firmat regulam
in non exceptis, eamque ampliat, ita ut com-
prehendi faciat ea quæ aliâs non comprehende-
rentur. c. Dominus. iuncta glo. 1. 32. q. 7. Bar. poſt
glo. & Dyn. in l. 1. in fi. ff. de regu. iur. & in l. lucius.
§. pluribus. in fi. ff. ad Trebelli. Bald. in capitul. 1.

col. 3.

colum. 2. in princip. per quos fiat inueſti. ubi de
generali confirmatione Papæ, excepto uno. Do-
mini. in c. qui ad agendum. § ſed ſi aliquis. uerſic.
ſed quæro an quod hic dicitur. de procura. libro
6. ubi de procuratore conſtituto ad omnia, exce-
pto quòd non poſſit intrare de calumnia, uel iura
mentum deferre, firmat quòd iſte poterit omnia
ſpeciale mandatum requirentia, quæ ſine illa ex-
ceptione per uerba generalia non potuiſſet. Ter
tio illa uerba, prærogatiuis, fauoribus, & gratiis,
ac priuilegiis, ſunt apta comprehendere caſum
noſtrum, præſertim cum regula inducat quandã
prærogatiuam honoris. Belleme. deciſio. 632. in
princi. & de prærogatiua honoris Cardinalis, fa
cit mentionem tex. in cap. 1. in fi. de offic. deleg.
lib. 6. & quod illud nomen, prærogatiua, de ſe ſo-
lum ſit generale plura comprehendens, probat
tex. in capitu. auctoritate poſt princip. ibi com
prærogatiua gratiæ &c. de conceſ. præbend. libro
6. comprehendat igitur caſum noſtrum, & alios,
ad nota. per Aret. in l. cum lege. poſt princi. uer
ſicu. ſed tamen ex proprietate uocabuli. ff. de te-
ſta. Et tanto magis operabuntur illa uerba ſimul
iuncta, quaſi idem ſignificantia, & ſic geminatio
inducitur, dicendo, prærogatiuis, fauoribus &c.
quæ uerborum geminatio multum operatur, etiã
in augendo, & ampliando diſpoſitionem, & ſigni
ficatum, ad l. baliſta. cum uulga. ff. ad Treb. Quid
tenendum? Breuiter omiſſis plerisque, quæ hinc
inde adduci poſſent, Rota in una Aſtoricen. cano
nicatus, & præben. inter Franciſcum Beltram de
Ribera, Antonium Romero, & alios, ſub die lunæ
5. Maii. 1550. dato dubio, an indultum præſentia
litatis ſit ualidum, ita ut ſtante eo requireretur
conſenſus Cardinalis, concluſit pro parte affir-
matiua.

S V M M A R I V M.

1 *Clauſula, & de conſenſu Cardinalis, quatenus requira-
tur, in fine ſupplicationis apponi ſolita, quomodo decla
randa, & cuius effectus ſit.*

2 *Papa ea, quæ ſunt facti, poteſt uериſimiliter ignorare.*

3 *Quatenus, dictio conditionem facit.*

4 *Conditio, quæ tacite ineſt, expreſſa per eundem modum
per quem tacite inerat, non facit actum magis con-
ditionalem.*

1 Vigeſimoquarto quæro † clauſula in fi-
ne ſupplicationis impetrationis be-
neficii uacantis per obitum familia-
tis Cardinalis abſentis, apponi ſoli-
ta, uidelicet, & de conſenſu dicti Car
dinalis quatenus requiratur, quomodo declaran
da, & cuius effectus ſit? Reſpondeo, quòd cum in
ſupplicatione narretur beneficium uacare per
obitum Cardinalis N. qui ſit abſens, ſiue expri-
matur abſentia, ſiue non, quia non refert ex quo
notoria eſſe ſolet, præſertim ipſi Papæ, cum Car-
dinales recedere non ſoleant, immo nec poſſint a
Rom. Cu. abſque ipſius licentia. Hoſt. in c. eccle-
ſiæ. de elec. co. 2. ibi, tum, quia magis habet alas
ligatas &c. Papa ſeu ipſius ſignatura, dubitans an
iſte Cardinalis abſens habeat indultum præſen-
tialitatis, uel ne, etiam ad effectum huius regulæ,
2 cum enim hoc ſit facti, poteſt † Papa, & ſignatura
uериſimiliter ignorare c. uni. uer. porro cum dona
tio fuiſſet occulta, ut eccle. bene. c. 1. de conſtitu.
lib. 6. glo. 2. in fi. in c. cum adeo. de teſcr. Lap. alle.
100. in quæſtione, ante numerum 2. glo. pragma.
de electio. c. licet. in uer. impediri. uer. Et præſumi
tur Papam fuiſſe oblitum, facti enim ſui obliui-
ſci poteſt. & ibi proba. in addi. nume. 5. Ideo ap-
ponit illam clauſulam, ut oſtendat, quòd non in-
tendit derogare iuri Cardinalis, ſi illius cõſenſus
neceſſarius ſit, argumento text. in l. 1. §. ſi quis, a
principe. ff. ne quid in lo. publ. & ſic ſi Cardinalis
abſens habet ſufficiens indultum præſentialita-
tis, eius conſenſus etiam abſentis requirendus
erit, ſi illud non habeat, nec conſenſui, nec regulæ
quoad conſenſum locus erit. & quòd uerba præ-
dicta oſtendant animum principis dubium, pro
batur, quia ſunt conditionalia, propter illam di-
3 ctionem † quatenus. l. Stichũ qui meus erit. uerſ.
ſed conditio talis ff. de lega. 1. Bart. in l. nu. 20. ff.
de condi. & demon. cõditio enim nihil ponit in
eſſe. l. cedere diem. ff. de uerb. ſigni. Senſus igitur
clauſulæ prędictę erit, ſi requiritur conſenſus Car
dinalis, & non præſtetur prouiſio iuxta formam
regulæ, ſit nulla, & ſi non requiratur ſit ualida, &
ideo uidetur conceſſa gratia ſub duplici condi-
tione, prima de cõſenſu Cardinalis, ſecunda qua-
tenus requiratur ſub contraria conditione, hoc
eſt quatenus primæ conditioni non ſit locus gra-
tia exter, ſeu ſubſiſtat. l. aliquando. ff. de condi. &
demon. Bart. in præalle. l. Stichum qui meus erit.
in fi. uer. ſed reſpondeo iſta conditio, ſi non ha-
buerit &c. ff. de lega. 1. Conditio igitur per illam
clauſulam inducta formam dat, ita ut gratia an-
te impletam conditionem, non poſſit ſortiri effe-
ctum, ut per Bar. in l. qui hæredi. & ibi Soci. in 3.
no. ff. de condi. & demon. tenenta prædicta inter-
pretatione ſubſtineri etiam poſſet, quòd clauſu-
la prædicta non faciat conditionem, ſed modum
inducat, ſeu conditionem reſolubilem, & ſic, a
principio gratia ualeat, reſoluẽda tamen poſtea
ſi conſenſus requiratur. & non obtineatur, & ſic
iſta clauſula idem quod regula noſtra diſponens,
non magis conditionem præſertim ſuſpenſiuam
inducat, quàm ipſa regula, & hæc uidetur uera, &
iuridica interpretatio, per ea, quæ poſui ſupra
quæſtione decimaoctaua, a numero 25. uſque ad
finem quæſtio. Et ſic Papa per talem clauſulam
non intendit facere gratiam conditionalem, ſed
puram, & uerba huiuſmodi apponuntur ad de-
clarationem mentis Papæ, quod non intendit de-
rogare conſenſui Cardinalis, ſi requiratur, quia
etiam data abſentia potuit requiri, ut præmiſi.
4 Nec † conditio quæ tacitè ineſt expreſſa per eun-
dem modum, per quem inerat tacite, facit actũ

magis conditionalem, nec pro actus ualiditatẽ aliud implementum requirit, quàm requireret ſi talis conditio expreſſa non fuiſſet, ad l. conditiones extrinſecus. ff. de condict. & demonſtra. l. 3. & ibi Barto. in princip. & alii. ff. de lega. 1. & in l. aliquando. ff. de condi. & demonſtr. ſic & ſtipulatio tacita, & expreſſa idem operatur. l. uni. poſt princip. C. de rei uxo. actio. l. ſi his uerbis. in fin. ff. de adoptio. nec illa dictio, quatenus, conditionem ſemper inducit. Barto. in præalleg. l. 1. nume. 20. de conditi. & demonſt. Inſuper dicta clauſula addi conſueuit ad effectum forſan, ut ſi tempore cõceſſæ gratiæ, Cardinalis habens ſufficiens indultũ præſentialitatis etiam quoad hanc regulam, mortuus foret, quòd gratia pura, & ſimplex reddatur, alioquin ſi uiuat, nulla & inualida habetur, hoc ultimum tangam in proxima ſubſequenti quæſtione. Non omitto quòd aliquando dictio, illa quatenus, pro dictione, quia, accipiatur. iux. tex. in l. non figura, quæ eſt 37. iunc. gloſſ. in uer. quatenus. ff. de actio. & obli.

SVMMARIVM.

1 *Gratia conceſſa de beneficio tanquam uacante per obitum familiaris Cardinalis, quatenus requiratur, ſi Cardinales, addita clauſula, & de conſenſu Cardinalis abſens tunc mortuus erat, an ſubſiſtat.*
2 *Gratiam iuxta mentem concedentis interpretari debemus.*
3 *Reſcriptum conſideratur iuxta intentionem concedentis.*
4 *Actum faciens ex iure quod putat habere, & non habet, non dicitur diſponere ſecundum ius, quod uerè habet, neque illud amittit.*
5 *Conferens debet ſcire poteſtatem ſuam.*
6 *Collatio beneficij, ut de deuoluto non tenet, ſi non ſit deuolutum.*
7 *Subreptitia gratia ſiue ex ſimplicitate, ſiue doloſa nulla eſt.*
8 *Clauſula ut familiaritas, & continua commenſalitas Cardinalis &c. detur diſpoſitiue in literis.*

1 VIgeſimoquinto quæro † cõceditur gratia de beneficio tanquam uacante per obitum familiaris Cardinalis, appoſita clauſula, & de conſenſu Cardinalis, quatenus requiratur, tempore gratiæ Cardinalis abſens mortuus erat, an ſubſiſtat? Pro parte affirmatiua faciunt fundamenta per me adducta in ſimili quæſito ſupra quæſtio. 20. ante numer. 5. cum ſequen. ubi cõcludo morte ſuperueniente, durante tempore præſtandi cõſenſum, conſenſum ipſum non requiri, multo minus igitur requiratur, ſi tempore impetrationis non eſt in rerum natura, qui conſentire poſſit, ad tex. in l. in coniunctione. ff. de nup. & ibi Bal. ante num. 3. uer. nam ſtatutum, quòd loquitur de conſenſu matris debet intelligi ſi mater eſt uiua mortua autem mater non eſt mater. Corn. conſi. 34. in de duobus. num. 7. uerſi. & huiuſmodi ſtatuta. li. 3. ſic in terminis noſtris, clauſula, & de conſenſu Cardinalis, declaranda eſt uiuente Cardinali tpe quo gratia conceditur, uel tpe quo cõſenſus præſtari debet, & ſic nec regulæ noſtræ, nec clauſulæ prædictæ de qua loquuntus ſum in proxima præcedenti quæſtio. locus eſſe poterit, & impetratio, & gratia erit libera. nec alicui conſenſui aſtricta. Inſuper nihil eſt, quòd impetranti imputari poſſit, qui uerìſimiliter ſcire non poterat obitũ Cardinalis abſentis, præſertim ſi ſupponamus Cardinalem in remotis partibus obiiſſe, ab eiusque obitu ad diem impetrationis parum temporis effluxiſſe, argumento tex. in l. non utique. §. ſi quis ita ſtipulatum ephesi decem dari. ff. de eo quod cer. loco. Amplius ut ex iam dictis, & de ſe patet, mens Papæ, ſeu ſignaturæ addẽtis præfatam clauſulam. & de conſenſu Cardinalis quatenus requiratur, fuit libere prouidere, niſi conſenſus neceſſa-
2 rius foret, † gratiam autem ſecundum mentem concedentis interpretari debemus. capit. ex multiplici. uerſic. n. unde quia non fuit noſtræ intentionis. de deci. cap. fin. ante fi. de præben. cap. di-
3 lecto. de uerbo. ſigni. ſic & † reſcriptum conſideratur iuxta intentionem concedentis. c. ſecundo. de appel. cap. mandatum. in fi. de reſcri. pulchrè per Innoc. in c. cum eccleſiaſticæ. ubi latè Feli. & Dec. in fi. de exceptio. Cum igitur conſenſus nõ requiratur, immo nec præſtari poſſit, ſtante obitu (ut pbaui, & patet ad ſenſum) gratia ualebit, & clauſula poſita in gratia Papæ eaſdem declarationes quas iura ipſa recipiunt Domini. poſt Io. Andr. in c. licet canon. §. fi. col. 1. de elect. lib. 6. ergo ſicut de iure, mortuo eo, qui ſi uiueret conſentire debebat, conſenſus non requiritur, gratia hæc abſque ullo alio conſenſu ualere debet. Demum cũ clauſula prædicta appoſita ſit in fauorem Cardinalis, & conſeruationem eius indulti, cum Cardinalis non ſit in rerum natura, nec amplius ſubſiſtat aliquod eius indultum, clauſula inefficax, & pro nõ appoſita cenſeri debet, argumento tex. in l. quidam referunt. poſt princip. uerſi. nullius enim momenti. & §. 1. ibi, & quia heres ad quem ſermonẽ conferas in rebus humanis non eſt. ff. de iu. codicil. l. mulier quæ duobus. §. ſed etenim. ff. ad Trebelli. Pro parte negatiua facit quòd Papa cõceſſit ſub conditione, de conſenſu Cardinalis, ideo ſub contraria cenſetur non dediſſe. l. pecuniam. ff. ſi cer. pet. c. ſi pro te. de reſcr. lib. 6. ubi Gemi. dicit procedere non ſolũ ſi conditionaliter eſt dictũ de conſenſu, ſed ſimpliciter ut dictus cõſenſus requiratur. inſuper ultra adducta ſupra. q. 20. nu. 1. cum trib. ſeq. uidemus in ſimili, quòd concepta diſpoſitione ad arbitrium tertii, quæ conditionalis cenſetur. Aimo. conſi. 122. nu. 7. illo non arbitrante, uel mortuo, reſoluitur contractus. l. ſi quis arbitratu. cum ibi tradi. ff. de uer. obl. & ſicut procedit ſi ille eſſet uiuus tẽpore cõtractus, & poſtea mortuus, multo magis ſi erat iã mortuus, & pa-

4 tes ignorabant. Accedit quod † actum faciens
ex iure quod putat habere, & non habet, non di-
citur diſponere ſecundum ius quod uere habet,
neque illud amittit. l. ſi cum te. ff. de pact. l. mater
decedens uerſic. cæterum ſiquis putauerit. iunct.
glo. in uer. competere. ubi etiam fortius conclu-
dit, quòd licet diſponens ſciret ius bonum, & ex
alio non competenti faceret, quòd nihilominus
ex bono non uidetur diſpoſuiſſe, nec illud amiſiſ-
ſe. ff. de inofficio. teſtamen. multo magis in termi
5 nis noſtris, ubi in collatione beneficiorum † con
ferens debet ſcire poteſtatem ſuam, & ex illa fa-
cere actum, argumento text. in cap. ex parte a-
ſtenſis. in princip. de conceſſio. præbend. Rota.
459. circa tertium. in no. & 793. pronunciatio. in
antl. Ioann. And. in cap. eam te. in fin. & ibi Fe-
lyn. num. 21. de reſcrip. Roma. conſil. 353. quo ad
primum. poſt numerum 6. uerſic. quo ad certum.
A imo conſi. 134. ſcripſi aliàs. numer. 4. ubi plura
6 adducit. Inſuper uidemus, quòd ſi † collatio be-
neficii fit, ut de deuoluto, non ualet ſi non eſt de-
uolutum, prælleg. cap. ex parte, de conceſſ. præ-
bend. præceptor meus D. Philip. Dec. conſ. 544.
ſereniſſimus. num. 29. repetito conſi. 506. nu. 15.
ubi aſſignat rationem, quæ eſt, quia ceſſat cauſa
finalis intentionis, cum igitur Papa contulerit
beneficium, ut affectum Cardinali, ſeu illius con-
ſenſui obnoxium, non autem ex ſua libera pote-
ſtate, ſecundum quam habebat ſibi beneficium
reſeruatum ex. 3. regula cancellariæ. idem conceſ-
ſiſſe non uidetur. Rurſus prouiſio prædicta ſubre
ptitia cenſeri debet, vnde ipſo iure eſt nulla. cap.
poſtulaſti. de reſcript. c. ſuper literis. ubi omnes
eo. cap. ſi motu proprio, de præbend. lib. 6. Et ad
7 hoc, ut gratia † ſubreptitia ſit nulla, in ea parte,
in qua ſubreptio committitur, non refert, an ſub-
reptio ex ſimplicitate, ſeu ignorantia inſurgat,
an uero doloſa ſit, quia utroque caſu in parte
qua committitur ſubreptitio, gratia uitiatur. c.
ſi eo tempore, de reſcrip. libro. 6 iuncta declara-
tione ad illum textum, quam dat Abb. in præall.
cap. ſuper literis. in 1. nota. Cardinal. conſi. 31. cū
inter religioſos. nume. 4. uerſicu. & cum hoc con
iungo, quod tanto magis procedit, quando ſub-
reptio committitur in exprimendo falſum, quo
caſu etiam doloſa præſumitur, ex quo ſic impe-
trans aſſeruit, & debebat ſe informare prius de
ueritate, prout ſubdit ibi Cardinal. & per Innoc.
in cap. accedens, de crimin. falſi. & maximè quan
do fuit expreſſum, id quo tacito Papa conceſſiſ-
ſet difficilius, ſeu propter expreſſionem facilius
motus fuit ad concedendum, præællegato cap. ſu
per literis, ubi omnes. At clarum eſt, quòd Papa
facilius cōcedit beneficium uacans per obitum
familiaris Cardinalis uiuentis, de conſenſu ip-
ſius Cardinalis, cui ex Regula hac, & ſtilo libera
nominatio concedi conſueuit, & in beneficiis ſic
uacantibus Papa non niſi de conſenſu Cardina-
lium ſe intromittit, quàm conferat beneficium
ſibi liberū, ſeu ad ſuam diſpoſitionem libere ſpe-
ctans, nec inficiari poteſt quin ſi Papa exiſtimaſ-
ſet Cardinalem eſſe mortuum, difficilius conceſ-
ſiſſet. Poſtremo aduertendum eſt, quòd in ſup-
plicationibus ſimilium impetrationum, licet po
nantur clauſulæ generales. uel conditionales, de
quibus per D. Pet. Rebuf. in ſua praxi. in forma
ſigna. ante ſi. 1. par. pag. 112 num. 4. 5. & 8. qui lo
quitur ad effectum huius regulæ, uel aliæ ſimilis
8 addi ſolet per ſignaturam † clauſula, uidelicet:
ac familiaritas, & continua commenſalitas Car-
dinalis, &c. detur diſpoſitiue in literis, quæ uer-
ba oſtendunt, quòd ſi beneficium non uacet per
obitum familiaris Cardinalis uiuentis, de cuius
conſenſu impetrans ſibi prouideri petebat, non
uacabat, Papa nolebat tali prouidere, & literæ
deſuper expediendæ, neceſſario narrabunt Cardi
nalem tunc uiuere, quod quia falſum eſt, gratia
corruet, ut dixi. Quid tenendum? Rota in una
Aſtoricen. canonicatus, & præben. pro Franciſco
Beltram de Ribera, coram Reuerendiſſimo, &
meritiſſimo Cardinali Puteo tunc Rotæ Audito
re die mercurii. 16. Octobris. 1549. date dubio,
an prouiſio Ferdinandi de Contreras ſit ualida,
abſque conſenſu bo. me. Cardinalis Hiſpalen. at-
tento, quòd idem Cardinalis erat mortuus tem
pore eiuſdem prouiſionis, concluſit gratiam nō
ſubſiſtere, ex defectu intentionis, quia Papa præ
ſupponebat ſe non habere liberam poteſtatem,
& tamen in ueritate habebat, quia Cardinalis e-
rat mortuus.

SVMMARIVM.

1 *Conſenſus de quo in hac Regula an debeat de expreſſo intelligi, an uero ſufficiat tacitus.*
2 *Conſenſus magis facto quàm uerbis exprimitur.*
3 *Factis demonſtrare plus eſt quàm uerbis dicere. Voluntas factis oſtenditur.*
4 *Conſenſus tacitus qui ex tranſmiſſione, & receptione munerum de nominatione elicitur quoad matrimonium idem operatur quod expreſſus.*
5 *Conſenſus appellatione venit ſolum uerus & expreſſus.*
6 *Conſenſum tacitum canonicarum, ſeu cleri, in alienatione rerum eccleſiaſticarum non ſufficere.*
7 *Conſenſus expreſſus requiritur quando agitur de tranſlatione dominij.*
8 *L. item quæritur. §. qui impleto. ff. loca. non procedit in emphiteuſi.*
9 *Conſenſus ex facto reſultans dicitur tacitus, ex verbis expreſſus.*

1 VIgeſimoſexto quæro, an † conſenſus,
de quo hic fit mentio debeat in du-
bio de expreſſo intelligi, an uero ſuf-
ficiat tacitus? Quòd tacitus ſufficiat
probatur, ex l. Paulus reſpondet. ff.
rem rat. habe. l. de quibus. in fi. ff. de legi. l. fi. ante
fi. ibi intelligi eum hoc ipſo nolle nuptā ſibi, &c.
ff. de diuort. Rota. in no. 428. immo multo magis
2 † conſenſus facto exprimitur, quàm uerbis. c. per

tuas.de condi.appo.c.ſi rector.uerſicu.paſtorem
enim.43.diſtin.& generaliter dicimus, plus eſſe
3 †factis demonſtrare, quã uerbis dicere.l.ſi tamen.
§.ci qui.ff.de edil. ædict.l.reprehendenda.iuncta
glo.in uer.comprobaſti.C.de inſti.& ſubſt.quam
approbat Bald.in l.ſi patruus.col.fi. ante nu. 15.
C.commu.utri.iudi. ubi quòd uoluntas factis o-
ſtenditur.poſtea ſubdit, quòd etiam in brutis a-
nimalibus actus. & conſuetudo qualitatis natu-
ralis inſtinctus demonſtrat ad §.ceruos.inſtit. de
re. diui.pro præmiſſis facit . c. exiſtimant. 11.q.
11.iun.gloſſ.c.dilecti.2.ubi glo.in uer. facto dat
concordan.& ibidem per Franc.in 1.not. de ap-
pell.Lap.alleg.57.punctus quæſtionis. nume.12.
Abb.conſi. 116.illud, de iure.num.3.lib.2.ubi di
cit, quod facta ſunt fortiora, ad demonſtrandum
animum quàm uerba, quæ ſæpe proferuntur con
tra intentionem loquentis . Corn. conſil. 172. in
hac conſultatione.poſt num.12.lib.1.& ſi factũ
contradicit uerbis, ſeu ſcripturæ factum ſuperat,
& ſcriptura ſibi cedit.l.1.& toto titulo.C.plus ua
le. quod agi. Ancha. conſil. 302.materia.de qua.
num.3.Socin.conſi.260. num.5.lib.2.Dec.conſil.
367.uiſo puncto.col.2.cir.medium, & conſi.449.
uiſis duobus.poſt nu.34.Thò.Gramm. conſil.31.
tremendi.num.3.Hinc eſt, ꝙ dicimus non differ-
re, an Papa, ſeu alius auocet cauſam ad ſe uerbis
expreſſis, an re ipſa, ſeu ipſo facto, puta ſi cogno
ſcere incipiat de cauſa, quo caſu eo ipſo cauſam
ad ſe auocare dicitur.c.quamuis iunct. ibi decla
ratione, ſeu ampliatione Archidiac.ibi in uer.re-
uocetur, de offic.deleg.lib.6.Io.And.in c.intima
ſti.colum.2.in princ.uerſi.ſuperior uero, de app.
Innoc.& alii.in c.cum M. Ferrarienſis, & ibi Ioã.
Franc.a Ripa num.197. dicit hanc communem
opin.de conſt.Cald.conſi.7.ſub titu.de præbend.
uerſ.ſed conferendo cum iis, quæ ſubiicit, ubi ẽt
quòd ſi Papa, uel Epiſcopus cõferat, uidetur adi
mere conferendi facultatem quam alteri conceſ-
4 ſit, ſic etiam uidemus † conſenſum tacitum, qui
ex tranſmiſſione, & receptione munerum, ac no-
minatione elicitur, quoad ſponſalia, & matrimo
nia idem operari, quod expreſſus. Ioan. And. Ge
mini.& Anchar.in c. uni.in princip.& §.1.de de-
ſpon.impu.lib.6.& ibi Franc.in §.1.in fi. Calderi.
conſi.4.ſub titu.de ſponſa. Pariſ.conſi.51.conſi-
derata.num.3.& ſequen.uolum. 4. uidemus etiã
quòd ſicut poteſt pars appellare quando uerbo
iudicis grauatur, ita quando facto.c.ex parte M.
de appell. Amplius pro præmiſſis ualde facit il-
lud Apoſtoli, confitentur ſe noſſe Deum, factis
autem negant. & in terminis huius regulæ, quod
ſufficiat conſenſus tacitus, tenuit Rota coram
bon.memor.Syluestro Datio in Hiſpalenſ.benefi
ciorum, uti teſtatur Samenſ. quæſt. 11. nume.2.
ſuper hac regula . Pro contraria opinio. quòd
immo conſenſus expreſſus requiratur, nec ſuffi-
ciat tacitus, poſt Rot. 15. ſub titul. de offici. de-
legato.in no.concludit Samenſ. hic quæſtio. 26.
urgens fundamentum pro hac opinio. eſt quod

5 † conſenſus appellatione, ſeu de conſenſu facta
mentione, uenit ſolum conſenſus uerus, & expreſ-
ſus.cap.fi.iunct. ibi nota.per Ioan. And.ante me
dium, ubi quòd non ſufficit ſcientia, ſequitur ibi
Gemini.in §. fin.in 2.nota. de iudi.lib.6. Franci.
Aretin. in l.2.§.uoluntarem.ante nume.16. in 1.
no.verſicu.& aduerte.ad text.noſtrum.in princi.
ubi quod licet uerbum uoluntas aliquando infe
rat tacitam, uel fictam voluntatem, uerbum ta-
men conſenſus requirit expreſſum, ſequitur ibi
Iaſo.in 3.not.nu.6.ff.ſolut.matr.præceptor meus
D. Philip. Dec.conſil. 409. uiſo num.5. ſic etiam
6 uidemus † conſenſum canonicorum, ſeu cleri, in
alienatione rerum eccleſiaſticarum requiſitum,
per tex.in c.ſine exceptione.12.quæſt.2.tacitum
non ſufficere. Archid.ibi num.6. in uer. taciturni-
nitas.Io.And.in c.is, qui tacet.colum.4.dum ter
tiam quæſt. reaſſumit, de regu.iu.lib.6.Pariſ.con
ſil.31.circa præſentem.nu.16.uerſic. prout etiam
ruit.uol.4. Inſuper quando agitur de translatio-
7 ne dominij † conſenſus expreſſus requiritur. Bar.
in quæſt.7.incipien. mulier habens amplum pa-
trimonium.col.penul. uerſicu.item cum hic tra-
ctatur de magno præiudicio. ſ.de amiſſione domi-
nii, &c. Bal.in l.item, quæritur.§. qui impleto. in
addi.colum.2.uerſi.quæro hic, quid in emphiteu
ſi, ibi tamen adhuc crederem, quòd non intellige
retur eſſe facta renouatio.ff.loca.& Alexan.conſi.
76. viſis dubitationibus.colum.2.num.3.uolu.5.
ubi quod ſi aliquis accepit fundum in emphy-
teuſim ad decennium, illoſque finito tacitè re-
manſit in locatione, non inducitur relocatio, nec
8 eſt locus diſpoſitioni.† l.item quæritur.§.qui im
pleto.ff.loca.quia ſi cenſeretur relocatio transfer
retur utile dominium ex tacito conſenſu, & ſine
expreſſa locatione, quod non eſt dicendum . at
cum in caſu noſtro prouiſus tractet non ſolum
de utili dominio acquirendo, ſed etiam de dire-
cto, multo minus ſufficere debet tacitus conſen-
ſus, an autem tacitus conſenſus ſufficiat in leui-
bus, uideatur per Bar.in l.quæ dotis . ante nume.
25.ſolu.matr.contra quem tenet Præpoſi.in cap.
ſollicitudinem . colum.24. in 12. fallent. de ap-
pell. Poſtremo conſenſus tacitus alia ratione nõ
operaretur, quia notarii illum non extenderent,
nec literarum expeditores illum admitterent,
& eſſet informis, ad deducta per Caſſã. deciſio.
1.de renunc.unde concludendum, quòd impe-
trans teneatur habere conſenſum expreſſum Car
dinalis, per ſuam cedulã ſubſcriptam & obſigna
tam, & apud officiales cancellariæ, ſeu cameræ
exhibitam, ut literæ expediri poſſint, & quia
ſuper præmiſſis habemus ſtylum cancellariæ, ille
ſufficere, & pro lege ſeruari debet, ad tex.in c.por
recta.ibi, cum igitur, a cancellaria noſtra huiuſ-
modi literas emanaſſe non credamus &c.de con
fir.uti. uel inutil. Ludo. Roma.conſi. 376.quæſtio
eſt nunquid.num. 12. Abb.& Fel.in c. ex parte. 1.
de reſcri. Boni.de Vitali. in clem.ad compeſcen-
das.num.48.uerſi. tamen ſtylus cancellariæ, quæ
eſt opti-

eſt optimus iurium interpres &c. de ſeque. poſ-
ſeſ. Ex præmiſſis tolluntur adducta pro contra-
ria opinione. Inſuper ad illud quod facto quis
conſentire uidetur ſicut uerbis, poteſt, etiam re
ſponderi hoc procedere in caſibus in quibus ſuf-
ficit tacitus conſenſus, ſecus quando requiritur
9 expreſſus † conſenſus enim ex facto reſultans di-
citur tacitus, ex uerbis, uero dicitur expreſſus, &
hoc in effectu uoluit glo. in clem. ſæpe. §. ſi. in uer.
non contradicentibus uerſic. ſecundo no. caſum
de uer. ſignifi. & Paul. Caſtrenſ. in l. ſi conuenerit
poſt. num. 6. uerſicul. ego. limito hoc uerum. ff. de
iur. om. iudi. declarat præceptor meus D. Philip.
Dec. ſuper rub. C. de pact. in 1. lectu. ante fi. & ma
gis clare ad rem noſtram in. c. dilecti 2. poſt num.
2. uerſic. no. tamen quod illud quod ex facto in-
ſurgit tacitum uidetur &c. de appel. pro præmiſ
ſis omnibus uidenda erunt quę ſubiiciam in ſub
ſequenti queſtione. Et pro hac opin. quòd conſen
ſus expreſſus requiratur habemus in terminis
Dec. Putei 1. ſuper hac Regu. ſub iis uerbis Regu
la iſta requirit conſenſum expreſſum, & non ſuffi
cit tacitus ut per Sarnen. quæſt. 11. eiuſdem Reg.
quem Domini ſequuti ſunt in cauſa Sego Vim
Beneficiorum coram Aug. 4. Iunii 1548. inter Fer
dinandum Solier, & Guindiſaluum Perez.

SVMMARIVM.

1 *Cardinale pro alio impetrante uel intercedente, uel ver-
bo conſentiente, quòd aliquis impetret, an ſatisfactum
ſit iſti Regulæ, non facta mentione in gratia de fami-
liaritate, nomine, & titulo, uel conſenſu Cardinalis.*
2 *Expreſſum quot modis quid dicatur remiſſiue.*
3 *Conſenſus expreſſus tribus modis dicitur.*
4 *Conſenſus ex appoſitione manus Cardinalis in ſupplica-
tione reſultans an habeat uim conſenſus expreſſi.*

Vigeſimoſeptimo cum Sarnen. hic quæ-
1 ro† quid ſi ipſemet Cardinalis impe
trat pro alio beneficium uacans, per
obitum ſui familiaris, aut interceſſit
pro impetrante, ut gratiam conſe-
queretur, uel conſenſit uerbo quod aliquis præ-
dictum beneficium impetraret, nunquid ſatisfa
ctum ſit iſti regulæ, non facta aliter mentione in
gratia de familiaritate, nomine, & titulo, uel con
ſenſu Cardinalis? Sarnen. quæſt. 11. facit trimem
brem diſtinctionem, & primum membrum ſub-
diuidit in duo alia, ego uero bimembri diſtin-
ctione contentus ero, pro eodem enim pono
quòd Cardinalis pro alio impetret, vel pro impe
trante intercedat. & pro iunioribus ad praxim
reducendo, duobus modis conſidero quod Car
dinalis pro alio impetrare poſſit, uel id in ſuppli
catione exprimendo, uel tacendo; exprimendo
puta ſi fit gratia motu proprio, & dicatur, nos ti-
bi N. precibus & intuitu deuotæ noſtræ creaturæ
Cardinalis P. ſpecialem gratiam facere uolentes
&c. beneficium ſancti D. per obitum quondam
C. in Rom. Cur. uel extra eam defuncti uacans,
auctoritate apoſtolica conferimus &c. & hic ni-
hil dicitur de familiaritate C. erga dictum Cardi
nalem P. & licet exprimatur nomen, & titulus
Cardinalis, non tamen ad hoc ut ſatisfiat primæ
parti regulæ, imo Papa ueriſimiliter ex hac for-
mula ignorare poteſt, quòd ille per cuius obitũ
beneficium impetratur, fuerit dicti Cardinalis P.
familiaris, ad tex. in. cap. uni. uerſicul. porro cum
donatio, ut eccle. bene. cap. 1. de conſti. lib. 5. Alte
ro modo ſi fiat gratia motu proprio, uel etiam
non motu proprio, & nihil dicatur de Cardinali
id procurante, ſed in ueritate aliter conſtet, quod
ad Cardinalis inſtantiam, & intuitum concedi-
tur gratia, quæ alias oratori denegata fuiſſet. poſ
ſet etiam exemplificari ſi D. Datarius in calce par
uæ datæ, ſeu ſupplicationis, ut memoriæ mandet
cuius intuitu fit gratia, annotaſſet hoc modo, ui
delicet ad inſtantiam Reuerẽdiſſimi de Carpo,
uel etiam quòd probaretur quòd ſecretarius ta-
lis Cardinalis, & illius nomine rogauerit pro tali
gratia concedenda, Reuerendiſſ. D. Datarium, &
Cardinales datariatui præpoſitos, quodque eiuſ
dem Cardinalis ſollicitator gratiam huiuſmodi
expediri fecerit, mandante Cardinale, uel etiam
quod Cardinalis inſteterit pœnes ſummum Pon
tificem, & obtinuerit uerbo ut de tali beneficio
eius intuitu tali prouideatur, & ſucceſſiue fuerit
ſignata ſupplicatio. in ſumma mihi non occurrit
2 caſus qui † ſpecificam differentiam conſtituere
poſſit inter hos duos caſus, per Sarnenſ. hic poſi-
tos, uerum circa præmiſſa plura dubia oriri poſ-
ſent. Ego uero caſum frequentiorem, & qui ſæpe
accidere ſolet proſequar, ommiſſo illo in ſuppli-
catione, ſeu motu proprio ſpecificato, qui raro
euenit. Supponamus (ommiſſis etiam pleriſque
diſtinctionibus quę hic cadere poſſent) quòd pro
betur Cardinalis intuitu, opera, precibus, uel fa-
uore prouiſum alicui fuiſſe de beneficio uacante
per obitum familiaris dicti Cardinalis, uidea-
mus an non facta mentione in ſupplicatione de
familiaritate, nomine, & titulo Cardinalis, obſtet
hæc regula, & gratia corruat. Sarnen. dicta quæſt.
11. poſt princ. dicit de primo non uidetur mihi
ſatisfactum eſſe regulæ. aduertatur quòd contra-
rium uult dicere, & ſic illa negatiua caſſanda eſt,
ut dicat de primo uidetur mihi ſatisfactum eſſe
regulę, & quòd ita ſit legendum, iuniores colligẽt
ex ratione quam ad hoc probandum ſubdit, &
ex iis quæ adducit. Concluſio Sarnenſ. quòd re-
gulæ ſit ſatisfactum, ex quo talis expreſſio re-
quiritur in impetratione pp reuerentiam & ho-
norem Cardinalis. & talis ratio ceſſet ipſo met
Cardinale impetrante, nec eſt adeo tuta, ut faci-
le ſubuerti non poſſit, & primo, aut ipſe intelli-
git de ipſomet Cardinale impetrante pro ſe ip-
ſo, & iſte eſſet caſus diuerſus ab eo quem præmi-
ſit. Aut iuxta eius thema intellexit de Cardinali
pro alio impetrante, & tunc diſcutiendum eſſet,
an Cardinalis poſſit huic honori renunciare. &
ipſe

ipſemet Sarnenſ.infra quæ.27.concludit in par-
tem negatiuam,ſi igitur Cardinalis huic honori
renunciare non poteſt,quin nomen, & titulus ip
ſius in ſupplicatione exprimantur,& hic ſuppo-
namus non expreſſos, obſtabit regula. Accedit
dato quod una ex rationibus regulæ per talem
impetrationem, ad iuſtauriam,ſeu intuitu Car-
dinalis factam ceſſaret, uidendum eſſet an ſuper
ſint aliæ(quas adduxi ſupra quęſt.1.) quæ obſta
re poſſint,impedimentis enim pluribus exiſten-
tibus uno ſublato remanent alia l.qui neque ſe-
quuntur.§.ſolutum.ff.de uerb.ſigni.c.ex tuarum.
de aucto.& uſu pal.cap.paſtoralis.de priui.capi.
2.de fil.præsby.Rot.468.extra Rotam colum.2.
uerſicul.& ſic primo in no.prout etiam dicimus
ſeruitutibus duabus appoſitis, una ſublata alte
ram remanere,l.ſi domus tua.ff.de ſerui. urba.
prædio.l.ſi prius.in princip.ff.de aqua plu.arcen.
Alterum membrum eſt, an amplius conſenſus
expreſſus requiratur,& ex iis quæ dixi in proxi-
ma præcedenti quęſtio.concludendum eſt quòd
non ſufficiat tacitus, ſeu ille qui ex aliquo facto
reſultat, ſiue igitur pro alio impetret,ſeu pro im
petrante intercedat, adhuc eiuſdem Cardinalis
conſenſus requiri deberet,ad ea quæ in dicta præ
cedent. quæſt.adduxi,quæ hic non repeto. Verū
2 aduertendum eſt, (omiſſo quot modis † expreſ-
ſum quid dicatur,de quo per Bar.in l.1.nume.7.
uerſic.ad quod ſciendum.ff.de uulga.& pupill.&
ibi per omnes.& per Bar.in.l.prætor ait. in prin.
ff.de nou.oper.nunci.Deci.conſil.389.niſi longa
colum.fi.poſt medium. Pariſi.conſil.33.in eccle-
3 ſia.numer.21.uolum.4.)quòd tribus modis† con
ſenſus expreſſe præſtatur ſeu conſenſus expreſſus
dicitur, vno quando uerbis exprimitur.glo.2.in.
l.etiam.ff.de aucto.tuto.in auten de hære.& fal-
ci.§.ſi uero expresſim. & ibi Ange. Altero modo
conſenſus expreſſus dicitur, quando non uerbis
ſed per ſigna aliqua exteriora demonſtratur.l.ſi
pater naturalis.& ibi glo.& Bal.ff.de adoptio.l.ſi
ſtipuler.§.fi.ff.de uer.obli.Tertio modo expreſſe
præſtari dicitur conſenſus,quando propter gene
ralitatem uerborum comprehenditur, ex mente
tacita loquentis,argumento text.in.l.prætor ait
poſt prin.iun.glo.in uer.expreſſum.& ibi Bart.in
prin.ff.de no.ope.nunci.& pro omnibus præmiſ
ſis uideatur Soc.conſi.112.multum abunde. col.
4.num.8.ubi magiſtraliter loquitur.lib.1.appli-
cando proxime dicta,ad caſum noſtrum,uidetur
dicendum quòd ad minus ſimus in 2.membro
diſtin.Socin.ubi ſupra uidelicet quòd conſenſus
per ſigna exteriora,dicatur expreſſus,& exempli
Bald.in.l.ſi.§.neceſsitate poſt numer.20.uerſicul.
quæro an ſufficiat præſentia.C.de bo.ma.quæ li
be.quod approbat.Soci.in dicto 2 membro di-
ſtin.uidelicet quòd cōſenſus expreſſus per ſigna
exteriora reſultat, puta quia pater filio agenti
in iudicio ducat aduocatum, uel inſtruat cau-
ſam, & ſic iſtud exemplum conueniet caſui no-
ſtro,ſicut enim pater dicitur expreſſe conſentire
filio ducendo aduocatum, cauſam inſtruendo,
uel alia neceſſaria iudicii parando, ita expreſſe
conſentire dicatur Cardinalis,dans opem,fauēs,
& auxilium præſtans impetranti, & ſi talis dici-
tur conſenſus expreſſus, ergo quoad conſenſum
paritum erit Regulæ noſtræ. Et de conſenſu qui
elicitur ex præſentia de quo Bald.vbi ſupra uide
Ludo.Roma.conſ.467.circa propoſitam. ad fin.
& omnino And.Tiraqu.de ut.retra.par.1.in uer.
Lignaier.§.1.Glo.9.num.113.ac 146.ruſus nu.
154. reſponderi poteſt,quòd adducta procedūt
magis in auctoritate quàm in conſenſu: rurſus ſi
in conſenſu eo quem quis neceſſario præſtare te
netur,Cardinalis autem neceſſario conſentire nō
tenetur. Inſuper conſenſus hic pro forma requi
ritur per cedulam Cardinalis præſtandus, ut a-
liàs dixi, & dicit hic Sarnen.dicta quæſtio.11.eſt
bene uerum quòd tempore Sixti, ſiue ex uerbis
eius Regulæ,cum altera addita quæ a noſtra ſatis
differebant,ſiue ex ſtilo illorum temporum, non
requirebatur conſenſus Cardinalis in beneficiis,
quæ Papa ad pręces Cardinalis contuliſſet fami-
liari, licet eſſent reſeruata, & uidebatur hone-
ſtum, ex quo Papa ſemel complacuerat Cardi-
nali de beneficiis ad ſe ſpectantibus, quòd non
exigeretur conſenſus. Expedito primo quæſito,
quia quoad ſecundum aſſentior Aegi.Belleme.
Aene.de Falco.& ipſi Sarnen.ex quo idem Sarn.
nu.2.adducit quandam Rotæ reſolutionem quæ
ibi uideri poteſt.Ego addo aliam poſtea in ſimi-
li materia factam, cui ſæpiſſime locus eſſe pote
rit,ſub die enim lunę 4.Iunii 1548.in una Sego-
bien.Archipresbyteratus canonicatus & præben
dæ,coram R.P.D. Antonio Auguſtino inter D.
Guindiſaluum Perez & Ferdinandum Solier: da-
tum fuit dubium, an ex uerbis appoſitis in ſup-
plicatione, eliciatur conſenſus Cardinalis in ea
requiſitus,& ſupponebatur quòd in ſupplicatio
ne impetrantis,fuiſſent appoſita uerba a ſignatu
ra, uidelicet quòd dicti Cardinalis expreſſus ac-
cederet aſſenſus,& fuerunt annotata, ſeu addita
ab eodem Cardinale, per cuius familiaris obitū
beneficium uacans impetrabatur: uerba hæc ui-
delicet,& cum acceſſu,regreſſu,& ingreſſu per ceſ
ſum,uel deceſſum impetrantis,etiam apud ſedē,
& quòd exprimantur beneficia quæ obtinebat
ipſe defunctus,in expeditione literarum,quæ in-
fra ſex menſes expediantur,& acceſſus huiuſmo-
di pro Cardinali cuius defunctus familiaris erat,
Rota,uti per bo.me.Hier.Nouarum Rotę audito
rem celeberrimum,a quo ego executor teſtamen
tarius nominatus fui, annotatum inueni,reſoluit
4 † conſenſum Cardinalis non expreſſum,poſitum
in ſupplicatione ante ſignaturam, non habere
vim conſenſus expreſſi, ſed ſi fuiſſet poſitus poſt
ſignaturam Papæ, quòd haberet uim conſenſus
expreſſi.

SVMMARIVM.

1 *An ſecunda pars Regulæ ſicut requirit conſenſum Car-*
dinalis, ita etiam requirat expreſſionem nominis & ti-
tuli ut pars prima.
2 *Lex ubi aliquid uult id exprimit.*
3 *Filiorum maſculorum in una parte teſtamenti mentione*
facta, in alia filiorum ſimpliciter, ueniunt etiam fœmi-
næ.
4 *Ita quod, dictio totam diſpoſitionem reſtringit.*
5 *Ita tamen, dictio eſt modificatiua & reſtrictiua præce-*
dentium.
6 *Idem quoque quid ſignificet.*

1 Vigeſimooctauo iuxta 2. part. ibi, & idẽ
ſeruari, quæro † an hæc ſecunda pars
regulæ ſicut requirit conſenſum Car
dinalis, ita etiam requirat expreſſio-
nem nominis, & tituli, ut pars prima; uel aliter &
magis clare, an impetrans beneficium per obi-
tum eius qui iam deſierat eſſe familiaris, ſeu
ad alterius Cardinalis familiaritatem tranſiue-
rat, teneatur prioris Cardinalis nomen & titu-
lum exprimere? intelligendo ſane de beneficio
acquiſito tempore familiaritatis prioris Cardi-
nalis, alioquin opin. negatiua eſſet indubitabi-
lis Pro parte negatiua ſupponendo, quòd prima
pars regulæ loquatur de impetrante beneficium
per obitum eius qui erat familiaris tempore obi
tus, quo caſu Regula requirit expreſſionem no-
minis, & tituli, & conſenſum, in 2. uerò parte re
gula loquitur quando mortuus familiaris non
erat, ſed aliàs fuerat, & durante dictæ familiari-
tate obtinuerat aliquod beneficium. pondero
quòd uerba primæ partis regulæ requirentis ex-
preſſionem nominis & tituli Cardinalis in im-
petratione beneficii uacantis per obitum fami-
liaris Cardinalis, non conueniunt ſecundæ parti
quia iſte per cuius obitum beneficium uacat nõ
eſt amplius familiaris illius primi Cardinalis, ſi
uerba non conueniunt ergo, nec diſpoſitio. l. dies
cautioni. §. toties. & ibi no. Barto. ff. de dam. infe. l.
ita autem. in princ. & ibi Bart. ff. de admini. tuto.
cap. indemnitatibus. §. penul. de electio. libr. 6. &
tali qui fuit familiaris, & tunc non erat, illa uer-
ba aptantur, fuimus troes, fuit ilium & ingens
gloria teucorum. Secundo arguo ſic, Papa in 2.
par. regulæ non dicit quod exprimatur nomen &
titulus, ergo nec nos dicere debemus, uulga. l. ſi
ſeruum §. non dixit prætor. ff. de acqui. hære. Dec.
conſil. 298. uiſo inſtrumento ante numer. 4. am-
pliant ad inſtrumentum, Caſſad. dec. 4. num. 3. de
conſti. præſertim in materia odioſa & exorbitan-
ti, in qua nos ſumus, ut probaui ſupra in. 1. quæſt.
ultra quod Regulæ ſint ſtricti iuris, & in propriis
ſuis terminis continendæ. Caſſado. ſuper regulis
dec. 23. num 6 & de præbend. dec. 16. nume. 5. &
ſuper hac met regula Samen. quæſt. 5. poſt nume.
2. Tertio Papa in. 1. par. Regulæ requirit conſen-
ſum, & expreſſionem nominis, & tituli. in. 2. par.
ſi Papa uoluiſſet expreſſionem nominis, & tituli,
prout expreſſit de conſenſu, de quo in 1. par. præ
2 miſerat, ita etiam † reperiiſſet expreſſionem no
minis, & tituli, argumẽto text. in. l. uni. §. ſin autem
ad deficientis C. de cadu. tollen. c. ad audientiam
de deci. cap. ita. inter corporalia de transla. prælã.
cum uulga. Ioan. de Ana. conſil. 22. ad approban
dum, ubi ſi in una parte teſtamenti ſit mentio de
3 filiis maſculis, & poſtea fiat mentio de filiis ſim-
pliciter, intelligitur etiam de fœminis, quia ſi uo
luiſſet teſtator intelligi tantum de maſculis, uti-
que expreſſiſſet prout in alia parte teſtamenti fe
cit. Alex. conſil. 38. perſpectis his colum. penult.
nume. 8. uolum. 6 Ancha. conſil. 120. pro clariori
ante ſi. præceptor meus D. Philipp. Deci. conſil.
499. conſului aliàs poſt num. 4. Quarto ration. s
Regulæ quæ ſunt, ut Papa conferre poſſit perſo-
næ gratæ Cardinali, propter expenſas & opera
quæ Cardinalis ſuſtinebat erga familiarem de-
functum. Caſſa. dec. 37 num. 2. ſuper Regulis. uel
ut Cardinalis loco familiaris mortui ualeat aliũ
ſubrogare. Samen. ſuper hac regula quæſt. 3. num.
2. cum. ſeq. ceſſant, tum quia expenſas defuncto
non ſubminiſtrabat iſte Cardinalis, tum quia fa-
miliarem non amiſit, cum tempore obitus non
eſſet talis Cardinalis familiaris, unde ceſſare de-
bet diſpoſitio, uulga. l. adigere. §. quamuis. ff. de
iu. patro. capitul. cum ceſſante. de appel. & dixit
Bald. in. l. ſi quis ſeruo. num. 7. uerſic. ex his appa
ret. C. de fur. quòd ratio legis uel ſtatuti, eſt ip-
ſius anima. glo. in c. conſuetudo. in uer. ratione. 1.
diſtin. Abb. in c. ratio nulla in 1. no. de præben. &
uoluit Bald. in l. conuenticulam. ante num. 6. C.
de epi. & cleri. rationem quæ aſſignatur trahere
ad ſe totum dictum, & in ſui naturam conuerte-
re, & deſtruere; & Soc. conſ. 42. nu. 11. lib. 1. Franc.
Cur. in tracta. teſtium in 40. conclu. Et licet in me
moriam priſtinæ familiaritatis iſta ſecunda pars
exigat conſenſum Cardinalis, non tamen expreſ
ſionem nominis, & tituli, quia uere non erat eius
4 familiaris. Quinto, illa dictio † ita quòd, poſt uer
ba, Ius eis competierit, reſtringit ſeu declarat to
tam diſpoſitionẽ c. cum M. de conſtitu. Soc. conſ.
241. circa primam, colum. ante pen. poſt numer.
34. uerſicu. nam dictio (ita quod) uidetur limita-
tiua. Deci. conſil. 217. in caſu ad me numer. 26. &
conſil. 521. conſultus numer. 16. per text. in l. Lu-
cius. §. quæ habebat. cum ibi not. ff. ad trebellia.
Aug. Bero. conſil. 102. in caſu numer. 17. libr. 2.
& per text. in. l. hac edictali. ante ſi. uerſ. ita tamen
ut in eadem fideiuſſione. C. de ſecun. nup. unde
dictio illa reſtringet totam hanc ſecundam par-
tem regulæ, quoad exhibitionem conſenſus, pro
ut in ſimili habemus tex. in. l. ita tamen. ff. ad tre
belli. in cle. 1. §. eiſdem etiam epiſcopis. uerſi. ita
tamen. de ſo. compe. Alberi. in dictio. in uer. ita
tamen. ubi uult quòd legatis domibus uxori, ita
tamen quòd ibi habeat habitationem omnibus
diebus uitæ ſuæ, illa dictio, tamen, reſtringit lega-

tum

tum ſupradictum taliter, quòd comprehendat habitationem tantum, non autem proprietatem: & quod illa dictio † ita tamen, ſit limitatiua, & modificatiua præcedentium, probatur Exodi cap. 21. Si rixati fuerint uiri, & percuſſerit alter proximũ ſuum, lapide uel pugno, & ille mortuus non fuerit, ſed iacſuerit in lectulo: ſi ſurrexerit, & ambulauerit foris ſuper baculũ ſuum, innocẽs erit qui percuſſerit: ita tamen ut operas eius, & impenſas in medicum reſtituat. Idem probat tex. iun. gloſ. & ibi Saly. ad hoc notat in l. ubi adhuc. §. ita tamen. in prin. C. de iu. dot. Iaſ. in l. 1. ff. ſi quis ius dicen. non obtem. Aug. Bero. conſ. 178. in cauſa. num. 12. lib. 1. Pariſ. conſil. 17. potuit abſque dubio. nume. 17. & conſil. 106. numer. 9. lib. 1. Aimo conſil. 25. num. 26. ubi conſuluit quòd ſi teſtator legauit uxori uictum, & ueſtitum, ita tamen quod teneatur bene regere, & gubernare, legatum uictus, & ueſtitus cenſetur reſtrictum, & limitatum per uerba, bene regere, & gubernare, adeo quòd nõ uideatur uxori relicta proprietas, nec facultas alienandi. Sexto ſi ſecunda pars regulæ exigeret expreſſionem nominis, & tituli, illa uerba, ita quòd, quoad illa, Cardinales quorum prius familiares fuerunt ſuum habeant adhibere conſenſum; eſſent ſuperflua ſi omnia quæ in 1. par. requirebantur, requirerentur in iſta par. 2. & ſicut iura, ſuperflua non admittunt, imo illa reſecant, & reijciunt. l. ſi quando. in prin. ff. de leg. 1. l. hæc ſtipulatio. in fi. ff. ut lega. nomi. §. quibus in. 1. conſt. C. ita & regulę Cancellarię ſuperfluum aliquid cõtinere non debent, nec præſumuntur, cum emanare conſueuerint cum maxima diſcuſſione, & deliberatione, prout docet Caſſado. dec. 3. num. 2. ſub tit. de reſerua. Septimo & ultimo ſi eſſemus in dubio, amplecti deberemus hunc intellectum, quod in. 2. part. nominis & tituli, expreſſio non requiratur, ex quo ſic interpretando reuertimur ad ius commune, ad. cap. cauſam quę iun. gloſ. in uer. fuerat. de reſcrip. gloſſ. in capitul. ſtatutum. in uer. numerandum. de reſcrip. lib. 6. Bald. in. l. 1. in. 1. lectu. ante numer. 7. ff. de conſti. princ. ubi quod Princeps uult omnes actus ſuos regulari, a iuſtitia poli, & fori. Alexand. in. l. ex facto numer. 8. & 10. ff. de uulga. & pupil. quòd autem per hanc interpretationem redeamus ad ius commune, ex ſe patet, cum nullibi caueatur tales expreſſiones requiri, imo hæc eſt ſpecies ſeruitutis, prout late oſtendo ſupra quæſt. 1. Pro parte uero affirmatiua pondero quòd regula hęc in quantum diſponit exprimendum eſſe nomẽ, & titulum Cardinalis, cum ſit ædita principaliter ob honorem Cardinalium, vt per Aegi. Belle. dec. 632. ſuppoſita noua, & Sarnen. in præfa. & q. 6. num. 4. & ſeq. debet late & fauorabiliter interpretari, c. odia. de regu. libr. 6. cum uulga. præſertim contra concedentem, ad. l. ſi. ff de cõſti. princ. c. dilecti. de dona. cap. olim. de uer. ſign. Caſſado. dec. 23. de præben. colum. 2. ante nume. 2. qui loquitur in terminis huius regulæ, & quia priuilegium huiuſmodi nemini eſt nociuum, nec Papa per hoc alicui præiudicium infert, nec Papa ligat ſibi manus, quin contra regulam diſpenſare poſſit, nec impetrans tale beneficium onere conſiderabili grauatur in hoc, quòd tantum teneatur nomen & titulum exprimere, & ſi aliquid durum in regula reperitur, illud eſt in hoc, quòd diſponit conſenſum Cardinalis requiri: & ſic proui ſio Papæ non eſt libera, unde in dubio interpręta tio facienda eſt, ut tali expreſſioni locus ſit. Accedit quòd verba illa, & idem ſeruari voluit, induunt relationem qualitatum præmiſſarum, ſeu oſtendunt nihil diuerſum diſponi, a pręmiſſis, pro

6 ut, de dictione † idem quoque, eſt tex. in clem. cauſam. § idem quoque. iun. declaratione Boni. de Vita. in prin. de electio. & ex illo tex. no. ibi Cardi. ante fin. quòd intimatio quam facit emptor uenditori, de lite ſibi mota in caſu capitul. ſi. de emptio. & uendi. debet fieri iuxta formam dictæ cle. & idem in ſimilibus. & ratio aſſignari poteſt propter uim uerborum ibi poſitorum uidelicet. Idẽ quoque in aliis caſibus obſeruari uolumus. ita ad rem noſtram dicamus, quòd cum in prima parte regulæ, ſiue Cardinalis ſit pręsẽs ut tex. regulæ clare loquitur, ſiue ſit abſens, nominis & tituli expreſſio requiratur, ut probaui ſupra q. 21. Sequitur ſecunda pars ibi, & idem ſeruari uoluit & c. Ergo nihil pęnitus diuerſum diſpoſitum fuit ſuper expreſſione prædicta. Poſtremo pro hac opin. affirmatiua conferunt nota. per Feli. in. capit. in noſtra in. 21. core. de reſcr. poſt Rot. Biſigne. 20. Papa reſeruauit ſub titul. de præbend. in antiquio. Concludit ipſe Feli. quòd oportet facere mentionem de familiaritate ipſius Cardinalis, etiamſi deſiiſſet eſſe familiaris tẽpore mortis, & in eodem core. num. 56. uerſic. ſcias etiam, ita uidetur regulam hanc interpretari. cum Feli. tenet Caſſador. dec. 23 de præben. num. 5. Quid tenendum? Rota in una Salamantin. Beneficii S. Thomę inter D. Didacum Quitos & Didacum Eaſquez: Coram R. P. D. Caputaquen. ſub die 16. Nouembris 1554. concluſit habere locum primam partem Regulæ quoad expreſſionẽ nominis &c. etiam in 2. par. nec uerba ita quod, iſto caſu ſtare reſtrictiue, quia intelliguntur ſecundum ſubiectam materiam, & habent emphaſim, & non reſtrictionem. Nec obſtare conſil. Dec. 521. quia iura allegata non probant, & loquuntur in clauſula, ita tamen.

SVMMARIVM.

1 *Familiaris ſi ſe transfert ad alium Cardinalem, & moritur, nunquid iſte ſecundus Cardinalis debeat præſtare conſenſum.*

2 *Eorum quæ fiunt ante actum, & eorum quæ fiunt poſt, idem eſt iudicium.*

3 *Priuilegium ceſſare debet eius cauſa ceſſante.*

4 *Priuilegium perſonæ conceſſum, cum perſona extinguitur.*

Vigeſi-

1 V Igeſimonono quæro, † ſi familiaris ſe
transfert ad alium Cardinalem. &
moritur, núquid iſte ſecundus Car-
dinalis debeat præſtare conſenſum?
hoc quæſitum poſui generalius, quã
fecerit glo.antiquus hic. colum.penult.ante fin.
verſic. item ex iſta deciditur.& Sarnen. quæſt.10.
ideo diſtinctio quam hic ſubdam,melius diſpu-
tationi huic aptabitur. Diſtinguo igitur hoc mo
do,videlicet; Aut loquimur ſuper beneficiis ac-
quiſitis in familiaritate ultimi Cardinalis,aut de
acquiſitis ante familiaritatem alicuius Cardina
lis,& tunc,aut uterque Cardinalis uiuit,aut pri-
mus tantum,aut ſolum ſecundus,aut de obten-
tis poſt familiaritatem primi Cardinalis, & an-
te familiaritatem ſecundi,aut de habitis tempo-
re primi Cardinalis, & in iſto ultimo membro,
aut ſupponimus illum primum Cardinalem eſ-
ſe viuum,aut dicimus illum obiiſſe. Iuxta primũ
membrum habemus text. noſtræ regulæ clarum
pro affirmatiua, & ſic quòd ſecundus Cardinalis
conſenſum præſtet,& in hoc non dubitat glo. An
tiquus.& Sarnen.pro indubitabili ponit in prin.
Secundum membrum a neutro cõſideratur. Pro
parte negatiua,quòd nullus conſenſus requiren-
dus ſit,ſed collatio ſit libera,pondero quòd ſi re-
gula intelligatur prout iacet, nec gloſetur, cum
ſtrictè ſit intelligenda, præſertim contra ius com
mune, in quantum continet; quod beneficia in
Romana curia uacantia non poſſint per Papam
libere conferri, ſed debeat Cardinalis conſenſus
accedere, contra text.clarum. in cap.2.de præb,
lib.6.quorum beneficiorum in curia vacantium,
propria & peculiaris collatio (vt ibidem dicunt
Docto.) eſt ipſius ſolius Papæ,& non alterius, re-
gula non poterit,propriè & planè etiam interpre
tando,talem intellectum recipere,ut caſum præ-
dictum capiat,& ſic ille remanebit in diſpoſitio
ne iuris communis,ad text. in l.commodiſſimè.
ff.de libe.& poſthum.l.ſi cum dotem.in princip.
ff.ſoluto matrimo.cum uulga. De iure autem cõ-
muni talis, uel ſimilis conſenſus nullo modo re-
quiritur. Accedit, quod illa verba regulæ in 2.
par.ibi, quoad beneficia quæ familiaritate prio-
ri durante obtinuerint, limitant & declarant om
nia præmiſſa.generaliter, ſeu indiſtinctè loquen-
tia,cum una pars conſtitutionis, ſeu diſpoſitio-
nis alteram declaret.l. qui filiabus. in prin.ff.de
legat.2.l.cum proponebatur.ff. de legat.1. Abb.
conſil.36.colum.ult.lib.1. Cuman.conſil.117.in
princ.Grat.reſpon.1.num.25.lib.1.amplians ad
iuramentum, quòd una pars iuramenti alteram
declaret,ſequitur quòd uerba regulæ ſic reſtricta,
& declarata, beneficiis acquiſitis ante familiari-
tatem non conueniunt,ergo nec diſpoſitio,ad l.
dies cautioni.§.toties.& ibi ad hoc not.Bar.ff.de
dam.infect.l.ita autem.in princip.ubi Bart.ff. de
admi.tuto.cap.indemnitatibus.§.penul.de ele-
ctio.lib.6.Tertio,cum clarum ſit conſenſum non
requiri ſuper beneficiis poſt familiaritatem ac-
quiſitis,cum regula hoc caſu non diſponat, nec
aliquis ſuper hoc dubitet, eadem ratione regula
locum habere non debet in beneficiis acquiſitis
2 ante,cum † eorum,quæ fiunt ante actum, & eo-
rum quæ fiunt poſt.idem ſit iudicium.glo.1.in l.
Pomponius.§.ratihabitionis.ff de procura. Bart.
in l.ſingularia.colum.4.uerſicu.tertio accidit de
his,quæ fiunt ante,uel poſt.ff.ſi cert.petat.nu.13.
& per Sarnẽ.hic,qui hoc argumento utitur quo-
ad aliud membrum.q.18.num.4.& 6.Quarto,in
beneficiis acquiſitis ante aliquam familiarita-
tem, ceſſat ratio conceſſionis priuilegii dati. D.
Cardinalibus,uidelicet, propter expenſas quas
ſuſtinent.Rot.720.not.quod D.noſter, in antiq.
Caſſa.deciſ.37.ſuper regulis.num.2.tempore.n.
acquiſitionis horum beneficiorum ante familia-
ritatem,nullus Cardinalis quoad iſtum aliquas
expenſas ſuſtinebat,ceſſat igitur ratio regulæ,er-
go & diſpoſitio.l.adigere.§.quamuis ff.de iur.pa
tronat.cap.cum ceſſante,ubi omnes, de appellat.
3 ceſſat etiam † cauſa priuilegii,ergo & ipſum pri-
uilegium ceſſare debet.l.Titio ſeia.§.uſuras.& ita
ibi ſummat Bar. ff.de lega.2.l.generaliter.§.eos.
C.de epiſ.& cleri. Alex.in l.centurio.nu.22.uerſ.
quinto,quia ceſſante.ff.de uulg.l.ſi filius a patre.
§.filiusfam.ibi,& militare deſijſſet,ubi Imol. Ale
xand.& Aret.& Iaſ. latius.in 2.nota.num.3.ff. de
libe.& poſthum.& eſſet abſonum, ut Cardinalis
ſentiret commodum eius temporis, quo nullum
incommodum,uel iacturam patiebatur, uideli-
cet,ante familiaritatem,ad tex.uulga.in l.ſecun-
dum naturam.ff.de reg.iur.& c.qui ſentit.eo.lib.
6.Pro parte affirmatiua,quòd conſenſus Cardi-
nalis requiratur,facit prima pars regulæ, quæ in-
diſtinctè, & generaliter loquitur,nulla facta di-
ſtinctione,ergo indiſtinctè,& generaliter intelli-
gĩ debeat, ad.l.de pretio.ff.de pub.l.1.§.quod au
tem.ubi etiam glo.in uer.quod autem.ff.de alea.
quod ampliatur procedere etiamſi maior ratio
ſit in uno caſu,quam in alio.l.in fraudem.in fine.
ff.de milit.teſt.dec.conſ.5.In cauſa D.Arrarii. nu.
2.& conſi.27.& pro uirili.nu.7.uerſ. ex quo enim
generaliter dicit,de beneficiis &c.& conſ.48.nu.
2.Ampliatur etiam,quòd procedat in materia
odioſa.Cald.conſi.1.de conſang.& affinit. Aret.
in l.cum lege.ff.de teſtam. per illum text.Decius
conſi.258.in caſu Do.Franciſci.nu.6.Nullum igi
tur dubium eſt, quin uerba primæ partis regulæ
comprehendant hunc caſum. duobus enim con
currentibus,uidelicet, quòd defunctus mortuus
ſit in familiaritate Cardinalis,& quòd ille Cardi
nalis fuerit præſens in curia Roma. ſemper con-
ſenſus Cardinalis requiretur in impetratione be
neficiorum,taliter defuncti, non facta diſtinctio-
ne,quãdo acquiſita fuerint beneficia, quia dicta
prima pars non diſtinguit. Quantũ uero attinet
ad 2.par.regulæ, a qua pendet tota difficultas, re
ſponderi poteſt, quòd ſumus extra terminos ip-
ſius, quia non ſumus in illo concurſu duorum
Cardinalium,ſed ſolum reſpectu Cardinalis ad
Papam,

Papam, qui Cardinalis, ſiue primus, ſiue ſecũdus
conſentire habeat, Papa in effectu ſibi manus
ligare noluit, & legem ſibi ipſi imponere, quam
eum ſeruare dignum eſt, iuxta tex. in. l. digna uox.
C. de legi. conſtat igitur quòd uerba primæ par-
tis regulæ, & non ſecundæ, caſui noſtro conue-
niunt, & ſic remota difficultate 2. par. quæ non fa
cit ad caſum præmiſſum, reſultat deciſio, quòd
ſiue ante familiaritatem, ſiue ea duranta benefi-
cia acquiſita fuerint, in ipſorum impetratione,
conſenſus requiratur, ſiue primi, ſiue ſecundi, iu-
xta diſtinctionem in 2. par. poſitam, reſpectu ip-
ſorum, non autem reſpectu Papæ. Amplius ratio
præmiſſa expenſarum maximarum quas ſuſti-
nent Cardinales, in alendis familiaribus, prout
per Samen. ſupra quæſt. 1. num. 5. militat, ſiue an
te familiaritatem, ſiue ea durante beneficia ac-
quiſita fuerint, propter magnas expenſas quas
Cardinales ſuſtinent, uſque ad obitum familia-
rium, eadem igitur debet eſſe iuris diſpoſitio ad
l. ſi poſtulauerint. § ratio. ff. de adult. l. illud. uerſi.
ſed magis uiſum eſt. ubi gloſ. in uer. æſtimari. dat
concordan. ff. ad leg. Aqui. l. a titio. & ibi late Iaſ.
colum. 3 ff. de uer. obli. Oldra. conſi. 185. Thema
tale eſt, Titius. in fi. ubi etiam quòd tunc non di-
citur lex extendi, ſed enucleati. Accedit etiam
arguendo, a ueriſimili ad cap. quia ueriſimile. de
præſumptio. cum uulga. ueriſimile eſt quòd quã
do Cardinalis recipit in familiarem aliquem be
neficia obtinentem, libentius eum recepiſſe in-
tuitu beneficiorum, ſperans poſſe euenire ut de
illis, propter eius conſenſum requirendum, in fa
uorem conſanguineorum ipſius Cardinalis, uel
aliorum familiarium prouiſio ſubſequi poſſit,
imo ſi beneficia non obtinuiſſet eum pro familia
ri non recepiſſet, nec illi expenſas ſubminiſtraſ-
ſet. Amplius illa uerba 2. part. regulæ uidelicet
quoad beneficia quæ familiaritate priori duran-
te obtinuerint, & in quibus prout ipſa familia-
ritate durante ius eis competierit, ſunt præteriti
perfecti, & comprobantur, dummodo quia obti-
nuerit durante familiaritate, uel ius ei compe-
tierit eadem familiaritate durante, licet forſan iu
xta terminos noſtros, prius illa acquiſiuiſſet, uel
ius in eis competere cœpiſſet, ita quod dicta
uerba concipiunt, ſeu comprehendunt etiam
beneficia, quæ familiaris cœpit obtinere, an
te familiaritatem illius Cardinalis, in cuius
familiaritate deceſſit, ſiue tempore acquiſitio-
nis non eſſet in familiaritate alicuius, ſiue in
alicuius alterius familiaritate fuiſſet, dum-
modo in familiaritate defunctus ſit, quæ etiam
uerba cum ſint generalia, apta comprehen-
dere beneficia tam acquiſita durante familiari-
tate, quàm ante, debent generaliter, & ut omnia
comprehendant intelligi. ad. l. 1. §. & generaliter.
ff. de legat. præſtan. Pariſi. conſil. 36. conuentiones
numer. 2. & 3. libr. 1. Deueniendo modo ad ſub-
diſtinctionem huius ſecundi membri, dico ex
præmiſſis, & ex ponderationib. uerborum regulæ,
præſertim in quantũ requirit quòd in familiarita-
te quis decedat, uiuẽte utroque Cardinali, aut ſo
lũ ſecũdo, cõſenſus ſecundi requirendus erit: qua
te autẽ utroque uiuẽte nõ primi cõſẽſus requira
tur, reſponſio eſt in promptu, quia pars ſecũdæ re
gulæ ſolum primi conſenſum requirit, quoad be
neficia obtenta in familiaritate primi, ſed nos
ſupponimus ante aliquam familiaritatem acqui
ſita, ergo primus, a conſenſu excluderur, & idem
dicendum erit ſi primus tantum uiuat, quia
nos ſumus extra acquiſita in primi ſamiliaritate
ut pluries dixi, & tunc collatio erit libera ipſius
Papæ, nullum alicuius Cardinalis conſenſum ex
pectans, uerum quia ſecundum iſtud membrũ
quod hactenus proſecutus ſum, in Rota propoſi
tum fuit ſub die 20. Februarii, & poſtea ſub die.
15. Martii. 1549. in una fulginaten. canonicatus
inter R. & Illuſt. Cardinalem de Sabellis ex una,
& bo. me. Bloſium ex alia, coram R. P. D. Puteo
nunc digniſſimo Cardinali, dato infraſcripto du
bio, dubia remanſit Rota, & diuiſa, nec percipe-
re potui ſi quid deſuper concluſum fuerit, ideo
ſubſiſto. Cogitent omnes. Dubium autem datũ
& diſputatum fuit ſub iis uerbis, An Papa poſ-
ſit libere ſine conſenſu R. D. Cardinalis de Sabel
lis prouidere, de beneficiis uacantibus per obi
tum Bernardini de graſſis, qui in familiaritate &
continua Commenſalitate dicti Reuerendiſſimi
Cardinalis Sabelli deceſſit, attento quòd dictus
Bernardinus antea fuerat familiaris continuus
commenſalis bo. me. Cardinalis Neapolitani, &
quòd antequam ueniret ad familiaritatem dicti
Cardinalis Neapolitani, dicta beneficia obtine-
bat. Quoad tertium membrum principale de ob
tentis poſt familiaritatem primi, & ante familia
ritatem ſecundi Cardinalis, pleraque ex funda-
mentis ſupra adductis faciunt pro iſto ſecundo
Cardinali. Circa quartum & ultimum membrũ
principale, de acquiſitis tempore primi Cardi-
nalis; ſi ille viuat, tex. 2. par. regulæ clarus eſt, quòd
conſenſus ad ipſum ſpectet, ibi: ita quòd quoad
illa, Cardinales quorum prius familiares fuerint,
ſuum habeant adhibere conſenſum, & ſi in pluri
um Cardinalium familiaritate ſucceſſiue quis
fuerit, & apud omnes, uel plures, beneficia acqui
ſiuerit, illorum omnium, uel illorum plurium cõ
ſenſus requiri debeat: ſi uero ſupponimus pri-
mum Cardinalem obiiſſe, mihi placet opin. gloſ.
colum. penult. uerſicul. item ex iſta deciditur du-
bium, tanto magis quia tempore ſuo ita practi-
cari aſſerebat. & licet Samenſ. eum mordeat, nec
ipſe figit pedes, nec eius fundamenta multum
ſtringunt, & illæ plures illationes de reſeruatio-
ne ad conſenſus præſtationem, nihil penitus ad
rem faciunt, & pleraque adducta ſupra in primo
membro faciunt pro opin. gloſ. quæ hic non repe
to. Inſuper ex priuilegio ſpeciali, primi Cardina-
lis, conſenſus eſt requirendus fauore ipſius, eo
4 igitur mortuo † priuilegium perſonæ conceſſum
expirat. l. 2. §. perſonis. ff. de immuni. l. quia tale
benefi-

beneficium perſonale eſt, & cum perſona extinguitur. ff. ſolut. matrimo. l. cum patronus. in fi. ff. de lega. 2. l. in omnibus cauſis, & l. priuilegia. ff. de reg. iu. §. plane. inſti. de iu. natu. gen. & ciui. capit. priuilegium perſonale. de reg. iur. lib. 6. cum igitur ſublatus ſit de medio ille primus Cardinalis, & ſic ceſſet caſus in quo eadem ſecunda pars diſponit, quæ diſpoſitio eſt limitata ſolummodo ad fauorem primi Cardinalis, eo ceſſante non eſt quid ſecundum Cardinalem in cuius familiaritate iſte deceſſit, impediat. Non obſtat quòd ceſſante primo Cardinali intret Papa, qui reſeruauit beneficia familiarium, quia reſeruatio Papæ non eſt ad effectum excludendi conſenſum Cardinalium, ſed ne ordinarii collatores ſe impedire poſſint in prouiſione dictorum beneficiorum, & ſic ut Papa prouideat, de conſenſu tamen Cardinalis, & etiam quòd beneficia uacent in curia, quorum prouiſio eſt propria ipſius papæ. ca. 2. de præben. lib. 6. tamen talis reſeruatio non excludit conſenſum Cardinalis, ut per gl. hic, & per Sarnen. quæſt. 15. ubi etiam quod idem eſt in aliis reſeruationibus.

SVMMARIVM.

1 *Regula an locum habeat in coadiutoria cum futura ſucceſſione.*
2 *Simulata pacta etiam iurata ſunt inualida.*
3 *Commenda perpetue & uniones temporales ſunt diſpenſationes palliatæ.*
4 *Exemplis non iudicandum ſed legibus.*
5 *Ius tripliciter ſumitur, videlicet ius rei, ius in re, & ius ad rem.*
6 *Ius in re & ius ad rem valde differunt.*
7 *Ex nunc prout ex tunc, clauſula quid operetur.*
Regreſſum & coadiutoriam cum futura ſucceſſione æquiparari.
8 *Principale attendi debet non acceſſorium.*
9 *Acceſſorie pleraque concedi, transferri, alienari, acquiri, diſtrai, quæ non principaliter.*
Præiudicium quod uenit in conſequentiam, ſeu acceſſorie non eſt conſiderabile.
10 *Papæ auctoritas remouet omnem ſuſpitionem, & de illicito facit licitum.*

TRigeſimo cum Sarnenſ. quæro an
1 † Regula habeat locum in coadiutoria cum futura ſucceſſione, quam quis habet ad beneficium quod poſſidet familiaris, nunquid in ea debeat fieri mentio nominis & tituli Cardinalis, & conſenſus requiratur? Pro parte affirmatiua arguo ſic: effectus in quacunque diſpoſitione, & actione attendi debet. l. ſi non mortis. in fi. ff. de in off. teſta. l. 1. §. hac autem uerba. ff. quod quis. iu. Bal. in. l. ſi mater. in 3. no. C. de inſti. & ſubſti. Dec. conſi. 313. promiſit. colum. 2. circa medium, effectus coadiutoriæ cũ futura ſucceſſione eſt, quòd adueniente obitu coadiuti, coadiutor plene in beneficio ſuccedat, nec prius coadiutor emolumentum ſeu dominium nanciſcitur, quàm obitu beneficiati adueniente, & ſic uere iſta eſt prouiſio per obitum, uel ad diem obitus collata, ſeu diffuſa. Regula igitur noſtra diſponens ſuper impetratione per obitum, ſuper tali coadiutoria locum habere debet. Inſuper plus ualet quod uere agitur, quàm quod ſimulate concipitur, toto tit. C. plus uale. quod agi. at fingunt partes, maximè conſanguinei inter ſe, quòd unus præſertim ſenex coadiutore indigeat, & per illam uiam beneficium in perſonam conſanguinei, vel amici intrinſeci dirigitur, uere autem partes intendunt, obitu adueniente beneficii dominium, & poſſeſſionem transferri, & ut plurimum tales qui coadiutores nominantur, nullum penitus ſeruitium beneficio, beneficiato, uel populo, ubi illud ſitum eſt præſtant, quo fit ut præſertim in iſtis ſpiritualibus, ad ueritatem ipſam reſpiciendum ſit, iuxta præceptum Diuinum, eſt eſt, non non. Matth. 5. uerſus finem. 2. Corinthiorũ. 1. prope fin. &
2 Iacob. 5. & ſi iuxta leges gentilium † ſimulata pacta, fictæ conuentiones, palliati contractus, quouis quæſito colore, etiam iuramento appoſito, non ualidantur, nec ueritatem ſubuertere poſſunt. l. emptione iun. gloſſ. in fin. & ibi per Bald. & Ange. C. plus, valere, que communiter tenetur, ut per Alex. in. l. nemo poteſt colum. 4 poſt numer. 16. ff. de lega. 1. Abb. in. ca. ad. noſtram in 3. not. de emptio. & uendi. præceptor meus D. Philipp. Dec. conſil. 403. quamuis in caſu. colum. penultimam te medium, uerſic. tertio reſpondetur quod in caſu iſto interuenit ſimulatio. Barthol. Cepol. de ſimu. contra. in. 7. præſumptio. Curt. iun. conſil. 53. habita. numer. 7. & conſil. 74. in facto. numer. 4. quanto minus ſubuertere poterunt iura ſpiritualia, ſanctorumque, & ipſius Dei dogmata? nec quis miretur quòd tales coadiutorias cum futura ſucceſſione, a nulla lege inuentas, palliatas appellem, uidemus enim aliquas alias prouiſiones, idem ſapere, licet ad diuerſos fines tendant, non
3 ne enim † commendas perpetuas, & uniones temporales, diſpenſationes palliatas nuncupabimus? ad conſil. Geminia. 58. numer. 11. & magis aperte per Caſſado. dec. 33. ſuper reg. nume. 5. & dec. 2. de unione. nume. 9. Tertio cum coadiutoriæ cum futura ſucceſſione (ut præmiſi) nullum iuris fomentum habeant, ſed a ſtilo ipſo introductæ ſint, ut per Caſſado. dec. 2. nume. 2. de reſti. ſpoli. tis minus indulgendum eſt, ergo magis in iſtis reg. locum ſibi uendicare debet, quàm in aliis impetrationibus, a iure inuentis, uel iuri conſonis. Non obſtant adducta hic per Sarnen. quæſtio. 25. quæ ad duo fundamenta reduci uidentur, primum eſt, quòd Cardinalis Iacobatius annotauerit præſens quæſitum, in partem affirmatiuam, per Rotam reſolutum fuiſſe, dato quòd de hoc
4 conſtaret, reſponderi poſſet † quod exemplis non eſt iudicandum, ſed legibus, & non quod

Romæ

Romæ ſit ſpectandum,ſed quod fieri debet.l.ſed.
licet.ff.de offic.præſid.l.ſinguli.C.de accuſa.l.ne-
mo iudex.C.de ſenten.& inter.omn.iud.glo.r.in
§.ſine ſcripto,verſic.nunquid ergo iudicatur exē-
plis? ff. de iu.natu.gen.& Rotæ decisiones tūc ſe-
quendę ſunt,quando in contrarium non apparēt
ualidiores rationes.Gemini.conſil.34.ſuper præ-
miſſo.nume.5.uerſic.nec debent,& in c.duobus.
num.9.cum quo ibi tranſit Phi.Fran. ante nu.11.
de reſc.lib.6 Paui.in prælu.extrauagan.in uer.de-
ciſiones Rotæ,ubi etiā quod ſæpe, Rota iudicat
contra deciſiones ipſas,& ego pluries uidi R. D.
modernos Auditores, contra deciſiones antiquo
rum decreuiſſe,& idem etiam apparebit ex lectu
ra deciſionum antiquiorum,antiquarum,& no-
uarum,immo etiam contra ipſorummet reſolu-
tiones,de proximo factas, cum uident meliores
rationes,ſeu meliora fundamenta iudicant. A-
lind fundamentum Samen. quod ponit uerſ. ta-
men ſi uerba. malè percipi poteſt, & (ut credo)
litera eſt mendoſa,præmittit enim, quòd caſus il
le in regula comprehenditur, poſtea contrarium
innuit,ſaluari tamen non poteſt,in quantum pō-
derat, quod ex uerbis regulæ, uidelicet: & ad q̄
ius competit,&c. eliciatur concluſio in parte af-
firmatiua,quòd ille caſus ſub reg.comprehenda-
tur, quia regula hanc clauſulam,ſeu talia uerba
non continet, ſed alia,uidelicet, quæ familiares
obtinuerint,& in quibus ius eis competierit,&c,
nec tex.regulæ Pauli iij. quæ erat tempore ſuo;
quam ipſe, de uerbo ad uerbum ante commen-
tum huius reg. tranſcribit,quoad dictam clauſu-
lam aliter ſonat,& maxima eſt differētia, an quis
habeat ius in re,uel ad rem & ſunt diuerſi termi-
ni,& de uno non infertur ad alium.ad hſciendū
iun.ibi declaratione Bald.col.1. uerſic. quarto &
ultimo præmitto,ubi exponit,& exemplificat tri
5 plex eſſe ius,uidelicet,† ius tenius in re,& ius ad
rem,quorum debilius eſt ius ad rem & de iure in
re.& ad rem in ſpiritualibus, & quod ualde inter
6 ſe † differant,habemus tex in c.ſi poſt princi. ibi
quia ius non eſſet quæſitum in re licet ad rem, &
ibi Domi.& Franc.in §.fi.in ult.no.de conceſ.præ
ben.lib.6.c.pen.in prin.& ibi Domi in penul.no,
de pręb.eo.lib.Cald. conſil.8.an exiſtens. ſub tit.
de reſc.ante fi.quē ſequitur Fel.in c.cauſam,quę.
nu.26.de reſcr.& Dec. conſi.147.& pro tenui.nu.
4.uerſic.ſecundo præmitto. forſan Sam. æquiuo-
cauit accipiendo uerba tertiæ reg. reſeruatoriæ,
quæ pinguioribus uerbis utitur,quàm hęc,ut in
pręfa.dictæ tertiæ regulæ aduerti,ſed miſſa hæc fa
ciamus. Si cui pars negatiua tenenda uidebitur,
& ſic opin.Rotæ per Cardinalem Iacobatiū olim
peritiſſimum eiuſdē Rotę Auditorem relata,pō
7 derare poterit,ꝙ uerba † regulæ non conueniunt
coadiutoriæ,ergo reg.locus eſſe non debet,ita ar
guit quoad regulam.de uerisimili, Steph. Bertr.
conſil.128.non poſſum obſtantib.poſt primū li-
brū poſito.nu.1.per tex.in l hos accuſare. §. oib.
ff.de acc.& facit tex.in l.ita autem.in princ.& ibi
Bar.ff.de admi.tuto.l.ſi uero.§.de viro.ff.ſolu.ma
quod autem uerba noſtri tex.non conueniant co
adiutorię,ꝓbatur quia aut conſideramus tēpus
impetrationis ipſius coadiutoriæ,aut tēpus quo
locus eſt illi futurę ſucceſſioni,ſi tēpus impetra-
tionis,uerum eſt dicere eum,qui coadiutoriæ cō
ſenſit,etiamſi tunc familiaris Cardinalis,uiuere,
ergo impetratio non fit,nec fieri pòteſt per obi-
tum familiaris Cardinalis,ergo uerba non cōue-
niunt.ſi uero conſideramus diē obitus.& ſic effe-
ctum futuræ ſucceſſionis, & tunc nihil impetra-
tur,& ſic pariter,nec uerba conueniunt. Accedit,
quod in talibus coadiutoriis apponi ſolet clauſu
la,uidelicet: ex nunc, prout extunc eidem orato
ri concedere. prout iuniores uidere poterunt in
formula quam poſui ſupra in 6.q.11.regul.& in
dicta q.& in altera preceden pleraq; quoad coad
iutores inuenient,quę legiſſe eos non pœnitebit,
8 illa clauſula † ex nunc,prout ex tunc,operatur p-
fectionem actus de præſenti, collato effectu in tē
pus futurum, & unum tempus cenſetur alteri in
eſſe,ſeu principium trahitur ad finem,& ecōuer
ſo.l.ſi ita ſtipulatus fuero,ſi Titius.in princ.& ibi
Bald.in 2.ſummatio ff.de uer.ob.& in l.arethuſa.
in 1.lectura,col.ſi.uerſi.extra,quęro.quid ſi reſta-
tor.ff de ſta.hom.idem Bal.in c.1. col.6. de mili.
uaſal.qui contu.eſt,in uſi.feu.& in l.Gallus.§.nūc
de lege.col.1.uerſicu.ſi uero coniunguntur ſimul
iſtæ dictiones ff de libe.& poſt.cle.1.cum ibi not.
de conceſ.præbend.Alex.poſt Angel.& Imol.in l.
huiuſmodi.2.nu.9.in 2.no.ff.de uer. obli.& conſ.
33.uiſa facti.col.3.ante num.7.uerſ. confirmatur
hoc lib.2.& conſil.171. perſpectis literis. nu.23.
uol.6. ubi conſuluit pro illis quatuor Cardinali-
bus à Paulo.2.creatis,eo defuncto ante publica-
tionem,titulorum aſſignationem,pilei traditio-
nem,anuli immiſſionem & ore non aperto.Iaſ.in
l.1.nu.4.C.de codicil.Caſſad.deci.3.nu.15.uerſ.
cui concluſioni nō obſtat dictio,ex nunc, ꝓut ex-
tunc.de præbend.ſequitur.quòd quādo moritur
in familiaritate iſte beneficiatus, nihil tunc ua-
cat,& omnia (quantum ad beneficiū ſuper quo
coadiutoria conceſſa erat) trahuntur retro. Am-
plius coadiutoria quoad futuram ſucceſſionem,
non conceditur ſolum in caſum obitus, ſed per
ceſſum.uel deceſſum,& hæc reg. per ceſſum locū
non habet,ergo ſi huic regulæ locus eſſet in coad
iutoria,partim locus eſſet, & partim nō, & ex ꝓ-
ximè dictis,& quia coadiutoria non eſt ſaltē ſim
plex impetratio per obitū, de qua regula loqui-
tur,ad minus.eſſemus in caſu mixto,& cum regu
la hæc ſit exorbitans,& odioſa,ut ſupra.q.1.ꝓba-
ui,ſub ſimplicibus mixtū non ueniret.l.maritus.
§.hoc quinquennium.l.dum paſſa §. præſcriptio-
ne.ff.de adult,Alc.in l.ſi extraneus.nu.5.ff de cō-
di.ob cau.& in l.certi cōdictio.§.quoniam.nu.8.
ff.ſi cer.pet.& iſta eſt communis opini.ut per Iaſ.
in l.2.ff.de uer.obl.nu.2.ibi, & communiter mo-
derniores determinant,quòd non. Dec.cōſ.215.
uiſis his. num.4. & conſil.333. licet.nume.1.po-
ſtremo

ſtremo Samen. æquiperat coadiutoriam regreſ-
ſui, ibi quia tali caſu obtinens coadiutoriam, uel
regreſſum &c. & iſta æquiperatio colligi etiam po
teſt, ex illa clauſula præſeruatiua in ſupplicationi
bus impetrationum per ſignaturam paſſim ap-
poni ſolitam, uidelicet, citra tamen acceſſus & re
greſſus, ac de cõſenſu coadiutorias, pro qua æqui-
paratione ad alium effectum uideatur Dec. Caſ-
ſado. 2. de teſti. ſpo. num. 2. Idem autem uoluit ſu
pra in 1. q. regulæ de non tollen. iu. quæſi. numero
40. in 10. & ult. caſu quòd per regreſſum acquira-
tur ius ad rem, ergo eodem modo per coadiuto-
riam acquiretur ius ad rem, ſed regula hæc non
procedit in iure ad rem, ſed in re, ut ſupra oſten-
di, quicquid dicat Samen. hic præalleg. quæſtio.
25. ergo regula in coadiutoria locum habere non
poteſt. Ad primum fundamentum in cõtrarium
adductum, reſponderi poteſt, quòd non ad id ſo-
lum inuenta & conceſſa eſt coadiutoria, ſed ut
principaliter beneficio propter infirmitatem, ſeu
alia beneficiati impedimenta, uel defectus occur-
ratur, ipſi quæ beneficiato auxilium præſtaretur,
acceſſorie autem & conſequenter uenit ipſa ſuc-
ceſſio. cap. petiſti. 7. quæſtio. 1. iun. ſummario ibi
poſito, Ioan. And. in c. conſultationibus. in 1. & 4.
quæſt. princ. de cleri. ægro. attendi igitur debet ip
8 ſum † principale non acceſſorium. l. 1. in princi. ff.
de aucto. cnto. l. nauis aduerſa. ff. ad leg. Rod. de ia
ctu. l. fin. §. fructus autem. ff. quæ in frau. credi. l. 2.
§ homines coactos accipere debemus, ad hoc co-
actos, ut damnum daretur. ff. ui bono. rapt. Ruin.
conſi. 145. abſque multiloquio. numero 21. uol. 5.
Dec. conſi. 293. uiſo teſtamento. col. fi. poſt num.
9 6. & uidemus † acceſſorie pleraque concedi, tranſ-
ferri, alienari, acquiri, diſtrahi quæ non principa-
liter. argumento tex. in l. 1. & ibi glo. in uerſic. per
uniuerſitatem. ff. de fun. dot. l. ſi quis nec cauſam
& ibi Iaſ. latisſime, a nume. 3. uſque ad nume. 24.
ubi ponit ſexdecim concluſiones. ff. ſi cer. peta. c.
ex literis. de iu. patro. glo. fina. in c. ad quæſtiones.
de re permut. Lap. alleg. 129. factum ſuper quo,
poſt numerum 25. uer. Item licet non ualeat pa-
ctum, de non ſuccedendo per ſe principaliter. Lã
bert. in tracta. iu. patro. folio 101. art. 2. num. 1. 3.
& in fi. & folio 96. arti. 6. ubi quod iuſpatronatus
acceſſorie, & ſub uniuerſitate bonorum tranſit, &
acquiritur. & folio 364. art. 3. num. 8. ſic etiam di
cimus præiudicium, quod uenit principaliter at-
tendi, non autem quòd in conſequentiam, ſeu ac-
ceſſorie. glo. fin. in c. quamuis ubi Gemi. col. 6. de.
pact. lib. 6. quam pro nota. citat & ſequit. Iaſ. in l.
ne quicquam. §. ubi decretum. nu. 35. uerſic. facit
quod uult glo. de offi. proconſ. & in l. decem. colu.
10. ff. de uer. obli. ſequitur Aimo de anti. tempo.
par. 4. nume. 243. ubi plura ad rem noſtram addu
cit. & uoluit Calde. conſi. 2. poſt princi. ſub tit. de.
emptio. & uend. quòd donatio in uenditione per
illa verba, & illud plus donauit, non requirat inſi-
nuationem, quia donatio hic non uenit principa
liter ſed acceſſorie, licet contrarium teneat Rom.
in l. 3. col. 4. ff. de uerbo. obl. de quo uideatur per
relatos per Alex. in l. ſi quis cum aliter. num. 4. ff.
eo. ubi ipſe Alexan. non declarat quid tenendum
ſit. Quod etiam corroboratur, quia coadiutoria
conceditur in certos euentus, non autem indiſtin
cte, & nulla habita ratione, per Ioan. And. in præ-
alleg. c. conſultationibus. in 4. q. princ. & per me
ſupra in 5. quæſt. 11. regulæ. nec eſt uerum, quòd
coadiutor ante obitum beneficiati emolumenta
non participet, immo etiam ſi ipſe beneficiatus
in fauorem alterius cedat, uel reſignet, prout ex
formula coadiutoriæ, quàm poſui in præalleg. q.
6. 11. regulæ, colligi clare poteſt: immo etiam ip-
ſe coadiutor, congruas expenſas ex beneficio ha-
bere debet. Ioan. And. in dicto cap. conſultationi-
bus. ante fi. in 10. quæſt. Non obſtat ſecundum de
ſimulatione, quia illa præſumi non debet, dolus
enim & fraus nunquam præſumuntur. l. quoties.
§. qui dolo. ff. de probatio. l. ſed & ſi maritus. §. ſed
& ſi conſtante. ff. qui & a qui. Specu. in titu. de ap-
pel. §. nunc tractemus ad quem. ante numerũ 7.
uerſicu. Sed quoniam qui fraudem allegat. Dec.
conſilio 256. in cauſa inquiſitionis. colum. 4. poſt
princip. uerſic. ſecundo principaliter. & conſilio
313. promiſit. columna fina. numero 5. Inſuper
10 † Papæ ſcientia, & auctoritas remouet omnem ſu
ſpitionem, & de aliàs illicito licitum facit. l. furti.
§. qui iuſſu. ff. de his qui notan. infa. c. ad quæſtio-
nes. iun. glo. in uer. queat. in prin. de re. permu. ca.
ex diligenti. §. fin. de ſimo. c. cum pridem. iun. glo.
in uer. illicite uerſi. ſed uidetur quòd ſi compoſi-
tio, & ibi omnes. de pact. Dec. conſi. 141. Ad plu-
ra. in princip. Caſſado. dec. 2. nume. 3. & 4. de ſi-
mo. Nec ualet illa conſequentia, commenda per-
petua, & vnio ad tempus ſunt forſan palliatæ, er-
go & coadiutoria, ex diuerſis enim non fit illatio. l.
naturaliter. §. nihil commune. ff. de acqui. poſſ. l. ſi
duo. in fi. ff. vti poſſ. cum vulga. Ad tertium reſpõ-
deri poſſet, quòd immo coadiutoriæ cum futura
ſucceſſione iuris conformitatem habent, præalle.
cap. petiſti. 7. quæſtio. 1. per Ioan. Bertac. firma. in
tracta. epiſco. quæſtio. 3. lib. 1. & ſufficit, quòd Pa
pa eas concedere ſoleat, nec abſque ratione mo-
uetur, & ſi eſſemus in dubio, an rationabiliter
concedat, vel ne, præſumptio eſſet pro Papa, prin
cipis enim mens & intentio cenſetur iuri, uel æ-
quitati, uel alicui rationabili cauſæ conformis, ad
Bald. in l. ex facto. uerſicu. in tex. ibi uoluntatem.
ff. de uulga. & pupil. Ruin. conſi. 60. ante nume. 5.
uol. 5. Dec. conſi. 64. & diligenter. col. penul. num.
7. Pariſ. conſi. 11. lib. 1. num. 127. Item in omnem
euentum cadit reſponſio de qua ſupra, quòd ver-
ba regulæ coadiutoriæ non conueniunt, ergo nec
diſpoſitio, ſeu conſtitutio hęc in ea locum habere
poteſt, argumento. tex. in l. ſi verò. §. de uiro. ff. ſo-
luto matrimo. l. 4. §. prætor ait. & ibi Bart. in ulti.
nota. ff. de damno infecto. l. hos accuſare. §. omni-
bus. ff. de accuſa.

SVMMARIVM.

1 *Conſenſus Cardinalis ſuper beneficijs pluribus per Papam conferendis cum clauſula, reſeruato ſibi regreſſu ſuper uno, cuius regreſſus reſeruatio poſtea ſubſecuta non fuerit, an ſufficiat ad effectum huius Regulæ.*
2 *Conſenſus ſupplicationem ſignandam præcedere, & ſignatam ſubſequi poteſt.*
3 *Superfluum & impertinens non uitiat, ſed reijcitur.*
4 *Superfluum ſicut non nocet in obligando, ita, nec in diſſoluendo.*
5 *Simoniacus actus dicitur cum in ſpiritualibus interuenit pactum, uel conditio.*
6 *Beneficialia ultimis uoluntatibus comparantur.*
7 *Argumentum ab ultimis uoluntatibus ad beneficia eccleſiaſtica ualidum eſt.*
8 *Gratiæ Papales ultimis uoluntatibus æquiparantur.*
9 *Turpis conditio in ultimis uoluntatibus reijcitur, & diſpoſitio tenet.*
10 *Impoſſibilem conditionem in ultimis uoluntatibus haberi pro non adiecta, actu alioquin ualido remanente.*
11 *Principis a uoluntate pendentia impoſſibilia cenſentur.*
12 *Poſſe fieri non dicitur, quod per auxilium extraordinarium aliquando fit.*
13 *Regreſſus quid ſit, & quod a Roma. Cur. hodie exulat.*
14 *Factum non eſſe, uel minus idoneè, paria ſunt.*
15 *Inutile quid habere, uel non habere æquiparantur.*
16 *Conditio etiam in beneficialibus impleri debet ad hoc, ut actus ualeat.*
Matrimonium non tenet conditione non impleta.
Conſenſum ſub conditione, ea non impleta, præſtitum non cenſeri.
17 *Conſuetudo mala excuſat.*
18 *Auctoritas Papæ, ſiue præcedens, ſiue ſubſequens omnem ſimoniæ labem tollit.*
19 *Conſenſus modificatio circa unum beneficium non debet trahi ad alia.*
Conſenſus limitatus non capit alios caſus.
20 *Conuentio in una re, & cum una perſona, non trahitur ad aliam rem, ſeu aliam perſonam.*
21 *Conditiones in beneficijs ſunt regulariter prohibita.*
22 *Correſpectiui actus qui, & uno deficiente omnes corruunt.*

1 TRigeſimoprimo quæro an † Cardinalis conſentiendo prouiſionibus faciendis per Papam, in fauorem A. quoad archipresbyteratum, in fauorem. B. quoad parrochialem, in fauorem alterius, & quoad certa præſtimonia uacantia per obitum eius familiaris cum clauſula reſeruato tamen ipſi Cardinali regreſſu, ad archipresbyteratum, quæ reſeruatio poſtea ſubſecuta non fuerit, ſufficit ad effectum huius regulæ, & validitatis prouiſionis? & ſupponitur quòd uno, & eodem contextu, in eademque ſcriptura Cardinalis conſenſerit, & quòd in prouiſione Papæ ſignatora appoſuerit clauſulam, & de conſenſu Cardinalis, ſi iam non acceſſerat, dummodo accedit.
Ex propoſito themate plures concluſiones elici poſſent, quæ diſtinctam & ſingularem diſcuſſionem requirerent, ego autem paucis expediam, tria ſubijciens dubia. Primo uideamus an cõſenſus præcedere poſſit ſupplicationem impetrationis, de qua in regula, & uera uidetur reſolutio, quòd
2 † conſenſus præcedere poſſit ſupplicationem ſignandam, & etiam ſubſequi ſignatam. Caſſado. dec. 2. num. 8. & dec. 3. nume. 4. de renun. Sarnen. quæſt. 26. nume. 3. de infir. & in caſu noſtro ceſſat omnis difficultas, ex additione ſignaturæ, clauſulę, de qua ſupra, uidelicet, & de conſenſu Cardinalis ſi iam non acceſſerat, dummodo accedat, & ſic ſupponit non neceſſarium alium conſenſum ſi acceſſit, & in euentum, quòd iam acceſſerit, cum ualidum ſupponit, alioquin. dixiſſet, ſi aliud ſuppoſuiſſet, & de conſenſu Cardinalis dummodo accedat. Secundo uidendum erit, an conſenſus quoad prouiſionem archipresbyteratus ſubſiſtat? Pro parte affirmatiua pondero, quòd regula eſt exorbitans, & odioſa, ſpeciem ſeruitutis continens, requirens alienum conſenſum in peculiari ipſius Papæ libera collatione, prout ſupra in 1. quæſtione oſtendi. quomodocunque igitur pariatum ſit ſufficere debet, etiam ſi conſenſus non haberet oĩa ſua requiſita. Præterea dum Cardinalis ut præmiſſum eſt, conſenſit, licet addiderit clauſulam, reſeruato regreſſu, iſta additio uidetur ſuperflua, ſeu impertinens, cum non ſit in poteſtate prouiſi, ſeu prouiſorum regreſſum conſtituere, ſeu reſeruare; quærat, & obtineat ipſe Cardinalis regreſſum ſi uult, ſufficit prouiſis, ſeu prouidendis conſenſus, & iſta alia clauſula tanquam † ſu-
3 perflua, & impertinens non uitiat actum, ſed reijcitur, ad text. in l. quæ extrinſecus. & l. ſi mihi, primo reſpon. ff. de uerborum obligatio. l. ſi is qui ſti cum. ff. de acceptila. & ibi gloſſ. 1. dat regulam,
4 quòd ſicut † ſuperfluum non nocet in obligando, ita nec in diſſoluendo l. teſtamentum. C. de teſtamen. l. pediculis. §. Labeo. ff. de au. & argent. lega. Roma. conſi. 343. ex poſito. numero 8. & 9. Tertio
5 † ſimoniacus actus dicitur cum in ſpiritualibus interuenit pactum, uel conditio. cap. cum pridẽ. & cap. fina. de pact. cap. niſi eſſent, ibi non quidẽ ex conuentione partium, de præbend. & gloſſ. ibi in uer. ex iuſſione. c. quæſitum. de re. permu. Abb. in c. dilecti. de præben. & in cap. non ſatis. circa fi. de ſimo. glo. 2. in princ. & ibi Feliu. & Dec. in c. ex parte. 1. de offic. deleg. & Dec. conſi. 141. ad plura dubia. num. 1. & ſeq. ſimoniaca igitur conditio turpis dicetur. cap. fina. & glo. in c. cum pridem. in uer. non ducimus in fi. de pactis. & probatur ex aliis ſupra adductis. Cum autem nos habeamus
6 quòd † beneficialia ultimis uoluntatibus æquiparentur. cap. 1. & cap. auctoritate martini. in uerſi. ſicut contingit in ſucceſſione. de conceſ. præbend.
7 lib. 6. ubi tex. † arguit ab ultimis uoluntatibus ad beneficia eccleſiaſtica. glo. in capitu. 1. §. econtra uero,

uero,& in uer. in ultimis.co.ti.& lib.Bald.in cap.
inter cæteras.colum.2.de reſcrip. Roman.conſil.
8 348.quæritur nunquid.num.5.ubi quòd † gratiæ
Papales æquiperantur ultimis uoluntatibus, &
conſi. 388.in caſu.num.7.D.meus Phil.Dec.conſ.
405.uidebatur,ante num. 2.uerſi.primò, quia ta
lis gratia æquiperatur ultimæ uoluntati . & Ro-
ma. ſequitur D. Hier.Gig.in 26.quæſt.de penſio.
nume.5.& Samen.in 4.quæſtio.regulæ de non tol
lend. iu. quæſit. nume.11.Pariſi.conſil.119.ſuper
hoc. num.11.uolum.4.Idem uoluit Felin.in c.ad
audientiam.2.colum.6.de reſcrip. In ultimis vo-
9 luntatibus † turpis conditio reiicitur,& diſpoſi-
tio tenet.l.ſed neque.§.ſed ſi uſus.ff. de uſu & ha-
bita.l.conditiones, quæ contra bonos mores. ff.
de condi.inſti.l.uni.§.fi.C.de his, quæ pe. nomi.
l.reprehendenda.C.de inſti.& ſubſti.ita igitur in
beneficialibus turpis conditio prædicta reiicien
da erit,& conſenſus ſubſiſtet abſque illa turpi cō
ditione, & quaſi in terminis noſtris, id uoluit
Abb.in c.conſtitutus.de tranſactio.circa mediū.
uerſic. ſecundo, quòd propter tranſactionem,&
magis clarè Pariſ. conſil.29.contra ipſum.num.
10.uerſi.potius,an dictæ conditiones illicitæ de-
bent tolli,& uitiari,quàm collatio facta ſub illis,
& cōſ.30.num.14.uolum.4.& ſic applicando no-
ſtro quæſito,potius tolli debet talis conditio ſi-
moniaca,& illicita,quàm conſenſus ſub dicta cō
10 ditione. Quarto ſimiliter uidemus † impoſſibi
lem conditionem in ultimis uoluntatibus habe-
ri pro non adiecta,acto alioquin cui adijcitur ua
lido remanente.l.ſi mihi, & tibi. §. ſi quis ſeruos.
ff.de lega. 1.præælleg.l.uni.in fi.C.de his, quæ pe.
11 nomi.§.impoſſibilis.inſti.de hære.inſti. † impoſ-
ſibilia autem,cenſentur a principis uoluntate pē
dentia.niſi ſint conſueta cōcedi.l.idem Iulianus.
in fin.ibi quoniam commercium eorum,niſi iuſ-
ſu principis, non fit, cū diſtrahi non ſoleant.ff.de
lega.1.ubi etiam Alex.& Iaſ.D.meus.in l.ea,quę.
ad fi.ff.de regu.iu.& in l.1.ff.de offici.eius.Aimo
conſi.54.in fi.& conſi.121.num.10.Curt.iuni.qui
ponit communem.conſi.182.nume.12. regreſſus
autem reſeruatio ultra, quòd a nullo iure indu-
cta,ſeu introducta ſit,ſed potius ad fauorem, &
commodum, ac cautionem reſignantium, ac ꝓ
compoſitione pecuniaria habenda, prout conſi-
derat Caſſa.deciſ.uni.num.4.de pact.offendit,&
uulnerat liberam beneficiorum diſpoſitionem,
beneficia quaſi hæreditaria conſtituens,unde ra-
ro regreſſus huiuſmodi concedi deberent,uerum
nunc ſub hoc ſapientiſſimo,& Sanctiſſimo Prin-
cipe,regreſſus aboliti ſunt,& ſi qui forte raro cō-
cedantur,non abſq; rationabili, & magna cauſa,
& tunc abſq; aliqua compoſitione,ſeu pecunia-
12 rum receptione,† poſſe igitur fieri non dicitur,
quod per auxilium extraordinarium aliquis fit,
Inn.in c.paſtoralis.poſt prin. ibi,nā non dr̄ poſſe
fieri,&c.de cau.poſ.& ꝑpr.Rom.conſ.469.in præ
miſſa.poſt nu.4.uerſ.& licet quis. reiicienda igi-
tur erit hæc cōditio reſeruationis regreſſus,ꝗ im-
13 poſſibilis cēſeri debet,ꝓſertim hodie,ex quo † re
greſſus (qui nil aliud eſt quā reuerſio ad ceſſum,
ſeu dimiſſum beneficium,ſeu ius,in quoſdā euen
tus, ꝓut in ſimili,habemus tex.in l.filios.& in l.ſi
unquam.C.de reuo.dona.c.ſi beneficia.poſt me-
dium.ibi ad beneficia ſua priora liberè reuertan
tur,de ꝓben.lib.6.c.ut quis duas.in fi.de elec.eo.
lib.Old.conſi.275.quæſtio eſt.col.2.Pariſ. conſ 5.
unio iſtius.nu.8. uol.4.) ſumma ratione a Rom.
cur.exulat:non loquor de regreſſibus, qui a iure
inuenti ſunt,illi enim ſubſiſtūt,prout illi,de qui-
bus,in præall.c.ſi beneficia,& per Rot. 100.no. ꝙ
ubi aliquis.in anti.Pro parte negatiua,& ſic quod
conſenſus,de quo ſupra non releuet, moueor,quia
facta mentione conſenſus talis requiri debet qui
omnia ſua requiſita habeat,paria.n.ſunt aliquid
14 † factum non eſſe,uel minus idoneè.l.quoties.ff.
qui ſatiſ.cogan.l.4.§ condemnatum.ff.de re ind.
l.1.§.& quidē non eſſe.ff.quod cuius. uniuer.c.in-
ter corporalia.§.ſed neq;.de transla epiſc.ubi quod
15 aliquid † inutile habere, & non habere æquipol
lent.l.quamuis.§.ſi conuenerit. ff.ad Vellei. 1 ap.
alle 81.non ualuit.nu.1 Alex.conſ.215.uiſis ꝓba-
tionibus.poſt princi. ubi quòd bulla imperfecta
non debet cenſeri bulla. lib. 2. Secundo ablatiui
abſoluti faciunt conditionem.l.a teſtatore.ff. de
condi.& demonſt.Bar.in l.ab emptione.in 2.not.
de pact.Bald.in l.1.col.2.uerſi.quæro nunquid in
contractibus.C.quan.lice.ab emptio.rece.& ſic
illa uerba,in conſenſu (de quo præmiſi) reſerua-
16 to regreſſu conditionem faciunt, † conditio au-
tem etiam in beneficialibus appoſita impleri de
bet, ad hoc ut actus ualeat, Paul. Caſtrenſ. poſt
Bald. in l. eum qui. in princ.ff.de inof.teſt. Abb.
in c.conſtitutus. in ult.no. de tranſactio. & idem
Abb.id ſupponit.in c.cum pridem. ante finem,
dum approbat tertium intellectum glo.de pact.
Pariſ.conſ.30.in cauſa uertente.nu.6 uol 4.& ar-
guendo,a matrimonio temporali ad ſpirituale,
ad.c.inter corporalia. poſt prin.de transla.epiſc.
c.quoniam frequenter.§.portò.in prin.de elect.
Hoſt.in c.cum inter canonicos.colum.penul. an
te fi.ibi, & maximè aſtrictus parrochiali eo.uide-
mus, quòd conditio in matrimonio impleri de-
bet,nec matrimonium tenet conditione non im
pleta.c.non oportet.28.q.1.c.ſolet.iuncta gl.ma
gna.32.quæſt.2.c.de illis,& c.ſuper eo, de condi.
appo.conditio in caſu præmiſſa ſupponitur non
impleta,ergo conſenſus ſub conditione corruit,
& ex conſenſu fit diſſenſus, conſenſus enim ſub
conditione præſtitus, ea non impleta, non po
teſt dici conſenſus præſtitus,argumento tex.in l.
ſi ita hæreditatem.ff.de condi.inſti.& in l.qui he
redi.§.fina.ff.de condi.& demonſt.Maria. Socin.
iun.conſi.101.inſpectis.nume.26.lib. 2. Tertio ſi
conſenſum præſtitum dicimus eſſe ſimoniacum,
(ad deducta ſupra nu.5.) & omnis promiſſio.ſeu
conuentio,omneque pactum corruit. cap. final.
de pact.& ibi gloſ. in uer.legitimus dat concor-
dant. Aut conſenſus huiuſmodi, a ſimoniæ labe

ſaluati poteſt, eo prætextu, quòd prouiſio per Pa
pam facienda erat, & ſic etiam a Papa regreſſus
peti, & impetrari debebat, & uidemus mandata
ad reſignandum in manibus Papæ quotidie fieri
ſub talibus, uel ſimilibus, & aliis pactis, ſeu con-
ditionibus, in quibus tamen non cadit aliqua ſi-
monia, prout per Caſſad. dec. 2 de ſimo. nu. 1. &
17 7. & illa conſuetudo, ſiue bona, ſiue † mala excu
ſare debet. c. uenerabilis. ubi glo. & docto. de con
ſue. glo. & docto. in cap. ſanè. de temp. ord. Far. in
l. 1. ff. quod quis iu. Pariſ. præall. conſil. 29. nu. 18.
uol. 4. Inſuper cum regreſſus a Papa (ut dixi) cō-
cedi ſperabatur, nec ab alio impetrari poſſet, nec
aliquis ſuper beneficio huiuſmodi ſe intromitte
re poſſit, præſertim quia beneficium erat reſerua
tum, per regulam tertiam auctoritas Papæ, ſiue
præcedens, ſiue ſubſequens omnem ſimoniæ la-
bem purgabat, ſeu tollebat. c. ex diligenti. in fi. de
ſimo. c. ad quæſtiones. iunct. gloſ. in uer. queat. in
prin. de re. permu. gl. in uer. illicitè. in c. cum pri-
dem. de pact. Fel. in c. ad audientiam. 2. col. 2. &
3. de reſcr. Dec. conſil. 141. ad plura, in princ. & nu
me. 2. & 4. Pariſ. conſi. 30. in cauſa. nume. 5. uolu.
4. Si igitur conditio erat licita tanto magis illa
18 ſeruari debet, & ea non impleta omnia corruent;
ad ſupra adducta. num. 16. quæ multo magis pro-
cedunt, quādo conditio nullo modo turpis, uel
aliàs illicita dici poteſt, immo etiam in iſtis ſpiri
tualibus etiam nō appoſita conditione, ſubintel
ligitur tacita uidelicet: quatenus ea, quæ tractā
tur habeant effectum. Abb. in ſimi. in c. conſtitu-
tus. in ulti. not. de tranſactio. Quid tenendum ſit
aperiam in fi. tertii dubii, quod nunc ſubiiciam.
Tertio igitur, quæro dato quòd quoad archipreſ
byteratum conſenſus non ſit ualidus, an quo ad
alia beneficia, de quibus aliis fuit prouiſum, ſub-
ſiſtat, & quoad conſenſum dicatur in aliis paritū
huic regulæ? Pro parte affirmatiua facit, quòd
19 Cardinalis † modificatio in conſenſu circa ar-
chipresbyteratum, & ſic circa unum beneficiū,
& circa unam perſonam, nō debet trahi ad aliud
beneficium, ſeu ad aliam rem, & ad aliam perſo-
nam. l. iubemus C. ad uelleia. Iaſo. in l. ſi fundum.
per fideicommiſſum. num. 20. & Pariſ. conſil. 18.
non potuit. num. 5. 7. & 8. ubi quòd conſenſus li-
mitatus, non capit alios caſus. lib. 1. & conſil. 5.
unio illius. ante num. 8. uolum. 4. & argumento
tex. in l. ſi domus ff de ſerui. urba. prædio. ubi con
ſentiens remiſſioni unius ex ſeruitutib. ſibi quo-
ad alteram non præiudicat, & in l. 1. §. ante om-
20 nia, ubi quòd † conuentio facta in una re ſeu cū
una perſona, non trahitur ad aliam rem, ſeu aliā
perſonam. ff. de pact. l. Imperatores. in princ. & in
fi. ff. de tranſac. l. 1. C. eo. Ro. conſil. 132. ut retulit.
ante fin. Rui. conſil. 10. pœna in cōpromiſſo. poſt
nu. 1. uer. nec ēt prędictis. uol. 4. Mar. Soc. iun. cōſ.
44. tenore tranſactionis. col. fi. nu. 50. & 51. lib. 2.
pceptor meus D. Phil. Dec. conſ. 374. in caſu. ante
nu. 6. & conſ. 379. requiſitus. nu. 6. & cōſenſus ad-
hibitus in una hęreditate, non capit aliam. Pariſi.
conſ. 49. nu. 42. lib. 3. cōditio igitur reſeruationis
regreſſus. ſuper archipresbyteratu in fauorem A.
non debet reſpicere alia beneficia, de quibus alii
puidendi erant, & poſtea pniſi fuerunt. Inſuper
arguendo ab abſurdo, ad l. nam abſurdum. ff. de
bo. libe. l. fi. poſt princ. C. de uſur. rei iudic. Alex.
conſi. 83 num. 5. lib. 2 Dec. conſil. 19 col. 3. in fi. &
433. nu. 18. Abſurdiſſimum fuiſſet, quòd Cardi-
nalis feciſſet tot prouiſiones conditionales, & ſi
conſenſiſſet prouiſioni centum beneficiorum, re
ſeruato ſibi regreſſu ad unum, feciſſet centum pro-
uiſiones conditionales, & iſta uideretur extranea
21 interpretatio, præſertim cum † conditiones in
beneficiis ſint regulariter phibitæ. odioſę, & re-
ſtringi debeant quoad fieri poteſt. præal. c. cū pri
dem. & c. fi. de pact. Paul. Caſt. in l. eum qui. poſt
princ. uerſi. quia talis renunciatio beneficii fit, &
fieri debet pure, & ſimpliciter, & ſine aliqua cō
ditione. ff. de inoff. teſt. Caſſad. dec. 2. de ſimo. Pro
parte uero negatiua, quòd conſenſus præfatus ēt
quoad alia beneficia non ſubſiſtat, & conſequen-
ter quod regulæ ſatisfactum non ſit, facit quòd
Cardinalis qui conſenſit quoad oīa beneficia, in
euentum, quòd ſibi regreſſus reſeruaretur ſuper
archipresbyteratu, ſi reſeruatus non fuit conſen-
ſus, p non conſenſu haberi debet, ad ſupra addū
cta. num. 16. Accedit, quòd conſenſus quoad om
nes impetrantes & oīa beneficia pmiſſa ſupponi
tur uno, & eodem contextu, ac ſub eadem oratio
ne, & ſtructura uerborum, pręſtitus, ſeu in eadem
22 ſcriptura, ergo actus omnes † cēſentur correſpe
ctiui, & uno deficiente omnes corruunt. Anchar.
conſi. 434. ex narratis. poſt nu. 3. uerſi. ptereā ad-
uertēdum. poſt Bald. in l. perens. C. de pact. Corn.
conſi. ult. lib. 1. nu. 1. & ſeq & conſi. 36. in hac con-
ſultatione. nu. 14. & ſeq. lib. 2. Soc conſil. 143. dii
profectò nu. 14 lib. 1. Fel. in c. paſtoralis ante nu.
8. de reſcr. Aimo Craue. conſi. 153. altera iam. nu.
8 conditione igitur ceſſante, omnes actus corre-
ſpectiui, tanquam unius gratia, alter facti, ceſ-
ſant. Item Cardinalis poterat conſenſum ſuum
ſeparatim, & per ſingula inſtrumenta, ſeu per ſin
gulas apocas in fauorem cuiuslibet, & ſuper quo
libet beneficio conſenſum pręſtare, uel ſi in eo-
dem inſtrumento, ſeu ſcriptura, ſub diuerſis ca-
pitulis conſentire, quòd cum non fecerit, ſed ſi-
mul & eodem contextu (ut pręmiſſum eſt) con-
ſenſerit, immò uno & eodemmet conſenſu pro
omnibus beneficiis impetrandis, ſeu obtinen-
dis uſus eſt, appoſita poſtea clauſula reſeruato
regreſſu, ſuper archipresbyteratu, clauſula hu-
iuſmodi omnia pręcedentia reſpicere debet. l.
talis ſcriptura. ff. de legat. 1. l. & ſi peperceri. §. fi-
lius, & ibi Bartol. colum. 1. & 2. & Iaſ. nume. 2. ff.
de libe. & poſthum. Fely. in c. cauſam, quę. num.
4. in uer. clauſula refertur, de reſcrip. pulchrè per
Abb. in cap. 2. requiris. de appell. ubi quòd clau
ſula in fine diſpoſitionis poſita, refertur ad om-
nia pręcedentia, etiam diuerſa negotia continen
tia. Amplius ſi ſimoniacus conſenſus dici poteſt
propter

propter conditionem appoſitam, omnia corruent, præalleg. c. cum pridem ubi omnes, & cap. ſi de pact. Feli. & Dec. in c. ex parte. 1. de offi. deleg. Poſtremo nos ſumus in indiuiduis, quod probatur, ex quo côcurrunt duo ex illis quatuor modis, quibus conſideratur indiuiduum, de quibus per Barto. in l. Græce. §. illud commune. nume. 4. ff. de fideiuſ. quem ſequuntur Angel. Imol. & Iaſ. num. 5. in l. 1. §. ſed & ſi mihi. ff. de uerb. oblig. applicatur caſui noſtro, illud quod dicitur inſeparabile de natura, cũ conſenſus vnus eodemque contextu præſtitus de ſui natura ſit indiuiſibilis. Altero modo conſenſus præfatus dicitur indiuiſibilis, ratione uoluntatis contrahentium, & pro contrahentibus hic accipi poterunt Cardinalis conſentiens impetrationibus faciendis, pro altera parte ipſi in quorum fauorem conſenſus iſte præſtatur, & ſic partes contentæ fuerunt, eodem inſtanti, eadem ſcriptura, & ſub eodem verbo, conſenſum diuerſa, & diuerſos reſpicientem concludere. Cum igitur ſimus in indiuiduis, utile per inutile uitiari debet. l. 1. §. item quæritur. ff. de aqua quoti. l. pedius. iun. glo. in uer. nullum. ff. de arbi. Dyn. in cap. utile non debet. numero 4. uerſic. alii dicunt. de regu. iu. lib. 6. Bald. in l. certi conditio. §. quoniam. colum. 3. ff. ſi cer. peta. late per Alexan. in l. 2. §. penul. colum. 1. & 2. ff. de uerbo. obliga. ſi igitur corruit conſenſus quoad A. ſuper archipresbyteratu, ergo quoad omnes alios ſuper alijs beneficiis. Quid tenendum? ſuper iſto ultimo quæſito Rota in una Oxomen. patro. de Teiado inter D. Didacum de melgoſa, & Ioan. de Vynueſa coram bo. me. Hieronimo Nouato ſub die Veneris. 12. Octobris. 1548. ſenſit pro negatiua, & ſic pro hac ultima opin. dato dubio, An Cardinalis conſentiendo prouiſionibus faciendis per Papam, in fauorem Io. de Sancta Maria quoad archipresbyteratum, ad parrochialem uero de Teiado in fauorem Io. de Vynueſa, & in fauorem alterius quoad certa praſtimonia ſaluo ſemper regreſſu ad archipresbyteratum, cenſeatur non conſenſiſſe in fauorem Io. de Vynueſa, & altetiua tertii, ubi regreſſus nõ fuiſſet reſeruatus, quo ad archipresbyteratum. Si igitur Rota ſenſit pro negatiua in hoc tertio quæſito multo magis in ſecundo, ut de ſe patet.

SVMMARIVM.

1 *Cardinalis ſi prouiſioni factæ per Papam nunquam uoluit conſentire quid agere debeat impetrans.*
2 *Conſentire aliquo recuſante adeundus eſt ſuperior, qui mandabit conſentiri, uel ipſe conſentiet.*
Romanam urbem ab imperialibus obſeſſam deſerentes ciuilitatis priuilegia amiſerunt.
3 *Conſenſus de quo in regula ab alijs ſatis differt.*
4 *Liberalitas in gratia in cui dando.*
5 *Conſenſus quatuor in materia iurispatronatus conſiderari poſſunt.*
6 *Dotans quando eccleſia fundata, conſtructa, & conſecrata eſt, iuspatronatus acquirit.*

Trigeſimoſecundo quæro † ſi Cardinalis prouiſioni factæ per Papam nunquam noluit conſentire; quid agere 1 debeat impetrans? Sarnen. hic q. 3. concludit quod recurrendum ſit ad Papam, qui conſenſum præſtabit; uel actum ſine conſenſu expediri mandabit, allegat Abb. conſil. 65. quidam Rainerius. in 5. dubio. lib. 2. & in cap. nullus. de iu. patrona. cum duabus apoſtolis ibi poſitis. & quia hæc ſunt notoria ipſe omittit, & tex. dicti cap. nullus. eſt clarus, qui etiam addu-
2 cta per Sarnen. probat, quod † conſentire aliquo recuſante; adeundus ſit ſuperior qui mandabit conſentiri, vel ipſe conſentiet: & ultra ibi additos hoc etiam firmat Felin. in cap. cum uenerabilis. num. 33. verſic. & ſi epiſcopus iniuſte recuſat conſentire &c. de excep. & nouiſſime per Lamber. in tracta. iuris patro. lib. 1. in 9. q. princ. 1. par. ante nume. 83. fol. 79. & per eundem latiſſime in 21. artic. 1. quæſtio. 2. par. 1. lib. fol. 112. & ſeq. ubi melius cæteris ornat, & declarat dictum. cap. nullus & num. 6. dicit hanc eſſe omnium communẽ ſententiam, & quotidie in practica ſeruari, & ex illo tex. c. nullus. colligit. 24. uel 25. concluſiones, extẽſiones, ſeu ampliationes, uel declarationes, quæ omnino uideantur. hanc etiam opin. idem Lambert. teſtatur eſſe communem in 2. art. 5. q. 1. par. 2. lib. fol. 197. nume. 7. cum igitur habeamus tex. clarum in terminis, videlicet dictum c. nullus. de iu patro. habeamus idem in praxi ſeruari, non uidetur diſputationi locus eſſe. unde merito Sarn. omiſit hæc ulterius diſputare, illa ut nota ſupponens. Ego uero (quantum ad rem noſtrã attinet, & quoad terminos noſtræ regulæ) contrarium ſentio, etſi Sarnen. ſuppoſuit opin. ſuam eſſe de ſe claram, ego meam ineuitabilem (vt ſpero) oſtẽdam, & miror quomodo Sarnen. inciderit in hunc errorem non diſcernendo lepram, à lepra, nec contra ipſum inſurgam prout lubentius Celſus contra Domitium, iuxta tex. in l. Domitius labeo. ff. de teſta. ſed ipſum excuſabo, quod pondere, & mole negotiorum Rotalium, ac numero quæſtionum huius regulæ iam defeſſus, iuxta adagium, quandoque bonus dormitauerit Homerus: At multo magis me alii excuſatum habebunt, dum ſuper hac eadem regula, & aliquibus aliis ex præcedentibus ſcribo, ſi quid minus prudenter quàm deceat tracto, quandoquidem dies noctesque armorum ſtrepitu, tubarum clangore, timpanorumque frequenti crepitu ita opprimor atque obtũdor, vt meus animus in diuerſas partes diſtractus, quod uelit, aſſequi non poſſit. Huc etiam accedunt domeſticæ curæ, imminentis ruinę periculum, cui me voluntariæ expono, malo enim patriam periclitantem conſilio (ſi quod in me eſt) ac pecunia, immo etiam manu ipſa armata pro poſſe iuuare & defendere, ad quod etiam iure na-

 turæ,

ture,& diuino teneor(iuxta illud Catonis pugna pro patria,& iuxta tex.in l.ueluti.ff.de iuſtitia & iure.& dixit tex.in l.1.§.ſi ea que,ibi partus enim iſtē,quòd etiam reipublicæ naſcitur.ff.de uentre.in poſſe.mitten.)quàm eam fluctuantem,& quaſi in faucibus inimicorum iam,ſtatu exiſtentem,pro derelicto habere. Nec mihi(ut nonnullis)rigidum,& inſolitum uiſum fuit,mandatum R. D. Theſaurarij,quod hoc menſe Nouembris.1556.emanauit,præcipiens menſtruos officiorum Roma.Cur.& montium eiuſdem redditus,denegari ab vrbe abſentibus. Rationem ego adducebam,quòd Romani vrbem ab imperialibus obſeſſam deſerentes,ciuilitatem,ciuitatiſque priuilegia,& omnia iura amiſiſſent,argumento tex.in l.finali.in fine.ff.pro dereli.& eſt optimus text.in l.2.in fine.& ibi in terminis noſtris not.Bald.in fine.C.de infan.& expo.ſequitur Iaſ.in l.1.§.huius ſtudij nu.15.ff.de iuſti.& iure. Optimi ciuis officiū,eſt illud quod pollicetur Cicero poſt reditum.in fin.ſuæ Orationis ad Quirites,ſub ijs verbis. In referenda autem gratia hoc vobis repromitto,ſemperque præſtabo,mihi neque in cōcilijs de rep.capiundis diligentiam,neque in periculis a Rep.propulſandis animum,neque in ſententia ſimpliciter ferenda fidem,neque in hominum uoluntatibus pro Rep.lędendis libertatem,nec in perferendo labore induſtriam,nec in ueſtris commodis augendis gratam animi beneuolentiam defuturam.Nec aliud ſuadet ius diuinum,habemus.n.regum ca.12.& 18.lib.4.quòd Ioas Rex,& Ezechias omne aurum,& argentum pro neceſſitate patriæ tradiderunt,& uniuerſa quæ erant in domo Domini. Ad rem noſtram redeundo dico,quòd conſenſus noſtræ regulæ,nihil commune habet cum illo capit.nullus,nec cum alijs de quibus per Docto.ſupra adductos,& per alios alibi,ad tales enim uel ſimiles conſenſus præſtandos tenentur patronus,epiſcopus,& alii de quibus per Abba.& alios in præallega.capit.nullus,& per Lambert.ſupra adductum fol.182.& ſequen.unde merito cum cōſentire tencantur,ſi abſque cauſa renuunt,recurritur ad ſuperiorē

3 qui prouidere debeat. † Conſenſus autem(de quo in regula noſtra)ab aliis ſatis differt,nec eſt neceſſariò,ſed uoluntariè præſtandus,& quatenus omnino præſtandus,non magis in fauorem unius quàm alterius,unde ex mera gratia conceditur,dum magis in fauorem unius,quàm alterius præſtatur,facit glo.fina.in ſimili.in cap.relatum.de præbend.circa medium.uerſicu.& licet neceſſe habeat conferre.& glo.in capitu.finali.in uerſicu.libera.de offic.uica.libro ſexto.& gloſſ.in capitu.quamuis.in uerſicu.in penſione.de præ-

4 ben.eo.lib.ex præmiſſis patet,quòd † liberalitas,& gratia dicitur non in dando beneficia quæ neceſſario aliquibus conferenda ſunt,ſed in cui dādo.cap.dudum.de preben.cap.1.§.ex parte.de conceſ.preben.cap.gratia.cap.quamuis.cap.tibi,qui.&c.ſi gratioſè.de reſcrip.lib.6.Calde.conſ.2.an permutatio.col.1.uer.nam licet in collatore beneficii non ſit liberalitas in dando &c.de re.permu.Ripa in cap.eam te.nu.21.ubi quòd collatio dicitur donatio.de reſcript.per illum text.glo.in cap.1.de inſti.lib.6.Nec is,qui contulit,& ſi is cui collatio facta ſit eā ignoret,reuocare amplius poterit,ad tex.in c.ſi tibi abſenti.de preb.lib.6.Bar.& Ioannes.in l.ſi tibi abſenti.ff.de dona.Abb.in c.accidens.col.1.de preb.&in c.publicato.col.3.de elect.Rui.conſi.penul.numero 1.uolum.5.Couarrub.varia.reſo.cap.16.numero 1.Iaſ.conſil.145.colum.3.uerſi.Ex prædictis etiam.lib.2.ubi de Cardinale abſente creato,an is ante ſciētiam reuocari poſſit.Rationem adducunt Barto.ubi ſupra;& alii,quia hic cōcedens functus ſit officio ſuo,ſiue bene,ſiue male contulerit.Applicando caſui noſtro,licet dicamus Cardinalem teneri præſtare conſenſum in fauorem alicuius,non tamen magis in fauorem Titii,quàm Męuii,vel cuius uoluerit,& ſicut ordinatius non poteſt ab aliquo quantumuis meritiſſimo,ut ſibi tale beneficium conferat,cogi,& ſi non conferat,quòd propterea ualide ad ſuperiorem recurſum habere poſſit.Ita nec aliquis a ſummo Pontifice prouiſus,poterit iuſte de Cardinali ſibi non conſentienti conqueri,nec recurſum habere ad ſummū Pontificem,& hoc iure utimur,& hoc in praxi,& iuxta ſtilum Ro.Cu.ſeruari inconcuſſe uidemus,qui ſtilus Ro.Cu.facit ius,c.quam graui.de crimin.falſi.Cald.conſ.8.an exiſtens.nu.4.ſub titu.de reſcri.Feli.poſt alios in c.2.de reſcr.Dec.conſ.699.nu.5.uer.& quia ſtilus curiæ.Et licet premiſſa pro ſubſiſtentia meæ opin.& confuſione illius Sarnen.ſufficerent,præſertim ſuper nouo quæſito,a nouo iure originem trahēti,ſuper quo nec legem in terminis,nec doctrinam aliquam(ut puto)etiā quilibet diligens inuenire poſſet,ſufficere deberent,ex abundanti addam etiam unum ſimile;& poſtea oſtendam quod rationes regulæ,obſtant opinioni Sarn.& congruunt meæ.Ad ſimile deueniendo præmitto pro iunioribus pro faciliori intelle-

5 ctu ſimilis iuſta adducendi,quòd quatuor conſenſus in materia iuris patronatus conſiderari poſſunt,primus eſt ille de quo in c.nemo eccleſiā ædificet.de conſe.diſt.1.qui debet interuenire ꝑ licentia ædificandi eccleſiam,uel capellam,ſine quo nemo ædificare poteſt. Secundus conſenſus eſt de quo in c.nobis.de iu.patron.ſine quo quis non poteſt effici patronus.Rot.254.nota,quòd licet.in anti.Tertius eſt conſenſus diœceſani,qui requiritur quandoque in limine fundationis,conſtructionis,uel dotationis,patronus uellet apponere aliquam conditionem,præter uel contra ius commune,quia poterit de conſenſu epiſcopi.c.cum dilectus.iun.gl.in uer.conſtitutum.ante fi.uerſi ſatis tamen credo.de conſue. Quartus eſt conſenſus qui interuenire debet,quando reperitur eccleſia fundata,conſtructa,& conſecrata,non tamen

6 dotata,ſi tertius uult illam † dotare,acquiret ius patronatus in ea,ex ipſa dotatione diœceſani cō-

ſenſu

ſenſu accedente, Inno. ſuper rub. de iu. patro. ante medium. uerſi. poſſet tamen dici, & iſte quartus conſenſus dicitur priuilegiariuus, ſiue ex priuilegio, ſiue ex gratia. Tertium dotantem patronum efficiens. Ioan. And. in c. uni. de iu. patron. Abb. conſi. 28. in cauſa communis. poſt nume. 1. uerſi. plus dico, quod in caſu. lib. 2. & iſta eſt communis opin. prout per Roc. in tracta. iu. patro. in uer. & dotauit. quæſt. 2. nu. 4. & ante. & num. 5. & omnia iſta proſequitur, & declarat Lambert. in præalleg. tracta. de iu pat. lib. 1. quæſt. 6. par. 1. fol. 48. col. 2. nu. 8. & quod epiſcopus poſſit conſentire, & dicatur conſenſus priuilegiatiuus, probat idem Lamber. lib. 1. par. 1. quæſt. 10. art. 4. fol. 91. num. 6. & ante, & adducit rationem quare dicatur conſenſus priuilegiatiuus, & quòd epiſcopo id liceat ex cauſa. In tribus præcedentibus conſenſibus, & in aliis de quibus per Abb. & duas addi. ibi poſitas. in c. nullus. de iur. patron. Abb. cõſ. 65. in 3. dub. lib. 2. & pluribus, de quibus per Lamber. art. 20. quæſt. 1. 2. par. lib. 1. a nume. 1. uſque ad nume. 7. fol. 112. datur ille recurſus ad ſuperiorem, eo qui conſentire debet renuente, ſeu recuſante, ſine iuſta cauſa. Verum in quarto conſenſu, de quo ſupra, qui interuenire poteſt quando reperitur eccleſia fundata, conſtructa, & conſecrata, non tamen dotata, non cadit iſte recurſus ad ſuperiorem, nec conſentire recuſans compelli poteſt, ex quo ille, qui in caſu præmiſſo uult dotare, ex gratia, ſeu priuilegio admitteretur, at quia non poteſt compelli ad priuilegiandum aliquem, ipſo qui priuilegium concedere poteſt inuito, hæc eſt ponderatio præfati Lamber. in dicto art. 20. fol. 113. colum. 1. uerſicu. in omnibus iſtis conſenſibus. Ita in caſu noſtro, qui petit conſenſum, de quo in regula a Cardinali, ex priuilegio, & gratia petit, quod clarè paret, quia nullo iure Cardinalis ad hoc, uidelicet, ad conſentiendum aſtrictus reperitur, eodem igitur modo concludendum eſt non eſſe locum coactioni, ſeu recurſui ad ſuperiorem. Rationes autem regulæ quas reduxi ſupra quæſt. 1. ſi ſupponeremus Cardinalem cogi poſſe ad præſtandum conſenſum, ſeu quod Papa conſenſum ſuppleret, ferè oẽs ceſſarent: ceſſaret enim honor ipſius Cardinalis, immo argueretur de imprudentia, ſeu de cupiditate, auaritia, uel malitia, iuxta tex. in præalleg. cap. nullus laicus. uerſic. et ſi quis epiſcopus. de iu. patr. Ceſſaret etiam ratio expenſarum, & onerum Cardinalium in alenda familia, propter quam datur eis illud priuilegium. Nec etiam eſſet locus rationi ſufficiendi alterum in locum. familiaris defuncti, ſi non poſſet ad ſui libitum conſentire, uel diſſentire: Amplius, cum hæc regula priuilegiũ Cardinalibus concedat. Rot. 720. not. quod dominus noſter Papa. in anti. Belleme. 632. ſuppoſita noua. & Sarnen. in præfa. huius regulæ, quomodo igitur poſſunt cogi ad id, quod eis ex priuilegio competit? Demum quando Papa uult a ſe promiſſum, de beneficiis, de qbus in regula, omnino, & ineuitabiliter obtinere, eiusq; gratiam a cõſenſu futuro non pendere, derogat huic regulæ, uel quoad conſenſum præſtandum, uel etiam quoad expreſſionem nominis, & tituli, & hæc uia eſt breuior, & abſque circuitu. ad cle. auditor. de reſcri. & eſt ordinaria, quæ eligenda potius eſt argumento. l. Sæio. §. medico. ff. de annu. lega. c. licet. de offic. ordi. cum uulg. omitto fundamentum illud, quod Cardinales, à qualiber diſpoſitione generali oneroſa excluſi uidentur, ad Pariſ. conſi. 141. ad ſolutionem. nume. 8. uol. 4. & per me ſupra. in 2. q. regulæ, de infirm. nume. 4. & ſequen. omitto etiam alterum fundamentum, quòd Cardinales cæteris meliores, & ſanctiores eſſe debeant, prout per Sarnen. in 6. quæſt. regulæ, de impe. bene. uiu. & propterea de illis ſummus Pontifex multum confidit, & pluribus illos priuilegiis ornat, quibus non alios, quicunque ſint, prout per Sarn. in compen. ut ſigna. à nume. 44. uſq; ad 50. potuit igitur Papa uериſimiliter de Cardinalibus confidere, quòd eorum conſenſus digne, & in fauorem dignorum præſtabant, unde non mirum ſi ab eis non conſentientibus reclamare, ſeu ad ſuperiorem recurrere non liceat, cum ultra, quòd circa eos hoc iure cautum non ſit, eorum fides, integritas, præſtantia, & dignitas operantur, ut de eis magis, quàm de quibuſuis aliis, Papa confidat, laxioresque habenas illis, quàm aliis concedat. præmiſſa pro hoc quæſito, & hac regula 32. ſufficiant, quæ pari numero quæſtionũ contenta erit. Ab hac igitur regul. 32. & a 32. ipſius quæſtione ad 33. regulam, & a Cardinalibus ad ipſum, ſummum Pontificem aſcendamus.

REGVLA XXXIII.

Signatura per, fiat, præfertur alteri per conceſſum.

ITEM uoluit idem Dominus noſter, quòd concurrentibus eadem die ſuper quocunque beneficio, per, fiat, & per conceſſum ſignaturis, ex eis per fiat, etiam, ut petitur, habens, alteri per conceſſum, etiam motu proprio habenti præferatur.

DEi optimi maximi opera omnia mirabilia ſunt, præcipuè autem illud, quod uerbo ſolo, ſua ſcilicet diuina, & incomparabili auctoritate, ac poteſtate, totum orbem hunc, tanta ac uariarum rerum ſpecie ornatum, in ictu oculi creauit. At illud quanta admiratione dignum eſt? Quum dixit, fiat lux, & ſtatim facta eſt lux, & illici eo die, quo uirginum omnium ſanctiſſima, per Angelum ſalutata, diuinoq; ſpiritu afflata, reſpondit, fiat mihi ſecundum uerbum tuum, & ſtatim virgo remanens, ipſius Dei mater effecta eſt, unde parata eſt ſalus humano generi, quod

 periérat.

perierat. Similem poteſtatem uidemus in ſummo quoque Pontifice, Chriſti Vicario, qui ſolo uerbo dignitates inſtituit, Pontifices conſtituit, Cardinales quaſi fulgentisſima S. R. E. lumina creat, plurima gratis concedit, peccata remittit, ad primæuumque gratiæ, & dignitatis ſtatum reducit. & cuius quidem proprium eſt, uerbo illo, fiat, quòd ab ipſo Deo prodiit, ad tot mortalium beneficiā frequenter uti. Et qui dum petentibus ſacerdotia, & alia quæuis, reſpondet, fiat, in illo inſtanti gratia iam conceſſa, & facta ſupponitur. Quare licet pœnes ipſum plures ſint gradus, ſeu modi ſuper ſupplicibus libellis ſignandis, iſte per, fiat, merito omnib. aliis antecellit, prout in regula noſtra clarè deciditur, ſtatuit enim ſignaturam per, fiat, illi per conceſſum, ſi cum ea ſuper quocunque beneficio concurrat præferri. Et licet regula hæc commode diuidi non poſſit, quia ſub uno contextu eademq́ue ſtructura condita eſt, intellectualiter tamen in 3. par. diuidi poteſt. In prima ponit regulam præcedentiæ ſuper beneficiis ſignaturæ per, fiat, alteri ſignaturæ per cōceſſum. In 2. quæ eſt ibi, etiā ut petitur, ampliat hoc procedere non ſolum ſi gratia conceſſa ſit ſimpliciter per, fiat, uerum etiam cum adiūcto iſtorum uerborum, ut petitur, & hæc additio non erat in regulis antiquis: iuxta quas dubitari poterat, an idem dicendum eſſet ſi Papa ſignaſſet gratiam ſub iis uerbis, uidelicet: fiat ut petitur. l. ſicut ſi dixiſſet (fiat): nunc ſtante noua additione remouetur illud dubium. In 3. par. quæ eſt ibi, etiam motu proprio, ampliat regulæ locum eſſe, non ſolum ſi ſignatura dicat conceſſum, ut petitur in præſentia D. N. Papæ, ſed etiam ſi dicat conceſſum, ut petitur motu proprio in præſentia D. N. Papæ, nec pariter regulæ antiquæ hanc additionem, uel ſimilem continebant.

SVMMARIVM.

1 *Regula hæc, an ad praxim reduci poſſit, & qualiter.*
2 *Facienda facilius impediuntur quàm iam facta tollantur.*

1 PRIMO cum glo. hic quæro, † an regula hæc ad praxim reduci poſſit, & qualiter? Hoc quæſitum neceſſario præmittendum erat, nam ſi pro negatiua concludendum eſſet, ad quid ſuper ea laborare, operam enim & impenſam perderem glo. in princip. & col. 2. in prin. & alibi dicit ſe dubitare, de practica huius regulæ. Ego clarius, & magis diſtinctè loquendo, pro parte negatiua arguo à ſufficienti partium enumeratione, ad l. patre furioſo, & ibi no. Bar. in prin. ff. de his, qui ſunt ſui, uel ali. iu. l. obligationum ferè. §. placet. ff. de actio. & obl. l. ad inſtructionem pontiū, C. de ſacroſ. eccl. c. 2. de cogna. ſpiri. Aut ſupponimus regulam ad praxim deduci poſſe quando Datarius, uel alius eius nomine, reperiat eadem die ſignatas eſſe duas ſupplicationes ſuper conceſſione eiuſdem met beneficii, unam perfiat, alteram per conceſſum, & tunc denegare, ſeu lacerare poſſit illam per conceſſum, & alteram perfiat expedire, ſeu expediri facere, & hoc non eſt dicēdum, quia regula non dicit, nec aliqua lex. Aut ſupplicationem per conceſſum ſignatam a regiſtratoribus, ſeu clericis regiſtri ſupplicationē reijci, uel non regiſtrari, ſeu reſcribi aſſerimus. & hoc eis non licet, tum quia hanc poteſtatem non habent, tum quia ſi id non conceditur Datario qui maior, & illorum & aliorum caput eſt. multo minus eis licebit, argumento tex. in c. ſi Paulus 3 2. q. 5. c. imitare cum gl. in uer. Petrus. 6. q. 1. gl. magiſtra. in c. cum in cunctis. in uer. multo fortius. in fi. de elect. Aut ab abbreuiatorib. uel aliis literarum apoſtolicarum expeditoribus, talem ſupplicationem ſub prædicto prætextu retineri, uel nō expediri contingat, & ultra facultatem, & poteſtatem quam habent, & communem obſeruantiā, & inueteratum ſtilum non expediendi literas, q̄ expediendæ non ſunt, per regulam cancellariæ, de non iudican. iux. form. ſuppl. in ult. par. committitur, & mandatur, quòd literæ malè expeditæ ad eos remittantur, multo magis commiſſum
2 eſſe uidetur, ut non expediendas reijciant † faciēda enim facilius impediuntur quàm iam facta tollantur, ſeu impediantur. l. patre furioſo. ff. de his, qui ſunt ſui, uel alie. iu. l. iudex datus. ff. de iudi. l. 1. §. caſum. uerſ. quamuis autem cæcus. ff. de poſtulan. l. relegatorum. §. ad tempus. ff. de interdic. & relega. c. biduum. poſt prin. 2. quæſt. 6. c. ſicut. ne cleric. uel monac. glo. in uer. datus, quæ ad hoc plura iura adducit. in l. græcè. quæ eſt. 9. §. & poſt litem. quæ notat factum tenere quod aliàs fieri non deberet. ff. de fideiuſſo. Tamen in caſu noſtro, neque hæc, nec alia regula, nec ſtilus, nec ratio uult, quòd tales literæ retardentur, uel impediantur. Poſtremo, aut dicimus a Rotæ auditore, ſeu alio iudice præferri debere literas expeditas ſuper gratia, quæ fuit conceſſa, perfiat, illiſq́; emanarūt ſuper gratia ſignata per conceſſum, & etiam hoc caſu ceſſat regula, ſeu illius uſus, et quo ex literis non poteſt conſtare, an gratia ſit facta perfiat, an per conceſſum, ut omnes ſciunt: allegant autem in iudicio ſe habere gratiam perfiat, & ad hoc probandum ſupplicationem, producenti, obſtabit regula, de qua ſupra, de non iudi. iuxta formam ſupplicationis, ſed literarum, ergo regulæ huic nunquam locus erit. de ipſa igitur dicemus. ne quid membranas occupat? iuxta tex. in c. ſi Romanorum. §. item ſi ideo. ibi, ut quid, uel membranas occupāt. 19. diſtin. & in materia regularum, ita no. Samenſ. de regula 69. de mandatis ſequeſtris, & remiſſorijs ſub plumbo dandis. in 6. quæſtio. præalleg. regulæ, de non iudi. iuxta formam ſuppl. circa medium. & tamen ſupponit neceſſariam eſſe derogationem dictæ regulę, multo magis iſta tollenda eſſet, ſi nihil penitus operatur, cum non ſolum lex

una,

uua, imo nec minimum quidem uerbum in iu-
re ſuperfluum eſſe debet, §. quibus in 1. conſt. C.
l. ſi quando. in prin. ff. de lega. 1. l. 1. cum gloſ. 1. ff.
quod met. cau. c. ſolite. §. uerum. cum glo. in uer.
tanquam. de maio. & obe. Concludendum eſt ne
que D. Datarium, neque ſupplicationum regi-
ſtratores, neque cancellariam, uel cameram, ſeu
illarum officiales, poſſe ſeu debere literas huiuſ-
modi ne expediantur impedire, ſeu retardare,
ſub prætextu de quo ſupra, multoque minus ex-
peditas retractare, uel retinere. Ad Reuerend. au-
tem Dominos de Rota, uel alios iudices compe-
tentes ſpectat, Regulam hanc executioni man-
dare, hoc modo uidelicet, quòd productis bullis
hinc inde, ac ſupplicationibus ſuper quibus li-
teræ expeditæ fuere, diſcernant quæ expeditę ſint
ſuper gratia per fiat, & quæ ſuper gratia per con
ceſſum, & ſi ſub eadem data, illas approbabunt
& canonizabunt (ut utar termino ſolito) has ue-
ro ſuper gratia per conceſſum reijcient, & reijciē
das, ac non ſuffragari, in uim huius Regulæ, &
eius mentis decernent, & declarabunt, & hoc iure
utimur, & hæc eſt uera & inconcuſſa praxis Rom.
cu. & licet glo. in fi. in hanc opin. inclinare uidea-
tur, tamen ex iis quæ diuerſis locis adducit, ſibi
ipſi non conſtat, nec uiam rectam reſpondendi
uni contrario quod ſatis obſtare uidebatur inue
nire potuit. Obſtaculum erat regula ſæpius addu
cta de non iudicando iuxta formam ſup. cui bre
uiter reſpōdeo, quòd Regula illa non obſtat, nec
procedit, quando ſupplicatio producitur pro de
claratione literarum, & ad probandum circunſtā
tias, & qualitates gratiæ, prout per Sarnen. in 7.
quæſt. & per me in 9. per totam dictæ Regulæ, &
in aliis caſibus etiam ſupplicatio (eadem regula
non obſtante) prodeſt ſeu probat, quos proſe-
quor in diuerſis quæſtionibus dictæ regulę. ibi ui
deri poterūt. Et quòd ad effectum de quo loqui-
mur ut diſcerni poſſit quę gratia ſit per fiat, expe
diat illam ſic habenti cum bulla ſupplicationem
producere, aduertit etiam Pet. Rebuf. in ſua pra-
xi beneficiaria, in 2. par. ſigna. num. 13. uerſicu. Et
hoc caſu bonum eſt producere ſignaturam.

S V M M A R I V M.

1 *Gratiæ beneficiales & aliæ quot & quibus modis per ſummum Pontificem ſignentur.*
2 *Prælati ſignatura, ſeu Cardinalis, de mandato, ſeu aucto ritate Papæ ſignatura eſt.*
Supplicationes gratiam concernentes quædam per Papam, quædam in præſentia, & quędam in abſentia Papæ ſignantur.
3 *Signandi modus excellentior eſt, per fiat.*
4 *Fiat, uerbum gratiam in inſtanti perfectam deſignat.*
5 *Signatura per fiat etiam iuxta alias regulas eſt latior & fauorabilior.*

SEcundo pro declaratione Regulæ, &
1 infra dicendorum, quæro † quot, &
quibus modis ſignentur gratiæ bene
ficiales, & aliæ per ſummum Pontifi-
cem? Dixi per ſummum Pontifi-
cem, quod eſt intelligendum immediate, uel me
diate, ſignatura enim prælati, uel Cardinalis de
mandato, ſeu auctoritate Papæ, ipſius Papæ ſi-
gnatura eſt. l. 1. §. ſed neque uerſi. omnia enim no
ſtra. C. de uete. iu. enu. cap. ſi eum c. hi qui. & cap.
ſi apoſtolicę. de pręben. lib. 6. cap. cum aliquibus
de reſcr. eo. lib. Hipp. de Marſ. ſing. 567. & facit re-
gula, qui per alium de reg. iur. lib. 6. l. quod iuſſu.
2 ff. eo. quia quædam ſupplicationes † gratiam cō-
tinentes ſignantur per eum, & nō per alium eius
uice, ſeu nomine, quædam coram eo, & in ipſius
præſentia, eiuſdem nomine, & auctoritate, quæ-
dam etiam eius nomine, & auctoritate, ſed in e-
ius abſentia. Rurſus earum quas ſignat Papa, ali-
quas ſignat in plena ſignatura, cōuocatis coram
eo ſtatuta die martis, uel ſabbati, quibuſdam
Cardinalibus doctoribus, in theoria, & praxi
primariis, & omnibus Referendariis gratiæ ac
R. D. Datario. Aliàs uerò abſque ſignatura ſub-
ſcribit, in cubiculo, ſeu alibi, quas D. Datarius
porrigere ſolet. Et nō ſolum ſupplicationes prin
ceps in camera ſignare poteſt, ſed & leges facere,
ac conſtitutiones abſque alicuius conſilio. Cyn.
in l. humanum. C. de legib. Boni. de Vita. in pro-
he. clemen. § hæc ſane, num. 36. & Prob. in Addi.
ad Glo. pragma. in prohem. §. quibus attentis, in
uer. deliberatio. numer. 1. Primus, & excellentior
3 modus † ſignandi eſt, per fiat, quo ſolus Papa uti
tur, tam in plena ſignatura, quàm extra eam, ut
ſibi magis uidetur, & ſunt quædam materiæ, quę
regulariter ſignari ſolent per fiat, puta conceſſio-
nes officiorum militum S. Petri, & S. Pauli, ſcripto
riarum apoſtolicarum, & omnium aliorum ſimi-
lium officiorum; & pleræque aliæ quæ aliter quā
per fiat ſignari non conſueuere, tamen etiam a-
lias ſupplicationes, quæ per conceſſum ſignari
4 ſolent, Papa plerunque ſignat per fiat, † quod
uerbū gratiam in inſtanti, & abſque alicuius tē-
poris interuallo perfectam deſignat, ad text. in l.
2. §. ait prætor. ibi hæc uerba, fit, fiat, etenim quæ-
dam ſunt talia, ut ſtatim facto ſuo noceant. ff. ne
quid in loco publi. Bald. in l. ſi qua mulier. poſt
prin. C. ad Tertul. & in l. cum apud. num. 1. C. de
commu. ſer. manu. & probatur ex illis uerbis de
quibus in præfa. fiat lux. & parum poſt Fiant lu-
minaria in firmamento cœli. Gene. primo. & fiat
mihi ſecundum uerbum tuum. Lucæ. 1. Matthæi.
8. uade, & ſicut credidiſti fiat tibi, & in illa hora
ſanatus eſt &c. Matth. 15. O mulier magna eſt fi-
des tua, fiat tibi ſicut uis, & ſanata eſt filia eius ex
illa hora. Matt. de Afflict. poſt Cald. deciſ. Neap.
253. & latè per And. Barb. in cap. in noſtra. col. 5.
num. 19. de reſcrip. & per Felin. ſuper rub. de con
ſti. num. 6. uerſic. & iſta. & in cap. Rodulphus. nu.
26. uerſicu. fiat eſt præſentis, de reſcrip. Sylua. de
bene.

bene.par.3. quæſtio. 22. poſt nume. 6. & Ripa de reſcr.reſpon. 11.lib.2.nume.3.Nic.Boe.dec.148. & uidetur.colum.4.ante medium. D Pet.Rebuf. ſuper concor.titu.de manda.apoſto.§.primus in uer.Item diſpenſatio pag 462.& quod hæc † ſignatura per fiat,etiam iuxta alias regulas cancellariæ,ſit latior,fauorabilior,& potentior, probatur infra in regula 41.de ſupplē defectibus, alias 39.iuxta ordinem antiquum, pro qua regula uideatur Alex.conſi.195.aſſumo, poſt numer.10. uerſic.ad idem.lib.2.& Sarnenſ.ſuper ſigna ante num.70.idem etiam probatur ex regula 44.iuxta ordinem modernum ſub rub.de Reformationibus, & ex regula 56.de non promouen.ad ſacros ordines Iſta ſignatura per fiat, poſt corpus ſupplicationis, ante ſecundam partem ipſius ſupplicationis, quæ incipit, Et cum abſolutione a cenſuris &c. utitur Papa manu ſua propria ſcribendo hoc modo,uidelicet: FIAT VT PETITVR.I.In.ſecunda uero parte ſupplicationis a latere, ſimiliter manu ſua ſcribit hoc modo FIAT.I.& ſic non replicat illud uerbum ut petitur. Gratias uero reformatorias, puta perinde ualere, ob non expreſſionem ueri ualoris, ob non expreſſum defectũ ætatis, Papa ſignat per fiat.I. & non apponit uerbum ut petitur. Aliquando uero Papa pro Cardinalibus,uel ſibi gratis perſonis, ſignat hoc modo uidelicet: FIAT MOTV PROPRIO.I. Altera ſignatura eſt per conceſſum, qua utitur Cardinalis, uel alius prælatus a Papa ad ſignandum gratias deputatus,& ſignat hoc modo uidelicet: CONCESSVM VT PETITVR. in præſentia D. N. Papæ. B. Cardinalis Tranen. uel conceſſum in præſentia D. N. Papæ. V. Boncompagnus. Et licet uere plerunque ſignet extra præſentiam Papæ,tamen dicit in præſentia, ſiue poſſit dici in præſentia ex quo ſignat in Palatio Papæ, uel in Vrbe ubi eſt Papa, ad tex.in.l.præſens & in.l ſeq.ff.de procu. & in.l.abſentem.ff.de uer.ſig.ſiue potius ſit præſentia ficta, circa quam princeps fingere poteſt, ad doctor.in l.ſi is qui pro empto.ff.de uſuca.& per Pariſi.conſil.44.numer.8.uolum.4.ubi quod Papa poteſt fingere nō prius expreſſum, iam fuiſſe expreſſum. Aut ſignatura fit hoc modo conceſſum motu proprio in præſentia D.N.Papæ B. Cardinalis Tranen.& hoc ultimo modo raro ſupplicationes ſignantur, ſed quando Papa ualetudine impeditus, ſeu alio impedimēto detentus, ſeu negociorum mole oppreſſus, dat facultatem alicui Cardinali,quod ſignet motu proprio. Et ego uidi ſupplicationem tempore Clementis vii. in fauorem Cardinalis Medices ſignatam hac forma, uidelicet: CONCESSVM MOTV PROPRIO. Io.Card.de Saluiatis.& fuit illo tempore quo Papa magna infirmitate detinebatur. & per illam ſupplicationem, ſeu motum propriũ prouidebatur Cardinali de Medicis,de omnibus, & quibuſuis beneficiis, etiam curatis, etiam dignitatibus &c.in toto orbe tunc certo modo uacantibus ſubdat. Tertio kalend. Auguſti, anno undecimo, contra quam gratiam, ego in Rota in fauorem bo.me Franciſci Piſanri tunc Patriarchæ Coſtantinopolitani, mei clientis, per decennium fæliciter pugnaui. Et inter alia gratiam illam ab omni iure exorbitare oſtendebam,& ante illum diem nũquam concedi ſolitam. Item quia Cardinalis de Medicis obierat gratia non acceptata,quod ſaltem fortiter probaretur. Rurſus diſpenſationem illam, ut ſimul retinere poſſet omnia beneficia,etiam ſi curata,etiam ſi dignitates &c parum ratione,& canonibus conſonam probabam, diſpenſationique huiuſmodi regulam 53.iuxta ordina. antiquam, diſponentem diſpēſationes literis non expeditis non ſuffragari, obſtare aſſerebam;plura alia motiua,quæ in iure ꝓbabam contra dictam gratiam,ac contra Cardinalē Gambaram dicti patriarchæ aduerſarium, ad gratiam illam Cardinalis Medices ſubrogatũ adducebam, quæ miſſa facio. Pro præmiſſis & aliis ſignaturam gratiæ concernentibus, uideatur latius per Sarnen.in compendio utriuſque ſigna.poſito in 16.quæſt.Regulæ de non iudic.iux. for.ſup.& aliquid per Ioan. Staphi.de lite.gratiæ & iuſti.fol.171.iuxta primam impreſſionem.uer. & nota hic incidenter. per.D. Octauianum Veſtrium cauſarum Rom.cu.patronum,optimum, in ſua praxi.lib. 1. cap.de utraque ſignatura, & late per D.Rebuff.in praxi beneficiaria in ſecunda parte ſignaturæ.Nobis premiſſa ſufficiant,quę ꝓ intellectu noſtræ regulæ, ut quę ſciri poſſet quo tenderet erant neceſſaria. Dum præmiſſa circa ſtilum ſignaturæ ſcripſiſſem, acceſſit ad me D. Didacus de Auila ſcriptor Apoſtolicus, in materia ſignaturæ,in officio Datariatus,& in praxi beneficiaria peritiſſimus & diu uerſatus, qui perlecta tota quæſtione, omnia (præter pauca quæ eius conſilio deleui) probauit.

SVMMARIVM.

1 *Signaturam per conceſſum habens ſi ſit graduatus, aut aliàs priuilegiatus, an ſit locus huic regulæ.*
2 *Collatio duobus facta, quæ præferenda ſit, dum diſputatur, & dubium ſuper uno conſiſtit, cætera paria ſupponi debent.*
3 *In prærogatiuis plures habens qualitates præfertur.*
4 *Duplex uinculum ſimplici fortius eſt.*

TErtio ibi, quod concurrentibus,quæ
1 ro † quid ſi inter taliter concurrentes,habens ſignaturam per conceſſum,ſit graduatus,ſeu priuilegiatus, an ſit locus regulæ? Pro parte nega
2 tiua facit, quod cum diſputetur quæ † collatio duobus facta præferenda ſit, & dubium facit poteſtas conferentis,forma gratiæ,diligentia prouiſi, uel unum aliud ſuper quo diſcutitur, cætera ſupponuntur paria, ſeu ſimilia, ad capi.duobus in prin.& uerſic.ſi uero neutri,ibi tunc ex quo in

gratia

gratia ſunt æquales &c. de reſcr. lib. 6. & ibi Ioan.
An. ante num. 6. Rot. 402. no. ſi unus, in antiquis
& 100. ſi unus, in no. Calderi conſi. 7. de reſcr. Fel.
in ca. capitulum. in uer. de concurſu duorum. co.
poſt numer. 5. ibi quòd ſi cætera ſint paria in dua-
bus collationibus, illa præfertur, quæ prius fuit
acceptata. Caſſa. dec. 6. poſt prin. ibi concurrebãt
ſuper eodem beneficio, & alias erant in omnibus
pares, de conceſ. præbend. Pariſ. conſil. 101. ſi
quærimus. num 9. uerſi. cæterum arbitror quòd
Papa dans gratiam, ſi neutri, intendit illam ha-
bere locum, ubi inter colligantes eſt paritas. uo-
lum. 4. Et ſic concurrentibus prius acceptante,
& poſtea acceptante, in aliis ſupponi debet par
gratia, & alii termini pares. Accedit quòd habẽs
gratiam per fiat, una tantum qualitate munitus
eſt, habens uero per conceſſum, qui pariter ſit do-
ctor, uel priuilegiatus, duabus qualitatibus fulci-
3 tus eſt, in † prærogatiuis autem plures qualita-
tes habens præfertur, ad tex. in l. 3. uerſic. & ſem-
per prouidemus unumquemque ſecundum la-
bores ſuos ad meliores gradus &c. C. de offi. præ-
fe. præto. Afri. tun. l. 2. & ibi in gradus cætero con-
cedat &c. C. de offi. magi. officio. l. ſpurii. §. priui-
legiis, ibi qui pluribus eodem tempore ſuffra-
giis decorati ſunt. ff. de decurio. & in materia re-
gularum Pariſ. conſil. 38. nume. 11. & ſeq. uolum.
4 4. Amplius facit, quòd † duplex uinculum, ſeu fu-
niculus ſimplici fortius, ſeu fortior eſt, in auten.
de conſan. & ute. fratri. ante fin. uerſicu. & exclu-
dãt duplici utentes iure, eos, qui uno ſolo uti poſ-
ſunt. l. cum adoptiuis, §. ſi uero pater. C. de ado-
ptio. §. ſi uero pater. Inſti. eo. cap. duo mala. in fi.
13 diſtin c. 1. uerſi. & quoniam funiculus de treg.
& pa. Poſtremo uidemus quòd Papa uolens ex-
cludi habentem gratiam per conceſſum, ab habẽ-
te per, fiat, uidẽs quòd poterat dubitari quid di-
cendum foret ſi habens gratiam per conceſſum,
haberet motu proprio, ad remouendum du-
bium, & ad excludendum etiam motum pro-
prium, illum expreſſit, ita ſi uoluiſſet exclude-
re doctores, & alios priuilegiatos, ſimiliter ex-
preſſiſſet, argumen. tex. in l. uni. §. ſin autem ad de-
ficientis. C. de cadu. tollen. capit. ad audientiam
de deci. cap. inter corporalia de tranſla. præla. Io.
de Anania conſil. 22. ad approbandam. Partem
affirmatiuam tenet hic glo. colum. 2. uerſic. Item
ponderandum arbitror. licet poſtea uideatur in
contrariam opin. inclinare. Pro parte affirmati-
ua concludit Sarnen. dicens in pluribus cauſis
ita iudicatum, ſuper compen. ut. ſigna. ante nu.
15. Non ob. primum in contrarium adductum,
ex ponderatione glo. hic, quòd non dicit regula
quòd impetrantes ſint concurrentes, & ſic quòd
ſint aliàs pares, ſed concurrentibus ſignaturis, &
ſic diſparitas impetrantium in aliis non conſide-
ratur, ſed tantum in ſignaturis. Item reſponderi
poteſt, quòd id procedit quando exprimitur, &
ita Ioan. And. ubi ſupra expreſſit. Item ultra a-
lias reſponſiones, poſſet etiam retorqueri argu-
mentum, concludendo quòd doctor, uel docto-
ri. ſeu alius priuilegiatus non priuilegiato in ter-
minis noſtris non præcedit, ratio quia ſignaturæ
non ſunt æquales, & ſic alii termini ſunt diſpares.
Ad duo alia fundamenta contraria quæ ad idem
tendunt, reſpondetur, ea limitati non procedere,
quando una qualitas, ſeu uinculum, eſt fortior,
ſeu fortius pluribus aliis, ad tex. in. l. nam & ſi pa-
rentes. in princ. iun. glo. in. uerb. tamen ordine. ff.
de inoffi. teſta. l. 1. §. ſed imperfectæ. C. qui nume.
tute. Ludo. Roma. conſ. 333. quoad primum. nu.
8. uerſic. quoad ſecundum. Sequitur Felin. ſuper
rub. de maio. & obe. ante nume. 3. & in ca. clerici.
colum. 2. uerſicul. ille qui habet plures gradus. de
iudi. D. meus in l. cum quid. in 1. lectur. num. 17.
ff. ſi cer. peta. & Pet. Rebuff. in tracta Nomina. q.
21. poſt num. 44. uer. Intellige quòd doctor in u-
troque. Ad ultimum quod expreſſiſſet Papa ſi
uoluiſſet, prout fecit de motu proprio, reſpon-
detur, quòd ille erat caſus dubitabilis, hic non,
uel quòd facta eſt mentio motus proprii, quia e-
ius concurſus, ſeu qualitas eſt potentior omni-
bus aliis. Io. And. in c. duobus. colum. 3. ante nu.
6. de reſcr. lib. 6. facit tex. in c. ſi pluribus. de præb.
eo. lib. Caſſa. dec. 9. ante num. 4. de præben. & de-
ciditur per Regulam. 16. de concurren. ſuper qua
late ſcripſi. & plura ſuper motu proprio adduxi.
Item reſponderi poteſt, quòd ratio eſt euidens
quare magis de motu proprio mentionem fecit,
quę eſt, quòd qualitas motus proprii, eiuſque ori-
go, & effectus, a ſignaturis cauſatur, non ſic de
aliis qualitatibus, & aliis prærogatiuis, quæ aliũ-
de naſci poſſunt, merito quum de ſignaturis lo-
queretur Papa, & motus proprius ſit ſpecies, ſeu
pars ſignaturæ, ad tollendum omne dubium, il-
lum expreſſit, de quo tamen Regulę antiquæ mẽ-
tionem non faciebant. Aliqua etiam in proxima
ſubſequenti quæſtione adducam quæ huic quęſi-
to inſeruire poterunt.

S V M M A R I V M.

1 *Signaturam habens per fiat, an præferatur poſſeſſori ha-*
benti per conceſſum.
2 *Duorum ſimul impetrantium poſſeſſor præfertur.*
3 *Argumentum a proportionabilibus.*
4 *Triangulo rectangulo quadratum quod a latere recto an-*
gulo oppoſito in ſemetipſo ducto, deſcribitur, æquum
erit aliis duobus quadratis.

1 QVarto quęro † an habens ſignaturam
per fiat, pręferatur poſſeſſori, haben-
ti per conceſſum? Pro parte negati-
ua arguo ſic, ſtatuta, & diſpoſitio-
nes quando aliquid operari poſſunt
interpretari debẽt taliter, ut cum iure communi
ſe conforment, uel illud minus quàm poſſibile
ſit lędant. Imol. in. l. ſi uero. §. de uiro. colum. 4. ff.
ſolu. matri. Roma. conſil. 318. quæritur etiam. an-
te fi. Felin. ſuper rub. de preſcr. colum. fi. in fi. uerſ.
reſponde

reſponde ex doctri. Cur. Iun. conſi. 7. nume. 8. Re-
gulæ cancellariæ ſtatutis æquiparantur, ut plu-
ries oſtendi, ergo hæc regula quæ ſatis in caſu
ſuo expreſſo operatur, quoad alia reducenda eſt
ad terminos iuris. De iure autem poſſeſſor in du-
bio non poſſeſſori præfertur l. in pari cauſa. ff. de
regu. iur. §. commodum autem. inſti. de interdic.
c. ex literis. §. fin. de proba. Ro. 223. no. quod in ca
ſu, in anti. Bald. in. cap. capitulum. de reſcrip. ubi
2 quòd ſi † duo ſimul impetrauerint præturam à
Papa, neuter ad ingreſſum officij admitti debet,
ſi autem unus ſit in poſſesſione, alter non, præſu-
mitur pro poſſeſſore, quia eo ipſo quod poſſidet
plus iuris habet, eo qui non poſſidet. ſequitur i-
bi Felin. in uer. do concurſu ante num. 15. & Iaſo.
in. l. 1. nume. 7. in. 3. limi. ff. ſolu. matri. Dec. conſil.
109. & pro tenui in princip. 169. & diligenter, &.
498. uiſo caſu. num. 1. & Nico. Boe. dec. 150. præ-
ſuppono. nu. 6. ubi in fortioribus terminis, quòd
officium obtinebit ſecundo impetrās, qui prius
habuit literas, & poſſesſionem, & ibi plura addu
cit., & teſtatur hanc eſſe communem opinio. ſic
nos dicamus poſſeſſorem, habentem gratiam per
conceſſum, præferri debere etiam haberiti per
fiat. Inſuper qualitas poſſesſionis a iure ad præ-
cedendum in concurſu potens, & magna habe-
tur, procedet ergo argumentum de quo in præ-
cedenti proxima quæſtio. quod duo uincula uno
magis ſtringant, præſertim quando illorum duo-
rum unumquodque eſt fortius illo ſimplici, uel
etiam ſi unum ex illis ſit æquale, cum illo ſimpli
ci. Specu. in. §. 2. de feu. quæſt. 16. num. 30. & ſeq.
ubi infert ad uaſſallum duobus obligatum, uni
ratione iuriſdictionis, alteri uero iuriſdictionis,
& homagii. Bal. in. l. 1. C. de legi. hære. poſt princ.
uerſic. ſed contra hoc oppono, plures rationes
uincunt unam. Et adducit rationem mathemati
cam, quod additum pari illud ad potioritatem
reducit, Amplius nos habemus pro hac opinio-
ne, caſum in terminis, uel caſui noſtro ſatis ſimi-
lem, uel text. rationem in. c. ſi a ſede. de præbend.
lib. 5. ubi prouiſus ab ordinario poſſeſſor, præfer-
tur prouiſo eodem die a ſede Apoſtolica, & illū
text. Fran. & alii ſummant, quòd ſi non conſtat
de priorate beneficii pluribus collati, primo poſ
ſesſio, deinde maior prærogatiua præfertur. in ca
ſu noſtro concurrunt poſſesſio, & illa maior præ-
rogatiua, ex ſignatura magis fauorabili cauſata,
ergo poſſesſio præualebit. Poſtremo idem proba
3 tur † arguendo a proportionabilibus ad tex. in. l.
ſufficit. iun. glo. in uer. ita prorſus. ff. de conditio.
inde. l. qui quadringenta, & l. Marcellus. ff. ad ſena
tuſcon. trebel. l. ſi autem ubi glo. & Bar. C. de iu.
deli. glo. & Bar. in l. illud. C. de ſacro. eccle. Bal. in
auten. ceſſante, uerſic. Nec ob. numer. 2. C. de legi.
here. Oldra. conſil. 123. num. 8. uerſic. Tertio ſicut
gl. in. l. uni. §. ſi autem a locis. C. de rei. uxo. actio.
l. ſi filius familias cum glo. ff. ſi cert. petat. Bald. in
l. conuenticulam. colum. 4. uerſicu. item eſt argu-
mentum a proportionabilibus C. de epi. & cleri.

Ne autem per terminos ignotos procedamus,
quid ſit proportio uidendum erit. Proportio græ
cè ἀναλογία dicitur, quæ eſt ratæ partis membro-
rum in omni opere, totiuſque commodulatio, ex
qua ratio efficitur ſimmetriarum. Vitruui. li. 3. c.
1. in prin. proportionem denique in perſonis, in
rebus, in negociis, in iis quæ corporalia, & in iis
quæ incorporalia ſunt conſiderare poſſumus, in
mouentibus item, & mobilibus utimur propor-
tione, qua philoſophus 7. phiſico. cap. ult. mobi
lium uelocitatem, & tarditatem indagat. Super
proportione demonſtratio apud mathematicos
4 clariſsima redditur, In † triangulo enim rectan-
gulo quadratum quod a latere rectoangulo op-
poſito, in ſemetipſo ducto deſcribitur, æquum e-
rit duobus quadratis, quæ ex duobus reliquis la
teribus deſcribuntur, quod etiam in numeris
probatur, ſumantur enim tria, quatuor, quinque
multiplicentur in ſe ipſis, eadem quantitas ex tri
bus, & quatuor in ſe ipſis multiplicatis iunctis
numeris procedit, quæ ex multiplicatione quin
que, pro ut docent Euclides, & Vitruuius, alter
lib. 1. propoſ. 46. pro Geometria, & Arimethica,
alter uero lib. 9. capit. 2. pro fabricatione ſchala-
rum, & hoc fuit inuentum Pyttagoræ quo ſcito
eum Apollini, ſeu muſis gallum imolaſſe aiunt.
Vtamur proportione iuxta terminos noſtros, col
locemus enim ab uno latere auctoritatem confe
rentis maioris, & minoris, de quibus in dicto. c.
ſi a ſede. ab alio uero potentiam ſignaturæ, per
fiat, præſtantioris, & alterius per cōceſſum inferio
ris, & pro comperto habebimus quòd ſignatura
per fiat, non magis ſuperabit illam per conceſ-
ſum; quàm prouiſio Papæ illam ordinarii, ſicut
igitur poſſesſio addita prouiſioni ordinarii, & ſic
minori auctoritati (ut patet ad ſenſum, & pro-
bat text. in præallega. capitul. ſi a ſede in fi.) facit
eam maiori auctoritati, & ſic collationi apoſto-
licæ præualere, ita poſſesſio addita debiliori ſigna
turæ, operari debebit, ut præponatur illi magis
fauorabili per fiat, ſtante proportione de qua ſu-
pra, & ſi minorem differentiam inter has duas
ſignaturas ab eodem emanatas, quam inter pro-
uiſiones apoſtolicam, & ordinariam conſtitua-
mus, tanto magis poſſesſio plus operari debet
in terminis noſtris, quàm in illis. Euclidem, & Vi
truuium in locis prædictis hodie ego citabam
pro ſolutione diſputationis inter peritisſimum
philoſophum Claudium Alexandrum S.D.N. fa
miliarem, & præclarum non minus nobilitate ma
iorum, quàm propria. D. Attilium Gualandum
P.D. Epiſcopi Ceſenaten. omnium ſcientiarum,
ac uirtutum fontis ubertimi, fratrem germanum,
ſuper illo quæſito, an Socrates, & alii Eſculapio,
Apollini, & Muſis gallum imolandum eſſe aſſer-
uerint, & quare. Ad rem noſtram redeo & dico quòd
pars affirmatiua tenenda eſt; quod etiam non
obſtante poſſesſione, habens ſignaturam per fiat,
præcedat, & ultra glo. hic, & adducta ſupra in
proxima præcedenti quæſt. ita concludit Caſſad.

&ita

& ita dicit Rotam tenuiſſe,& interpretatam fuiſ-
ſe hãc regulam,prout in eiuſdem Caſſa. pulctha
dec.14.regula eſt cancellariæ, quòd habens gra-
tiam,&c. de præbend.& reſpondet ad contraria,
& cum ipſo tenent etiam D. Pet. Rebuf. de paci.
poſſeſ.ante nu.301.uerſic.ultimo ſi is qui habuit
per conceſſum. & Sarnenſ.in 16.quæſt.regulæ,de
non iudi.iuxta form.ſupp.ad dec.Caſſa.ſe remit-
tens,licet numerum non alleget, & loquebantur
in fortioribus terminis,etiam quando gratia per
conceſſum,erat cum clauſula,motu proprio,& re
gula tempore Caſſa.non habebat hanc amplia-
tionem etiam motu proprio, de qua in regula
noſtra.

SVMMARIVM.

1 *Signaturam per conceſſum per horam,ante ſignaturam per,fiat,habenti,an obſtet hæc regula?*
2 *Legiſlatoris mens potius attendi debet, quàm verba.*
3 *Tempus modicum pro non tempore habetur.*
4 *Hora facit, vt vnum inſtrumentum prius altero dicatur.*
5 *Punctus,ſeu momentum in hac regula idem operatur, quod hora,ſeu dies.*

1 QVinto ibi, eadem die: quæro, † an ha-
benti ſignaturam per conceſſum,per
horam ante ſignaturam eius,qui ha-
bet per, fiat, obſtet hæc regula? Prò
parte affirmatiua pondero, quòd Papa hic ex-
preſſit diem,non autem horam,ergo ſolum conſi
derauit concurſum eadem die, cõſequenter duo
inferens,unum quod ſi datæ ſint ſub diuerſo die,
non ſit locus regulæ,alterum quod ſi ſint ſub ea-
dem die, regula procedat, & ſi de hora uoluiſſet
intelligere, ſicut dixit eadem die, exprimere po
tuiſſet eadem hora, uel tacendo diem, dicendoq;
quòd concurrentibus eadem hora, argumentò
text.in l.uni.§.ſin autem,ad deficientis.C.de ca-
duc.tollend. cap. inter corporalia. de tranſlat.
prælat.cap.ad audientiam. de deci. Secundo at-
tendi debet mens,& intentio legiſlatoris, & cu-
2 iuſuis diſponentis, etiamſi uerba aliud ſibi uel-
lent: quod tamen in caſu noſtro dici non poteſt.
ſcribitur prouerb. cap.19. Qui tantum uerba ſe-
ctatur nihil habebit,qui autem poſſeſſor eſt men
tis, diligit animam ſuam.& S. Thom. ſecunda 2.
quæſtio.122.articu.6.& ad tex.in l.contra legem.
in 2.reſpon.& l.ſequen.ff.de legi.l.ſcite oportet.
uerſic.ſed & ſi maximè uerba legis hunc habẽat
intellectum, tamen mens legiſlatoris aliud uult.
ff.de excuſa.tuto.l.nominis & tex.in 2.reſpon.de
uerbo.ſign.Bartol.in l.1.in 2.quæſt.uerſicul.plus
dicunt docto.ff.uti poſſi.& in materia regula-
rum per Caſſad.deciſ.32.ſuper regulis. nume.9.
tãto magis iſta procedunt, quando uerba menti
inſeruiunt, & quando ex aliquo ſigno,ſeu aliqua
diſpoſitione eiuſdem diſponentis, uel eiuſdem
diſpoſitionis, uerbis coniectura capi poteſt de
eius mente,etiam ſi aliter uerba inferant,ad con
ſi.Ioan.de Ana.22.ad probandum. ubi ſi in una
parte teſtamenti ſit mentio,de filiis maſculis: &
poſtea de filiis ſimpliciter, intelligitur etiam de
fœminis,quia ſi teſtator uoluiſſet intelligere tan-
tum de maſculis expreſſiſſet. Anchar.conſ.120.
pro clariori ante fin. Alexan.conſi.38.perſpectis
his.colum.penult.nu.8.uolum.6.hic autem ma-
xima coniectura cõcurrit,cum Papa tanti faciat
hanc ſignaturam per,fiat,ut etiam eam in cõcur-
ſu præponat ſignaturæ per conceſſum,cum clau-
ſula motu proprio, unde facilè coniecturari po-
teſt,quòd eam prætuliſſet concurrente ex altera
parte aliquo breui temporis ſpatio,præſertim ſi
gratia per conceſſum non ſit motu proprio. Ter-
3 tio,nos habemus, quòd † tempus modicum pro
non tempore habetur.l.Titius.§.lucius. ubi na-
tus parum poſt teſtamentum pro non nato ha-
betur.ff.de libe.& poſthum.l.ſi debitori. ibi neq;
enim magnum damnum eſt in mora modici tẽ-
poris.ff.de iudi.& modicum pro nihilo habetur.
l.ſi oleum. in fi.ff.de dolo.l.Seio ff. de in integr.
reſtitu.c.licet cauſam.in uer.modica,uel nulla,de
proba. Partem negatiuam tenet hic gloſ. & fortè
meliori ratione,dum ante fin.limitat hanc regu-
lam non procedere quando habens ſignaturam
per conceſſum,probaret de anterioritate ſigna-
turæ per horam,ipſe adducit.c.duobus. de reſc.
lib.6.& c.ſi a ſede.de præben.eo.lib.cum gloſ. ad-
duci poteſt etiam tex.in l.ſi ex plurib.§.lucius.
iunct.glo.in uer.die,quæ exponit uariis horis.ff.
de ſolutio. Bald.in l.ult.colum.3.uer.quapropter
interdum.C.de ædi.di.Adr.toll.idẽ Bald.in l.Im
perator.1.in 1.lectura.col.3.nu.4.ubi nota.quòd
4 ratione unius † horæ unum inſtrumentum dici-
tur prius altero.ff.de ſtatu homi.idem Bald. in l.
de reb.C.de dona.ante nupt.Ioan.de Platea in l.
1.C.de iu.fiſci. Barba.in repe.rub.de fide inſtru.
colum.28.uerſic.quid de hora.Soc.in l.ſi mulier.
in 1.not.ff.de reb.dub.Fel.in c.paſtoralis.colu.3.
in uer.ratione unius horæ,vbi plura cumulat.Caſ
ſado.dec.20.in princip.de præbend. Iaſo.in l.1.
nume.4.ff.ſolu.matrimo.& in l.1.§.1.in 2.not.ad
fin.ff.de edend. præceptor meus Do. Philippus
Decius conſil.169.& pro tenui. nume.6. Altera
ratio gloſ. hic eſt, quòd Papa non intendit tol-
lere ius quæſitum, ſeu alicui præiudicium in-
ferre.l.2.§.merito. & §.ſi quis a principe.ff. ne
quid in loco publi. Bald.in l.nec auus. per illum
tex.C.de eman.lib.in c.ſuper eo.ante fin. ibi non
tamen eſt noſtræ intentionis.de offic.delega.c.ex
tuarum.in fi.de aucto.& uſu pal.& ibi glo.in uer.
permittat.Dec.conſil.11.& pro tenui.nu.3.& 4.
conſil.292.& pro tenui. colum. 2. uer. uenio ad
ſecundam. Accedit,quòd cum a iure nõ fiat iſta
diſtinctio,an gratia Papæ ſit facta per, fiat, an p
conceſſum, ſequitur quòd euitando, ſeu confun
dendo iſtam præcedentiam, ſeu anhelationem
harum ſignaturarum ſit confrontatio cum iure
communi, ſeu ſit reditus ad ius commune, quo
ſit

ſit ut etiam minimum quodlibet ſit in conſidera
tione, & operari debeat.ad.l.1.§.illud non inte-
reſt.ff.de coniun.cum eman.libe.l.ſi proprietati-
bus.in ſi.primi reſpon.ibi eadem erunt ergo & ſi
minimū damni detur.ff.de dam.infe.& ibi Bart.
uerſ. ſed dic aut agitur de iure communi.& regu
lariter de minimis curatur.nu.2. & Bal.in.l.ſcio.
poſt princip.ff.de in inte.reſtitu.Anto.Corſet.in
tracta.de minimis.ante ſi.uerſic.aut ſumus in his
quæ conceduntur ſecundum ius commune &c.
Ex præmiſſis colligi poteſt reſponſio ad contra-
ria, tanto magis quia hæc interpretatio.& decla
ratio elicitur a iure, & ab auctoritate doctorū,
unde non eſt locus coniecturę mentis ſtatuentis,
imò limitatio gloſſ.ampliari poſſet, quòd pro-
cedat non ſolum ſi appareat de anterioritate ho
5 ræ,ſed etiam ſi appareat de anterioritare † pun-
cti,ſeu momenti,idem enim operabitur ſicut ho
ra, uel dies.Bal. in dicta.l.de rebus. C.de dona.an
te nup.& in c.capitulum.de reſcr.quem ſequitur
ibi Feli.ante num.13.Caſſa.p ræalle.dc.20.ante
num.2.de præben.Et quod momentum in pleriſ
que diſpoſitionibus,ſeu actibus in conſideratio
ne habeatur,decidit Bald.in cap.1.§.quinetiam
uerſicul.Quarto quid ſi maſculus.in titul.epiſco.
uel Abb.uolens, quòd ſi teſtator filio Titium ſub
ſtituit ſi moreretur ſine filiis, & tempore mortis
habuit filium, qui momento tantum uixit, ta-
men ſubſtitutio expiret,quòd dictum pro ſingu.
refert Iaſ.in l.inter ſtipulantem.§.ſacram.colum.
8.ff.de uer.oblig.& in l.antepenul.colum.2.C.de
inſti.& ſubſti.ac Aret.conſil.50.incipien.copio-
ſe.colum.ult.& D.meus conſil.309.uiſo puncto
colum.ult.& conſil 623.colum.1.ac Soc.in repet.
l.cum auus.uerſic.poſtremo aduertendum.ff.de
condi.& demon.Hinc etiam uoluit idem Bald.
in l.non tantum.per illum text.C.de legat.quòd
ſtatutum de lucran.dote procedit etiam in eo,
qui ſtetit in matrimonio per momentum, quod
pro ſingu.ſimpliciter approbat Iaſ.in l.donatu-
rus.§.1.ad ſi.ff.de condi.cau.dat.quod tamen in
dicta.l.non tantum.putat falſum.Sic etiam deci-
dit idem Bal.in l.quibus.uerſic.Sed hic concur-
rit alia quæſtio.C.de ſecun.nup.per glo.ibi,quòd
ut locus ſit ſtatuto,quòd ſtantibus maſculis fi-
lia dotata non ſuccedat, ſufficiat momento tem
poris filium uixiſſe:quod etiam voluit idem Bal.
in authent.ſed & ſi quis.colum.3.uerſicul.Et per
hoc infertur.co.titu.Idem uoluerunt Aret.præal.
conſil.50.& alii relati per Catel.Cot.in ſuis me-
moria.in uer.Momentum habetur in conſidera-
tione Et faciunt quæ ſcripſi ſuper 31.q.iuxta 2.
Editio.numer.4.in regul.16.cancel.Et illa ratio
quòd Papa non cenſetur uelle tollere ius alteri
quæſitum,ad ſupra adducta, & ad regulam de
non tol.iu.quæſi.pariter militat in habente pro-
uiſionem per punctum, ſeu momentum ante,
quia gratia iam in ſe erat perfecta etiam ſolo uer
bo Papæ, ad docto.in prohe.6.& per Bal.in l.hu-
manum.in ſi.C.de legi.Sraphi.ſuper ſignatur.fol.
109.ex primo impreſ.poſt princip.ubi quod per
ſolam ſignaturam gratia dicitur perfecta quoad
ſe,& in ſuo eſſe.

SVMMARIVM.

1 *Regula hæc an in penſionibus locum habeat.*
2 *Penſionem ſub verbis, quocunque beneficio, compre-
hendi.*
3 *Feudum pro ſe & heredibus ſuis quibuſcunque, tranſit
ad extraneos.*
4 *Expreſſum frequentiæ cauſa non reſtringit.*
5 *Frequentioris vſus gratia expreſſa non excludunt alia ſi
milia quæ rarius contingere ſolent.*
Stricti iuris eſſe conuentiones ſeu contractus.
*Ampliatur prædicta concluſio procedere etiam in ma-
teria ſtricti iuris, & diſpoſitione exorbitanti.*
6 *Concurrentes qui dicantur.*
7 *Penſio una de altera mentione non facta non ſubſiſtit.*
8 *Amplia etiam ſi motu proprio impoſita ſit.*
9 *Amplia etiam ſi conſentiens reſeruationi penſionis ſciat
aliam penſionem prius impoſitam.*

SExto ibi ſuper quocunque beneficio,
1 quæro † an Regula hæc in penſioni-
bus locum habeat. Omiſſis pleriſ-
que argumentis, q̄ hinc inde adduci
poſſent, q̄ & regulis aliis inſeruiunt;
de quib. p Sam. in 16.q.reg.de Infir. & in 21. de
Anna.& per me. in 38.q.16.regulæ,& in 11.q.di-
ctæ regulæ,de Infir. adhuc aliqua quæ huic regu-
læ præcipue applicari poſſunt. Pro parte negati-
ua tribus fundamentis moueor, primū eſt, quòd
concurſus de quo in regula non cadit in penſio-
ne, ſicut uel eo modo, prout in beneficio, non e-
nim dantur plures, ſeu diuerſæ ſignaturæ ſuper
una eademque penſione, prout ſuper vno eodem
que beneficio, nec ita creatur penſio ut ſemper
duret,& per manus diuerſorum, in diuerſos ſuc-
ceſſiuo tempore tranſeat, prout beneficium ec-
cleſiaſticum,ſuper quo,quotieſcunque uacat cō
curſui plurium ad illud locus eſſe ſolet. concur-
ſus igitur beneficio tantum competit,& nō pen-
ſioni; ergo regula in beneficio locum tantum ha
bebit,non autem in penſione,argumen.text.in.l.
dicta cautioni.§.toties.& ibi no.Bar.ff.de dam.in
fe.l.ita autem. in prin.& ibi Bar.ff.de admi.tuto.
c.indemnitatibus §.penul.de electio.li.6.Secun-
dum ſit, quòd ea quę raro accidunt a lege non cō
ſiderantur.l.nam ad ea.ff.de legi.l.ea quæ raro ac
cidunt.ff.de regul.iur.c.nos incompetenter. §.his
ita ſecundo.2.quæſt.7.c.ſi.4.quæſtio.3.Tertio ar-
guo ſic, regula hæc exorbitat a iure communi,
quod non conſiderat ſignaturas, ſeu ſignatura-
rum qualitates, ſeu differentias, ſed alia de qui-
bus in.c.duobus.de reſcrip.lib.6.in.c.ſi a ſede.de
preben.eo.lib.& alibi ubi de concurrentibus ſu-
per beneficio,uel alia re ſit mentio in exorbitanti
bus autem, ſeu in materia in qua debet fieri ſtri-
cta interpretatio, appellatione beneficii non ue-
nit

nit penſio. Io.Crot.in rubr.de reſcrip.in princip.
D.Hyero.Gig.in tracta.penſio.quæſti.28.nu.10.
inn.uum.18.& quæſt.67.nume.12.dicit quòd in
regulis Cancellariæ penſiu & beneficium pounn
tur ut diuerſa.Pro parte affirmatiua pondero di
ctionem uniuerſalem,quocunque, additam ter-
2 mino,beneficio,quo fit ut † penſio ſub illis uer-
bis comprehendatur. gloſ.in cle.2.in uer.quod-
cunque,de ui.& hone.cleri.Felin.in.cap.poſtula-
ſti num.8.in.4.declara.de reſcr &.in.c.de quarta
poſt num.15.de præſum.Caccia.in tracta.penſio.
quæſtiu.30.nume.11.ubi ſubdit quòd iſta dictio
quicunque,eſt tantæ potentiæ, quod licet aliàs
3 † feudum acceptum pro ſe & hæredibus ſuis,nõ
tranſeat ad extraneos. Alex.in l.etiam filios.num.
5.ff.ſolu.matr.ſecus ſi dicatur, hæredibus quibuſ
cunque, allegat Bald.in.l.cum uirum.colum.fi.
C.de fideicom.Alex.in.l.ſi patroni.colum.penu.
in prin.ff.ad trebel.& Dec.conſil.78.licet in caſu
colum.2.in fi.idem uoluit Bald.in.l.1.quæſti.34.
ff.de re.diuiſi.& in c.imperialem.in prin.de pro-
hi.feu.alie.per fede.ubi quod ſub uerbo illo qui
buſcunque, comprehenditur etiam legatarius,ſe
quitur Alexan.in.l.quædam.§.nihil intereſt.ante
num.3.uerſic.fallit quando in diſpoſitione eſſet
appoſitum uerbum,quibuſcunque.ff.de eden.&
illa eſt communis opin.ptnnt per Cur.Iun.conſil.
1.nume.1.& conſil.48.præſupponitur numer.3.
Secundo pondero uerba regulæ, quæ tam benefi
cio quam penſioni conueniunt, ergo & diſpoſi-
tio.l.hos accuſare.§ omnibus.ff ſolu.matri.cum
uulga.quod autem uerba penſioni conueniant;
probatur,poteſt enim cõcurſus cadere ſuper pẽ
ſione eadem die aſſignata ut infra oſtendam.
Item penſiones aſſignantur per fiat,l.per fiat ut
petitur.l.per conceſſum ut petitur in præſentia
D.N.Papæ & per conceſſum cum clauſula mo-
tus proprii,& ſub illis uerbis (ſuper quocunque
beneficio)poteſt(ut præmiſi) comprehendi pen-
ſio, ergo omnia uerba regulæ penſioni aptantur.
Tertio nun poteſt aſſignari diuerſitas rationis,
quare magis in concurſu ſuper beneficiò, quàm
ſuper penſione, ſignatura per fiat illi per con-
ceſſum,præualere,& præferri debeat, imo poten-
tia illius ſignaturæ,operari debet in beneficio,ſi-
cut in penſione beneficio ſimili, ſeu conformi,
quo fit ut idem iuris ſit in penſione,ſicut in bene
ficio.ad.l.ſi poſtulauerit.§.ratio.ff.de adulte.l.il-
lud. cum ſua gl.magiſtra in uerbo extimati.ff.ad
le.aqui.& tanti facienda eſt in iuriuni interpre-
tatione rationis identitas, ut ea concurrente di-
uerſa pro eiſdem accipiamus,habemus enim iu
ris regulam, diuerſa eſſe uendere, & uendenti
conſentire.l.aliud eſt uendere.ff.de regul. iur. &
aliud alienare, aliud alienanti conſentire, aliud
contrahere, aliud contrahenti conſentire.gloſ.&
Barto.in.l.cum pater.§.libertis.ff.de lega.2.& per
Bal.ſuper rub.C.de pactis.ſtante tamen rationis
identitate,qui uendere,ſeu aliàs alienare prohi-
betur, prohibetur etiam conſentire, Bal.& Saly.
in.l.2.C.ſi adver.donatio.Dec.in.l.aliud eſt uen-
4 dere.num.3.ff.de reg.iur.Quarto † expreſſum fre
quentiæ cauſa non reſtringit.l.1.iun.gloſſ.in uer.
illiricanas C.de qui.mune.uel præſta.nemi.lice.
ſe excu.lib.10.l.1.iunc.glo.1.C.de his qui ad ec-
cle.confuge.gl.in.l.2.§.ſed et ſi extraneum.in uer.
filio præcedente.ff.de uulga.& pupilla.& gloſ.2.
in fi.in.l.in facto.ff.de condi.& demon.glo.2.in.c.
1.de confeſ.lib.6.& in c.diaconi 22.diſt.& in ca.
1.§.ſi quis ruſticus.de pace tenen.ubi ille tex.pu
nit ruſticum portantem arma,& tamen habet lo
cum etiam in urbano,ſed idem dixit de ruſtico,
quia magis uſus armorum in eo frequẽtatur. Io.
And.in add.ad Specu.in tit.de loca.§.1.uerſicul.
quid ſi colonus, ubi de ruſtico qui promiſit plan
tare uineas in fundo,& dare quartam partem fru
ctuum,quod ſi plantauit etiam alios arbores, de
illis quoque tenebitur quartam partem dare,ra-
tio,quia expreſſum fuit de uineis, quia illæ fre-
5 quentius plantari conſueuere, & ſic gratia † fre-
quentioris uſus expreſſa non excludunt alia ſi-
milia, quæ rarius contingere ſolent, ut docent
M.Tullius in oratione pro A.Cęcina.dum inquit
uim enim multitudinis reſtitui uoluerunt,non ſo
lum conuocatæ multitudinis, ſed quia plerun-
que ubi multitudine opus eſt homines cogi ſo-
lent, ideo de coactis compoſitum interdictum
eſt,quod etiam ſi uerbo differre uidebitur, re ta-
men erit unum, & omnibus in cauſis idem uale
bit, in quibus perſpicitur una,atque eadem cau
ſa æquitatis. Et parum poſt. Quibus enim rebus
plerunque uis fit eiuſmodi, hæres appellantur in
interdicto,ſi per alias res eadem facta uis, eſt ea-
dem tametſi uerbis interdicti non concluditur,
tamen ſententia iuris,atque auctoritate retine-
tur.gloſ.in.l.uni.in uer.ſponſam.C.de rap.uirgi.
glo.in l.1.in prin.c.de his qui ad eccle.confu.gl.
in.l.2.§.ſed & ſi extraneum.ff.de uulg.& pupill.
ubi Iaſo.colum.2.& Ripa numer.10.gloſſ.in cle.
1.de reſcript.in uer.præſidentes.in fi. Corſet.in
ſuis ſingu.in uer.frequentia. Iaſ.in.l.1.nume.15.
& ante.ff.de legi.Ampliatur concluſio prædicta
procedere in materia ſtricti iuris per ea quæ uo-
luit Ioann.Andre.in addit.ad Speculat.ſupra ad
ductum,qui loquitur in conuentionibus,ſeu con
tractibus,qui ſunt ſtricti iuris.l.quicquid adſtrin
gendæ.ff.de uer.obli. Bald.in c.1.in prin.in titu.
quando domi.propri.feud.priue.Alex. conſ.76.
uiſis dilationibus.colum.2.uolu.5. Calcan.conſ.
1.ante num.14.Ampliatur procedere etiam in di
ſpoſitione exorbitanti,glo.in præalle.cleme.1.de
reſcr.quam ibi Imo.& alii ſequuntur, præceptor
meus D.Philippus Deci.in auten.Caſſado.num.
8.C.de ſacro.eccle.& conſil.70.& pro tenui.col.2.
cir.medium. & patet ex aliis ſupra adductis. Ve-
rum quia concurſus de quo hic, frequentius ſu-
per beneficio, quam ſuper penſione contingit,
ideo de beneficio expres ſit,non per hoc concur-
ſum ſuper penſione excludens. Quinto & ultimo
penſio iuxta terminos noſtros,ut plurimum ue-
nit

nit acceſſoriè ad beneficium, ut infra deducam, ergo debet regulari ſecundum ſuum principale, ad. l. cum principalis. & l. nihil doli. §. cum principalis. ff de regu. iu. c. acceſſorium. eo. lib. 6. gloſ. in l. uni. C. de lati. liber. tollen. in uer. imaginem. in fi. quæ tanto magis procedunt, quando principalis, & acceſſorii eadem eſt ratio. Bar. in l ſtipulatus. in 12. oppo. num. 23. C. de legi. Quid tenendum? reducẽdo ad praxim ego diſtinguerem ſic. aut duo impetrant idem beneficium, ualoris puta quingentorum, unus per, fiat, alter per conceſſum, in utraque ſupplicatione reſeruatur penſio centum aureorum in fauorem eiuſdem perſonæ, & ſic duæ ſignaturæ concurrunt ſuper eodem beneficio, in fauorem duorum, item ſuper eadem penſione pro aliqua perſona, & quia illa per, fiat, præualet, pro obtinendo beneficio, ita præualere debet pro obtinenda illa penſione; pro qua obtenta fuit ſignatura per, fiat, præſertim cum hæc penſio ueniat quodammodo acceſſoriè, & licet
6 hic quoad penſionem non adſint † concurrentes, qui dicuntur, qui ſimul ad ius aliquod conſequendum ueniunt. l. ſi finita §. cum autem. ff. de damn. infect. l. idemque. poſt principium. ff. qui potio. in pigno. habea. l. uni. §. ſin uero non omnes. C. de caduc. tollend. Alexan. conſil. 88. quòd concurrere. colum. fi. nu. 5. lib. 1. ſufficit, quòd ſignaturæ ipſæ concurrant, prout ponderauit hic glo. huic igitur penſionario illi centum aurei debentur, qui ſibi per ſignaturam per, fiat, reſeruati ſunt, non autem, qui per conceſſum. Aut ſupponimus ſuper præfato beneficio, iuxta eaſdem ſignaturas in una ſupplicatione centum ducatos in fauorem unius, in altera in fauorem alterius reſeruatos eſſe, clarum eſt, quòd ille ſolus penſionem obtinebit, cui in ſupplicatione per, fiat, ſignata, reſeruata fuit, & hic concurrunt duo. Concurrunt enim ſuper eadem ſumma penſionis, ſuper eodem beneficio reſeruata, & concurrunt etiam ſignaturæ, & hæc penſio etiam tanquam acceſſoriè conceſſa, in collatione beneficii quoad ſignaturam cum ſuo principali regulabitur, ad ſupra adducta, & hoc, & præcedenti caſu, locus erit regulæ. Aut dicimus poſt prouiſionem a Papa, uel alio de recenti, uel diu poſt factum (non curo) Papa narrando, cum aliàs ipſe, uel alius prouiderit N. de tali beneficio, uel cum alia narratiua, uel ſine, uidelicet, ut Tyberius Mãdoſius Clericus Romanus commodius ſuſtentari, ac ſcientiis melius uacare poſſit, de alicuius ſubuentionis auxilio prouidendo, eidem penſionem annuã ſuper fructibus beneficii A. reſeruare conſtituere, & aſſignare. S. V. dignetur, de conſenſu N. uel ſine conſenſu, &c. ſupplicatio hæc ſignatur per, fiat. Altera ſupplicatio ſimilis in omnibus, & per omnia ſignatur eodem die per conceſſum in fauorem Mæuij, illa Tyberij præualet, quia una tantum ſubſiſtere poſſit, tum quia ambæ penſiones excederent medietatem ualoris fructuum, ad tradi. per Abb. in c. conquerente. de cleri. non reſid. Cacciaiup. in tract. penſio. q. 7. D. Hieron. Gigas. in eodem tracta. quæſtio. 9. Tum etiam quia una
7 † penſio, de altera mentione non facta, non ſubſi-
8 ſtit. Caſſa deci. 3. de penſio, ubi † ampliat etiamſi motu proprio, impoſita ſit, ut latè per Gigan. 29. per totam, & quæſt. 100. alias ultima. nu. 12.
9 per Nicol. Boe. deciſ. 162. † Ampliatur ſecundo, etiamſi conſentiens penſionis reſeruationi, ſciat aliam penſionem prius impoſitam, & ſic uidebatur primam penſionem ualere, etiam de prima mentione non facta. argum. text. in l. ſi fundum ſciens alienum. C. de eui. cum ſimili. Rota in una Tarraconen. coram bo. me, epiſcopo Aquen. concluſit penſionem ſecundam non tenere, nec reſignationem, cum hac ſecunda reſeruatione penſionis, ratio fuit, quia opus erat certiorem facere Papam, a cuius poteſtate omnia pendent, & forſan Papa talem reſignationem cum reſeruatione penſionis non admiſiſſet, ne idem beneficiũ duplici onere grauaret. Aut ſupponimus appoſitas clauſulas, etiamſi aliæ penſiones alicui, uel aliquibus perſonis eccleſiaſticis reſeruatæ ſint, & præſens, & penſiones aliæ aſsignatæ, medietatem fructuum &c. excedant, & illos omnes exorbeãt, & hoc caſu forſan utraque gratia ſubſiſtet, nec regula obſtabit, neque hic propriè concurſus cadet, quia diuerſæ erunt penſiones, & pro diuerſis perſonis, & ex diuerſis forſan cauſis. Ex præmiſsis patet ſolutio ad contraria. Sigillatim autem reſpondeo, non obſtat primum, quia ut oſtendi, cõcurſus in penſione aliquo modo conſiderari poteſt. Item ſufficit, quòd cõcurſus ſignaturarum adſit. Ad ſecundum reſpondi, quòd frequentioris uſus cauſa expreſſa non reſtringunt. Item aliæ reſpõſiones dari poſſent de quibus ſupra. in 34. quæſt. 16. regulæ. poſt num. 7. & in 11. quæſt. regulæ. de infirm. num. 10. Ad tertium, quòd reg. hæc exorbitet, hoc negari poſſet, immo ex adductis ſupra in præfa. & quæſtio. 2. conſtat, quòd habet conformitatem cum iure diuino, & humano. cum dictio, fiat, plus & prius operari debeat, quam aliud quodcumque uerbum. Rurſus illa dictio, quocunque, operatur quod etiam penſio ueniat, ut ſupra probaui. Poſtremo expreſſum cauſa frequentioris uſus etiam in materia exorbitanti non excludit ſimilia, rarius contingere ſolita, ut oſtendi.

S V M M A R I V M.

1 *Regula hæc, an in beneficijs vacantibus per reſignationem locum habeat.*
2 *Reſignatione amittitur beneficium, & poſſeſsio.*
3 *Prouiſus a Papa, vel ab alio de beneficio per obitum vacante, ab eo tantum ius habet.*
4 *Odioſa etiam diſpoſitio propter verba generaliter prolata, generaliter eſt intelligenda.*
5 *Ratio regulæ vnica tantum aſſignari poteſt.*
6 *Prouiſo ſecundo loco, de beneficio alteri collato nihil obijci poteſt.*

Cap.

7 *Cap. ſi beneficia. de preben. libro 6. ampliatur & limi-
tatur.*
8 *Reſignatarius a reſignante ius non habet ſed à Papa.*
9 *Habilis & quod impedire non poſſint omnia alia ſupponi
debent, dum ſuper uno diſponitur, ſeu diſputatur.*
10 *Diſpenſatio ſuper uno impedimento ſupponit nullũ aliud
impedimentum adeſſe.*

1 SEptimo quæro an † regula hac in be-
neficiis uacantibus per reſignatio-
nem locum habeat? Ad praxim re-
duco hoc modo: Titius cedit ſeu reſi-
gnat unum, & idem beneficium in
manibus Papæ, in fauorem Mæuij, ſignata ſuppli-
catione per fiat, & in fauorem Seij ſignata per cõ
ceſſum, quæritur an ſit locus concurſui ſignatura
rum de quo in regula? Pro parte negatiua arguo
ſic, uerba & diſpoſitio accipi debent iuxta mo-
dum, & curſum ordinarium, non autem extraor-
dinarium. l. Seio. §. medico. ff. de annu. lega. & ibi
not. Bar. quod generale ad extraordinarium non
refertur. c. licet. de offi. ordin. Soci. in l. qui Romæ.
§. Callimacus. colum. 5. ff. de uerbo. obliga. Dec.
in c. inter cætera. colum. penul. num. 5. de appell.
& conſi. 430. quod ſupra. num. 7. & ſeq. ſed iuxta
curſum ordinarium, ſuper beneficiis uacantibus
per obitum concurſui plurium impetrantium, &
diuerſarum ſignaturarum locus eſſe ſolet, non au-
tem ſuper uacantibus per reſignationem, niſi ex-
traordinarie id procedat, ergo &c. Secundo, ſi ſup-
ponimus eundem in fauorem duorum beneficiũ
idem eodem die reſignaſſe, dolum & fraudem in-
excuſabilem præſumemus, cum in facto proprio
præſertim longo temporis interuallo non inter-
medio, non præſumatur ignorantia, ſeu obliuio,
ille autem qui idem beneficium bis reſignat, mẽ-
dax eſt, cum in ſecũda ſupplicatione narret prin-
cipi, ſe beneficium obtinere, ſeu habere ius ſuper
2 eo, & ſic conſequenter ſe non reſignaſſe † reſigna-
tione enim amittitur beneficium, ius ſuper eo cõ-
petens, & poſſeſſio. c. ex tranſmiſſa. c. ſuper hoc.
& cap. ſeq. & quaſi toto tit. de renun. cap. ad au-
res, & ibi Abb. de his, quæ ui metusue cau. Rota.
62. permutanti. 158. licet reus. & 352. ſi oppona-
tur. in no. Ioan. And. Imo. & Abb. in cap. ſollicitæ.
de reſti. ſpoliato. Caſſad. deci. 4. nume. 3. co. Nico.
Boe. deciſ. 2. nume. 1. & ſequen. Ioan. Bapt. Tercet.
conſilio 1. numero 10. ultra quod ſecũdo reſignãs
idem beneficium erit periurius, ex quo in inſtru-
mento conſenſus iurat non interueniſſe fraudem,
dolum &c. dolum autem & fraudem lex non præ
ſumit. l. toties. §. qui dolo. ff. de probat. l. ſed & ſi
maritus. §. ſed & ſi conſtante. ff. qui & a. qui. Spec.
in titu. de appella. §. nunc tractemus ad quem ſic,
ante nume. 7. uerſicu. ſed quoniam qui fraudem.
3 Tertio † prouiſus a Papa, uel alio de beneficio per
obitum uacante, ab eo ius habet ſeu acquirit. c. ſi
tibi abſenti. de preben. lib. 6. cap. relatum. iun. gl.
finali. de prebend. glo. in cap. fina. in uerſicu. liber-
ta. de offic. uica. libro 6. ubi prouiſis de beneficio

di citur exerceri liberalitas, fieri gratia, & benefi-
cium donari, & ſicut quis tit. fundat in donatio-
ne, in legato, emptione & ſimilibus, ita beneficiũ
obtinens, in prouiſione ſibi facta per obitum, per
priuationem, uel aliàs a Papa, a legato, ab epiſco-
po, uel alio cui ius conferendi competit: proui-
ſus autem per reſignationem in manibus Papæ fa-
ctam, præſertim cum clauſula apponi ſolito, & a
ſtilo Ro. Cu. tolerata, uidelicet, in fauorem N. reſi-
gnat, & non aliàs, aliter nec alio modo, ad deciſio.
Caſſa. 2. de ſimo. Staphi. ſuper ſigna. fol. 66. a ter-
go, iux. primam impreſ. non ſolum a Papa benefi-
cium, aut ius ſuper eo, ſed a Papa & reſignante,
ſeu cedente aſſequi, uel conſequi, ſeu acquirere di
citur. quo fit, ut omiſſis aliis differentiis, quæ aſſi-
gnari poſſent inter modum prouidendi per obi-
tum, ab illo per reſignationem, ad rem noſtram
ſatis illa ſufficere uidetur, licet enim in aliis pro-
uiſionibus, Papa ad ſui libitum diſponat, & con-
ſequenter ſtatuere poſſit, quòd dum confert, una
collatio uno modo ſignata, alteri in dubio præfe-
ratur, prout etiam cauere potuiſſet contrarium
eius quòd hic decreuit, uidelicet, quòd ſignatura
per conceſſum præferretur ſignaturę per fiat, quia
in re ſua, ſeu a ſe ipſo pendente, quiſque eſt mode
rator & arbiter, tamen in iis, quæ pendent a ſe &
alio, non ſic libere, ſeu eius arbitrio diſponit, ſed
quòd plures tangit, ab omnibus probari debet,
iuribus uulgar. Sequitur quòd Papa dando for-
mam, ſeu normam ſuis ſignaturis, pro beneficiis
conferendis, pro illis dediſſe cenſeri debet, quo-
rum plenaria diſpoſitio ad ipſum ſpectat, abſque
alterius uoluntate, ſeu facto, argumen. text. in l.
merito. uerſicu. & ſanè plerunque credendum, eſt
eum qui partis dominus eſt. ff. pro ſocio. cum ſi-
mi. Quarto nos habemus quamcunque conſtitu-
tionem intelligi debere, in caſu quo ſuppoſita
per eum locum habere poſſint. Iac. Butr. Fulgo. &
Salyc. in l. mancipia. C. de ſer. fugi. Roman. ſingu.
489. ſtatutum puniens. Dec. conſilio 591. tex. in l.
numero 3. & 509. Regula noſtra interpretanda
uenit, quando nihil ultra ſeu poſt ſignaturas ip-
ſas, ſeu ſignaturarum concurſum requiritur, ſeu
expectatur, at ſupplicatio ſignata & datata ante-
quam habeat ſuum cõſenſum ipſius reſignantis,
imperfecta eſt, & ſic ultra ſupplicationem, & ſi-
gnaturam, aliud neceſſario requiritur, uidelicet
ipſe conſenſus, ergo ſuper reſignationibus regu-
la procedere non poteſt. Quinto & ultimo ex pro-
xime dictis adminus in reſignatione proueniet
caſus mixtus, uidelicet, ipſe concurſus ſignatura-
rum, & cõſenſus ipſius reſignantis, qui ex poſt iux
ta conſuetum morem ſubſequi ſolet, cum autem
regula uel ſit exorbitans, uel ſaltem præter ius, ac
ſtrictè interpretanda prout aliæ regulæ ad conſil.
Anch. 297. efficacibus in prin. Caſſa. deci. 16. nu-
mero 5. & dec. 23. nume. 6. de preben. & deci. 39.
num. 1. ſuper regulis ſub ſimplicibus non ueniet
mixtum ad l. mariti. § hoc quinquennium, iunc.
 l. eum paſſa. §. præſcriptione. ff. de adulter. in illa

enim.§.hoc quinquennium,deciditur quinquen
nium dari,ſi obijciatur ſtuprum, adulterium vel
lenocinium,& alia crimina,ex lege Iulia deſcen-
dentia, in dicto autem §. præſcriptione, quòd ſi
obijciatur adulterum cum alio crimine ex dicta
lege Iulia deſcendente,non ſit locus illi quinquẽ-
nio,& ſic ſub illis ſimplicibus,mixtum non com-
prehenditur,prout etiam per Alexan.in l. ſi extra
neus.nume. 5.ff.de condictio. ob cau. & in l. certi
condictio. §.quoniam.num. 8. ff. ſi certum petat.
Iaſ.in l.2.nume.2.ff.de uerbo.obligatio.Pro parte
affirmatiua pondero uerba regulæ,quòd inter cõ
currentes ſuper quocunque beneficio,præferatur
habens ſignaturam per fiat,illa dictio concurren-
tibus,indiſtincte & generaliter prolata eſſe cen-
ſentur,iux.tex.in l.1.in princi.ibi, hoc eſt liberis,
& parentibus &c.iun.§.generaliter autem paren-
tes & liberos prætor excipit &c. cum ijs, quæ ſe-
quuntur.ff.de lega. præſtan.& ſic iureconſultus il
la uerba parentibus & liberis, abſque aliquo ſi-
gno vniuerſali, a prætore prolata, interpretatur
eſſe generalia, & in infinitum accipi debere. ita
concurſum de quo in regula in infinitum exten-
damus,vbicunque concurſui locus eſſe poteſt, &
ſic regula concurſum ſuper beneficio uacante
per obitum.per reſignationem,per priuationem,
&,per alios modos comprehendat, tanto magis
propter illud uerbum(quocunque)additum ter-
mino,beneficio,& pro præmiſſis facit tex. in l. de
publicia.l.ſi ſeruitus.ff.de ſerui. urba. prædi. l. in
fraudem.§. finali.ff.de mili.teſtamen. Quæ etiam
4 procedunt in diſpoſitionibus† odioſis Calderin.
conſilio 1.in princip.ſub titu. de conſang. & affi.
uerſicu. Sed poteſt reſponderi quòd licet ſit re-
ſtringenda &c. Ange. Aretin.in l.fina.colum.fina.
uerſicu.tertio quæritur.ff.de conſtitu.prin. quem
ſequitur Domin.Philip.Dec. conſilio 5. In cauſa
D.Mariæ ante fi.Secundo dum hic ſtatuitur de cõ
curſu ſignaturarum ſuper beneficio, neceſſario
ſupplendum eſt verbum vacante, alioquin non
poſſet dari concurſus,ſed ſi illud participium,va
cante(quod tacite ſubintelligitur) expreſſum fuiſ
ſet,comprehenderet omnem modum uacandi.c.
ex parte.1.de officio delega.gloſſ.in cap. cupien-
tes.in princip.in uerſic.uacationibus. de electio.
lib.6. glo.in cap.ſi propter.de reſcrip. eod. libro.
Domini.in cap.ſuſceptum.colum.fina.nume. 10.
& ibi Fran.nume.3.eod.titu.& ſi. Feli.in c. in no-
ſtra.in 37.corre.nu.37.de reſer.late Syl. de beneſi.
pat.3.q.12.nu.21.in 15.quali.idem igitur opera-
ri debet ſubintellectum,ſed tacitum,quòd opera
retur expreſſum,ad l.cum quid.ff.ſi cer.peta.cum
5 vulg.Tertio ratio† regulæ huius vnica tantum aſ-
ſignari poteſt,quæ eſt, quòd potentia verbi fiat,
præponderat cuicunque alteri præceptiuo, ſeu
demonſtratiuo,vel inductiuo verbo,ſeu orationi,
& eſt maioris efficaciæ,& valoris,& eſt enunciati
uum,quòd is,qui ea dictione,ſeu oratione, dicto
uerbo oppoſito vtitur,vti intendit ſuprema pote
ſtate,& auctoritate,eiuſdemq; uoluntatem magis

præciſam,& efficacem, ac magis deliberatam ad
aliquid ſignificandum, ſeu efficiendum oſtendit,
quàm ſi quouis alio ſermone, uel quouis alio uer
bo vteretur,ad tex.in l.2.§.deinde ait prætor, ibi
hęc verba,ſit fiat,etenim quędam ſunt talia,vt ſta
tim facto ſuo noceant.ff.ne quid in loco publi. &
Geneſis. 1. fiat lux. Et videmus quòd ipſe Deus
Omnipotens qui ex nihilo orbem hunc creauit,
& per quem omnia facta ſunt, varie atque aliter
operatus eſt,dum hoc verbo fiat,quàm dum aliis
terminis,mentis diuinę expresſiuis vſus eſt. In pri
mo enim caſu illico & immediate quod iuſſit per
fecit,executionique(vt ſupra probatum eſt) man
dauit. In ſecundo vero temporis interuallũ,actio-
num multiplicitatem,circunſtantiarum diuerſi-
tatem,plerumque concurrere videmus, vti in re-
ductione Sauli ad veram fidem. Actuum Apoſt.
9.In euocatione Sammaritanæ,& Mariæ Magdale
næ,ſuper quibus multa alia exempla adduci poſ-
ſent.Cum igitur vnica ratio tantum aſſignari poſ
ſit,illa pro expreſſa habetur.l.2.ff. de libe. & poſt-
hu.l.milites agrum.ff.de mili. teſta.Bal.in l.quam
uis.C.de fideicom.& in l. maximum vitium. col.
3.c.de libe.præte. Abb.conſ.75.col.3.nu. 7. lib. 1.
Alex.in l.mutũ.col.3.ver.non ob.dicta. ff. de acq.
hære.Feli.in c.tranſlato.in fi.de conſti. ex expreſſa
autem ratione ad quemlibet caſum inferre poſſu
mus,& tunc in caſib.etiam non expresſis,non di-
citur extenſio, ſed comprehenſio, quaſi tacite ſit
cautum.l.his ſolis.§. de cæteris.ibi etiã tacite cau
tum putamus C.de reuo.dona.quem tex.pro no
ta.ad hoc ponderat Bal. in auten. quas actiones.
col.2.ver.ſed ego dico,C. de ſacro. eccle. & ſuper
rub.C.de nauti.fœnore.Cald.conſ. 1.an capitulũ.
in prin.ſub.tit.vt lit.pend.Iaſ. in l. à Titio.in ulti-
mo no.ff.de uerb.obli. Dec.conſ.284.viſo puncto.
col.2.ante medium,comprehendere igitur debet
regula noſtra, non ſolum beneficia uacantia per
obitum,ſed & per reſignationem, & quouis alio
modo, dummodo ſignaturarum concurſui locus
eſſe poſſit. Non ob.primum motiuum pro opin.
negatiua adductum,quia ſatis eſt, quòd id eue-
niat,ſeu euenire poſſit,& quando euenit nõ erit
extraordinarium,quòd concurſui ſit locus. Ad ſe-
cundum reſpondetur,quòd nõ ſumus in præſum
ptione fraudis,ſed in claris,cum ſupponamus du
plicem reſignationẽ. Nec iuxta terminos noſtros
quærendum eſt,an fraus ſit, uel quomodo com-
miſſa,ſed ſtantibus duabus prædictis ſignaturis,
quid iuris ſit. Imo nec quoad aliquam ex ſignatu
ris fraus præſumi poteſt,ſeu debet, nec quoad ſe-
cundo loco prouiſum,cum nihil imputari poſſit
et ſecundo,ad tex.in c.ſi beneficio.de præb.lib.6.
6 vbi† prouiſo ſecundo loco de beneficio collato,ni
7 hil obijci põt, cum in culpa non ſit. qui† tex.pul-
chrè ampliatur per Rotã hoc modo,videlicet, qđ
ille ſecũdus ad priora bñficia redire poſſit ꝓpria
auctoritate.Dec.100.no.quod vbi aliquis in anti.
ampliationẽ reſtringit,ibi collector deciſionum,
dũmõ poſſeſſio ab alio nõ ſit occupata. Limitatũ

dictus

dictus tex. niſi ignorantia ſecundo prouiſi fuerit
juris, non autem facti. Fed. de Sen. conſ. 100. qđ
permutatio. poſt princ. At ſi ſupponamus ſecun
do prouiſum fraude participem, procuraſſe qđ
eadem die reſignatio in eius fauorem fieret per
fiat, ut prior per conceſſum excluderetur, primo
prouiſo dupliciter ſuccurritur, uno modo, ut cõ-
ſtito de fraudulenta reſignatione, illa annulletur,
ſeu nulla declaretur. Altero quòd probata horæ
prioritate, ſignatura per conceſſum ualidior de-
clarabitur, & poſterior cum ſignatura per fiat ex-
8 cludetur. Ad tertium, quòd † reſignatarius nõ
ſolum a Papa, ſed etiam a reſignante ius habere
dicatur, hoc negari poteſt, prout contrarium con
cludit poſt Abb. in c. 2. de præſcri. Caſſa. deci. 15.
poſt nu. 1. de præb. Ad quartum reſpõdeo, quòd
regula non fundat ſe ſuper hoc, quòd aliud requi
ratur ultra ſignaturam uel non, ſed decidit ſuper
ipſis ſignaturis. Item ultra ea ſuper quibus di-
9 ſponitur, ſeu diſputatur, omnia alia † habilia, &
diſpoſita, & quod impedire non poſsint ſuppo-
ni debent. ad l. ut gradatim. uer. & ſi lege. de mu-
ne. & hon. ubi quòd ſtatutum diſponens aliquos
in honore præferri, illos habiles, & idoneos, ut præ
ferri poſsint, ſupponit. l. qui teſtamẽto. poſt prin.
ff. de teſt. l. 1 §. lex falcidia, ibi & omnes teſtamen-
tariæ pertinent, quæ tamen poſſunt locum habe-
re. ff. ad leg. falc. l. furioſum. in fi. ibi ſi & omnia a-
lia acceſſerint, quæ in huiuſmodi actibus legiti-
ma obſeruatio ſequitur. C. qui teſta. fac. poſſ. c. 1.
de æta. & qual. lib. 6. Pariſ. conſ. 3. in cauſa uerten
te. nu. 1. uol. 4. ubi ꝙ quando de uno dubitatur,
10 cætera habilia ſupponuntur. Sic & † diſpenſatio
ſuper uno impedimento, ſeu defectu, ſupponit
nullum aliud impedimentum adeſſe. c. uni. ibi
aliud non obſtet canonicum, & ibi gloſ. in uer.
canonicũ. exemplificat, quia non ſunt illegitimi,
non corpore uitiati, &c. de æta. & qual. lib. 6. c. 1.
in princ. de fili. præsby. eo. lib. deciſ. 541. uiſa do-
natione. ante num. 12. & conſil. 602. uiſo puncto.
poſt nu. 19. Auguſt. Bero. in c. cum omnes. num.
35. de conſti. Accedit, ꝙ conſenſus poſtea ſuper-
ueniens retrotrahitur, & retro reſpicit. ad deciſ.
Caſſa. 1. per totam, & deci. 3. col. fi. de renun. Inſu-
per poteſt præcedere, & ſubſequi ſupplicatio-
nem ſignandam, uel ſignatam. Caſſa. dec. 2. num.
3. & deci. 3. nume. 3. de renun. Sarnenſ. quæſt. 26.
num. 3. de infirm. Ad quintum, & ultimum re-
ſpondetur, quòd hic non agimus propriè de ſim
plicibus, & mixtis. Amplius regula habet confor
mitatem cum iure ciuili, propter dictum uerbũ,
fiat, imo etiam cum diuino ad ſupra adducta. Itẽ
conſenſus ſupplicationi comparatus poteſt con
ſiderari tanquam pars & totum, uel ut acceſſo-
rium, & principale.

S V M M A R I V M.

1 *Regula hæc, an locum habeat in ſignaturis ad vaca-
tura.*
2 *Confertur beneficium iam vacans non autẽ vacaturũ.*
3 *Vacaturorum beneficiorum conceſsio, ſeu promiſſio eſt
à iure exorbitans, & damnabilis.*
4 *Diſpoſitio de beneficijs vacaturis, ſeu in illis iuris con-
ceſſio eſt ordinaria quoad Papam, ſicut prouiſio, ſeu
collatio de iam vacantibus.*
5 *Stilus Rom. cur. modo albus, modo niger.*

1 OCtauo quæro an † reg. hæc in ſignatu-
ris ad beneficia vacatura locũ ſibi uẽ
dicet? Pro parte negatiua arguo ſic,
uerba ubi non cõueniunt diſpoſitio
locũ non hẽt. l. hos accuſare. §. oĩb. ff.
de accu. l. ita aũr. in prin. & ibi Bar. ff. de adm. tut.
cũ uulg. concurſus ſignaturarũ ſuper eodẽ benefi
cio, non cadit regulariter in gratiis ad beneficia
uacatura, qñ. n. conceduntur gratiæ expectatiuæ,
uel mandata, de prouidendo, ſi dãtur plurib. cõ-
cedi conſueuere ad unũ, duo, uel plura beneficia,
in una, uel duab. ſeu trib. ciuitatib. & diœceſibus,
non ſpecificato aliquo beneficio in indiuiduo.
ad text. in cle. uni. poſt prin. ibi de beneficio certi
ualoris, & ſic ad quodcunq; beneficiũ talis taxæ,
de conceſs. præben. & ſic ſignaturæ qñ plurib. ſu-
per talib. uacaturis conceduntur, non cõcurrunt
ſuper eodẽmet beneficio, iuxta requiſitum regu-
læ, licet ex poſtfacto in acceptatione, poſſeſsione,
& aliis dari poſsit concurſus, regulę igitur locus
eſſe non põt. Scđo cõſtitutionẽ hanc cũ iure cõi
concordando, & iuxta illud declarando, ad l. uni.
in princ. C. de inoſ. doti. in authen. de exhib. reis.
ante fi. & in authen. ut cleri. apud ꝓpri. epi. ante
fi. ibi; & per hanc ſacrã declarata ſunt legẽ, uide-
mus, ꝙ c. ſi a ſede, de præb. lib. 6. cum quo reg. no
ſtra aliq̃ conſomitatem, ſeu ſimilitudinẽ habet,
ut ẽt aduertit hic glo. col. 2. in fi. ibi quæ aliquali
ter cõcordat cũ iure cõi, &c. de concurſu loquẽs,
& ſuper eo diſponens, non hẽt locum ſuper bene
ficiis uacaturis, qđ oñditur ex uer. in priu. ibi eo.
2 die idẽ beneficiũ cõfertur: confertur. n. beneficiũ
iam uacans, non uacaturum. c. 1. §. cum uero. de
cõceſſ. præbend. &. c. 2. poſt princ. ibi, quòd non
ſolum ipſa cum uacant poteſt de iure confer-
re, &c. & c. quamuis, de præbend. lib. 6. ibi bene-
ficia ſex clericorum &c. ita dicimus, quòd regu-
la hæc illi. c. a ſede. conformis, uacatura non reſpi
ciat. Tertiò, gratiæ ad uacatura ſunt extraordina
riæ, unde illas tex. & prouiſio quælibet reſpicere
non cenſetur, argumento tex. in l. Sæio. §. medico.
ff. de ann. lega. cap. licet, de offic. ordina. Quarto
3 † uacaturorum beneficiorum conceſsio, ſeu pro-
miſsio eſt à iure exorbitans, odioſa, & damnabi-
lis. c. non furem. 7. quæſt. 1. cap. 1. cum duobus ſe
quen. c. conſtitutus. c. ex tenore &. c. ſi. de conceſſ.
præben. c. deteſtanda eo. lib. 6. unde cum ab om-
ni iure etiam ciuili ad tex. in l. fi. C. de pact. Imò
etiam diuino, & naturali promiſsiones ſuper
uacaturis prohibitæ ſint, tanquam inducentes
uotum captandæ mortis alienæ, non uidentur à
regula habitæ in aliqua conſideratione, immo

etiam ab ea reiectæ, & excluſæ. Quinto pro hac opinio. facit exemplum gloſ. hic colum. 1. uerſic. & pono exemplum ſi unus impetrat beneficium a Papa, &c. & ſic conſtat, quòd intellexit de iam uacanti, quòd impetrari poteſt, non autem, de uacaturo, nacaturum enim non impetratur, ſed promittitur, ſeu conferri mandatur, dum uacabit. c. 2. de conceſſ. præbend. c. mandato. & cap. ei. cui de præbend. lib. 6. cum infinitis aliis quæ adduci poſſent. Sexto & ultimo, arguendo a cõmuniter accidentibus, ad text. in l. ideo. cum gl. in princi. ff. de legi. l. quòd ſi nolit. §. qui aſsidua, ff. de edil. edict. gloſ. in l. 1. C. de arbit. cap. 1. & ibi Imol. Abb. & alii. de cleri. non reſid. uidemus, ꝙ communiter ex ſtilo Curiæ, qui pro lege ſeruari debet. c. tam graui, de crimin. fal. Rot. 709. not. ꝙ ſtilus, in anti. Mil. in reper. in uer. ſtilus Curiæ pro iure ſeruandus, gratiæ expectatiuæ omnes dãtur, & dari ſolent ſub vna, & eademmet ſignatura, ſeu ſignaturæ forma, ſeu qualitate. Sarnenſ. poſt Ioan. And. in 12. q. reg. de Idiomate. in prin. Staph. de lite. gratiæ, & iuſti. fol. 171. uer. & no. hic, ſup gratiis, igitur ad uacatura, quia ſub ſimilibus, uel eiſdem datis non uidetur cadere poſſe ſignaturarũ concurſus. Pro opin. affirmatiua faciunt tria fundamenta adducta in proxima præcedenti quæſt. pro affirmatiua illius dubii propoſiti, addendo in caſu noſtro illi ponderationi ſecundi fundamẽti, ꝙ termino, beneficio, de quo in regula, ſupplẽdum ſit non ſolum uacante, prout ibi, ſed etiã uacaturo, ne dicamus, ꝙ concurrentibus ſuper quocunque beneficio uacante, ſeu uacaturo, nec poteſt aſsignari ratio differentiæ, quare magis ſignatura per, fiat, præferatur illi per conceſſum, ſuper beneficio iam uacante, quàm ſuper uacaturo, & cum ratio ſit generalis, etiam ſi conſtitutio noſtra eſſet ſpecialis, generaliter intelligenda eſſet. l. cum inter. §. dulciſsimis. ff. de leg. 2. Ro. conſ. 457. circa ꝑpoſitã. col. 2. in prin. ſequitur Io. Frã. à Ripa. in repe. §. Diuus. nu. 108. in l. filiusf. ff. de lega. 1. Idem uoluit D. meus Phil. Dec. conſi. 35. nu. 8. & conſ. 299. in cauſa. nu. 10. Patiſ. conſ. 83. pro reſolutione. nu. 16. lib. 3. Inſuper gratia ad uacatura cõprehendit ẽt tunc uacantia. Imo. in l. hoc articulo. ff. de hære. inſti. Fel. poſt eundem Imo. in c. conſtitutus. de reſcr. nu. 22. uer. ſi ſcribitur. Idẽ Imol. in l. ſi ita legatum eſſet. ff. de cond. & demõ. & in l. ſi Titius. §. 1. ff. de lib. & poſth. Iaſ. in repet. l. quominus. nu. 132. ff. de flumi. & hoc eſt clarũ propter ſtilũ cur. Ro. q eſt, ut in gr̃a ad uacatura dicatur ad beneficia, ſi qua uacant, uel quam primum uacauerint, de quo ſtilo teſtatur ẽt gloſ. Io. And. in c. ſi poſtq̃. in uer. poſt medium, de ꝑb. lib. 6. ſi ſupponimus ſignaturarũ concurſum habere locũ in iã uacantib. (quòd quidẽ negabit nemo) nõ aũt in uacaturis, ſequetur ꝙ eędẽ gratię eiſdẽ conceſſę, in parte concurrent, in parte non, ponamus. n. ſeium habere mandatũ, de ꝓuidendo ad tria beneficia in ciuitate, uel diœceſi Bonon, ſignatũ per, fiat. Titiũ uero aliud eodẽ die in oib. & ꝑ oia ſimile, ꝑterq̃ in ſignatura, qa Titius hẽat per conceſſum, tpe gratiæ factę uacant duo beneficia in ciuitate ꝑdicta, & tertiũ uacat poſtea, uterque acceptat, & in omnibus (præter ſignaturam) ſunt pares, certum eſt, quòd ad duo iam uacantia concurſui ſignaturarum locus eſſet, quo uero ad tertium poſtea uacans minime, contra rationem text. in l. ius noſtrum. ff. de regulis iuris. & §. non autem. uerſicul. neque enim idem. Inſtitu. de hæredi. inſtitu. Quid tenendum? poſſet diſtingui hoc modo, aut gratia expectatiua, ſeu mandatum, de prouidendo utriuſque à principio eſt ſuper uno, & eodemmet corpore beneficii, puta ſuper archidiaconatu Cęſarauguſtan. quod obtinet Ioannes Antonius de Talauera, ad text. in capitul. ex parte. 1. de officio delegat. Sarnenſ. in tractat. manda. de prouiden. in principio. & poſt numerum 114. uerſicul. quędam alię ſunt ſpeciales ſuper certo corpore beneficii. & ſi prędictę ſignaturæ concurrant, præferatur habens ſignaturam per, fiat, & procedant omnia argumenta pro opinio. affirmatiua adducta, aut gratia eſt, ad unũ, duo tria uel plura beneficia uacatura etiam curata, etiamſi unum ex illis ſit dignitas, &c. in ciuitate, uel diœceſi Bononienſ. quæ infra menſem duxerit acceptanda, & cogitandum erit. Qui uero indiſtinctè tenere uoluerit regulam hanc etiam quoad omnes gratias, de uacaturis locum habere, ad contraria fundamenta reſpondere poſſet hoc modo. Et primo ad primum reſpondetur, quòd ſatis eſt, quòd aliquando concurſus ſuper eodem beneficio dari poſsit, cauſatus ab illo principio ſignaturarum diuerſarum conceſſarum, eadem die. Nec refert, an à principio ſit locus concurſui ſuper beneficio, uel ne, ſatis eſt, quòd à principio ſit locus concurſui ſignaturarum, & iuncto fine poſſit dici ſuper eodem beneficio, qui finis in omni actu humano conſiderari debet, ad ea quæ adduxi ſupra in 8. quæſtio. 31. regu. num. 3. Amplius in ſimili materia uidemus, quòd quo ad quoddam perſonarum genus non refert, an a princip. beneficiorum acceptatio ſit facta in genere, an in ſpecie, & ſic ſucceſsiuè ad ſpeciem redacta. Caſſa. deciſ. 3. & 9. de conceſsio. præbend. ſic dicamus non referre a principio concurſus ſignaturarũ ſit in ſpecie ſuper eodem beneficio, an uero ex poſtfacto ad ſpẽm reducatur, ſeu declaretur ſuper quo beneficio uerificetur, ſeu operetur. Ad ſecundum reſpondeo, ꝙ id procedit ex quo uerba non patiuntur interpretationem fieri de uacaturo, ſecus eſt in caſu noſtro. Item c. duobus, de reſcrip, lib. 6. ſuper concurſu reſpicit uacatura, imo ea tantũ, quia uerba aliud non patiuntur, ut ibi ꝑ oẽs. Inſuper caſus noſter ab illo. c. ſi a ſede de præben. lib. 6. eſt ſatis diuerſus, & ad diuerſos fines tendunt. Ad tertium replicari poteſt, quòd quoad Papam (in quo tantum regula noſtra
4 procedit) ita eſt ordinaria, & peculiaris † diſpoſitio de beneficiis uacaturis, ſeu in illis iuris conceſsio,

ceſsio, ſicut prouiſio uel collatio de iam vacantibus, eſt tex. clarus in c. 2. poſt prin. de præben. li. 6. per Fran. in c. is qui. nu. 3. eo. tit. & li. Quartum nō obſtat, quia illud non procedit in Papa, ad proxime adducta. & reg. noſtra (vt dixi) in Papa ſolo procedit. Quintum nō obſtat, quia exempla licet declarent regulam, nō tamen illam reſtringunt. l. 1. § ꝙ vulgo. ff. de vi & vi arma. §. hactenus. inſti. de gradi. Iaſ. in l. ſicut. ff. de re iudi. Dec. conſ. 555. ante num. 13. & conſ. 653. poſt nu. 6. Et quatenus etiam gl. hic expreſſe dixiſſet, regulam non procedere in vacaturis, per hoc non eſſet amplius quā opinio unius doctoris, & forſan non tantæ auctoritatis, ut eius dicto abſque lege & ratione ſtari deberet. Ad ſextum & ultimum fundamentum contrarium reſpondeo, quòd ille non eſt adeo fixus ſtilus ꝙ faciat ius, & quòd operetur, quòd Papa, & ſignatura non poſsit dare, ſeu non det expectatiuas, ſub diuerſis formis, clauſulis, & ſignaturis, immo uidemus (iuxta illud ſemper aliquid noui affert Africa) quòd clauſulæ ſupplicationū in dies diuerſimodè formantur. Cōceduntur, ſeu denegantur, & tunc illa clauſula, quæ paſsim omnibus concedebatur, videlicet, & quod obſtantiæ & beneficiales &c. indiſtinctè denegatur, imò ip-
5 ſe† ſtilus curiæ modo eſt albus, modo niger. Hoſt. in præfa. ſummæ, in fi. Lap. alleg. 51. Feli. in c. Rodulfus. poſt nu. 22. ver. ubi autem didici. de reſcr. Caſſa. dec. 7. de reſcri. nu. 4 Inſuper non tenet cōſequentia, omnes expectatiuæ dantur motu proprio, ergo perſiat, quia etiam tex. noſtræ regulæ contrarium probat, cum ſupponat gratias per cōceſſum continere poſſe motum proprium. Tandem licet illud fundamentum contrarium procederet forſan in expectatiuis, non tamen in aliis gratijs ad uacatura, quæ plures & diuerſæ ſunt.

SVMMARIVM.

1 *Regula hæc, an in nouis prouiſionibus locum ſibi uendicet.*
2 *Verba intelligi debent per prius.*
3 *Præpoſitio, ſuper, denotat contiguitatem omne excludens intermedium.*
4 *Noua gratia per quam nouum ius acquiritur an augmentatur, ſeu reſtauratur, eiſdemq; legibus regulatur quibus primum reſcriptum.*
5 *Super, dictio, non ſolum proxima, & immediata, ſed & remota incidentia, & acceſſoria reſpicit.*
6 *Super, dictio, iuncta rei hypothecam inducit.*
7 *Super pro ultra.*
8 *Noua prouiſio expectanti conceſſa æquipollet publicationi.*
9 *Noua prouiſio etiam prouiſo a Papa conceditur.*

1 NOno quæro† an regula hęc in nouis prouiſionibus locum ſibi uendicet? Pro
2 parte negatiua facit, quia† uerba intelligi debent per prius. l. qui heredi. in prin. ff. de cond. & demon. l. qui liberis. §. hæc uerba. ff. de uulg. & pupil. Dec. conſil. 679. uiſo eleganti. nu. 2. Barth. Caſſen. conſ 19. nu. 54. intelligendo autem per prius non poteſt fieri interpretatio de concurſu ſuper nouis prouiſionibus q̄ aliud ante ſe ſupponunt, uidelicet, prouiſiones ipſas beneficiorum, & noua prouiſio neceſſario ſupponit alium titulū pręceſsiſſe. Rot. 551. primo & ſecundo. in anti. Bellem. deci. 116. ſi petens, dū de confirmatione loquitur. gl. ſup reg. 62. col. 2. Accedit ꝙ ex proxime dictis conſtat, ꝙ noua prouiſio non poteſt dici prima prouiſio, ſeu prima conceſsio, uerba aūt ſimpliciter prolata, reſtringuntur ad primum actum. ad uulg. l. boues. §. hoc ſermone. ff. de uer. ſig. l. hæc conditio. uer. & ſi teſtator. de primo. ff. de condi. & demonſt. l. cum pater §. pater certam & ibi Bal. & Imo. ff. de leg. 2. c. non poteſt. §. illud autem. de præb. lib. 6. Lud. Ro. ſing. 291. legauit uiduæ. uer. pręterea affirmatiua uerba unico actu comprobantur. late per Iaſ. in l. duob. §. ei qui, a nu. 3. vſque ad nu. 19 ff. de iureiur. Inſuper cauſa proxima & immediata attēdi debet, eaque potior & fauorabilior exiſtimatur. l. ex facto §. ſi ff. ad Treb. Bal. in l. 1. nu. 2. uerſ. quæro an ſi dicatur. C. de condi. in ſer. cā autem immediata & proxima acquirendi beneficium, eſt ipſa prima prouiſio, ſeu prima conceſsio. Item interpretatio facienda eſt, ſecundum curſum ordinarium, non autem iuxta illud quod quandoque extraordinariè factum eſt. uulg. l. Stio. §. medico. ff de annu leg. Soci. in l. qui Romæ. §. Callimacus. col. 5. ff. de uer. ob. Dec. in c. inter cætera. colu. pen. nu. 7. de appe. & conſ 430 ꝙ ſupra. nu. 7. & ſeq. & conſ 632. nu. 10. Ordinarium autem eſt, ꝙ concurſus detur indies, ſuper duab. ſeu pluribus prouiſionibus, non autem ſuper duabus nouis prouiſionibus, ſeu duabus gratiis, perinde ualete, uel ſimilibus Inſuper attēdi debet, quod principaliter fit, non autem quod acceſſorie. l. 1. in princ. ff. de auto. tut. l. nauis auerſa. ff ad leg. rod. de iactu. l. 2. §. homines coactos ff. de ui bon. rap. l. fi. §. fructus autem. ff. quæ in frau. credi Rui. cōſ. 145. abſque multiloquio. nu. 21. uol. 5. Dec. conſi. 293. uiſo teſtamento poſt nu. 6. noua autem prouiſio eſt acceſſoria, & non principalis gratia. Amplius ubi uerba regulæ non conueniunt, nec regulæ locus eſſe deberet, argumento text. in l. hos accuſare. §. omnibus. ff. de accuſat. l. ab omnibus. ff. de lega. 1. cap. identitatibus. §. penul. de electio. libro 6. regula requirit concurſum ſuper beneficio, nouæ autem prouiſiones eadem die impetratæ, non concurrunt ſuper beneficio, ſed ſuper ſanandis defectibus, uel conualidandis gratiis iam conceſsis, quas impetrantes nouas prouiſiones dubitant non ſubſiſtere, prout ex formulis ipſarū nouarum prouiſionum colligitur. Rurſus arguendo ab uſu patrisfamilias. ad l uel uniuerſorum. ff. de pign. actio. l. qui ſemiſsis § fi. ff. de uſu. l. hæredes palam. §. ſed & ſi notam. ff. de teſta. uidemus quòd quando Papa uoluit ſub regulis comprehendi nouas prouiſiones, de illis expreſſe locutus

eſt, prout infra regula. 65. alias. 62. iuxta ordinem
antiquum, ſub tub. de clauſulis in beneficijs va-
cantibus ponendis, circa medium, ita ſi ſub hac
regula eas comprehendi uoluiſſet, expresſiſſet. Po
ſtremo pondero illa uerba regulæ ſuper benefi-
3 cio, præpoſitio. n. † ſuper denotat contiguitaté,
omne interuallum, ſeu intermedium excludens,
licet ſecus ſit in dictione ſupra, unde dicimus ſe-
det ſuper lapidem & pondus eſt ſuper me. Num.
11. Et cur impoſuiſti pondus uniuerſi populi hu
ius ſuper me? & nebula ſeu auis eſt ſupra nos, pro-
ut docet Laurentius Valla in 2. li. elegan. c. 91. ſe
quitur Iaſ. in anten. ſacraméta puberum. ante no
me. 27 uer. contrarium dicit. C. ſi aduer. uendi. &
facit pſalmus ille, qui habitat in adiutorio altiſſi
mi uer. ſuper aſpidem & baſiliſcum ambulabis,
curſus igitur, ſeu concurſus ſuper beneficio, nul-
lum interuallum, ſeu intermedium admittés, no-
uam prouiſionem excludet, quæ ex poſt, ſeu ex in-
teruallo, & uti quoddam dependens, ſeu acceſſo-
rium ſubſequi ſolet. ad tradi. per Sarn. q. 78. nu. 6.
Et pro præmiſſis pondero tex. in cle. diſpendio-
ſam. de iudi. ubi deciditur quòd in cauſis ſuper
electionibus ſuper beneficiis eccleſiaſticis, ſuper
matrimonijs & uſuris, & ſuper aliis de quib. ibi,
procedi poſſit ſimpliciter, ac plane, & ſine ſtrepi
tu ac figura iudicij, dubitari poterat. an quid di-
ctum erat ſup beneficijs, ſuper matrimonijs &c.
poſſet ſuper alijs acceſſorijs, uel ibi ſpecificata ali
quo modo concernentibus, ſeu tangentibus, eo-
dem modo procedi, Papa addidit hæc uerba, ui-
delicet, & eas quoquo modo tangentibus, unde
ſequitur quòd non expreſſa, non ueniſſent, alio-
quin ſuperflua fuiſſet expresſio ſi nihil operatur
ad tex. in l. ſi quando. ff de lega. 1. l. 1. in fi. ibi ne-
que. n. debuiſſet caueri. ff. ad munici gl. in c. ſolite
in uer. tanquam ante fi. de maio. & obe. cum auté
noua prouiſio ſit de tangentibus beneficium, ſeu
illud aliquo modo concernentibus, non facta ſi-
mili additione, ſeu expresſione, (prout in dicta
cle. diſpendioſam) ab hac diſpoſitione excluſa cé
ſebitur. Pro parte affirmatiua facit, quòd uerba
regulæ ita applicari poſſunt nouis prouiſionib.
ſicut primis gratijs, & pariformiter in utriſq; da-
tur concurſus, & eodem modo, eodemque iure,
cum igitur ſuppoſito per hanc conſtitutionem,
in noua prouiſione locum habeant; ergo & ipſa
conſtitutio. Iac. But. Fulgo. & Saly. in l. mancipia.
C. de ſer. fugiti. Rom. ſing. 489 ſtatutum puniens,
Præceptor meus D. Phi. Dec. conſi. 466. ſtante ſta-
tuto. col. 3. nu. 8. & conſil. 640. quæritur in effectu
poſt prin. Præterea ratio differentiæ nulla adduci
poſſe uidetur, quare magis in prouiſionib. quam
in nouis prouiſionibus regula procedere debeat,
cum tam nouæ prouiſiones, per fiat, & per cóceſ-
ſum ſignentur, & motu proprio, & ſine clauſula
motus proprij, ſicut prouiſiones ipſæ, & ita effe-
ctus verbi, fiat, operari poſſit in nouis prouiſioni
bus, ſicut in alijs, propter identitatem igitur ra-
tionis, idem iuris erit. ad l. ſi poſtulauerit. §. ratio.
ff. de adulter. l. 1. §. hnc interdictum eandem ha-
bet, & ibi not. Bart. ff. de fonte. cum vulga. Inſuper
4 † noua gratia per quam nouum ius acquiritur,
augmentatur, ſeu reſtauratur, eiſdem legibus re-
gulatur, eiuſdemque qualitatis eſſe céſetur, ſicut
primum reſcriptum, eaſdemque expresſiones re-
quirit, quas ipſa prima gratia. Ludo. Roma. con-
ſilio 383. in propoſito caſu. in prin. Gemin. conſi.
128. factum tale eſt, Petrus. num. 5 & col. fin. uerſi.
ad vltimum reſpondetur, Caſſado. dec. 33. ſuper
regulis, Sarn. quæſt. 7. poſt nume. 4. de non iudic.
iux. for. ſuppli. Demum iuxta veriorem opin. di-
5 ctio illa † ſuper non ſolum proxima, & immedia-
ta, ſed & remota, incidentia, acceſſoria, & penden
tia reſpicere videtur. l. 1. poſt prin. iun. glo. in uer.
ſuper his, & ibi per Bald. poſt nume. 5. vbi expo-
nunt ſuper ijs, pro ſecuritate eorum. & Bald. in-
fert ad ſtatutum, quòd in cauſis ſuper inſtrumen-
to guarantigiæ, procedatur ſummariè, & ibi ad-
ditio magna And. Barba. C. commu. de lega. au-
ten. Sacramenta puberum, in text. ibi. ſuper quo,
iun. glo. & ibi not. Barto. & Franc. Aretin. in 5. no.
& Iaſ. nume. 26. vbi volunt iuramentum de quo
in tex. illn. prius vel poſt interponi poſſe. cap. ec-
cleſia. poſt princip. ibi ſuper eccleſijs, & perſonis.
de conſt. iun. his quæ volunt ibi Docto. uidelicet,
quòd laicorum ſtatuta, non ſolum ad eccleſias,
eccleſiaſticaſque perſonas, iux. tex. illum non ex-
tenduntur, immo nec ad illarum bona, & res, &
ab illis pendentia, ſeu illas concernentia. Alibi ha
6 bemus, quòd dictio † ſuper, iuncta rei, hypothe-
cam inducit, puta ſi dicam, mutua mihi centum
ſuper illo fundo, fundum illum cenſeor pignora-
re. ad tex. in l. codicillis. §. conſtituto. ff. de legat.
2. Barto. in l. fundus quem. ff. de ann. lega. Roma.
ſing. 625. compreſta mihi. & conſ. 388. numero 2.
Cremen. ſingu. 45. mutuaui. Bertran. conſ. 186 po
nitur. nume. 3. lib. 1. in primis. Alex. in l. reſcripto.
§. ſi pacto. nume. 6. ff. de pact. Ioan. Bapt. Caccia-
lup. in tracta. penſio. quæſtio. 6. numero 6. Anto.
Negnſan. de pigno. in 4. membro. 2. quæſtio. prin
7 cip. poſt num. 164. in 23. caſu. Accipitur † etiam
pro vltra. Ezechiel. 17. Sed quaſi mulier adultera,
quæ ſuper virum ſuum inducit alienos. l. ex an-
nuo. ff. de donatio. inter uirum, & vxorem. l. diuor
tio §. item ſi locatio. ff. ſolu. matrimo. Et ſic acci-
pi debet in l. Seia. ibi, Lucio, Titio marito meo,
cui maximas gratias ago, dari uolo ſupra dotem
&c. vel iuxta Pand. Floren. ſuper dotem, quam ei
dedi tot aureos. & ſic ſuper. i. vltra. ff. de dona.
præle. Plinius libro 5. epiſto. ad Maximum, Au-
get me ſuper iſta caſus iſtius. Vergi. v1. Aenei-
dos, Auguſtus Cæſar Diuum genus, aurea condet
ſecula, qui rurſus Latio regnata per arua, Satur-
no quondam, ſuper & Garamantas, & Indos pro-
feret imperium. Hæc pro Philippo Hiſpaniarum,
& Angliæ Rege potentiſſimo, ac claro Chriſtia-
næ religionis aſſertore, prædicta putauerim. Ad
rem noſtram redeo, & dico, quòd uerba regulæ ſu
per beneficio, vera reddentur, ſiue principaliter,
ſiue

ſiue incidēter, ſiue immediatè, ſiue alias concurſus beneficium quoquo modo, etiam incidēter, & à remotis concernat, ergo ſub illis nouæ prouiſiones omnino comprehenderentur. Quid tenendum? diſtingui poſſet, ut infra. aut loquimur de nouis prouiſionibus pro prouiſis ab ordinariis, quarum formulam iuniores inuenient ſupra in 6. quæſtio. regulæ, quòd commiſsiones cauſarum literis non expeditis num. 3. uel ſuper nouis prouiſionibus pro electis, & confirmatis, ſeu nouia prouiſionibus pro præſentatis, & inſtitutis, quarum formulam poſui in pręalle. q. 6. regulæ quòd commiſ. cauſ. nu. 4. & concludendum ſit, quòd regulæ huic ſit locus, ex quo dubitantes ordinatiorum prouiſiones, uel electiones, & confirmationes, ſeu præſentationes, & inſtitutiones, non ſubſiſtere, recurrunt ad ſedem Apoſtolicam, a qua ſit noua impetratio, & hæc quo ad ſedem apoſtolicā eſt prima impetratio, a qua poſſunt ueriſimiliter omnia, uim & robur capere, unde ſi concurrant tales nouæ prouiſiones, vere ſuper beneficio concurrere uidentur, & primo, ſeu præcipuè, quo ſit ut regulæ omnino locus eſſe debeat, tanto magis ſi adſit clauſula infraſcripta, uidelicet, & quòd in forma nouæ, uel ſimplicis prouiſionis literæ poſſint expediri. Aut loquimur de nouis prouiſionibus pro præſentatis, ordinario illos inſtituere recuſante, quo caſu ad ſuperiorem recurri debet. ad c. decernimus. & c. monaſterium iun. gl. ſi. in ſi. 16. q. 7. glo. in c. cum Bertoldus. in uer. aduerſus. de re iud. & quarum formula eſt ſupra in ead. q. 6. regulæ, quod commiſ. cau. nu. 7. uel loquimur, de nouis prouiſionibus pro electis non confirmatis, & in iſtis duobus caſibus, fortius dicendū eſt regulæ locum eſſe, quam in terminis primi membri diſtinctionis. ea præſertim ratione, quia præſentatus non inſtitutus, & electus non confirmatus, parum iuris habent. c. dilectus. iuncta gloſ. in uerbo plus iuris, de offi. lega. c. paſtoralis. de iure pat. glo. & docto. in cle. auditor. de reſcri. ſi igitur regula locum habet, vt præmiſi, quando ordinarius inſtituit, ſeu confirmauit, quo caſu acquiritur ius in re, ad ea, quæ tradit Sarnenſ. in 1. quæſt. regulæ, de non tollend. iu. quæſi. nume. 14. in iſtis duobus ultimis caſibus, Papa plus iuris habet ſuper beneficio, ergo facilius eius regula intrat. Aut loquimur in nouis prouiſionibus pro expectantibus, & tunc ſubdiſtinguerem, aut enim ſup-
8 ponimus † nouas prouiſiones cōceſſas fuiſſe poſt acceptationes, ante publicationes, quo caſu æquipollent publicationibus, & ipſæ tantum canonizandæ uenient, ad conſ. Ludou. Roma. 433. quoad primum. num. 6. in 2. art. Caſſa. deciſ. 21. num. 1. cum duabus dec. ſequen. ſuper regulis. Pariſ. conſil. 118 in princ. & per totum uolum. 4. & idem dicendum erit, quod in proximo ultimo membro principali noſtræ diſtinctionis. aut loquimur de nouis prouiſionibus conceſsis, poſt publicationes a dictis expectantibus factas, uel loquimur de nouis prouiſionibus pro prouiſis a
9 Papa de beneficijs iam uacantibus † quæ concedi ſolent, quicquid in contrarium annotatum reperiatur, in libro prouinciale uulgariter nuncupato. fol. 60. à ter. ſub rub. nota plura notabilia tā circa beneficia reſeruata, quàm non reſeruata. uerſicu. item ſuper prouiſionibua factis per Papam, uel uigore literarum eiuſdem, de certo beneficio, nunquam datur noua prouiſio, ſed perinde ualere, & etiam quicquid dicat D. Pet. Rebuf. in ſua praxi, dum de noua prouiſione loquitur. pag. 146. ex ſecundo impreſſ. num 5. ubi pro fundamento talis obſeruantiæ, ſeu potius ſuę opinionis, allegat etiam Pariſ. conſil. 118. nu. 25 uol. 4. cuius uerba ad id nihil pœnitus faciunt, quantum ad has nouas prouiſiones pro prouiſis a Papa, uel pro expectantibus, poſt acceptationes, & diligentias, ſuſtineri forſan poſſet, quòd procederet prima opinio negatiua propter fundamenta pro illa negatiua adducta.

S V M M A R I V M.

1 *Regula hæc, an procedat in gratijs, ſi neutri.*
2 *Si neutri, gratia non eſt pura, & ſimplex prouiſio, ſed euentualis.*
3 *Data, an attendi debeat in gratia, ſi neutri, & nu. 9.*
4 *Si neutri, conceditur principaliter, & expreſsè ſuper beneficio.*
5 *Si neutri, debet facere mentionem, de alijs beneficijs de modo vacandi, & alijs.*
6 *Gratia ſi neutri, poteſt eſſe prima, & principalis, & de per ſe.*
Si neutri, aut collitiganti, aut tertio conceditur.
7 *Formula, ſi neutri, pro tertio.*
8 *Gratia, ſi neutri, potius pura dici debet reſoluenda ob conditionem non impletam.*

1 DEcimo quæro, † an regula hæc procedat in gratiis, ſi neutri? pro opinione negatiua, hic repeti poſſent quaſi omnino illa fundamenta pro parte negatiua in proxima præcedenti quæſtio. adducta, præſertim illud, quod regula intelligenda ſit quando concurſus ſuper beneficio uenit principaliter, & immediatè non autem acceſſoriè, & incidenter, at gratia, ſi neutri, eſt acceſſoria, & dependens, ut probat Sarnenſ. in 78. quæſt. regulæ de Annali, nume. 6. Accedit (ultra adducta in proxima præcedent. quæſtio. pro o-
2 pinio. negatiua) quòd † gratia, ſi neutri, non eſt pura, & ſimplex prouiſio, ſed euentualis, ſeu conditionalis. Rot. 310. ſi reus. in fin. in no. Gemin. conſi. 79. D. Ioannes. colum. 3. poſt num. 7. uerſi. ad dubium gratiarum, de ſi neutri. Ioan. Franc. à Ripa. in cap. eam te. num. 27. de reſcript. Do. Petr. Rebuf. ſuper concordan. in forma manda. Apoſt. in uer. aliud eſt, reſcriptum gratiæ frequētiſſimum. uerſicu. & in hoc attenditur euentus. pag. 548. Inſuper in gratia, ſi neutri, non cadit concurſus datararum, de quo in regula noſtra,

ſed concurſus collationum. poſtquam apparue-
rit neutri, ſeu nulli collitigantium ius compere-
re, ad tradi. per Gem. præalleg. conſi. 79. poſt nu.
30. uerſ. ergo attendimus tempus collationis be-
neficii per gratiam, &c. & uer. ita eſt in propoſi-
to datum ſecundum reſcriptum, ſi neutri, tempo
re datæ. non prodeſt tempore collationis, &c. &
in fi. uerſ. ex quibus concluditur quòd debemus
attendere in gratia, ſi neutri, quoad incluſionem
3 beneficii tempus collationis, & non tempus † da
tæ, cum Gemi. tranſeunt Ripa, & Rebuf. ubi ſu-
pra. cum igitur in gratiis, ſi neutri, non poſſit ca-
dere concurſus de quo in regula, uel ſaltem non
ſimplex, ſed ſecundum quid, & euentualiter, ſeu
accidentaliter, pro talibus gratiis interpretatio
nullo modo fieri poterit, argumento text. in l. 3.
§. 1. ff. de tute. l. 1. ff. de dona. l. fina. C. de his, qui
ueni. æta. impe. Pro opinione affirmatiua (quam
ueriorem puto) ultra adducta in proxi. præcedē-
ti quæſt. a nume. 4. & ante, uſque ad num. 7. pon-
4 dero, quòd gratiæ † ſi neutri, conceduntur expreſ
sè, & immediatè ſuper beneficio. Lndo. Roman.
conſi. 379. circa primum. ante fi. uerſi. ita igitur
in propoſito ex quo per modum regulæ, &c. &
poſtea. uerſi. reſpondeo proficit ibi ſuper quibus
gratiæ, ſi neutri, conceduntur, illud conſi. appro-
bat, & ad illud ſe remittit Saruen. ſuper ſigna. nu.
31. uerſi. & iſto etiam modo, concurſus etiam in
gratiis ſi neutri ſub eadem die, ſeu ſub eadem
data, prout in prouiſionibus plerunque contin-
gere ſolet, ut de ſe patet, & ſupponit Pariſ. conſi.
101. ſi quærimus, nume. 10. uerſic. ad ultimum, &
conſil. 117. ſi quærimus, num. 25. & nu. 46. ubi ar-
guit a concurſu duarum prouiſionum, ad cōcur-
ſum duarum gratiarum ſi neutri, concurſusque
huiuſmodi æquiparat, idemque iuris eſſe in uno,
quod in altero uult, uolu. 4. ſuppoſita igitur om-
nia regulæ noſtræ, in gratiis ſi neutri comproban
tur, ergo in illis omnino regula ſibi locum uendi-
care debet. ad Iac. Butr. Fulgo. Salyc. & alios in l.
mancipia. C. de ſer. fug. Dec. conſil. 640. quæritur
5 in effectus. poſt prin. præterea gratia † ſi neutri de
bet facere mentionem, de qualitate beneficii, de
modo uacandi, & de aliis circunſtantiis, de qui-
bus quæuis prouiſio, ſeu quæuis principalis, &
& primæua gratia. glo. penult. in c. ſi apoſtolicæ,
de præbend. lib. 6. Rot. 274. licet in ſubrogatio-
ne, & magis ad rem. Rot. 238. impetrans gratiā
ſi neutri, in no. 362. quoad primum. num. 4. uerſi.
cæterum ſi in gratia. & conſil. 383. in propoſito,
nu. 1. Mil. in reper. in uerb. gratia, ſi neutri ſemper
cenſetur ſubreptitia. fol. 81. col. 4. Fel. in c. in no-
ſtra. in 15. corre. nu. 17. de reſcri. Rebuf. ſuper con
cor. in forma manda. apoſtoli. uerſicul. aliud eſt
reſcriptum. in fine. pag. 548. & per præmiſſa am
pliari poteſt, conſil. Calderin. 7. quis præferatur
ex duobus impetrantibus, de reſcrip. quòd pro-
cedat etiam in gratia, ſi neutri. Demum gratiæ
6 † ſi neutri, poſſunt eſſe primæ, de per ſe, & princi-
pales, ſicut illæ prouiſionum ſuper beneficio ua-
cante per obitum, uel alio modo, duobus enim
modis conceduntur, aut pro uno, ſeu pluribus ex
collitigantibus, aut pro tertiis, & extra litem, quę
agitatur inter duos, uel plures ſuper eodem be-
7 neficio ius prætendentes exiſtentibus. † Formu-
lam ſi neutri pro tertio hic ſubiicio Beat. me pa-
ter cum lite, in Roma. cu. coram certo cauſarum
Palatii Apoſt. Auditore, ſeu Locumten. inter A.
ex una, & B ſuper parrochiali. C. quam eorū qui-
libet ad ſe ſpectare aſſerit, in prima, ſeu ulteriori
inſtan. indeciſa pendente, a nōnullis aſſeritur, neu
tri, ſeu nulli collitigantium huiuſmodi, in ipſa ec
cleſia, ſeu ad illam ius competere, ac eandem ec-
cleſiam certo modo uacare. Supplicat humili-
ter. S. V. deuotus illius orator D. quatenus dictę
cauſæ ſtatum, ac uerum & ultimum dictæ parro
chialis eccleſiæ uacationis modum, etiam ſi ex il
lo quæuis generalis reſeruatio, etiam in corpo-
re iuris clauſula reſultet, pro expreſſ. habentes,
ſibique ſpecialem gratiam faciendo, Auditori
coram quo cauſa huiuſmodi pendet, ſeu pende-
re contigerit, ut ſi per euentum litis huiuſmodi
ſibi conſtiterit, neutri ſeu nulli collitigantium hu
iuſmodi, in dicta eccleſia, ſeu ad illam cuius fru-
ctus, &c. ius competere quouis modo, ſeu ex cu-
iuſcunque perſona, ſeu per liberam reſignatio-
nem cuiuſuis, de illa in Rom. cu. & in manibus.
S. V. ſeu illius prædeceſſorum, ac apud ſedem A-
poſtolicam, uel extra eam, etiam coram notario
publico, & teſtibus ſponte factam, aut conſtitu-
tionem, execrabilis, uel aſſecutionem, &c. ſeu unio
nis diſſolutionem, uel ex quacunque prouiſio-
ne, ſeu commenda, ſeu unione etiam perpetua,
qualitercunque factis, ex quibuſuis cauſis nullis,
& inualidis exiſtentibus uacet, etiamſi deuoluta,
affecta, ſpecialiter, uel aliàs ex quauis cauſa, qua-
liſcunque ſit, & undecunq; reſultet, etiam diſpoſi
tiuè exprimenda, ſpecialiter reſeruata, litigioſa,
cuius litis ſtatus, &c. exiſtat, eidem D. Oratori, in
forma gratiæ, ſi neutri, ſi nulli, ſi alteri, aut aliàs,
prout utilius uidebitur, conferat, & aſsignet, ac
prouideat de eadē, concedere, & mandare digne
mini, de gratia ſpeciali. uel ſi neutri competit
ius, &c. dignetur. S. V. eidem D. Oratori confer
re, uel prouideri mandare. Non obſtantibus con
ſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis, cæte
riſq; contrariis quibuſcunque, cum clauſulis op-
portunis, FIAT VT PETITVR. I. & cum
abſolutione a cenſuris ad effectum, &c. & quòd
obſtantiæ beneficiales dicti D. ac uerus & ulti-
mus dictæ parrochialis eccleſiæ uacationis mo-
dus, etiam ſi ex illo quæuis generalis reſeruatio,
etiam in corpore iuris clauſula reſultet, necnon li
tis, & cauſæ huiuſmodi ſtatus, & datæ, ac indi-
cum, & collitigantium nomina, & cognomina,
necnon iura, etiam infecta, ac cauſæ nullitatis, ac
inualiditatis eorum, habeantur pro expreſsis, ſeu
in toto, uel in parte etiam diſpoſitiuè, regula con
traria non obſtante, exprimi poſsint. Et cum clau
ſula, quamcunque generalem reſeruationem im-
portan-

portante, ex quauis cauſa qualiſcunque ſit, & un-
decunque reſultet, etiam diſpoſitiue exprimen-
da, & de commiſsione, & mandato ut præfertur,
ac prouiſione una cum obtentis, & obtinendis, i-
ta quòd literę in forma gratię, ſi neutri, ſi nulli, ſi
alteri, perinde & etiam ualere, ac ſobrogationis
etiam in iure alicuius ex collitigantibus, etiam
quoad poſſesſionem, & alidas prout utilius uidebi-
tur, cum gratificatione opportuna, quatenus il-
li locus ſit, ſimul uel ſeparatim expediri poſsint,
& quatenus dicta parrochialis de iure patrona-
tus clericorum, ſeu laicorum, etiam nobilium,
ducum &c. exiſtat, cum opportuna illius dero-
gatione, ſi opus fuerit, attenta lite, & quod præ-
miſſorum omnium, & ſingulorum, etiam qualita
tum inuocation. denominati annexorum etiam
fructus &c. augendo uel minuendo, nec non co-
gnominum, aliorumque neceſſariorum, maior
& amplior ſpecificatio, & expreſſio fieri poſsit in
literis. FIAT. I. DATVM ROMAE &c. Illud
fiat. I. non ponitur in fine, ſed a latere clauſula-
rum, & in fine, ponitur ipſa data, hanc formulam
poſui, ut iuniores facilius pſpicere poſsint, quo
tendat noſtra diſputatio, ſolutionemque ad fun
damenta pro opinio. negatiua eliciant, & paucis
mutatis inſerui, & etiam pro gratia ſi neutri quæ
ab uno, ſeu vtroque excollitigantibus, impetrari
conſueuit, & de hoc reſcripto ſi neutri in fauo-
rem tertii non collitigantis, loquitur gloſſ. ſuper
regula. 32. colum. 2. uerſic. item, ibi & ſi pro colli-
tigante. D. Petr. Rebuff. ſuper concor. in for. man-
da. apoſto. in uer. aliud eſt reſcriptum gratiæ, in
prin. & in ſua praxi de reſcr. ſi neutri. in princi. &
nu. 10. & ſeq. pag. 194. Ex præmiſsis conſtat, quòd
ſaltem gratia ſi neutri pro tertio, dici debet prin
cipalis, & nõ acceſſoria, ſeu dependens, unde duo
tertii in gratis ſi neutri, ſub eadem data, ſuper be
neficio concurrent, & ſic ſub hac regula compre
hendentur, & licet ex ſupra adductis pro hac o-
pin. affirmatiua elici poſsit ſolutio ad contraria,
illis tamen ſigillatim reſpondebo. Non obſtat pri
mum, quòd gratia ſi neutri ſit acceſſoria, ſeu de-
pendens, quia Sarnenſ. adductus id non probat,
& contra eum cenuit D. Petr. Rebuff. ſuper praxi
de noua prouiſione pag. 146. num. 13. uerum in ſi
neutri pro tertio (ut ſupra oſtendi) omnis ceſſat
difficultas, quia illa erit gratia principalis, & de
per ſe à nulla alia pẽdens. Non obſtat ſecundum
quia dato quòd hæc gratia diceretur conditiona
lis, eſſet reſolubilis, probato quòd nulli ius com
petat, & a pari procedunt aliquid eſſe purum a
principio, uel ſub conditione, ea poſtmodum ue
rificata, puri enim & purificati idem eſt iudi-
cium. ad. l. ſi pupillus, in fi. ff. de cond. inſti. l. ſed ſi
de ſua. §. ſi ff. de acqui. hære. l. fi. §. cum mihi. uer.
ſed ruſus. & ibi no. Aret. ff. de uerb. obli. & l. fi. §.
titius. & ibi no. Ange. & alii. ff. de uulga. & pupill.
8 Gratia igitur † ſi neutri, potius pura dici debet,
reſoluenda per conditionem non impletam, præ
ſertim ſi Papa conferat in euentum quòd neutri,
ſeu nulli ius competere conſtiterit. argumen. tex.
in. l. 2 ff. de. in diem a die. & ibi gloſſ. 2. quæ com-
muniter approbatur per docto. ibi, & eam ſequi
tur Bar. in. l. quibus diebus, §. quidam titio. in ul.
oppo. ff. de condi. & demon. Ancha. conſil. 69. cõ
tra donationem. colum. fi. uerſic. item conſiderã-
dum. Inſuper dato quòd gratia, ſi neutri, eſſet
conditionalis, ideo non differret ſpecifice ab a-
liis gratiis prouiſionum, ſeu collationum, quæ e-
tiam habent tacitam cõditionem, ſi beneficium
tunc uacet. Ad tertium quòd in gratiis, ſi neutri
non cadat concurſus datarum, ſed concurſus col
lationum, poſtquam apparuerit neutri ius com
petere, reſpondeo quantum ad rem noſtram at-
9 tinet, quòd imo † data attenditur principaliter,
& interduos ſimilem gratiam habentes, cæteris
paribus, & uerificato quod neutri ius competat,
præferetur habens priorem gratiam, uel fortio-
rem, nec iſtud negat Geminia. (ſi bene eius mens
conſideretur) in præalle. conſil. 79. poſt numer.
10. & hæc mea opin. probatur etiam ex præalleg.
conſil. Pariſ. 101. num. 10. & conſil. 117. nume. 25.
& 46. uol. 4. ubi uult, quod ſi concurrant duæ gra
tiæ in eadem data, ſi neutri, nec appareat de prio
ritate, ambæ gratiæ erunt inualidæ, niſi princeps
aliter declaret. ex quibus duo colligo: primum
quòd ſi appareat de prioritate alterius ex gratiis
ſi neutri, ſub eadem data conceſsis, illa præuale-
bit. Alterum quod ſicut ſi Papa declaraſſet ex
poſt, quam gratiam ſi neutri uellet eſſe potiorẽ,
illa alteri præualere deberet, ita dicamus in caſu
noſtro, ex quo antea per Regulam noſtram de-
clarauit, ex duabus gratiis ſub eadem data, potio
rem fore ſignaturam per fiat, illa per conceſſum
ſignata. Et tanto magis hæc procedunt in dua-
bus gratiis ſi neutri, ſub eadem data tertiis non
collitigantibus conceſsis: quia (ut ſupra oſtendi)
iſti non differunt in effectu & ſpecifice, ab aliis
prouiſis per obitum, ſeu alias. Inſuper fortius hęc
procedent in habẽtibus gratias, ſi neutri, quãdo
Papa ex tunc per ſe ipſum prouidet, in euentum
quod neutri, ſeu nulli ius competat, quod ma-
gis expediens & tutum eſt, ut etiam aduertit D.
Petr. Rebuff. in praxi de reſcripto, ſi neutri. nu. 4.
pag. 194.

SVMMARIVM.

1 *Si concurrant habent gratiam per ſimplex fiat, & alter per duplex, an ſit locus Regulę, & an illa per duplex alteri præferatur.*

2 *Signatura per duplex, fiat, quæ dicatur & nu. 5.*

3 *Geminatione eiuſdem uerbi uel dictionis utimur ad maiorem uim, & efficaciam noſtræ intentionis oſtendendum.*

4 *Dictio, tu tu, geminata ſtat reſtrictiue.*

6 *Sub ſignatura per ſimplex fiat, non uenit dignitas cum canonicatu.*

7 *Reſcriptum contra ſtilum Ro. Cu. ſignatum falſi ſuſpitione non caret.*

8 *Vinculum duplex ſimplici fortius eſt.*
9 *Geminatio uerborum quæ dicatur.*
10 *Reſponſio iuxta interrogata intelligi debet.*
11 *Si petatur generalis abſolutio a pluribus excommunica tionibus, facta ſimplici conceſſione ea ad omnes peti- titas extendetur.*

1 VNdecimo quæro quid ſit concurrant
habens gratiam per ſimplex fiat, &
alter per duplex, an ſit locus Regolę,
& an ille per doplex alteri præfera-
tur? In primis quia habemus alias
Regulas (de quibus infra) quæ utuntur iſto ter-
mino per ſimplex & duplex fiat, & quia quæſi-
tum noſtrum eſt ambiguum, quomodo accipi
debeat illud duplex fiat, ſuper hac interpretatio-
ne ante omnia inſiſtendum eſt. Duobus modis
2 hæc intelligi poſſunt. Vno quòd † ſignatura per
duplex, fiat, illa dicatur, quando idem uerbum,
fiat, geminatur, hoc modo uidelicet fiat fiat l. iu-
xta pſalmum 40. in fi. ubi dicitur, Benedictus
Deus Iſrael a ſeculo & in ſeculum, fiat fiat. & pſal.
71. in fi. Iudith capi. 10. Et dixerunt illi qui illic
erant omnes, una uoce, fiat, fiat. & cap. 13. & per
Cardi. conſil. 88 capitulum Ciuitaten. poſt num.
4. uerſic. Imò prima facta fuit in concilio prouin
ciali, clamantibus omnibus, fiat, fiat. Per ſimplex
3 quando dicitur fiat. & iſta † geminatione eiuſ-
dem uerbi, ſeu dictionis utimur, ad maiorem
uim, & efficaciam ac deliberationem noſtri ani
mi, ſeu noſtræ intentionis oſtendendum, iuxta il-
lud: ſit ſermo ueſter, eſt eſt, non non. c. & fi. Chri-
ſtus. in prin. uerſ. Angelus quoque, de iureiur. &
ſæpiſſimæ in euangeliis ſcriptum inuenimus, a-
men amen dico uobis. faciunt nota. per Bald. &
cap. quoniam apoſtolica. quod eſt ult. (licet ipſe
poſt illud, conſtitionem Innocentianam ſubdat)
colum. 2. nume. 3. de offi. deleg. ubi, quòd dictio,
4 † tu tu, geminata, uel per te te, ſtat reſtrictiue, id
que propter hanc geminationem, alioquin di-
uerſum ſignificaret, ſequitur And. Barba. conſil.
34. præclare optimus, colum. 5. uerſ. & adduco ſi-
mile elegans quod uoluit Bald. lib. 2. & Ant. Cor
ſet. de uer. gemina. num. 3. uerſicul. octauo dictio
tu, ubi tamen corrupte allegat Bal. faciunt nota.
per omnes in. l. Baliſta. ff. ad trebellia. ubi conclu
dunt uerba geminata ſemper aliquid ultra opera
ri, quàm uerba ſimplicia. Bald. in. l. fructus. col. 2.
uerſic. item illa uerba geminata. C. de actio. em-
pti. Iaſ. in. l. nominatim. nume. 8. ff. de libe. & po-
ſthu. & Dec. conſil. 637. ubi de uerbis geminatis,
prolatis a teſtatore. Ex præmiſſis duo colligun-
tur, unum quòd iſte intellectus ſeu declaratio,
congruit noſtro quæſito. Alterum quòd de iure
procedere uidetur, ut duplex ſeu geminatum
fiat, ſimplici pręferri debeat. Altera interpretatio
5 eſt, quòd † ſignatura per duplex fiat ea ſit, quæ
bis repetitum, ſeu ſubſignatum, uel appoſitum
habeat illud uerbum fiat, uidelicet poſt corpus
ſupplicationis, & poſtea a latere clauſularum, uti
ad oculum oſtendi, ſupra in. 2. & in proxima præ
cedenti quæſtio. ſignatura per ſimplex fiat ea ſit,
quæ illud uerbum fiat, ſolum poſt corpus ſuppli
cationis continet, non repetitum poſtea a latere
clauſularum, quæ incipiunt. Et cum abſolutione
a cenſuris &c. & hæc eſt uera declaratio noſtri
quæſiti, & probatur ex Regula noſtra infra. 65. de
clauſulis in beneficiis uacantibus ponendis. in fi.
iuxta ordinem antiquum 65. iun. expoſitione gl.
ibi colum. fi. uerſic. item ponderanda ſunt uerba
hic, & concludit quòd illa ſit duplex ſignatura,
quando in corpore adſit, fiat, & poſtea in clauſu
lis ſimiliter, quòd gratia per ſimplex fiat dicatur,
quando ſolum ſemel, & in una parte tantum ap-
poſitum ſit illud uerbum fiat, probat regula in-
fra. 68. de religioſis recipiend. aliàs, 65. iun. gloſſ.
ibi in princi. & interpretare debemus. Rot. 560.
Cancellaria non conſueuit. in anti. in prin. quę eſt
eadem Biſi. 5. de reſcr. ubi de duplici ſignatura,
6 & quòd ſub † ſignatura per ſimplex fiat, non ue-
nit dignitas cum canonicatu niſi exprimatur de
dignitate, pro qua uideatur Feli. in. cap. nonne.
poſt prin. de præſump. ubi etiam loquitur de ſim
plici & duplici fiat. & in. c. ſuper literis. ante nu.
10. uer. ſimiliter dixit Rota. de reſcr. Ioann. Syl. de
beneficio part. 3. quæſtio. 12. in 39. qualitate. poſt
num. 26. & illam dec. dicit notabilem Sarnen. ſu-
per ſigna poſt nume. 5. uerſ. & ad hoc notabilem.
Ex ſupra adductis ſequitur quòd illa prima ex-
poſitio ſignaturæ per duplex fiat, non ſubſiſtat, &
illi Ro. Cu. ſtilus reſiſtat, imo ſi appareret ſignata
aliqua gratia, illo modo, Videlicet: FIAT
FIAT. l. uel per errorem unum, Fiat, additum
7 ſupponi deberet, uel illud † reſcriptum contra
ſtilum Ro. Cu. ſignatum, non careret ſuſpitionė
falſi. ad. c. porrecta. de confir. utl. uel inu. c. cauſam
quæ. 2. in fi. iun. glo. in uer. rationi. de teſti. Abb.
in c. ex parte. 2. nume. 7. de offi. dele. Lud. Roma.
conſil. 376. quæ eſt. num. 12. uerſi. ſecunda ratio
late Feli. poſt alios in. c. 2. in uerſi. ſtilus curiæ. nu.
16 de reſcr. Retenta igitur pro uera hac interpre
tatione ultima, de ſimplici & duplici, tam quo
ad effectum noſtri quæſiti, quàm quoad omnes.
Regulas quæ iſtis utuntur terminis, deuenio ad
principale quæſitum, & in primis concludo, ca-
ſum hunc eſſe a Regula noſtra omiſſum, ergo te
manere in diſpoſitione iuris communis, ſeu a-
liarum Regularum, ad. l. commodiſſime. ff. de li-
be. & poſthu. l. ſi cum dotem. in princ. ff. ſolu. ma-
trimo. l. ſi extraneus. ff. de condi. ob cau. Anchar.
conſil. 288. prima ſubſtitutio numer. 3. uerſicul.
ſed caſus ommiſſus. De iure communi plus uide
tur operari duplex fiat quàm ſimplex, tum quia
geminatio uerborum aliquid ultra operari de-
bet, ad ſupra adducta, tum quia in ſimili dicere
8 ſolemus, quòd duplex † uinculum, ſeu duplex fu
niculus, ſimplici fortius ſeu fortior eſt, in auten.
de conſan. & ute. fratri. ante fi. uerſic. & excludant
duplici utentes iure, eos qui uno ſolo uti poſſunt.
l. in adoptiuis. §. ſi uero pater. C. de adoptio. & §.

ſi uero

ſi uero pater.Inſti.eo.c.1.uerſic.& quoniam funi-
culus, de tregua, & pace.quantum uero ad Re-
gulas Cancellariæ,cum regula iuris ſit, quòd du
bium quod ſit ſuper una lege,ſeu conſtitutione,
uel ſtatuto.ab alia lege, uel conſtitutione uel ſta
tuto,declarationem, ſeu decisionem recipere de
beat.l.ut gradatim ibi & ita reſcripto diui Marci
continetur,ſecundum quod edictum declaratur,
& regulatur municipalis lex.ff.de mune.& hono,
l.ſi.C.de inoffi doti.in prin.Nos habemus Regu-
las Cancellariæ ſupra adductas uidelicet 63.de
clau.in beneficiis uacan.ponen.in fin.ubi exclu-
duntur clauſulæ ex quibus generalis reſeruatio
elici poſſit,niſi deſuper ſignatura per duplex fiat
ſignata ſit,& ſic ſola ſignatura per duplex fiat, &
nulla alia id operari poteſt, potentior ergo eſt
ſimplici,& regulam 68.de religioſis recipien.ubi
quòd ſuper ſimplici ſignatura per fiat, in literis
expediendis,limitari debet petitio ſupplicantis
ſe recipi in religioſum, & de quocunque benefi-
cio eccleſiaſtico prouideri, ut ibi quaſi aliud ſen
tiat ſi ſignatura fuiſſet per duplex fiat, alioquin
non erat opus exprimere ſimplex fiat ſeu ſimpli-
cem ſignaturam. per fiat. Accedit cancellariæ
ſtilus, qui ſuper ſignatura per ſimplex fiat, non
dat literas dignitatis cum canonicatu, prealleg.
dec. 560.Cancellaria non conſueuit, in anti.& ſic
aliud uideretur dicendum in conceſsis per ſigna
turam cum duplici fiat.Pro contraria opi.quam
teneo, uidelicet quòd imo(quantum ad noſtrum
propoſitum quæſitum attinet) ſignatura per du
plex fiat non plus operetur, quàm per ſimplex,
primo quoad ius commune, conſiderandum eſt
quòd nos non ſumus proprie in geminatione
9 uerborum † quæ tunc dicitur, quando idem uer
bum, nomen, pronomen, ſeu quæuis dictio, eo-
dem ſpiritu, ſeu eodem inſtāti duplicatur, ſeu ite
ratur, & hoc aut duplicando eandemmet ſim-
plicem dictionem, uel ex ſimplicibus duabus u-
nam compoſitam conſtituendo. In primo caſu
hoc mō, uidelicet, tu tu cognoſcas. ſeu decidas,
ſeu per te cauſa hæc terminetur, ad Bal. ſupra ad-
ductum in.c.ſi.num 3.de offic.dele.& alia ſupra
deducta.facit illud Virgi.in.4.Aenei.ſed moria-
mur ait, ſic ſic iuuat ire ſub umbras. hoc modo
procederet illa prima expoſitio (quam in princ.
præmiſi) uidelicet quòd ſignatura per duplex
fiat, illa ſit, quæ geminat idem uerbum, dicen-
do, fiat fiat, uerum quia illa non ſubſiſtit, illique
ſtilus ſignandi reſiſtit, eā miſſam facio, concludēs
quòd ſub exemplo dato, geminatio aliqua uerbo
rum in propoſito quæſito cadere non poteſt. Non
tamen omitto, quòd ſi philoſophice loqui ueli-
mus illa, duplicatio, ſeu geminatio nominis, ſeu
uerbis eiſdem, non plus operari debeat, quàm
ſimplex expreſsio ut probant uerba Platonis lib.
9. qui inſcribitur Parmenides, uel de uno om-
nium principio: quæ ſunt hæc? unum quodque
nomen, nonne ſuum habet ſignificatum? Habet.
Idem uero nomen uel ſæpius, uel ſemel pronun-
cias. Equidem utrum quando ſemel proferas, il-
lud appellas cuius eſt nomen: quando uerò ſæ-
pius non illud? An potius, ſiuè ſemel, ſeu iterum,
iterumque nomen idem pronuncies neceſſe eſt te
ſemper idem innuere? Idem ſemper. Nonne & ip
ſum alterum nomen eſt ad proprium aliquid ſi-
gnificandum impoſitum? Eſt. Quoties igitur no-
men hoc profers, neque aliud quicquam nomi-
nas, quàm id cuius hoc nomē eſt? Neceſſe. & quæ
ſequuntur. Alter modus per compoſitionem di-
ctionum diuerſarum, eſt ille de quo in.l.baliſta.
ff.ad trebell.ibi quantacunque pecunia, ubi etiā
glo.magna exponit, dum reſpondet contrariis,
ibi. Item in contrariis eſt ſimplex uerbum &c.&
Bar.in oppo.& illa ſolutio glo.& Bar, communi-
ter approbatur ut per Alex.ibi poſt num.6 & col.
fi.uerſic.& ulterius arguit gloſſ.neque hic modus
quæſito noſtro applicari poteſt, arguendo igitur
a ſufficienti partium enumeratione, ad.l.ex ma-
leficiis.§ hæres ff.de actio.& obli.l.ſi dotem.in fi.
C.de falſa.cauſ.adie.l.ad inſtructiones itinerum,
C.de ſacro eccle.non poteſt dici quòd ſimus in
geminatione uerborum, ſeu dictionum, & ſic
ceſſant omnia motiua, de geminationis ui, & ef-
ficacia facta, nec etiam alia ponderatio de dupli
ci uinculo, ſeu funiculo, quod magis ſtringat,
ſtringere uidetur, adducta enim ſupra numer. 8.
loquuntur quando funiculus. ſeu uinculum du-
plex, diuerſum eſt, ſeu a diuerſis principiis uel
cauſis procederet in caſu noſtro, licet appoſitum
ſit fiat in una parte, & poſtea fiat in altera, non
per hoc poteſt dici quod duplex uinculum, ſeu
duplex effectus reſultet. Ad omne autem contra-
rium tollendum, pondero, quod quando porri-
gitur ſupplex libellus ſignandus ipſi principi,
porrigitur integer, habens omnes clauſulas in
ſuis locis conſtitutas, dum autem ipſe princeps
ſubſignet in quauis parte, nō eſt curandum (quā-
tum ad ius attinet) nec etiam curandum, an ſe-
mel uel pluries manum ipſe princeps apponat,
ſeu in diuerſis locis ſignet, quia omnia ſimul cō
cedit, dicendo fiat, uel alias ſubſignando. Roma.
conſ 80 confirmanda.num.2.Rot. 377.nou.quod
ſi petatur.in anti.& .77.ſi petitur.in no. Alexand.
conſil.84.in cauſa uertente.num.7.lib.1.& conſil.
94.in cauſa & lite.num.3.uerſicu.ad hoc adduco
lib.2. Idem Alex.in Addi.magna ad Bar.in l.fi-
liusfa.uerſic.unum no.perpetuo. de dona.ſequi-
tur Aug Bero.in c.1.num.9.de offi.dele.Staphi.
ſuper ſigna.fol.140.ante finem. verſi. ideo ex mul
tis, & ſi quam primū papa dicat fiat, iam gratia
in inſtāti eſt perfecta, ut probaui ſupra q 2.nu 4.
non eſt expectandum aliud fiat, nec refert, ꝙ plu
ries iteretur illud uerbum, ſeu illa ſignatura, & cū
ſignatura ſit reſponſio ad interrogata, ſeu peti-
10 ta, & † reſponſio indeterminata ſit intelligenda
iuxta interrogationem, interrogationiſque qua
litates, & circunſtantias.l.ſi defenſor.§.1.ff.de in
te.actio.§.præterea & §.quoties. Inſti.de inut.ſti-
pula.l.legatorum.ff.de lega.2.Ludo.Roma.conſi.

455.in caſu nu.1.Bar.& alii in.l.1.§.ſi quis ſimpli
citer.&.§.ſi ſtipulanti.ff.de uer.ob.Soc.conſ.112.
num.4.uolum.4.ac Rui.conſi.43.lib.1.Signo.de
Homo conſil.72.in quæſt.uertenti. num.4.capit.
inter dilectos.§.cæterum.ibi quamuis ex forma
petitionis.iun.glo.in uer.petitionis . de fid.inſtr.
Aret.Alex.& Iaſ.poſt antiquos in.l.ſi mei ſerui.§.
1.ff.de lega.1.illud reſponſum principis, fiat,reſ-
picere debet omnia petita,iuxta ſuas qualitates,
prout etiam in terminis ſignaturæ concludit Ca-
ro.Rui.conſ.165.arbitror abſq; dubio . poſt prin.
uolum.5.Abb.in.c.cum pro cauſa. col.fi.uerſicu.
primo membro ſi indeterminate. de ſenten.ex-
com.ubi uult quòd ſi petatur generalis abſolu-
tio a pluribus excommunicationibus facta ſim-
11 plici † conceſſione,ea ad omnes petitas extendi
tur:ſequitur Feli.in.c.ſuper literis num.9.uerſic.
adde etiam.ubi plura alia ad rem noſtram facien
tia adducit.de reſcrip.& faciunt adducta ſupra
poſt num.9.Inſuper ſiue dicamus illud unicum
fiat, appoſitum poſt corpus ſupplicationis & ſic
in fine gratię principalis , ſeu poſt clauſulas ſub-
ſtantiales ipſius prouiſionis,omnia præcedentia
reſpicere debet.ad.l.talis ſcriptura. ff.de leg.1.&.
l.ſi pepercerit.§.filius & ibi Bar.colum.1.& 2.&
Iaſ. num.2.ff.de libe.& poſthu.c.olim in fi.ubi de
clauſula in reſcripto.de reſcrip.ſiue dicamus ſub
ſcriptionem, ſeu ſignaturam eſſe in medio, uide
licet poſt corpus ſupplicationis , & ante clauſu-
las incipientes, & cum abſolutione &c.tunc il-
lud uerbum,ſeu clauſula præcedentia & ſequen-
tia reſpicere debet, Bar.in dicto.§. filius. numer.
7.c.2.requiris & ibi Abb.anti.in princ.& panor-
mi.in.4.not.de appella.& ille tex.in uerſicu.nihil
enim intereſt,ſatis ad rem noſtram facit, & pro
præmiſsis etiam adduci poſſunt tradi.per Feli.in
c.cauſam quæ.num.4.de reſcrip.Ex præmiſsis ſe-
quitur, quòd de iure communi nihil uere & rea
liter, iuxta terminos noſtros , adduci poteſt , ad
oſtendendum quòd duplex ſignatura per fiat,
ſimplici præferatur.Quantum uero attinet ad re
gulas cancellariæ.65.&.68.ſuper quibus ſcribo,
& alias ſimiles , ſiquæ ſint , & ad ſtilum cancella-
riæ de quo per.Rot.560.in anti.& Felin.in.c.non
ne.in princ.de præſum.breuiter reſpondeo quod
in propriis terminis ſuper quibus diſponunt ſer
uari debent,terminoſque illos non excedent,præ
ſertim in materia exorbitanti . Imo arguendo a
ſpeciali ad tex.in.l. quod uero.&.l. ius ſingulare.
ff.de legi.c.præſente & ibi gloſſ.quæ ad hoc pro
notabili habetur in uer.ſpecialiter. de præbend.
libr.6.Regulæ illæ & ſtilus prædictus Cancellarię.
potius confirmabunt hanc noſtram ultimam o-
pinion.ſi enim illa ſignatura per duplex fiat , in
illis caſibus ſpecificatis procedit , ergo non in
aliis.

SVMMARIVM.

1 *Quæ ſignatura præualeat quoad effectus Regularum cãcellariæ, & alios,an per fiat,an per fiat ut petitur.*

2 *Taciti & expreſſi par eſt uirtus.*

3 *Expreſſum etiam dicitur illud quod tacite ineſt.*

Inter ſocietatẽ expreſſam & tacitam an differentia cõſtitui poſſit.

4 *Signatura per fiat ut petitur,diuerſa eſt, & diuerſæ ſpeciei a ſignatura per fiat.*

5 *Etiam,dictio adducitur caſui magis dubitabili,& præmittit ſeu implicat minus dubitabilem.*

6 *Cle.Papæ VII.etiam ſcienti feudatarios non denunciantes aduentum inimicorum,eique auxilium non præſtantes a feudis cecidiſſe.*

7 *Tacito & expreſſo concurrentibus,ſeu aduerſantibus,expreſſum uincit tacitum.*

8 *Subſtitutus coniuncto præfertur.*

9 *Signatura per fiat ut petitur,tollit obſtantia de quibus in genere facta eſt mentio.*

10 *Obſtantia non tolluntur per clauſulas generales ſub quacunque ſignatura.*

11 *Supplentur defectus in literis expreſſi,uel ſupplicatione per fiat ut petitur ſignata.*

12 *Regularum modernarum contra aliquos ſtructores author inuehit.*

DVodecimo quoad effectus Regularũ
1 cancellariæ, & alios,quæro † quæ ſi-
gnatura præualeat, & potentior ſit ,
an p̃ fiat,an per fiat ut petitur? Tres
opinio.adduci poſſunt:prima quòd
ſignaturę ſint inter ſe pares,petenti enim ſeu ſup
plicanti, ſiue Papa reſpondeat fiat ut petitur,ſi-
ue reſpondeat fiat, tacite ſubintelligitur , ut pe-
titur, tum quia iuxta petitionem regulari , in
dubio cenſetur reſponſio, & ſignatura , ad tradi.
in proxima præcedenti quæſtio.nume. 10. tum
2 quia † taciti & expreſsi idem eſt iudicium . l. ſi
cui . ff. de ſeruitu. l. cum quid . ff. ſi certum pe-
tatur.l.res ff.de iure doti. Immo etiam ſi tacitum
exprimatur , nihil ultra operatur.l.3.ff.de legat.
1.l.non recte. ante fi.C.de fideiuſ.Abb.poſt gloſſ.
in.c.ſignificaſti.num.6.de electio.ubi dicit hanc
3 eſſe iuris regulam , imo † expreſſum etiam dici-
tur illud , quod tacite ineſt & ex mente colligi-
tur.l.prætor ait.in prin.& ita communiter ad hoc
no.illum text.cum gl.Angel.ibi & alii.ff.de no.o-
per.nuncia.inno.in.c.2.eo.in princ.in uer.remiſ
ſionem. Felin.in capitul.tranſlato. colum.2.circ.
medium.uerſicul.ad idem quod no. Ang.de con
ſti. Curt.Iun.conſil.139.præſupponitur in facto
colum.2.poſt numer.4. Et licet nonnulli differen
tiam conſtituant inter ſocietatem omnium bo-
norum expreſſam, & tacitam , quia in expreſſa
ueniant omnia undecunque quæſita , at in taci-
ta ſolum,quę proueniant ex quęſitu. l. coire.cum
l ſeq.& glo.in.l. cum duobus.§.ſocium ff pro ſo-
cio.Alex.conſil.48.diligenter.num.4.& ſeq.lib.1.
Illa tamen differentia non ſubſiſtit, & communi-
ter reprobatur,quicquid dicat Alexan.ubi ſupra
Dominus meus conſil.68.colum.3.uerſic.ultimo
non ob.& colum.ſeq.ac conſ.548.numer.5.Rui.
conſil.104.colum.9.uerſ.Non ob.etiam ſexta ra-
tio.

tio lib.1 & Roland. de Valle.conſilio 91. reuoca-
tur. nume.28.& ſequen.lib.1. ſequitur quòd ex-
preſſio illa,ut petitur, nihil operabitur ultra uer
bū,fiat,& ſic fiat,& fiat vt petitur, idem pœnitus
operabuntur. Secunda opinio adduci poteſt,
quòd ſignatura per,fiat,abſque illo adiuncto, ut
petitur, ſit diuerſa à ſignatura, fiat, ut petitur,il
liq; præualeat, ad hæc pondero text. noſtræ re-
gulæ ibi, ex iis per, fiat, etiam, ut petitur ha-
bens,&c. illa dictio,etiam,poſita ante uerba, ut
4 petitur, neceſſario infert quòd † ſignatura per,
fiat,ut petitur,ſit diuerſa,& diuerſæ ſpeciei, a ſi-
gnatura per,fiat,ad tex.in l.a.& ibi gloſ. in prin-
cip.C.de teſti.C.etiam chirogra.in rubr. & in ui-
gro.cap. in tantum. uerſicu. prauam etiam, de
ſimon.clemen.uni.ibi etiam ſi dignitas, &c. iun-
cta gloſ. in uer. etiam, de ſequeſt. poſſeſſ. Ex ea-
dem ponderatione ſequitur etiam alterum, ui-
delicet,quòd ſignatura per,fiat,ſit fortior,poten-
tior,& ualidior illa per,fiat, ut petitur, dictio e-
5 tiam adiicitur caſui magis dubitabili, & præmit
tit,ſeu implicat minus dubitabilem.l.etiam inui
tis.ff.de acquirend.re.dom.l. etiam aureos.ff.de
uerborum ſignificatio.l.ſeruitutes prædiorum.§.
fina.ff.de ſeruitu.gloſ.in l. quod ſi minor.§.reſti-
tutio.in uer.uenditione.ad finem.ff.de mino. gl.
in l.illud.ff.ad leg. Aquil.cap.uni. in principi. de
commo. iun. declaratione Ioan. Andreæ.ibi. co-
lum. 2. in uer. etiam. cum enim text. ibi dicat,
quòd gratia ſui tantum commodatū accipiens,
tenetur etiam de leuiſſima culpa,implicat quòd
teneatur de lata,& leui,facit tex. in cap.uni. poſt
princip. ibi etiam ſi epiſcopus intereſſe habeat,
ubi ampliatur deciſio præmiſſa ad caſum magis
dubitabilem.ne ſede uacan. lib.6.cle. grauis. ibi
populos etiam interdictos,de ſenten. excommu.
Pariſ. conſil.144. ſcripſeram pridie.num.15.uol.
4.ſi igitur maius dubiū eſt,an ſignatura per, fiat,
ut petitur,quam per, fiat, præferatur ſignaturæ
per conceſſum,neceſſario ſequitur,quòd illa per,
fiat,ſit potentior illa per,fiat, ut petitur. Inſuper
pondero quòd omnes clauſulæ huius regulæ, ab
unico uerbo,præferatur,in fine poſito reguntur,
& terminantur, pariformiter igitur, & æqualiter
omnes clauſulæ huiuſmodi intelligi, & determi-
nari debent,ad text.in l.nam hoc iure. uerſic. ſed
ſi alter. ubi omnes.ff.de uulga.& pupilla.l.2.& l.
quamuis.C.de impube.Grat. reſpon.1.num.26.
lib.1.ubi pulchrè concludit,feudatarios,qui non
6 denunciarunt aduentum inimicorum †Clemen.
Papæ VII.etiam ſcienti, illiq; auxilium non
præſtantes,a feudis cecidiſſe. Vnde ſicut ultima
uerba ibi, etiam motu proprio ampliant, quod
præmiſſum erat de ſignatura per conceſſum, ita
præcedens clauſula ibi,etiam ut petitur, amplia-
re debet,quod præmiſſum erat de ſignatura per,
fiat,ut dicamus, ſignatura per, fiat,præfertur ſi-
gnaturæ per conceſſum. amplia etiam ſi illi ad-
datur ut petitur,& iſti motu proprio,& ſicut mo
tus proprius ſignaturę per conceſſum robur adij
cit, ita econuerſo ſignaturæ per, fiat, uerba, ut
petitur,detrahere, illamq; debiliorem reddere
debent. Tertia opinio erit,quòd ſignatura per,
fiat, ut petitur, potentior, & præſtantior ſit illa
per,fiat,& imprimis illud adduco, quod in no-
ſtro dubio concurrunt tacitum,& expreſſum, ui-
delicet, ſignatura per,fiat, ut petitur, & ſic quid
expreſſum,& ſignatura per, fiat, & ſic quid taci-
tum,ſubintelligitur enim ut petitur,ut ſupra o-
7 ſtendi † tacito autem,& expreſſo cōcurrentibus,
ſeu aduerſantibus, quando neceſſe eſt aliud tol-
li è medio,expreſſum uincit tacitum.l.a.§.ſi duo.
iun. ſummario. Bart.ff. de bono. poſſeſſ. ſecund.
tabu.l. penul.iun.glo.in uer. ſubſtitutus.ff.de in-
8 iuſt.& irrit. teſta. ubi quòd † ſubſtitutus ex quo
uenit ex expreſſa uoluntate teſtatoris, præfertur
coniuncto,qui uenit ex tacita.& l.vni.§.in primo
iun. ſummario Bald.& §.ſequen.C. de cadu. toll.
authen. hoc amplius.C. de fideicomm.l.cum ex
filio.§.filio impuberi,& ibi Iaſo. in 1.not. ubi ex
iis limitari dicit illam regulam,quod taciti & ex
preſsi ſit par uirtus.ff.de uulga. & pupill.Inſuper
9 habemus quòd ſignatura per, fiat, † ut petitur,
tollit obſtantia,de quibus in genere facta eſt men
tio, uulga. conſ. Bot. 2.in princip. & poſt num.3.
uerſicu.nam in gratia Papa ſignat,fiat, ut peti-
tur, &c. & conſ.49. quod eſt quaſi idem, & forte
errore impreſſorum repetitum,ſequitur Felyn.in
cap. ſuper literis. nume.9.in 4. regula. & in cap.
nonnulli. colum.7. in 2. fallent. uerſicul. addatis
primo But.de reſcrip. & Sylu. de bene. parte 3.
quæſtio.12. in 19. quali. poſt nu. 26. Nos autem
non habemus,quòd per ſignaturam per,fiat,abſ-
que illis uerbis,ut petitur, uel aliam quamcun-
que ſignaturam,abſque motus proprii clauſula,
10 obſtantia ſub clauſulis generalib.tollātur: † imo
contrarium uidemus, addita clauſula, quòd te-
nores habeantur pro expreſsis, iuxta ueriorem
opinionem, pro quibus adduci poteſt text. in l.
ſiquis.in princip.teſta.ff.de lega.3.ubi ſi teſtator.
in principio teſtamenti dixerit, cui bis legaui,
uolo ſemel deberi, & poſtea ſcienter eidem ſæ-
pius legauit,non aliter poſterior uoluntas præ-
ualet, quòd ſæpius debeatur, q̃ ſi ſpecialiter di-
xerit in ſecunda uoluntate, quòd prioris uolun-
tatis eum pœnitet,facit conſ.Feder. de Sen. 283.
caſus talis eſt.num.2.Calder. conſ. 11. habet or-
do. ſub titu.de priuileg. Cardinal.conſ.130. fal-
ſum ſe habet. nume.14. & ſequent. uerſicul.item
princeps dando clauſulam, &c. Paul. Caſtrenſ.
conſil. 35. paſſus iſte eſt dubitabilis. libro. 1. &
iuxta aliam impreſsionem. 277. Felyn.in addit.
ad prin.oper. Abb. ſuper decreto.colum.4.uerſi.
Et intelligerem ſanè.Pariſ.conſil. 42.quantum ad
alternatiuam.num.16.cum pluribus ſeq.uolum.
4.Item quantum ad regulas cancellariæ attinet,
uidemus, quòd literæ concedi non debent pro
11 †ſupplendis defectibus,niſi ſint expreſsi, uel niſi
ſupplicatio ſignata ſit per,fiat,ut petitur, infra re-
gula 41. iuxta ordinem modernum,de ſupplen.
defecti-

defectibus,aliàs.39.& gloſſ.ibi ante fin.uerſicul.
item non ſufficeret.dicit , quòd ſi ſupplicatio ſi-
gnata eſſet per fiat , non addito,ut petitur , non
ſufficeret,& ſic clare ex illa Regula colligitur, prę
ſertim iun.opi.glo.ibi , quod potentior eſt ſigna
tura per fiat, ut petitur , quàm per fiat, pro regu
la prædicta,& qui defectus ſuppleantur,uideantur
Sarnenſ.in compendio utriuſque ſignaturæ.
num.69.& ſequ.Inſuper pro hac opinione quòd
potentior , & præſtantior ſit ſignatura per fiat ut
petitur,quàm per fiat,uideatur tex.clarus in re-
gula 50.iuxta ordinem antiquum , quæ diſponit
ſuper defectu natalium pronobilibus & gradua-
tis : nec quis miretur quòd illam Regulam non
citem iuxta ordinem modernum,optarem enim
quod in modernis Regulis illa non contineretur,
uel non ſic proot iacet, & ſiquis exquiſitius a
me petat , non poſſum non inſurgere contra ali
quos noſtræ ætatis, qui potius ſunt ſcriptores,
4 quam ſtructores † regularum , quorum nonnul-
li parum ad uerba regularum , & minus ad ſen-
ſum , ſeu mentem forte aduertentes , illas iuxta
moderniores , moderniorumque exemplum im-
primi curant , quo fit ut ne dum per additionē,
& ſubtractionem clauſularum , ſeu dictionum
dubia quæ in dies naſcuntur non tollantur, imo
omnes illi defectus qui errore impreſſorum, uel
aliorum in dies oriuntur,ſeu apparent iterantur,
& conſeruantur, quod facile apparebit in regu-
lis huiuſmodi uerſatis,& poſtquam in hanc regu
lam 50.incidimus , qui uidere uoluerit an iuxta
ordinem modernum ſit mendoſa,incipiat ab illa
Pau.III.uſque ad nouiſſimam , & quod annui ,
apertius penetrabit,utinam maturius(ſi mihi id
fateri licet) regulæ huiuſmodi Cancellariæ truti
narentur,conſtruerentur, compilarētur,duoque
ſacræ Rotæ Auditores, duo Abbreuiatores,toti-
demque non ignari,& ignaui Aduocati , & pro-
curatores ad eas fabricandum , atque in melio-
rem formam reducendum,&(ut ita dixerim) re-
ſarciendum , adhiberentur , iuxta morem anti-
quum de quo per Gugliel.Caſſad.dec.3.num.2.
ſub tit.de reſeruatio. Et forte melius eſſet regu-
las inutiles & quæ membranas occupant , libris
tollere , aliquaſque quoad quædam reſecare,reli-
quas uero in unum uolumen , redigendo , perpe
tuas , & omni ęuo duraturas conſtituere , quod
ſub hoc optimo,& ſapientiſſimo principe(ſi bel
la ceſſarint) facile euaſurum fore ſpero. Ad rem
noſtram redeundo, quòd præſtantior , & poten-
tior ſit ſignatura per fiat ut petitur , probatur
etiam clare per regulam 53.iuxta ordinem mo-
dernum , ſub rubr.de incompatibilibus , & per
regulam 62.de temporibus Indulgentiarum , &
per regulam ſeq.de beneficiis uacantibus.

SVMMARIVM.

1 Quis præferatur an habens ſignaturam per fiat ut peti-
tur,an per fiat motu proprio.
2 Partis appellatione uenit dimidia.
3 Motus proprius tollit obſtantia,& æquiparatur clauſu-
læ non obſtantibus.
4 Motus proprius an tollat defectus.
5 Motu proprio habens gratiam,cæteris paribus quibuſcun
que aliis præfertur.
Amplia etiam ſi non habens motu proprio prius præ-
ſentauerit num.6.
7 Expectans cum clauſ.motu proprio.præfertur alteri ſub
eadem data diligentiori in præſentando.

1 DEcimotertio quæro † quis præferatur.
an habens ſignaturam per fiat ut pe-
titur,an uero per fiat motu proprio?
uidetur dicendum quòd ſignaturæ
præfatæ ſint pares , æquales , & eiuſ-
dem potentiæ,ſeu inter ſe ſint ut excedentia , &
exceſſa . primum probatur trib.ſuppoſitis,quo-
rum unum ſit , quòd clau.motu proprio,aliquid
ultra in ſignatura per conceſſum operatur , alio-
quin fruſtra addita fuiſſent illa verba in noſtra re
gula,etiam motu proprio , & quod ubique mo-
tus proprius aliquid plus operetur probabitur
infra . Alterum eſt, quòd eſto quòd motus pro-
prius ſignaturæ,& cuicunque actui uim, & robur
adiiciat , non per hoc tantæ eſt potentiæ , ut inæ-
quales ſignaturas,æquales efficere poſſit , ut pa-
tet in regula noſtra , ubi ſignaturam per conceſ-
ſum , illi per fiat inferiorem , eidem æqualem ,
ſeu ſimilem non reddit , & ſic aliquid addit , ſed
non tantū,ut ſignaturam,ſeu gratiam omnino im
mutet. Tertiū erit,quòd clauſ. ut petitur,addita
uerbo,fiat,etiam aliquid vltra operatur ut proba
tuū fuit per plures Regulas cancellariæ,& per do
cto.auctoritates in proxima præcedenti quæſtio.
dicamus igitur , quòd ſicut clauſ.ſignaturæ per
fiat, aliquid roboris adiicit,ita & clau.motu pro
prio,& quem,quantum ad rem noſtram attinet ,
non conſtat quod plus operetur una clau.quàm
altera, eas indubio æquales ſupponamus, prout
in ſimili uidemus,quòd portiones ſeu partes in
ter ſe poſſunt eſſe diuerſæ, una maior , uel maxi-
ma,altera minor, vel minima, argu.tex.in.l. uxori
uerſicu. Reſpondi , eam omnem partem , in qua
morari cum familia ſua conſueuiſſet . ff. de leg.
2 3.tamen in dubio † partis ſeu portionis appella
tione uenit dimidia.l.nomen filiarum.§.portio-
nis &.l.recte.§.ſi.ff.de uer.ſign.l.etiam.ff.de uſu-
fru.cap.2.§.1.de dec.libr.6.l.de ætate.§.ſi interro
gatus.ff.de inte.actio.l.ſi quis aliquid ex metallo
§.qui abortionis,iun.gl.in uer.amiſſa.ff.de pęnis.
l.plures,iun.gl.in uer.adiectione.ff.de dam.infe.
glo.in cle.1.in uer.aut earum parte.& ibi Cardi.
quæſti.9.de fo.compe.gloſſ.in.l.plane.§.ſed & ſi
quis ita leget,in uer.pro parte.ff.de legat.1.gloſſ.
in uer.partiaris.in l.ubi purè,quæ eſt 19.ff.ad tre
bel.Bar.in.l.2.in.1.not.C.quan.& qui.quar.pars
debe.lib.10.ſicut igitur partes æquales in dubio
præſumuntur , ita & prædictæ clauſulę , unde ſi
uerbo,fiat, addamus , ut petitur ; ruſus eidem
uerbo,

uerbo, fiat, addamus motu proprio, ſi clauſula, ut
petitur, & altera motu proprio erunt æquales, eri
mus in 2. animi conceptione Euclidis, quod ſi æ-
qualibus æqualia adiiciantur, omnia erunt æqua
lia. Inſuper paritas iſtarum clauſularum oſtendi
tur, ſicut enim ſignatura per, fiat, ut petitur, tol-
lit obſtantia, ſeu æquipollet clauſulæ non obſtan-
tibus, ad ea quæ ſupra adduxi in proxima præce-
3 den. quæſt. nu. 9. ita † motus proprius tollit obſtã
tia, & æquiparatur clauſulæ, non obſtãtibus. Bal.
in l. omnes. C. de quadrienn. præſcript. Ancharan.
conſil. 20. uiſo prædicto. poſt prin. uerſi. præterea
effectus, & poſtea ibi, ſiue dicimus in clauſula,
motu proprio. Et num. 2. ibi diſtinguendum, ut
tam in clauſula non obſtante, &c. Felyn. in c. non-
nulli. colum. 15. uerſi. fallit tertio, de reſcr. Rebuf.
ſuper concor. in forma manda. apoſto. in 25. effe-
ctu pag. 578. & in praxi beneficiaria. in 3. par. ſi-
gnat. nume. 17. pagi. 118. ubi de ſignatura, fiat
motu proprio, & quod ea ſtante non ſit opus ap
ponere illam clauſulam, & quod obſtantiæ bene
ficiales, ſicut etiam ſignatura, per, fiat, ut petitur
4 ſupplet defectus, ita & † motus proprius tollit,
ſeu purgat defectus. l. imperialis. §. ſimiles. & ibi
Angel. C. de emptio. declarando tamen, ut per
Alexand. in l. quidam conſulebant. num. 13. ff. de
re iudica. Dom. in c. 1. num. 10. uerſi. not hic quod
operatur. de fil. præsby. lib. 6. Fel. in c. conſtitutus.
num. 7. de reſcrip. Rebuf. ubi ſupra. in 23. effectu.
pag. 577. iunct. his quæ ſubdit pag. 585. uerſ. 10.
non inducit diſpenſationem, per Sarnenſ. ſuper
ſignatu. 17. poſſent alia adduci ad proband. æ-
qualitatem iſtarum clauſularum; uel quòd ha-
beant ſe, ut excedentia & exceſſa. Contrarium ta
men ego concluderem, uidelicet, quòd ſignatu-
ra per, fiat. motu proprio. præſtantior, & potẽtior
ſit illa, per fiat, ut petitur. in primis infinita opẽ
ratur clauſula, motu proprio, de quibus per Lu-
douic. Roma. conſi. 327. iſta ſunt. colum. fin. nu. 9.
& ſeq. conſi. 348. quæritur. in fi. & conſi. 376. quæ-
ſtio eſt. num. 8. per Imo. Abb. Feli. colum. 10. uerſi.
prima reſtrictio, & alios. in c. cæterum. de reſcrip.
per præceptorem meum Do. Philipp. Dec. conſil.
341. colum. 2. Socin. conſi. 115. fundata eſt. nu. 2.
lib. 3. Staphi. ſuper ſignatu. par. 1. titul. de ui, & ef
fectu clauſularum. fol. 83. & ſeq. uerſi. ſubſequen-
ter ſtatim: & nouiſſimè per Rebuf. ſuper concor.
in præalleg. form. manda. apoſtol. pag. 575. & ſe-
quen. ubi cumulat quadraginta ſeptem effectus,
quorum paucos ſignaturæ, per fiat, conuenire, re
peri. Verum (utcunq; ſit) priuilegia clauſulæ, fiat,
ut petitur, a regulis cancellariæ ſupra citatis ori-
ginem, & uires ſumunt, & cum regulæ ſint ſtricti
iuris, & ſtatutis æquiparentur: Caſſa. deci. 16. nu.
5. & dec. 23. nu. 6. de prob. & decif. 35. ſuper regulis
Sarn. in 2. q. proœ. regularum. nu. 4. uerſi. quia imò
& in 5. q. reg. de imp. ben. uiuen. per obit. familia-
rium Card. nu. 2. & poſt nu. 3. reſtringendi erunt
effectus ſignaturæ prædictæ quoad fieri poſſit, ut in
illis propriis terminis, quæ regulæ illæ diſponunt,
& cũ oib. circunſtantiis, locũ ſibi uendicẽt, & nõ
aliàs. Poſtremò quantum ad propoſitũ quæſitũ
attinet, ſiue loquamur, de iure cõi, a quo cõſtitu
tiones & ſtatuta interpretationẽ recipere debẽt,
ad l. ut gradatim. uerſi. & ſi lege municipali. ff. de
mune. & hono. c. dilectus. uer. cæterũ cum ſupra-
dictum ſtatutum. de conſue. c. ad audientiã. iun.
glo. in uer. in apoſt. & glo. ſeq. de cleri. non reſid.
Roma. in l. ſtipulatio iſta col. 2. num. 8. ff. de uerb.
5 obl. hẽmus, quod † motu proprio habens gratiã,
cæteris paribus, quibuſcunq; aliis, & ſic quamcũ
que ſignaturam hñtib. præfertur. Ioan. And. in c. 1
duob. col. 3. nu. 6. & ante uer. ſed quo ſi cæteris pa-
ribus. de reſcrip lib. 6. & ibi Phil. Franc. nu. 13. Io.
de Syl. de beneficio. par. 3. q. 35. nu. 2. & ante. Ae-
ne. de Falco. in tract. reſerua. ante fin. 2. præludii.
nu. 4. ibi licet reddat gratiam fauorabilem quo-
6 ad prorogatiuam. fol. 3. † Ampliatur ẽt ſi alter non
hñs gratiam motu proprio, prius pſentauerit. Fe
de. de Sen. in tract. permu. q. 1. poſt nu. 2. poſt Io.
And. ubi ſupr. ſequitur Mil. in reper. in uer. gratię
expectatiuæ ſi ſint duobus ſub eadem data con-
7 ceſſæ, ubi quod † expectans cum clauſula, motu
proprio, præfertur alteri ſub eadem data diligen
tiori in præſentando, ſequitur D. Pet. Rebuf. ſu-
per concor. in preall. forma manda. apoſto. in 41.
effectu. pag. 582. ſiue etiam loquamur, de reg. can
cellariæ, adhuc uidemus, quod habens gratiam
motu proprio, cuicunque non ſic habenti, etiam
qualificato, ſuper beneficio uacante, ſeu uacatu-
ro prefertur, ut ſupra in 16. regula de concurren-
tibus ſuper beneficio, ſuper qua latiſſimè ſcripſi.
Concludendum igitur eſt, quod in concurſu ſi-
gnaturarum motus proprius uerus ſemper prę-
feratur, & uincat, exceptis caſibus. Regularum.
39. 50. 51. & 59. iuxta ordinem antiquum, & alia
rum ſi quę ſint. Ex pręmiſſis colligi poteſt ſolutio
ad omnia contraria. Et primum ſuppoſitum de
quo in principio huius quęſtion. negari poſ-
ſet, & multo magis negari, quòd hæ ſigna-
turæ, ſeu clauſulæ ſint pares. Nec illę ęquipa-
rationes omnino concludunt, immo differunt
in modo, in expreſſione, quoad effectus pro-
ducendos, & in pleriſque aliis. Et quicquid
ſit, dato, quòd circa aliqua ęquiparationes pro-
cederent, non tamen quoad terminos noſtri
quæſiti.

S V M M A R I V M.

1 *Signaturis duabus, per, fiat, vt petitur, ſeu fiat motu*
proprio, ſeu per conceſſum concurrentibus, quid iu-
ris ſit?
2 *Statutum potius ab alio ſtatuto quàm à lege declara-*
tionem recipit.
3 *Argumentum à coniunctione duarum legum validum*
eſt.
4 *Argumentum à coniunctione duorum ſtatutorum va-*
lidum eſt.

Gratia

5 *Gratiæ ab eodem duobus conceſſæ, niſi de prioritate & poſterioritate conſtet corruunt.*

6 *Duobus ſimul caſtrum intrantibus propoſito præmio, neutri illud debebitur ſi non appareat quis prius intrauerit.*

7 *Beneficium ſcindi an poſſit, & poſt nu. 10.*

8 *Nemo ex duobus ſimul ad brauium peruenientibus illud habebit.*

9 *Duorum eodem tempore natorum in ſucceſſione primogenituræ par erit ratio.*

10 *Primogenitus de iure diuino ſolus ſuccedebat.*

11 *Penſio vni, alteri beneficium pro bono pacis aſſignari poteſt.*

Penſionem perpetuam & ad ſucceſſorem tranſmiſſibilem ordinarius conſtituere non poteſt.

Penſionem ad ſucceſſores tranſmiſſibilem pro bono pacis etiam ordinarius imponit.

12 *Sorte dirimi poteſt concurſus beneficiarius.*

13 *Fortunæ dux eſt Deus.*

14 *Diuiſiones rerum ſortibus plerunque fiunt.*

15 *Electiones, optiones, & pleraque alia ſortis iudicio committuntur.*

16 *Electionibus in eccleſiaſticis ſortibus uti prohibemur.*

17 *Eleemoſynam per ſortem fieri poſſe.*

18 *Papatus contentio ſortibus an dirimi poſſit.*

19 *Dignior, doctior, & in omni uirtute eminentior, ex duobus concurrentibus præferri debet.*

20 *Virtutum merita tribui conuenit merentibus.*

21 *Gratificationi locus duobus modis eſſe poteſt.*

22 *Gratificationis clauſula.*

23 *Gratificationis deſcriptio.*

24 *Gratificationi quando locus ſit.*

1 DEcimoquarto quæro † quid iuris ſi concurrant eadem die, duo uel plures, habentes ſignaturas per fiat, uel duo per fiat ut petitur, ſeu duo per fiat motu proprio, uel habentes per conceſſum, ſeu habentes per conceſſum motu proprio? Diſtingui poſſet hoc modo. Aut ſupponimus cætera non eſſe paria, aut eſſe, primo caſu glo. hic poſt medium uerſic. item ponderandū arbitror, notat quòd regula hæc non loquitur in concurſu impetrantium, ſed ſignaturarum, unde data etiam inæqualitate inter impetrantes, cō currentibus ſignaturis, locus erit regulæ huic, non autem illi prærogatiuarum, quæ eſt ſupra iuxta ordinem modernum. 16. de concurren. ſuper beneficio. Breuiter (quantum ad propoſitum quæſitum attinet) contrarium concludendum eſſe putarem, ſiue enim æquiparamus regulas noſtras legibus, uel conſtitutionibus, ſeu ſtatutis, uidemus quòd una lex, conſtitutio, uel ſtatutum, iuxta alteram, ſeu alterum declarari, ſuppleri, ampliari ſeu limitari, ac perſtringi debet. ad l. uni. in princ. C. de inoffic. doti. in auten. de exhiben. reis ante fin. & in auten. ut cleri. apud propri. epiſco. ante fi. Auchara. conſil. 94. iſta domina poſt num. 3. uerſicu. non obſt. quod illud argumentum. ubi
2 quòd † ſtatutum potius ab alio ſtatuto, quam a lege declarationem recipit, idem Ancha. conſil. 422. uiſo puncto num. 4. uerſi. & ſi tu dicis. Angel. conſi. 356. quidam ciuis colum. fi. ante. nume. 7. ubi rationem ſubdit, quæ eſt quòd inter ipſas leges municipales eſt maius conſortium, ſeu communicatio, cum ſint eiuſdem generis, uel potius ſpeciei, argumento. l. nihil. ff. de coniun. cum emanci. liber. Aimo conſil. 118. In hac cam. nu. 4. præceptor meus D. Phi. Dec. conſil. 65. & pro tenui. colum. 2. nume. 4. & conſi. 301. in cauſa que Ferrariæ. numer. 10. Pariſ. conſil. 56. agitur in præſenti. ubi amplia ad reformationem quòd magis recipere debent declarationem, & interpretationem a ſtatuto antiquo quàm a iure communi.
3 numer. 27. libr. 2. & ſicuti ualidum † eſt argumentum a coniunctione duarum legum. l. Gallus. §. ille caſus uerſicul. Iuliano tamen videtur duobus quaſi capitibus legis commixtis, & ibi Bartol. & omnes. ff. de lib. & poſtu. ca. cum dilectus. iuxta utrumque intellectum. de ſucceſſio. ab inte. & ibi notat Abb. gloſſ. in l. lucius. ff. de his, qui no. infa. gloſ. in. l. fi. C. ad leg. falci. Io. And. in. c. ſi pater. de teſta. lib. 6. Oldra. conſil. 227. Bal. in l. dominus. §. per fideicom. ff. de uſufru. & in l. non dubium.
4 colum. 2. C. de legib. ita ualidum erit † argumentum a coniunctione duorum ſtatutorum. Curt. iun. conſi 7. uideretur. colum. 4. in fi. uerſicu. præmiſſis ſolidis declarando. igitur Regulam hanc, iuxta illam 16. de concurren. ſuper beneficio, ſeu potius ſupponendo dubium propoſitum ab illa decidi, concludendum erit cæteris paribus non exiſtentibus, magis qualificatum, ſeu maiori prærogatiua munitum alteri præferri debere, prout clare diſponitur per dictam Regulam 16. ſuper qua latiſſime ſcripſi. Nec obſtabit pōderatio gl. de qua ſupra, quia non figit pedes, uti ex iis quæ ſubiicit colligit. Inſuper loquitur iuxta alios terminos; uidelicet ſi concurrant habēs ſignaturam per fiat, alter per conceſſum, qui ſit gradnatus, & hæc ſunt ſatis diuerſa a noſtra quæſtio. Iuxta ſecundum membrum, uidelicet ſi ſupponamus cætera eſſe paria, quattuor mihi opiniones occur-
5 runt, prima erit quod utraque † gratia, ab eadem perſona, ſuper eodem beneficio conceſſa, corruat, niſi de alterius prioritate conſtet, propter incertitudinem ſubſtantialem, argumento tex. in l. duo ſunt titii. ff. de teſtamen. tutel. §. tutor Inſti. de lega. l. cum ex pluribus. ff. de manu. teſt. l. ſi quis de pluribus. ubi non obſtante fauore libertatis ſimilis incertitudo uiciat. ff. de rebus dub. l. cum duo. ff. de in diem adie. & ibi gloſſ. ſi. extendit ad alios caſus per iura quæ ibi adducit, & in terminis noſtris ita concludit Io. Andr. in. c. ſi a ſede. nec. t. de praben. lib. 6. & in ſimili materia concurſus, uidemus quòd ſtante præconio, quod intrans caſtrum prius, habeat præmium
6 † duobus intrantibus, ſi nō appareat quis prius, neuter præmium habebit, ſi præmium ſit indiuiſibile. Bald. in. 2. conſi. ff. ſi itaque. num. 9. uerſic. quarto. ſta obſedit. Alex. in l. qui filiab. §. ſi quis

ita

ita.num. 2.verſ.extra glo.ff.de lega. 1.Feli in c.ca-
pitulum.nu.17.in ver.de duobus caſtrum. de re-
ſcrip. Hinc concluditur in Reperto. Inquiſito. in
pulchro caſu,quid ſi in fidelis habeat plures uxo
res dicendum ſit,quòd illa cum qua primo con-
traxit eius ſit,& ſi ſimul duas accepiſſet, nulla re-
maneat eius uxor. Hanc deciſionem inuenies in
ver.coniugatus.ver. Quid ſi in fidelis. quod autẽ
7 † beneficium ſcindi ſeu diuidi non debeat. pro-
bat tex.in c.ſi.ante finem,ibi.ſed libere abſque di
minutione aliqua collata.1.q.3.c. piæ mentis.in
ſi.16.q.7.c.loquitur,& c.ſchiſma.24.q.1.cap.1.in
prin.de iu.patro.c.maiorib.c. uacante.& c. cum
cauſam.in ſi.de præb.& ut eccl.bene.ſine dimi.cõ
ſe.in rub.& nigro.Dec.conſ.341.ad plura.nu.3.in
8 3.quæſito.Inſuper habemus† quòd duobus pari-
ter ad brauium peruenientibus,nec ſciatur quis
prius,& quis poſterius, ratione incertitudinis ne
mo habebit brauium.Bal.in præalle.prima conſt.
ff.§.itaque.col.pen. poſt nu. 9 uer.itẽ pone quod
conſuetudo. Ange.in l.eum qui nouiſſimus.ff. ad
Treb. Alex.in præalleg.l.qui filiabus.§. ſi quis ita.
nu.5.ff.de lega. 1.Feli.in d.c.capitulum nu.18. de
reſcr.ubi dicit hanc eſſe communem opin. quod
nemini brauium debeatur. Altera opin. eſt,quòd
vterque ex impetrantib.admittatur,inſtar duorũ
9 †eodem tempore natorum,ſtante ſtatuto,uel cõ-
ſuetudine quòd primogenitus ſolus ſuccedat,qđ
non ſolum procedit hodie inter principes, & do-
10 minos,ſed & iure diuino † primogenitus ſolũ ſuc
cedebat.Gene.c.27.ad Hebreos.c.12 poſt mediũ;
uterq; igitur ex eodem ipe natis, habebitur pro
primogenito,& uterque ad ſucceſsionem admit-
tetur.argũ tex.in l.2.§.hæreditas.ubi idem diſpo
nitur in duobus eiuſdem gradus, quod in proxi-
mo agnato,quem nemo antecedit.ff. de ſuis & le-
gi.l.ſi quis dederit.§.1.ff.de teſt.tute.l. qui filiab.
§.1.ff.de lega.1.l.cum inter.uerſi.ſin autem plures
creari.C.de fideicõ.lib.l.ex duob.& ibi Bald.in 2.
no.ff.de uulg.& pupil.uer. facit etiam hæc lex ad
conſuetudinem quòd primogenitus &c. ubi etiã
Ang.& Alex.poſt nu.3.uer.veritas eſt, quod uter-
que admittatur.Idẽ Bal.in 1.conſtit.ff.col.ſi. uer.
item conſuetudo dominorum eſt,quòd primoge
nitus.ubi ſubdit ꝙ uterq; ſuccedit, & ſic erunt
duo in eadem ſede.gl.in uer.reges.in ſi.in cle.uni-
ca.de iureiu.Bal.in auten.ex teſtamẽto.col.ſi.poſt
nu.16.C.de colla.idem Bal. in l.ex hoc iure.col.2.
in 5.q.vbi pro hac opinione concludit. ff. de iure
iurau.& Iaſ.in l.ſi extraneus.num.18.ff.de condi.
cau.data.poterit igitur utriq; conſuli, conceden-
do uni titulum beneficii,fructuumq́; partem,alte
ri uerò reliquam partem fructuum,& hoc caſu be
neficium non diuidetur,ſed eius fructus, imo ex
cã beneficium ſcindi poteſt,d.c. uacante.ante ſi.
de præben.gl.ſi.in c.ſi.1.q.3. eſt tex. ſingularis in
11 c.niſi eſſent.de præben.ubi pro bono pacis† pen-
ſio,ſeu pars fructuum uni aſsignatur,alteri digni-
tas,ſeu beneficium.immo indiſtincte penſiones a
ſummo Pontiſ. ſuper beneficiorum fructib. iuſta
cauſa accedente,aſsignantur.c.ad audientiam.2.
iun.his,quæ ibi tradunt Abb.& Fel.poſt nu. 2. in
2.concl.de reſcr. Lud. Ro. conſ.369 circa primũ.
Dec pall.conſ.141.nu.3.Pariſ conſ.82.pẽſio octo,
in prin.& toto conſ.volu. 4. Amplio,ut ẽt ordina-
rius,qui licet penſiones perpetuas,& ad ſucceſſo-
res tranſmiſsibiles,& alias,ut Papa conſtituere nõ
poſsit,nec fructus beneficiorum diuidere. c. pro-
hibemus.de cenſi c paſtoralis. de his quæ fiunt a
præla.c.extirpandæ.in ſi.de præb.Pau.Rom.in tra
cta.penſio.q.1.nu.10.& ſeq.tamen pro bono pa-
cis ex cauſa concordiæ.& ad lites tollendas,pen-
ſiones,prout ſummus Pontifex,perpetuo duratu
ras,& quæ ad ſucceſſores tranſeant,imponit. Inn.
in c.niſi.in ſi.& ibi Abb.de præb.Anania.in c.au-
diuimus.col.4.de collu.detegen.Caccialu. in tra-
cta.penſio.q.4.nu.4. Satn.in 2. q. regulæ de Anna.
12 poſt nu.5.Tertia opinio eſt,quòd †ſorte dirima
tur contentio concurſus huiuſmodi, nec inconue
nit ſortibus in ambiguis vti,quarum iudiciũ, in-
13 dicium fortunæ appellatur,†cuius dux eſt Deus,
iuxta Pſal.30 In manibus tuis ſortes meæ.Seneca
in 7.epiſt,ad Lucillum.ſequitur Bal.in l. ſi. in pri-
mono. C. communia de leg.Pariſ. a Puteo in tra-
cta.de ludo.pag.pen.nu. 6.uer.an ſicut eſt prohi
bitus ludus alearum.& habemus Prouer. c. 16.in
ſi.ſortes mittuntur in ſinum.ſed a domino tempe
rantur,& diuus Auguſt.in lib. Pſalmorum,dixit,
ſortem nõ eſſe aliquid mali,ſed rem in dubietate
humana,diuinam iudicantem voluntatem & ca.
ſors non eſt.26.q.2.& actuum apoſto.c.1.in ſi. ſic
14 ſæpe videmus in † rerum diuiſione,ad ſortes re-
curri.Nume.c.33.ante ſi.Ego enim dedi uobis il-
lam poſſeſsionem,quam diuidetis vobis ſorte: &
poſtea.Singulis vt ſors ceciderit,ita tribuatur hæ-
reditas,& c.ſeq.cir medium.Deute.31.Et tu eam
diuides ſorte.& Ioſue.1. Tu.n.ſortes diuides po-
pulo huic terram.& cap.14.in prin. Sorte omnia
diuidente. cap. 16.Cecidit quoque ſors filiorum
Ioſeph ab Iordane,&c.& cap.ſeq.& iuxta Pſalmũ
21.Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea, & ſuper ve-
ſtem meam miſerunt ſortes; de quo etiam Mat-
thæi.cap.27.Diuiſerunt ueſtimenta eius, ſortem
mittentes.& in iure habemus.tex.in l.2.& ibi no.
Bar.nu.6.C.quãdo & qui.quar. pars debetur.lib.
10.§.optionis legatum.ad ſi.inſti.de lega.Bal.in l.
iubemus. 2.col. 2. ver.quarto iſte iudex diuiſionis.
C.de ſacro.eccl.& in præall.l. ſi.C. commu.de leg.
in 2.no.Rui.cõſ. 29.plura proponuntur.nu.6.uol.
5.Sorte etiam inuentus fuit,qui fuerat cauſa tem
peſtatis maritimæ,& ut nauis periclitaretur.Ionæ
c.1.Venite,& mittamus ſortes, & ſciamus quare
hoc malum ſit nobis:& miſerunt ſortes:& cecidit
ſors ſuper Ionam.Et qui contaminatus erat ſcele
re ſubtractionis de anathemate,contra pręcepta
Dei Ioſue c.7. Accedentesq́; mane ſinguli p trib.
ueſtras,& quamcunq; tribum ſors inuenerit,acce-
det per cognationes ſuas &c. ſorte deprehenſus
fuit Ionathan,ꝙ comediſſet mel.Regũ.1.c.14.ver
ſus ſi.Mittite ſortẽ inter me,& inter Ionathan filiũ

15 meum &c. † electiones etiam optiones & ple-
raque alia fortunæ, ſeu ſortis iudício commit-
tuntur. l. ſi quæ ſunt cautiones. ff. familia herci-
ſcon. l. finali poſt prinip. C. commun. de legat.
l. ſed cum ambo. ff. de iudi. §. optionis. inſti. de leg.
gl. in c. licet cauſam. in uer. uti poſſidetis. poſt me
dium. ibi nec appareat quis ad iudicium prouo
cauſr, ſorte dirimatur, quæ communiter approba
tur, prout per Feli. ſuper dicta gl num. 44. de pro-
bario. Corroborantur prædicta arguendo a ſpe-
ciali. ad l. quod uero. & l. ius ſingulare. ff. de legi. t.
præſente. §. loca. & ibi glo. notab. in uerſi. ſpeciali
ter. de præben. lib. 6. ſeu arguendo ab excluſione
unius &c. ad l. cum prætor. ff. de iudi. cum uulga.
16 uidemus in† electionibus eccleſiaſticis tantum,
prohiberi ſortibus procedi, c. fi. in fi & ibi glo. fin.
& Abb. in 2. uot. de ſortile. & ratio duplex aſſigna
tur, quare in eccleſiaſticis electionibus, ſortes re-
probentur. una eſt, quia poſſet indignus aſſumi,
altera quia uidetur tentari Deus, ut ipſe reuelet
meliorem, debent enim eligentes ipſi diſcernere,
non autem dominum tentare. Deute. 6. Non tem
ptabis Dominum Deum tuum ſicut temptaſti
in loco temptationis. Matthæi cap. 4. & Lucæ 4.
Et ab his qui eum temptant ipſe non inuenitur.
Sap. c. 1. in prin. Verum hæ rōnes etiam electioni
bus temporalibus, ſeu actuum ſecularium con-
uenire uidentur; ſed omiſſa diſputatione hoc iu-
re utimur, & ſic concordant omnes, ſortes in ele-
ctionibus eccleſiaſticis reprobatas eſſe, quicquid
ſenſeri glo. in cap. cleros. in uerſicu. primum. 21.
diſtin. Accedit quòd eleemoſina, quæ cum pecca
to fieri nō poteſt. cap. nō eſt putanda. 1. quæſt. 1.
17 † tamen per ſortem fieri poteſt, diuus Auguſti.
in 1. lib. de doctri. chriſt. ubi ſi duo æquè indigen-
tes occurrerint, cæteris paribus, & utrique eleemo
ſina dari non poſſit, quòd iuſte ſorte quæri poteſt
cui magis detur, idem uoluit S. Thomas de Aqui
no, quem refert & ſequitur Archidia. in cap. ſors
ante nume. 2. 26. quæſt. 2. Et Deus ipſe in oblatio-
ne ſibi faciēda per Aaron, ſorti locum eſſe uoluit.
Leuit. 16. Duos hircos ſtare faciet coram Domi-
no in hoſtio tabernaculi teſtimonii: mittenſque
ſuper utrumque ſortem, unam Domino, & alte-
ram capro emiſſario, cuius exierit ſors Dominō
offeret &c. ex quibus ſequitur quòd ſors licite fit
etiam circa actus animam, & Deum concernen-
tes. Rex etiam Saul ſorte conſtitutus fuit. 1. Regū
cap. 10. Et applicuit Samuel omnes tribus Iſdra-
el; & cecidit ſors ſuper tribum Beniamin: & appli
cuit tribum Beniamin, & cognationes eius: & ce-
cidit ſuper cognationem Methri: & peruenit uſq;
ad Saul filium eius. Poſtremo arguo a ſide quo
minus. ad c. ſi in laicis. 38 diſt. 1. c. cum per belli-
cam circa medium 34. q̄ō. 1. c. cum in cunctis. in
princ. ubi glo. in uer. multo fortius, dat concordā.
18 de electio. ſi† Papatus cōtētio, ſortibus dirimi po-
teſt, Card. cōſ. 150. q̄ſitū ſæpe fuit. in fi. ſeu poſt fi.
cōſi. nu. 28. ubi poſtquam præmiſerat, ſex modos
finiendi controuerſiam inter duos de Papatu cō
tendentes, comprobat etiam hunc modum, pro
quæſt. Papatus terminanda, idem repetit in cap.
ſeu poſt. c. licet. de electio. ubi idem quæſitum di-
ſcutit, ſeu replicat, & poſt nu. 13. uerſi. & poſtquam
hæc ſcripſeram, idem per eadem uerba cōcludit,
ſequitur Feli in c. licet cauſam. col. fi. de proba. &
in prælle. c. capitulum. col. penul. io uerſi. ſed an
ſortib. uer adde D. Cardi. de reſcrip. Pro quo ego
adduco illud Salomonis Prouerbio. cap. 18. Con-
tradictiones comprimit ſors: & inter potentes
quoque diiudicat. Multo magis igitur dubium ſu
per concurſu propoſiti quæſiti poterit ſortibus
terminari. Sed aduertendum eſt dum Feli. in præ
alleg. c. capitulum. de reſcri. col. fi conatur ſalua-
re Cardin. a contrarietate, duas ſupponens ueras
concluſiones, unam uidelicet, quod ſuper benefi-
ciis, non licet ſortibus uti, ea ratione, ne detur ui-
tioſus ingreſſus ad beneficium, quia propter ſor-
tem contingere poſſet illi præfici, non habentem
tit. canon. contra tex. in c. 1. de reg. iu. lib. 6. & hāc
dicit ſultariam deciſionem. idem uoluit Cardi. in
præmiſ. c. fi. de ſortile. in fi. uerſi. quæro nunquid,
confundi poſſe uidetur hæc ratio; & defenſio, ſor-
tib. n. tunc locus eſſe debet quando ambo pares
eſſe uidentur in titulo, & ſic ceſſat ratio uitioſi in-
greſſus, immo, ut præmiſi; declaratio ſorte facta,
Dei nutu ſeu uoluntate facta uidetur. Inſuper ſi
duo de Papatu contendentes, ad ſortis iudicium
deuenire poſſunt (uti ſupra concluſum eſt, & uult
ipſe Feli.) multo magis ſuper aliis beneficiis, ſorti
bus uti poſſumus. iux. terminos ipſius Feli. argu-
mento tex. in cap. cum in cunctis. de electio. cum
uulga. Videtur igitur dicendum, quòd ſuper om
nibus beneficiis (iuxta terminos noſtros) cadere
poſſint ſortes. Nec obſtat dictum. c. fi. de ſorti. &
alia iura quæ adduci poſſent, quia illa loquuntur,
de electionibus; immo, ut ſupra probaui, conclu-
dunt pro opinione mea, arguendo a ſpeciali, ſeu
a prohibitione uel excluſione unius &c. Altera
cōcluſio Feli. ubi ſupra, eſt quòd inter duos de Pa
patu contendentes, ſortes cadere poſſint, ea ratio
ne, quia Papa, eſt ſupra ius poſitiuum, illoquè nō
ligatur. c. capitu. propoſuit. de conceſ. præbend. &
ſic facit differentiam inter duos contendentes de
Papatu, & duos ſuper beneficio certantes. Omiſ-
ſa diligenti perquiſitione, an uera ſit illa conclu-
ſio, ut in cauſa Papatus ſortibus locus ſit, hæc dif-
ferentia quam conſtituit Feli. eiuſque ratio quam
adducit, ſubſiſtere non uidentur; neuter enim iſto
rum de Papatu contendentium, antequam decla
retur quis ſit uerus Papa, cenſendus eſt, ſupra ius
eſſe, uerum quia hæc diligentioris, & profundio-
ris ſunt perquiſitionis, ea miſſa facio, mihi ſat ſit
annuiſſe. Quarta opinio adduci poteſt, quòd ex
19 concurrentibus de quibus loquimur, † dignior,
& præſtantior, doctior, & in omni uirtute eminen
tior, alteri præferatur, alterumque excludat, ſo-
luſque ad beneficium ſuper quo concurrunt ad-
mittatur, argumento text. in l. & qui originem
§. præſes. ff. de muner. & honor. in l. 2. ff. de popu.
actio.

actio.l.in reficiendo.ff.de damno inſect.l. final. §.
ſi tamen plures.ff.de liber.hom. exhi.l.1. ibi,ido-
neus prohibitate morum, ac bonis artibus præ-
ditus.C.de offic.magi.offic.l.honores. in princi.
ff.de decurio. Diuus Hiero.in. libr. Leuit. cuius
uerba aurea relata ſunt in.cap.illud.poſt princi.
8.quæſtio.1.ibi,certi ſint, & ſciant omnes, quòd
qui præſtantior eſt ex omni populo, & doctior,
ſanctior, & in omni uirtute eminentior, ille eligi
tur in ſacerdotium.Vtinam id hodie ubique in-
concuſſe ſeruaretur, facit etiam text.in c.metro-
20 politano.in ſi.63.diſtin.l.fina.ubi quòd † uirtutū
merita tribui conueuit mærentibus.C.de ſtat.&
imag.capitul.non loca.40.diſtin.capitul.uulter-
ranæ.ante ſi.ibi prout cuiuſque locum meritum
que cognoſcit.12.quæſt.2.late per Bar.Cepo.de.
Impe.mili.deli.in uer.uirtutis etiam ratione, &
latius per Lamber.de Iure. patro.in 10.quæſti.1.
par.2.lib.art.10.num.5.& ſeq.fol.252.Quinta o-
pin.erit, quòd recurratur ad concedentem qui
ſubtiliter,& curioſe certificatus, quis fuerit pri-
mus id declaret.Ioan. Aud.in.cap.ſi a ſede.poſt
num.1.de præbend.lib.6.cum quo tranſeunt ibi
Gemi poſt num.3.uerſic.& ſi iſti tales uolunt in-
ſtare.& Phi.Fran.colum.2.ante medium, uerſic.
ſed ſi ab eodem.uerum quia iuxta terminos no-
ſtri quæſiti, quaſi impoſſibilis erit hæc ueritatis
indagatio, & effectualis perquiſitio, præſertim
poſt aliquod temporis ſpatium,quomodo enim
lapſis aliquibus menſibus,imo diebus, ſummus
pontifex negociorum totius orbis mole oppreſ-
ſus, & qui inſtar Atlantis,cœlos ualidis & ſacris
humeris ſuſtinet, memor eſſe poterit, quis ex
duobus prius ſignaturam obtinuerit? Vel quo-
modo eius Datarius qui mille ſupplices libellos
quotidie ſubſignat, aliiſque plerumque occupa
tus eſt curis memoriæ mandare poterit, cui re-
ſcripto prius, & cui ſucceſſiue,manus a ſe,uel a-
lio appoſita fuerit? cum memoria hominis tan-
tiſper occupati, ſeu ab aliquo negocio, etiam
proprio diſtracti labilis eſſe ſoleat, ad text.in.l.
peregre.ff.de acqui.poſſeſ.In ſumma hæc diligēs
perquiſitio, nunquam diebus meis contigit,
ideo ad ſextam opin.deueniamus, quæ proximæ
præceden.aliqualiter ſimilis erit,ſed alio tendet,
quæ erit quòd ad papam recurratur, qui abſque
alia perquiſitione declaret,quam ex utriſque ſi-
gnaturis,reſcriptis, ſeu gratiis uelit preferri, ad
tradi.per Ancha.& Abb.in.cap.2.de offi.dele.&
per rationem illius tex.ſupponendo iuxta uerio-
rem, & magis communem intellectum, de quo
ibi per Abb.numer.2.quod.c.illud intelligi de-
beat quando diuerſæ literæ impetrantur, ſub ea-
dem data.per Io.de Syl.de beneficio par.3.quæſt.
21 15.nume.3.& ſic gratificationi locus ſit: † grati-
ficationi autem duobus modis (iuxta terminos
noſtros) locus eſſe poterit. Altero quo indubie
abſque alio recurſu gratia alterius tantum præ-
ualebit.uidelicet ſi alter tantum ex impetranti-
22 bus,habeat clauſulam † gratificationis, hoc mo-
do,uidelicet,& cum clauſula gratificationis, ſeu
opportuna gratificatione,quatenus illi locus ſit,
latiſſime extendenda,hæc enim clauſula opera-
tur, ut illa munitus alterum excludat,prout per
Probum in addi.ad.Mona.in.c.duobus.de reſcr.
li.6.formulam enim extenſionis iſtius clauſulę,
ibi ponit in literis.ſeu breui: pro qua clauſula ui
deatur etiam Caſſa.dec.2.num.2.de renun. per
D.Pet.Rebuf.de paci. poſſeſ.num.300.in.12.li-
mi.& in praxi beneficiaria in 3.par.ſigna.in uerſ.
& cum clauſula gratificationis, & de reſcripto ſi
23 neutri num.18.pag.195.Altera † gratificatio quę
proprie caſui noſtro inſeruit, illa eſt quę ex duo-
bus in data,& in aliis paribus, alterum præfert,
eique auxilio eſt, illique magis fauet.argumen.
tex.in l.3.§.ſi cum omnes uerſic.nam illud durū.
ff.ad Silleni. ubi ſeruo permittitur ex duobus do
minis aggreſſuram patientibus, utrique opem
ferre non ualenti,alteri gratificari.l.ſiquis ſeruū.
§.ſi inter duos. vbi hęres eligit unū ex filiis,teſta
tori amicis, cui ſoluat, & ab eo defendatur.ff.de
lega.2.l.ſi.1.reſpon.ff de reli.& ſumpt. fune.ubi
hęres gratificari potuit, inferendo mortuum in
unum prędium,magis quàm in alterum, omniū
prędiorum, uſufructu legato, & ibi gloſſ.in uer.
24 gratificationi dat concordan.& in effectu † grati
ficationi tunc locus eſt, quando dubitatur quis
potior ſit in iure,uel quum aliquis non poteſt u-
trique ſubuenire.c.cum autem.iun.glo.in uer.iu
dicio.de iu.patro.cap.duobus.§.ſi.de reſcr.lib.6.
Imo.in.c.ſi.poſt nu.18.uerſic.& ſi eſſent paris me
riti,locus erit gratificationi,de iu.patro.& quaſi
in terminis noſtris Pariſi.conſil.101.ſi.quęrimus
poſt nu.10.& conſil.117.nu.44.& ſequ.uol.4.pro
pręmiſſis etiam faciunt tradita per Ioan.And.in
addi.ad Spec.in tit.de feu.col.4.verſ.ego autem
hoc caſu quo feudum eſſet indiuiſibile, ad domi
num recurrendum puto cum iis quę ſequuntur
& latius,& magis diſtincte per Fran.Aret.in.l.ex
duobus.nu.5.ubi ponit quaſdam diſtinctiones,
& conſiderationes rationabiles, quę omnino ui-
deantur.ff de uulg.& pupil.& ibi etiam declarat
an & quando gratificatio ſit neceſſitatis, an uo-
luntatis.& in caſu illo reiecta differentia an re-
gnum ſit feudale,uel non,dicit quod ſuperior il-
lum in regno pręferre debet, qui eſt magis ido-
neus, & magis ſufficiens, argumento.l.ſi plures.
ff.de accuſa.ſi autem quis ſufficientior ſit appa-
rere non poſſit,puta ſi filii eſſent infantes, tunc
gratificationi locus erit,& ſuperior eligere pote
rit quem uoluerit,argumento text.in capit.duo-
bus.§.fin.&c.reſcrip.libr.6.ſupra adducto, &.l.ſi
quis ſeruum.§.ſi inter duos ff.de lega.2.Quid te-
nendum? Certe opiniones pręmiſſę ad partes di-
ſputabiles ſunt.mihi autem prima,& ultima ma
gis placent.& ſi Papa gratificari ceſſauerit, pri-
mæ opinioni locus erit, ut neutra ex gratiis, ſeu
prouiſionibus huiuſmodi ſubſiſtat.

REGVLA XXXIIII.

De Annali.

ITem Sanctiſsimus D. N. ut improbi lites exquirentium motus repriman tur, uoluit, ſtatuit, & ordinauit, quód quicunque beneficium eccleſiaſticũ tunc per annum immediatè præcedẽtem, pacificè poſſeſſum, & quod certo modo uacare prætenditur, deinceps impetrauerit, nomẽ, gradũ, & nobilitatẽ poſſeſſoris eiuſdem, & quot annis illud ipſe poſſedit, ac ſpecificam, & determinatam, ex qua clare poterit cõſtare, quod nullũ ipſi poſſeſſori in dicto beneficio ius cõpetat, cauſam in huiuſmodi impetratione exprimere, & infra ſex mẽſes ipſum poſſeſſorẽ ad iudiciũ euocari facere, cauſamq; ex tunc deſuper infra annũ, uſq; ad ſententiã diffinitiuã incluſiuè proſequi debeat, & teneatur. alioquin impetratio prædicta, & quæcunq; inde ſecuta, nullius exiſtant firmitatis, & idem impetrans de damnis, & intereſſe poſſeſſorem prædictum propterea contingentibus, ei ſatisfacere, & ſi poſſeſſorem ipſum iniuſtè, friuolè, & indebitè moleſtaſſe repertus extiterit, quinquaginta florenos auri perſoluere Cameræ Apoſtolicæ ſit aſtrictus, nec alius quàm præmiſſæ uacationis modus, ẽt per literas, ſi neutri, aut ſubrogationis, uel aliàs ſibi, quoad hoc, ut beneficium huiuſmodi ea uice conſequi, aut obtinere ualeat, quomodolibet ſuffragetur, illudq; nullatenus in antea litigioſum propterea cenſeatur, quod ẽt extendi uoluit ad impetrantes beneficia eccleſiaſtica, cuiuſcunq; qualitatis per priuationem, & amotionem; uel aliàs propter commiſſa exceſſus, & crimina uacantia, uel uacatura. Et ſimiliter ad impetrantes beneficia tanquam uacantia per deuolutionem.

COnſideranti mihi ſæpenumero rerum humanarum & ſtatum, & curſum, maximam intercæteras admirationem peperit, non minus quàm moleſtiã, quòd noſtra ætate nemo ſit qui hæc ſacra iura Romana, ſeu Pontificia, quæ toto orbi Chriſtiano pro regula, Canone, ſeu norma proponuntur, declarandi, & dilucidandi prouinciam aſſumat, ex quo fit, ut externarum nationum homines, gloriam quam clariſsima Romanorum noſtrorum ingenia aſſequi poſſent, præripere totis uiribus conentur, in alienam meſſem falcem immittentes, & (quod grauius ferendum eſt) ad peregrinas bibliothecas, externaq́ue regna pro declaratione legum noſtrarũ, confugere cogimur. Cum à noſtris Romanis anteactis ſeculis, tot expolitæ, ac ſubtiles expoſitiones, & adnotationes prodire conſueuiſſent, & uſu urbis, & orbis, quaſi à quodam uberrimo fonte emanare quotidie conſueuiſſent. Ego itaq; non ut mihi perſuadeam mihi præcipuum eſſe datum athenas adire, uel ut ſolus ſapere uidear, ſed ut meorum ciuium ingenia excitarem, & ad præclaram gloriam aſſequendam impellerem, atque hortarer, ad quam ſine dubio peruenient, ſi illius antiquisſimi, & laudabilis (licet in alio genere) inſtituti memores erũt, iuxta quòd in olimpia oõ ij, qui forma elegantisſimi, roboreq́ue præſtantisſimi erant, ſed qui decertantes uincebant, coronis ornabantur, ad eam rem primus aggredi auſus ſum, & nunc ſeſe offert utilis, ac in foro quotidiano uſu recepta regula de Annali, quæ latum diſputandi campum nobis præbet, quam Sarn. hic in prin. & quæſtio. 7. uerſicu. circa primum. in 2. partes principales diuidit. prima pars continet tria requiſita per impetrantem ſeruanda, ſubiiciens tres pœnas. Secunda quæ eſt ibi, & ſi poſſeſſorem, tres alias pœnas imponit impetranti iniuſtè, & perperram litiganti, & hanc diuiſionem dicit etiam procedere ex communi curialium intellectu, idem etiam repetit in 78. quæſt. num. 2. uideantur, quæ in dictis tribus locis adducit, & declarat. Verum quia diuiſio noſtræ regulæ eſt magni ponderis, tum ratione derogationis regulæ concedi ſolitæ, de qua infra q. 63. loquemur, tum pro intellectu plurium clauſularũ, de quibus in regula, tum propter alia de quibus in diuerſis quæſitis ſubiiciendis, ideo deueniam ad alias diuiſiones. Diuido igitur hanc regulam in 3. par. principales, ſecunda ibi, & infra ſex mẽſes. Tertia ibi, & ſi poſſeſſorem, rurſus regula noſtra hodierna in 4. par. principales commode diuidi poterit, in tres, uidelicet, de quibus ſupra, & quarta pars ſit ibi, quod etiam extendi uoluit, & ſic additio Iulii Tertii, quam San. D. N. ſecutus eſt. 4. partem conſtituet, poſſent ſubiici plures ſubdiuiſiones, quarum aliquas adducit Sarnen. ſufficiat ſubdiſtinguere illam. 2. part. principal. in qua conſiſtit quaſi tota uis, & effectus huius regulæ, & cui derogari non ſolet: illam igitur diuidio in 2. partes, ſecũda eſt ibi cauſamq́ue ex tunc.

S V M M A R I V M.

1 *Verba regulæ, ut improbi &c. an inducant cauſam finalem.*
2 *Cauſam finalem ex prohemio ſumi.*
3 *Vt, dictio cauſam finalem inducit.*
4 *Impulſiua cauſa dicitur quando diſpoſitio eſt ex generalior.*

PRimo cum Sarnenſ. hic quæſtio. 1. 1 quarto, an uerba regulæ, † ut improbi, &c. inducant cauſam finalem huius diſpoſitionis? ipſe arguit ad partes: tandem uidetur inclinare in partem negatiuam, idem etiã ſupponit q. 2. Verior 2 opin. uidetur eſſe ex prohemio † ſumi cauſam finalem diſpoſitionis. Bar. in l. 1. ff. de orig. iur. Bal. in §. quib. in c. conſt. C. dec. in l. 1. in 2. lectu. col. 1. ff. ſi cert. petat. & ratio expreſſa in lege reſtringit diſpoſi-

diſpoſitionem illius legis ad limites rationis. l. cum pater. §. dulciſsimis. ff. de lega. 2. gloſſ. in l. ſi-qui. ff. de acquiren. poſſeſſ. & hæc eſt uera & communis concluſio, prout teſtatur Cur. iun. conſilio 157. præſupponitur colum. fina. cir. medium, pro eadem opin. affirmatiua confert ponderatio Sar-
3 nen. dicta quæſtio. 1. numero 2. quod dictio † vt, cauſam finalem inducat, ad clem: ut hi qui. & ibi Cardin. in 1. no. de æta. & quali. l. alumnæ. §. Seiæ. ff. de adi. lega. ibi, ut is corpus. pro hac dictione uideantur quæ ſcripſi in glo. facul. §. ſi ex præcepto. in uerſicu. ut. & quòd cauſa huius conſtitutionis ſit finalis, ex eo etiam apparet, quia cauſa hic adducta in totum, ſeu funditus induxit ad hanc legem promulgandam, ad ea quæ poſt Bar. in l. 2. §. fina. ff. de dona. uoluit Abba. in cap. poſt translationem. nume. 18. uerſic. ſed quæro quæ dicatur finalis cauſa. & ante nume. 19. uerſic. Sed ſi ſint ſtatuta, uel leges, de renunc. Non obſtant ea quæ in ſi. dictæ 1. quæſtio. ſubdit Sarnen. citans Felin. in cap. 2. de fi. inſtrumen. quia adducta per Felin. alio tendunt, nec probant dictionem, ut, cauſam impulſiuam non autem finalem inducere. Nec etiam dec. Belleme. 632. ſuppoſita noua. colum. 2. poſt medium, facit contra. ſi. n. uerba & mentem eiuſdem deciſ. bene perſcrutabimur, inueniemus in caſu illo concurrere aliam rationem proximiorem, ueram, & finalem, prout clare patet ex illo uerſicu. & iſta fuit cauſa uera &c. non mirum igitur ſi ibi dictio, ut, in prohemio poſita, non inducit cauſam finalem, ſed impulſiuam, cuius contrarium concludendum foret, ſi ſupponeremus ibi, nullam aliam rationem expreſſam, ſeu ſubintellectam, prout in terminis noſtris, ubi ſola unica ratio exprimitur, nec alia reddi, ſeu ſubintelligi poteſt. Nec uera uidetur cõſideratio Sarnen. quòd hæc ratio prohemij cuicunque caſui in regula contento non conueniat, immo omnes, & ſingulæ regulæ huius partes, ſuper hac cauſa in præfatione expreſſa, tanquàm ſuper ſolida baſi fundatæ apparent. Minuſque diſtinctio Socin. in l. demonſtratio. §. falſa. poſt nume. 7. uerſicu. ex quo infertur, & uerſic. ſed conſideră. ff. de condi. & demonſt. (quatenus tamen ſubſiſtat & in iure probetur) caſui noſtro bene applicari poteſt. Pars negatiua eſt uerior, & tenenda, quòd ratio, ſeu cauſa quæ ex illis uerbis ut improbi &c. elicitur, non ſit finalis, ſed impulſiua, ea præſertim ratione, quia in parte diſpoſitiua dicitur, quòd quicunque beneficium &c. & ſic generalior, ſeu uniuerſalior eſt
4 diſpoſitio, quàm cauſa, quo caſu dicitur † impulſiua. Ioann. And. in capitu. quoniam. & ibi Gemi. poſt numero 7. & nume. 9. verſicu. unde potius uidetur Papa, & uerſic. ſecundo nota unum modum cognoſcendi, an cauſa legis ſit impulſiua. de immu. eccle. lib. 6. Philip. Franc. in cap. cum ceſſante colum. 2. de appella. ſequitur Gig. de penſio. quæſtio. 22. nume. 1.

S V M M A R I V M.

1 *Improbus, & iniuſtus litigator, an quis dicatur eo ipſo quòd impetrat beneficium annalis poſſeſſoris, & cum ad iudicium trahit.*
2 *Iniuſtus uel iniquus quis.*

1 SEcundo cum Sarnen. quæro † nunquid eo ipſo, quòd quis impetrat beneficium annalis poſſeſſoris, & cum ad iudicium trahit, dicatur improbus, uel iniuſtus litigator? Quicquid ipſe quæſt. 2. & etiam prima, multis utens uerbis, & argumentis dicat, pars negatiua mihi uerior uidetur, etiam quoad præſumptionem, ut nec præſumptioni iniquitatis, & iniuſtitiæ propter præ-
2 miſſa tantum, locus eſſe poſſit, † iniuſtus enim, improbus vel iniquus, & cõſequenter coercendus, & puniendus (ex ſententia Ariſto. lib. 1. Ethi. cap. 1.) is dicitur qui a legibus exorbitat, ſeu legum transgreſſor eſt, & c. factæ ſunt leges. 4. diſt. Andr. Barba. conſil. 31. omnia quæcunque. uolum. 4. Et de improbo litigatore habemus tex. in §. hæc autem. Inſti. de pœna teme. liti. quam autem legem transgreditur, uel antiquam, uel nouã is, qui iuxta propoſitum thema impetrat, & in ius uocat, non uideo, nec lex noſtra, uel alia hoc dicit, unde nec nos dicamus. ad l. ſi uero. §. de uiro. ff. ſolu. matri. l. uni. §. ad deficientis. C. de cadu. tollen. cum vulg. Nec ob. ratio, & diſpoſitio huius regulæ, quia nõ ſtatim quòd quis beneficium annalis poſſeſſoris impetrat, & aliquem conuenit, in eam, ſeu in retia incidit, unde improbus, uel iniuſtus cenſeri debeat, ſed tandem poſtquam in ea ſtatuta, requiſita ſeu contenta non ſeruauerit, ut etiam ex infra dicendis clarius apparebit.

S V M M A R I V M.

1 *Regula hæc, an fauorabilis ſit, an odioſa.*
2 *Regula hæc in odium impetrantium beneficia annalium poſſeſſorum.*
3 *Regula hæc, an in fauorem annalis poſſeſſoris.*
4 *Argumentum præſcriptionis unius ad alteram.*
5 *Præſcriptio uiginti annorum in odium deſidum, & nõ potentium introducta eſt.*
6 *Odioſa & fauorabilis eadem diſpoſitio diuerſis rationibus iudicari poteſt.*
7 *Odioſa cenſetur diſpoſitio, primo, & præcipue in odium emanans.*
8 *Macedoniani exceptionem odioſam eſſe.*
9 *Velleianum ſenatuſconſultum fauorabile eſſe.*
10 *Statutum, quòd maſculi fœminas excludant, principaliter in fauorem maſculorum, & pro ſeruandis bonis in familia emanauit.*
11 *Fauorabile eſt ſtatutum, quòd maſculi fœminas excludant.*
12 *Regula hæc pœnalis eſt.*
13 *Pœnalis diſpoſitio odioſa, & reſtringenda cenſetur.*
14 *Agere nemo cogitur.*

15 *Inuitum cogi neminem, ut aliquid faciat.*
16 *Inſtantia de iure canonico perpetua eſt.*
17 *Fauorabilis cenſetur diſpoſitio, quando agitur de puniendis delictis.*
18 *Bannitos occidi impune poſſe ſtatutum diſponens fauorabile eſt.*

1 Tertio quæro an† regula hæc ſit fauora-
bilis, & amplianda, an uero odioſa,
& reſtringenda? Quod ſit odioſa, &
ſtrictam interpretationem recipiat,
probatur. regulæ enim cancellariæ
ſunt ſtricti iuris. Caſſa. deciſ. 16. nume. 5. & deciſ.
23. nume. 6. de præben. & deciſ. 35. ſuper regulis.
nume. 6. & debiliores, & anguſtiores ac ſtrictio-
ris iuris ſunt quàm ſtatuta. Sarnen. in 2. quæſtio.
prohe. regularum. num. 4. uerſ. quin immo uincu-
lum. & in 5. quæſtio. regulæ. de impe. ben. uacan.
per obi. fami. Cardi. num. 2. uer. & iſte in caſu iſto,
& poſt nume. 4. Pariſ. conſ. 19. num. 3. & ſeq. uol.
4. ubi etiam ſubdit, quòd deſtruunt ius commu-
ne. inſtar igitur ſtatutorum interpretationem re-
cipient ſtrictam, & talem quòd ſe cum regulis in
tis conforment. ad conſ. Roma. 318. quæritur etiã
ante fin. Imo. in l. ſi uero. §. de uiro. colum. 4. ff. ſolu
to matrimo. Felin. ſuper rub. de præſcrip. colum.
2. in fi. uer. reſpondi, & cum ſint odioſæ reſtringen
dæ pœnitus ſunt. cap. odia. de regu. iur. lib. 6. cum
uulg. Secundo quòd hæc regula ſit odioſa patet,
2 quia† in odium impetrantium beneficia annaliũ
poſſeſſorum, uti ex prohemio colligitur, & conclu
dit Caſſado. deci. 14. ſuper regulis. nume. 2. Sarn.
hic quæſt. 8. poſt nume. 2. & q. 14. poſt numero 9.
3 Nec ob. ſi dicatur† quòd immo fauorem poſſeſſo
ris annalis etiam concernit, quia hoc negari po-
teſt, ſi enim bene concipiatur impetratio, ſeruen-
turque contenta in regula, nullus fauor poſſeſſo-
ris conſiderari poterit, regula enim tunc talem
4 poſſeſſorem non tuebitur. Inſuper† arguendo ab
una præſcriptione ad aliam, & ſic ad hanc de qua
in regula, ad l. fina. & ibi Bald. C. de tempo. in in-
tegrum reſtitut. & ad Bald. in l. contractibus. poſt
princip. C. de non numerata pecunia, uidemus
5 quòd† præſcriptio xx. annorum in odium tantum
deſidum, ſeu non petentium, eſt introducta, non
autem in fauorem poſſeſſoris. l. finali. in fine. C.
de anna. excep. l. fina. ante fi. iunc. glo. in uerſiculo,
ex una parte. C. de ædi. diui Adri. tollen. ita in ca
ſu noſtro dicamus, odium concernere ſolum ip-
ſos impetrantes regulæ huic parere ceſſantes. Vel
etiam reſponderi poteſt, quòd dato, quòd hic cõ
currant odium, & fauor, & ſic eadem diſpoſitio in
6 dicari debeat† fauorabilis, & odioſa, diuerſis ra-
tionibus, ſeu intuitu, diuerſarum perſonarum, re-
rum, ſeu cauſarum. l. uenia. & ibi glo. in uerſicu. li-
bertis, & Bald. C. de in ius uocan. ubi quòd ex par-
te patroni, eſt fauor, ex parte liberti eſt odium, &
illa glo. communiter tenetur, uti per præcepto-
rem meum Domi. Philip. Dec. conſilio 258. in ca-
ſu nume. 9. per Cur. iun. conſ. 5. nume. 34. & conſ.
7. nume. 2. & poſt nume. 14. attento quia primo,
& præcipue in odium impetrantium emanauit,
7 uti ex prohemio colligitur, † odioſa cẽſeri debeat
diſpoſitio; cum id, quòd præcipuum ſeu princi-
pale eſt tantum conſiderari debeat, argumẽ. text.
in l. nauis aduerſa. ff. ad l. rod. de iactu. l. 1. in princ.
ff. de autho. tuto. l. fina. §. fructus autem. ff. quæ in
8 fraudem crediro. Et propterea dicimus† Macedo
niani exceptionem odioſam, licet fauorabilia ſit
filiisfamilias, ex quo principaliter in odiũ credi-
9 torum inuenta fuit, & ſenatuſconſultum† Velleia
num fauorabile extimamus, quia principaliter in
troductum in fauorem fœminarum, licet odium
& damnum inferat his qui eas pro interceſſorib.
accipiunt: pro quibus facit tex. in l. qui exceptio-
nem, & ibi per docto. ff. de condi. indebi. Calder.
conſilio 34. odioſam dicimus. ſub tit. de uerborũ
10 ſignific. ſic & † ſtatutum, quòd maſculi fœminas
excludant, quòd in fauorem maſculorum prin-
cipaliter, & pro conſeruandis bonis in familia
emanauit, licet etiam concernat odium fœmina-
rum, quicquid dicat Bald. in l. fina. nume. 2. C. ut
de legi. in l. 1. duodecim. in §. not. C. de legi. here.
Alexan. conſilio 128. poſt princip. lib. 1. & pleri-
que alii, qui concludunt illud eſſe odioſum, ueri-
11 tas tamen eſt, quòd† fauorabile cenſetur, attenta
ratione principali. Cyn. in l. 1. C. de adulte. Ange.
conſilio 68. Martinus. nume. 40. Anchara. conſilio
112. ſuperſtite, poſt nume. 6. uerſicu. præterea po-
teſt illud ſtatutum, Ioan. de Ana. conſ. 69. pro bre-
ui, ubi dicit hanc eſſe communem opinionem.
præceptor meus Dom. Philippus Dec. in l. uenia.
colum. 3. uer. ſed quod immo tale ſtatutum fauo-
rabile ſit, ubi dicit hanc eſſe opin. magis commu-
nem. ff. de in ius uocan. ſequitur Aimo conſ. 118.
in hac, poſt num. 10. idem etiam uoluerunt Cur.
Iuni. conſ. 87. num. 3. Bero. conſ. 14. nume. 9. lib. 2.
ac Soci. Iun. conſ. 10. num. 3. uol. 4. Brun. de ſtatu.
exclu. fœmi. art. 4. ptinc. uerſi. ſed uerior. Riminal.
conſ. 24. num. 9. lib. 2. Mazol. conſ. 8. nume. 34. Ter
12 tio† regula hæc pœnalis eſt ultra annullationem
enim actus, quæ pęna dici poteſt, ad l. Senatus. ff.
de contrah. emptio. glo. in c. decet. in uer. proceſ-
ſus. ibi, cum tantum proceſſus, & ſententias iudi-
cum irritet, & pęnalis ſit conſtitutio. de immu. ec
cle. lib. 6. Bal. in l. non dubium. col. 2. ff. de leg. 1. Ab
ba. in c. 2. col. 3. num. 5. de conſtit. condemnat ad
damna, & intereſſe poſſeſſori reficienda, inſuper
ad mulctam, ſeu pœnam pecuniariam quinqua-
ginta ducatorum Cameræ Apoſtolicæ ſoluendã,
13 † pęnalis autem conſtitutio, ſeu diſpoſitio odio-
ſa, & reſtringenda cenſetur. cap. ſtatutum. §. quod
cum ſit pęnale. de elect. lib. 6. l. factum cuique. §.
in pęnalibus. ff. de reg. iur. c. in pęnis. eod. libro 6.
Quarto regula hæc in pluribus eſt contra ius com
mune, cogit enim ad expreſſionem gradus, & no
bilitatis poſſeſſoris, & quot annis poſſederit, &
aliorum, quæ non ſunt neceſſario de iure expri-
menda, nec ſunt talia quorum expreſſio difficilio
rem reddat principem ad concedendum gratiã,
quo

quo caſu nulla mentio requiritur.c.ad aures.c.ſu
per literis,& c.poſtulaſti,de reſcrip. Abb. in c. in
noſtra.col.1.in fi.eo. Imò etiam ſuſtineri poteſt,
quòd non omnia quæ principem ad conceden-
dum retardarent,ſeu difficiliorem redderent,ne-
ceſſario exprimi debeant,ſed ea ſolum,quæ in iu
re expreſſa ſunt,ut de illis mentio fieri debeat, &
alias ut firmaui ſupra in 9. quæſt. 32. regulæ nu-
me. 10. Amplius regula hęc,ibi,& infra ſex men-
14 ſes,&c. cogit inuitum ad agendum, † agere au-
tē de iure nemo cogitur.C.ut nemo inui. in rub.
& nigro.l.fin.C.de uſu. pupil. l.creditor.C.de pi
15 gnor.& regulare eſt † inuitum cogi neminem,ut
aliquid faciat.l.ſi uero.§.fi.ff.ſolu.matri.l.ſicut.in
princ.C.de actio.& oblig.l.nec emere.C. de iure
delib.l.neque ab initio.C.de nup.Barto.in l.talis
ſcriptura.in primo reſpon.poſt num.2.uerſ.item
ubicunque tractat de aliquo obligando contra
ſuam uoluntatem.ff.de lega.1.Dec.in l.diem fun
cto.colum.penult.ſuper glo. in uer. eo tempore.
uerſ.ſed iſta reſponſio non uidetur uera.ff.de off.
aſſeſſ. Poſtremo regula ibi,cauſamq; ex tunc,&c.
16 inſtantiam ad annum reducit, quæ † tamen de
iure canonico perpetua eſt.c.penult.de iudi.Ra-
pha.Fulgo.conſ. 168.data ſententia. ante finem.
uerſ.ſecundū uerò canones temporis lapſu nun-
quam primum &c. Mil in reper. in uer.litis pen
dentia non finitur, in fi.c.tum ex literis, cum ibi
nota.de in integ.reſt.c.fi.inn. declaratione Hoſt.
de proba.docto.in l.properandum.C.de iud.ubi
hanc communem affirmant,prout etiam fatetur
Ludo.Roma.conſ.220.circa primum.col.fin.nu.
11.licet,ipſe contrarium ſentiat,& malè. Hanc
etiam communem aſſerunt Alex.conſil. 23. uiſis
ſcripturis.ante nu.3.uer.Et de iure canonico.lib.
3.& glo.pragma.titu.de cauſis.§.& ne, in uer. in-
ſtantia.Idem uoluit Caſſa.deciſ.5.ut lit.penden.
num.4.& conferunt tradita per Satuen.hic q.67.
nu.3.& 68.num.4.rationem autem quare inſtan
tia de iure canonico non perit,prout de iure ciui
li, iuxta quod triennio durat,ponit Abb.in c. ſu
per eo.2.nu.5.de appel.Amplio etiam ad cauſas
prophanas,etiam extra Rom.cur. commiſſas iu-
dici ſeculari,puta prætori, ſeu poteſtati Vrbeue-
tano,cum clauſula,prout in beneficialibus,& iu-
xta ſtylum ſacri palatij apoſtolici,uel etiam abſ-
que hac ultima clauſula,ut prima inſtantia ppe-
tuo duret,cum enim in beneficialibus ſeruandū
ſit ius canonicum.c.quòd clericis.de fo.comp.&
hæc cauſa commiſſa ſit, ut in beneficialibus, in
quibus prima inſtantia (ut probaui) perpetuo
duret,ergo in cauſa ſic cōmiſſa pperuo durabit,
ita in ſpecie concludit Angu.Bero.conſ.1.nu.17.
& ſeq.lib.3.Pro contraria opin.quod imò regula
hęc fauorabilis,& ampliāda ſit,facit quia primo,
& præcipuè reſpicere uidetur utilitatem, & com
modum annalis pacifici poſſeſſoris, & in eius be
neficiū,reprimit motus exquirētiſi lites,& impe-
trātium beneficia talium poſſeſſorū, & cū faueat
poſſeſſorib.,put uult ēt Sarn.q.4.num.4.& q.19.
poſt num,2.uerſicu. poſſet tamen,iuriſcommuni
conformis uidetur,ad l.in pari cauſa.ff.de reg.iu.
§.commodum autem.inſti.de inter.c.ex literis.ſ.
fi.de proba.cum aliis. Amplius cum inficiari non
poſſit,quin regula hæc contra deuolutarios, be-
neficiisq; alienis pacifice poſſeſsis inſidiantes,ac
lites exquirentes (ut in prohe.) emanauerit, &
quia hos frenare,odio proſequi,& punire, tendit
ad communem utilitatem, fauorem publicum,
& animarum ſalutem, quocunque odio non ob-
ſtante,fauorabilis,extendenda, & amplianda, ac
interpretatione adiuuanda cenſeri debet regul.
hæc,& quæcunque conſtitutio,quando agitur de
puniendis delictis, aut illicitis coercendis, quia
tunc materia dicitur fauorabilis, & reipublicæ
utilis,& propterea fit extenſio,argumento.l.con-
gruit.ff.de offi.præſid.l.ſi longius. uerſicu. nedum
pater.ff.de iudi.l.ita uulneratus.uer.cum neq;.ff.
ad l.Aquil.Bar.in l.quemadmodum.per glo. ibi.
C.de agri.& cenſi.lib.11.ſequitur Ro. conſi.105.
uiſo themate.colum.fi. uerſi.igitur,& ſtatutū,ubi
etiam ponderat quando pœna applicatur fiſco,
prout in caſu noſtro,cum Bar. etiam tenet Alex.
in l.cum quidam.ante fi.ff.de libe.& poſth.& ibi
Iaſ.num.26.in 4.limi.Alexan.& Iaſ. in l.ſi quis id
quod.ff.de iuriſd.omnium iud.idem Iaſ.in l.ſi cer
tis annis.col.1.uerſ.ſecundo moneor.C. de pact.
latè Anto. Corſet.in uer.extenſio.Fely.in c.tranſ-
lato.colum.fi.uerſ.aliud eſt notandum.& ante.de
conſtit.Deci.in l.factum ſuum.§.in pœnalibus.in
4.fallent.ff.de reg.iur.& conſ.65.colum.2.& pro-
18 pterea dicimus ſtatutum permittens † bannitos
impunè occidi, dici fauorabile, quia pro quiete
cōi,& ob bonū publicum inductū,argumento.l.
2.& ibi per Bar.& alios.C.quan.lice.uni.ſine iu-
dic.ſe vendi.Bart. in l.omnes populi. in 2.q.3.q.
prin.nu. 23.ff.de iuſt.& iur. Albe.de Roſ.in trac.
ſtatutorum.in 4.par.q.20.ubi ampliat etiam ad
interficientem bānitum pecuniis ad id receptis,
ſequitur Nellus in tract.bannitorum.in 1.par.ſe-
cūndi temporis.in princi.& præceptor meus D.
Phillp.Dec.conſil.327. uiſo caſu.nu.5.Iaſ.conſil.
133.col.pen.in fi.lib.1.& in l.ubi pactum. nu. 15.
uer.not.etiam diligenter.C.de tranſac.concludo
igitur regulam hanc eſſe fauorabilem, & exten-
dendā,ac interpretatione adiuuandā, an autem
in aliqua ſui parte, ſtrictam interpretationem re
quirat, & coarctanda ſit, apparebit ex iis, quæ
dicemus in aliis quæſt.

SVMMARIVM.

1 *Regula hæc,an per ſolam eius allegationem abſq; pro-
ductione annullet ipſo iure gratiam impetrantis.*
*Exceptionis opem neceſſariam non eſſe ubi decretum
fauorem publicum continet.*
2 *Regulæ 26.de reg.produ.rationes,an ceſſent in regula
de Annali.*
3 *Indiuiduum quodlibet iuxta naturam ſuæ ſpeciei indi-
camus.*

4 *Rem quamlibet iuxta, vel ſuam, vel ſui generis naturam iudicamus.*

1 QVarto quære, † an regula hæc per ſolã
eius allegationem abſque productio
ne apud acta facienda, annullet ipſo
iure gratiam impetrantis?, Pro pri-
ma opinio. Sarnenſ. hic quæſtio. 4. & ſic pro par-
te affirmatiua plura adducit: vltra adducta per
ipſum, pondero quòd regula hæc eſt notisſima
omnibus, & ubique, nec apud tribunalia Roma-
na, & extrema, eſt, qui eam ignoret, unde non ſo-
lum iudicibus, qui peritisſimi eſſe debent, imò
nemini pœnitus cauſarum beneficialium peri-
tiam aliquam habentibus. eam ignorare licet, &
ſic ſententia contra eam lata, ipſo iure nulla erit,
inſtar extrauagantium publicarum, & omnibus
notarum, ad Bald. in l. leges ſacratisſimæ. num. 4.
C. de legi Imol. Paul. Caſtrenſ. & Alexand. in l. cũ
prolatis. num. 13. uerſicu. quod ſingulariter limi-
ta. ff. de re iudica. & ibi Alexand. æquiparat ta-
les extrauagantes eſſe notas, uel eſſe formiter pro
ductas in iudicio, idem uult Abb. in c. paſtoralis.
colum 2. uerſicu. ſi autem eſt publicæ nota. de fi.
inſtrumen. & ibi Feli. nume. 7. in 2. declarat. Am-
plius æquiparando regulas Cancellariæ ſtatutis
ad deciſ. Caſſad. 16. numer. 5. de præbend. & ad
ea, quæ adduco ſupra 7. quæſtio. Regulæ de
Veriſim. nume. 19. uerſicu. habemus quod ſtatu-
ta publicè nota non eſt opus producere, licet ſe-
cus ſit in ſtatutis non publice notis. Bartol. in
repet. l. omnes populi. colum. ſi. poſt nume. 67. ff.
de iuſti. & iure. ſequitur Cardinal. conſil. 72. Ti-
tius nunc ſunt. nume. 14. uerſicu. ad tertium quo
quæritur, & per Felyn. in cap. 1. colum. 1. in fine.
uerſicu. & quando ſit opus producere ſtatutum,
de re iudica. idem igitur dicamus de regulis
Cancellariæ. Addo etiam pro eadem opin. quòd
regula, de regulis cancellariæ producend. ſupra
(iuxta ordinem modernum) 28. dans normam
extrahendi, & producendi regulas cancellariæ,
ad hoc, ut in iudicio fidem faciant, pro effica-
ciori ratione conſiderat regulas aliquoties im-
mutari ſolere, & idem ſentit Sarnenſ. in 2. quæſt.
prohem. regularum, poſt nume. 15. declarans
illam regulam 28. aliàs 26. iuxta ordinem anti-
quum. Inſuper regula hæc fauorabilis eſt, ut pro
baui ſupra quæſtio. 3. & continet fauorem publi-
cum, ut improbi lites exquirentium motus re-
primantur, immo etiam fauorem animæ, quo
caſu neceſſariam non eſſe exceptionis opem con
cludendum eſt, ad gloſ. nota. in cap. ſtatutum.
in uer. committatur. uerſicul. ſed hodie. iuncta
fin. de reſcript. libr. 6. cum qua tranſeunt ibi
doctor. facit capitul. 1. & cap. di pendia. cum ibi
nota. eodem titul. & lib. & ibi Sarnenſ. ubi ſu-
pra ponderat, quòd Pontifices ſucceſſores ali-
quam ex regulis prius æditis negligunt, & con-
ſulto omittunt, aliquando æditas innouant, ac
immutant, & ante numerum 16. ſubdit ſucceſſo-
res Pontifices circa regulas uaria ſentire, & poſt
numerum 16. admonet nos (& hoc ad oculum
apparet) inter antiquas, & modernas regulas
multiplicem eſſe differentiam, adeo, ut quilibet
Pontificum magis uiſus fuerit nouis regulis con
ſtituendis intendere, quàm à prædeceſſoribus
2 æditas comprobare. † Rationes, ſeu conſidera-
tiones præmiſſæ ceſſare uidentur quoad hanc re
gulam, fixam & immutabilem, ac ab infinitis
ſummis Pontificibus per eadem uerba promul-
gari, ſeu confirmati ſolitam, & gloſis doctorum
illuſtratam, unde eam alia productione, ſeu
probatione non egere neceſſariò dicamus. ad
tradi. per Abb. Felyn. & alios in prælleg. c paſto
ralis, de fide inſtrumento. per Imol. Paul. Caſtr.
Alexand. & alios in dicta l. cum prolatis. ff. de
re iudica. Pro contraria opinio. & ſic pro nega-
tiua concludit Sarnenſ. & bene, cum quo tran-
ſit Do. Rebuf. gloſ. 8. circa medium. & quia hoc
iure utimur, & paſsim ita ſemper ſeruari, uidi, &
antiquo tempore, ita ſeruatum fuiſſe audiui, ui-
delicet, ut neceſſario regula produci debeat, &
pars citari ad dicendum, & opponendum cõtra
ipſam iuxta theo. Bar. in extrau. ad reprimen. in
uer. de plano. quam ſequuntur Ludoui. Roman.
conſ. 156. honorande, poſt num. 3. & conſ. 519. in
caſu, circa medium. Ant. Corſ. in ſingu. in uer. fal-
ſum, uerſi. quidam produxit. Caſſa. deci. 7. ad fin.
de appel. & ſuper regu. 12. de Anna. ante nu. 11.
Pro præmiſsis, uide etiam proba. in addi. ad glo.
pragma. de reſcri. §. ipſas, omnes, in uer. regulas,
numero 2. alioquin ipſa non obſtet, ipſaque non
obſtante, ualide procedi poſsit ad ſententiam
promulgandam, contra poſſeſſorem, amplius
non inſiſto, concludens neceſſariam eſſe produ-
ctionem huius regulæ, & citationem, ad dicen-
dum contra, & ultra hæc neceſſario probandum
erit dantem, de regula, eſſe poſſeſſorem annalem,
non enim ſufficit horum alterum concurrere. Pa
tia. n. ſunt regulam non producere, uel de poſſeſ-
ſione annali non docere, ut per Sarn. hic quęſtio.
7. in princip. & aduertant iuniores, quòd illa ra-
tio quam adducebam, quod regula hæc ſemper
eadem, & immutabilis fuerit, non eſt adeo tu-
ta, ut non ſubuerti poſsit, regula enim hæc, de
ſui natura, & omnes alię mutabiles ſunt, ſeu
3 mutari poſſunt, † indiuiduum autem quodli-
bet, iuxta naturam ſui generis, ſeu ſpeciei iu-
dicamus. argument. text. in l. 1. §. beſtias. ff.
de poſtula. l. 1. §. generaliter. & §. in beſtiis. ff. ſi
quadru. pau. feciſ. dica. & Inſtitut. eodem §. &
ibi nota. gloſ. Angel. & alii, quod rem quamli-
4 bet ſecundum † naturam ſui generis iudica-
mus. Nec minus dicam riſibilem Mæuium,
quàm Titium, nec minus hinnibilem equum
Mæuii quàm Titii, ideo nec minus mutabilem
regulam hanc aliis, immo etiam uti conſidera-
uit Sarnenſ. dum quæreret regulæ huius origi-
nem. num. 4. illa Eugenii quarti, primi huius re
gulæ conditoris (uti ipſa putat) à regulis moder

nis

nis ualde differt, ſed miſſas faciamus differen-
tias regularum antiquarum a modernis. inter ip
ſasmet modernas magna apparebit differentia,
ex addi. per Iulium III. inuenta, de qua in noſtra
regula in fi. ibi quod etiam extendi uoluit &c.

SVMMARIVM.

1 *Regula hæc in ſecunda uel tertia inſtantia producta an ſententiæ, ſeu ſententijs prius latis, ac proceſſibus factis obſtet.*
2 *Verba Regulæ, & inde ſecuta quæcunque, quid operentur.*
3 *Regulam hanc etiam poſt ſententias, rem indicatam, & bracchium ſeculare produci poſſe.*
4 *Nullitatis exceptio probationem non requirens, uel ſi opponens incontinenti probare poſſit, in ipſa executione ſententiæ obijci poteſt.*

1 QVinto quæro an † regula hæc in ſecun
da, uel tertia inſtantia producta, ob-
ſtet ſententiæ, ſeu ſententiis prius la-
tis, ac proceſſibus factis? Pro parte
affirmatiua concludendum eſt prout
ſæpius Rota concluſit, præſertim propter decre-
tum irritans, & hanc opin. affirmatiuam tenue-
runt Caſſado. dec. 12. ſuper regulis. Sarnen. ſuper
Regu. de ſubrogan. quæſt. 3. ante numer. 5. uerſic.
Et iſta opin. ratione efficace comprobarut. & idē
Sarnen. hic quæſti. 5. uideantur quæ ſcripſi ſuper
regula. 31. quæſtio. 11. & ultra decretum irritans
2 ponderantur uerba hic poſita, uidelicet † & in-
de ſecuta quæcunque, & ſic irritantur ultra im-
petrationem, ſeu gratiam obtentam, commiſ-
ſio cauſæ, citatio, proceſſus cauſę, ſententia, ſeque
ſtrum, & omnia alia acceſſoria, & quæ ſubſequi
conſueuere, & perinde omnia huiuſmodi habe-
ri debent ac ſi nunquam in rerum natura fuiſsēt,
imo illa uerba, impetratio & inde ſecuta &c.
ſunt tanti ponderis, ut actus in contrarium facti
memoriam auferant, ad gloſ. ſing. in clemen. uni.
in uer. pro infectis. de immu. eccle. iun. declara-
tione Cardi. in. c. ad petitionem. colum. 4. uerſic.
ſed potes ſaluare glo. ubi limitat glo. illam ſolum
procedere quando ultra anullationem ſeu reuo
cationem adſunt illa uerba, uidelicet, & omnia in
de ſecuta, de accuſa. pro quibus uerbis & quid
operentur in reſtitutione banniti, etiam quoad
bona confiſcata, uideatur per eundem Cardin.
in c. quia diligentia. in. 3. quæſtio. de electio. cum
glo. prædicta & Cardi. ubi ſupra tenet Dec. conſ.
252. agitur cauſa colum. fi. & alii per eum ibi ad-
ducti. & propter iſta uerba (& inde ſecuta) uolue
runt R. D. de Ruta, uti refert bo. me. Ioan. Paulus
Prolomęus dec. 54. in una nullius Abbatiæ S. ſal-
uatoris de Caſtellis inter Petrum Aurelium &
3 Io. Felicem † regulam hanc etiam poſt ſentētias,
rem indicatam, & bracchium ſeculare produ-
ctam, locum habere & omnia inficere, & an-
nullare quandocunque producatur. Et ultra
Rotæ auctoritatem (quæ maxima eſt) proban-
tur proxime dicta in iure, ſupponendo enim
quòd nulliter emanauerit gratia, ſeu nulliter cō
miſſa ſit cauſa, uel nulliter proceſſum, ſeu diffini
tum fuerit, regula non ſeruata, gratiam ipſam, &
inde ſecuta annullante, neceſſario concludendū
eſt, quod quandocunque regula ipſa produca-
4 tur, etiam in ipſa executione, † nullitatis exce-
ptio huiuſmodi, quæ aliquam probationem non
requirit, uel in omnem euentum ſiquid proban-
dum ſit, in continenti probari poſſit, executio-
nem ſententiæ, & quoſcunque eius effectus impe
diat, & inficiat. l. ſi pretur. §. marcellus. ff. de iudi. l.
ſi ſe non obtulit. §. cōdemnatum & ibi Bar. num.
1. & 2. Alexand. numer. 4. & 5. & alii. ff. de re. iudi.
Rot. 107. no. quod. num. 2. & 115. in ante. ac 280.
licet & 340. fuit dubitatum. poſt numer. 4. in no.
Rip. in alle. §. condemnatum. hanc communem
affirmans. numer. 11. Soc. regula 122. in. 1. fallen.
Rui. conſi. 11. uiſo compromiſſo num. 13. uolum.
4. & conſ. 59 quòd impediatur executio, in prin.
ubi opin. Bar. dicit communiter teneri. uolum. 5.
& cum regula, ut pluries dixi, irritet non ſolum
gratiam, ſed inde ſecuta quæcunque, & ſic etiam
ſententias, perinde eſt ac ſi ſtatutum fuiſſet,
quod exceptio huiuſmodi poſt ſententiam e-
tiam opponi poſſet, ad text. in ſimili in. l. 2. C.
de iu. & fac. igno. l. tamen. & ibi gloſſ. magna. ff.
ad macedo.

SVMMARIVM.

1 *Annales poſſeſſores an poſſint fauori huius Regulæ renunciare;*
2 *Poſſeſſor beneficij ante annum completum an fauori huius regulæ ſibi poſtea competituro renunciare poſſit.*
3 *Iuri futuro per pactum renunciari poteſt.*
4 *Appellationi interponendæ renunciari poteſt.*
5 *Præſcriptionis curſus pacto impediri, differri, ſeu prorogari poteſt.*
6 *Præſcriptioni iam inductæ ſeu completæ renunciari poteſt.*
7 *Præſcriptioni utilitatem publicam concernenti renunciari non poteſt.*
8 *Iuri principaliter introducto in fauorem publicum pacto priuatorum renunciari non poſſe.*
9 *Iuri ſuo priuatam utilitatem & etiam publicam ſimul & inſeparabilem concernenti renunciare non poteſt.*

1 SExto quęro utrum poſſeſſores † An-
nales poſſint fauori huius regulæ re
nunciare? Sarnenſ. hic quæſt. 7. ſup-
poſito, quod Regula inducat for-
mam, quod probauit quæſtio. 6. di-
ſtinguit, cuius diſtinctionem prolixam appellat
Rebuff. hic. glo. 17. cir. medium. ego iuxta termi-
nos noſtræ regulę (ultra omnes ſcribentes hic)
addo alium caſum, ſeu dubium, uidelicet quid ſi
poſſeſſor

2 † poſſeſſor beneficii, ante annum completum ex
preſſe renunciet fauori huius regulæ, quod ſibi
completo anno competere poſſet, an renūciatio
hæc ſubſiſtat, ita ut ſuperueniente lapſu anni, nō
poſſit eſſe locus huic regulæ, nec produci poſſit,
ſeu producta non releuet. omiſſis pleriſque iuris
articulis, quorum aliqui infra diſcutiendi veniēt,
ante omnia iunioribus exemplum ſeu praxim ꝓ
propoſiti quæſiti faciliori declaratione, ſubiicio,
ponamus Mæuium & Titium quorum alter be-
neficii poſſeſſor ſit, non tamen annalis, amico-
rum interuentu, litis vitandę cauſa, cum quilibet
ſe potiora iura in beneficio, ſeu ad beneficium
habere contendat, contentos eſſe eorum iura ex
tra iudicium, ſeu amicabiliter iudiciorum du-
bios euentus, expenſaſque innumeras fugiendo,
diſcutienda fore, uel aliter ſeſe componere quæ-
rant, puta relicto uni, titulo beneficii, & fructuū
parte, alteri uero reliqua, ad arbitrium tamen, &
accedente auctoritate ſedis apoſtolicæ. ad text.
in. c. niſi eſſent. de præben. c. ad audientiam. 2. iun.
ibi tradi. per Abb. & Feli. de reſcript. gloſſ. fi. in c.
fi. 1. quæſt. 3. Titius non poſſeſſor dubitat (iuxta
illud: dum Romæ cōſulitur, Saguntum expugna
tur) dum iura ambarum partium ponderantur,
concordiaque firmatur, annum labi, Mæuioque
poſſeſſori fauor regulæ huius accreſcat, & pro-
ptera promittit Mæuius, ſe nolle uti regula hac,
illique quatenus contingat annum interim labi,
expreſſe renunciat, eamque ſe non allegaturum,
uel producturum contra Titium, occaſione talis
beneficii, ſeu litis ſuper eo ſuperuenientis pro-
mittit, cum aliis clauſulis in renunciationibus
ſimilibus poni ſolitis, & propterea dubitatur ut
3 ſupra. Pro parte affirmatiua facit quòd † iuri fu-
turo, ſeu iuri competituro, per pactum renun-
ciari poteſt. l. 1. iun. gloſſ. 1. in. 1. oppo. C. de pact.
& ibi Per. de Bella. & per Iac. de Are. Albe. col. 1.
Bar. Fulgoſius, Pau. Caſtren. & moderni. in. l. & hæ
redi. §. item filiusfami. & ibi Bar. not. ff. eo. Bal. in
auten. quas actiones. nume. 7. uerſic. ſed iuxta. C.
de ſacroſ. eccleſ. Rapha. Fulgo. conſil. 67. pater ſa.
colum. 3. ante numer. 4. Imo. conſil. 52. In caſu pre
miſſo de duobus, poſt nume. 2. uerſ. in contrariū.
4 l. fi. §. fi. C. de tempo. appel. ubi quòd † appellatio
ni interponendæ ſeu iuri appellandi per pactum
renunciari poteſt, idem probatur in. l. tale pactū.
§. 1. cum ibi nota. ff. de pact. Rot. 287. licet appel
lationi. nume. 1. & ante nume. 2. in no. Dec. conſi.
60. uiſo themate. colum. 1. uerſic & appellationi
interponendæ. Inſuper (quantum ad caſum per
me additum attinet) pro eadem opin. affirmati-
ua arguendo ab aliis præſcriptionibus, ad præſcri
ptionem noſtræ regulæ, uidemus quòd pacto
5 † præſcriptionis curſus, impediri, differri, ſeu ꝓro
gari poteſt. l. quod ſi nolit. §. quod ſi ita uenierit.
ff. de edi. edi. Bar. poſt Dy. in. l. nemo pōt. poſt nu.
19. uerſic. item per pactum poteſt præſcriptio in
terrumpi. ff. de lega. 1. Bal. in præalle. auten. quas
actiones. numer. 7. uerſicul. ſed iuxta hoc quæro
quid in pacto. & uerſicul. uel dic quod ualet re-
nunciatio ut ipſo iure non currat præſcriptio. C.
de ſacro. eccl. Ange. conſi. 55. Guglielmus & Fran
ciſcus ante fin. ibi licet poſſit per legem uel pa-
ctum. Amplius utendo eodem argumento, de u-
na præſcriptione ad aliam, quoad caſus per Sar-
6 nenſ. adductos, habemus quòd † præſcriptioni
iam inductæ ſeu completæ renunciari poteſt. l. ſi
quis poſtquam. a contrario ſenſu. ff. de fideiuſ. ſe-
cus enim ibi decideretur ſi non erroris cauſa, ſed
ſcienter. & l. ubicunque. ff. eo. cum ibi nota. Bald.
in præalle. auten. quas actiones nume. 7 uerſicul.
De pręterita enim habemus quod poteſt renun-
ciari, Roma. conſil. 201. pro deciſ. numer. 5. & ſu-
per rub. ff. de arbit. poſt num. 46. uerſ. pręſcriptio
ni tamen finitę. & Felin. ſuper rubr. de pręſcrip.
numer. 12. Ex præmiſſis ſequitur, quòd indiſtin-
ctè dicendum ſit, Regulę noſtrę, ſeu illius pręſcri
ptioni, uel fauori renunciari poſſe, ſiue pręſuppo
namus præſcriptionem annalem iam comple-
tam, ſiue illam currere. Contrarium concluden-
dum eſt indiſtincte, & in omnibus caſibus, tam
poſitis quam aliis quibuſuis qui adduci poſsēt,
quod imo huic pręſcriptioni, ſiue currenti, & ſic
cęptæ ſiue completę, & in eſſe deductę, nullo mo
do renunciari poſſit, & ultra decretum de quo
hic, & ultra formam datam, ea ſola ratio ſufficit
quia ut probaui ſupra quæſt. 3. regula hęc fauora
bilis omnino eſt, & inducta principaliter in o-
dium impetrantium, & poſtea agere, ſeu experi-
ri negligentium, & pręſcriptio huius regulę utili
tatem publicam, publicumque fauorem, & com
modum concernit, quo caſu indiſtincte dicen-
7 dum eſt † pręſcriptioni ſiue currenti, ſeu iam
completę, renunciari nullo modo poſſe, ut con
cludit Bar. in. l. 1. ff. de uſuca. & in. l. nemo poteſt
nume. 21. & ſeq. ff. de lega. 1. Bal. in pręallę. auten.
quas actiones. poſt nume. 7. uerſicu. uel dic quod
lex. C. de ſacroſ. eccle. & in. l. paciſci contra. in. 1.
lectu. in fi. & in. 2. lectura nume. 1. uerſicu. ſed nun
quid per pactum poſſit tolli. Guid. Papę quæſti.
delphi. 319 an ſtatutum. & quæ. 409. quæro quid
operentur, poſt nume. 3. Et generaliter dicimus,
quod iuri principaliter introducto in fauorem
8 publicum, pacto priuatorum † renunciari non
poteſt. l. tamen ii, cum ſuam glo. ff. ad Macedo. l.
ius publicum. ff. de pac. c. ſi diligenti. ubi per om
nes. de fo. compe. & eſt ibi addi. ad Feli. in princi.
pulchre diſtinguens, aut ſumus in iure publico,
aut priuato, & ſi in priuato, aut principaliter
ad priuatam utilitatem, aut non, & an in prohi
bitoriis, & an adſit clauſula annullatiua, quæ di
ſtinctio inſeruit noſtro quæſito, & cum negari nō
poſſit quòd quælibet pars, & quodlibet mem-
brum noſtræ regulæ, uel concernat principaliter
utilitatem publicam, uel quatenus priuatam u-
tilitatem, etiam publicam ſimul & inſeparabi-
9 lem, quo caſu † iuri ſuo renunciare nemo poteſt.
l. inter debitorem. ff. de pac. Hoſtien. Bald. & alii
in præalle. c. ſi diligenti de fo. compe. Soci. regu-
la. 339.

la.339.in uer. renunciare iuri ſuo; in.5 fallen. Ex proxime adductis tolluntur omnia contraria. Insuper reſponderi poteſt, quòd ſi primam opinio. teneremus, in facultate partium conſiſteret, diſpoſitioni Papæ illudere, eiuſque iudicium, & conſtitutionem, a partium pendere arbitrio, contra tex. in c. bonæ. 2. §. nec obſtabat. uerſicul. ſi enim poſtquam poſtulatio, de poſtu. præla. Ioa. Fran. a Ripa in c. cum M. Ferrarienſis, poſt numer. 195. uerſic. amplia ut procedat in tantum, de conſti. Nec ob. illa conſideratio Sarnenſ. primi caſus de renunciatione tacita, quam dupliciter euenire poſſe dicit, uel non probando annalem poſſeſsionem, uel non producendo Regulam, quia illa nõ poteſt dici renunciatio conſiderabilis, firma & ineuitabilis, & cui ſtatim, uel quandolibet occurri, & contrauenii non poſsit, ſi enim hodie poſſeſſor annalis, poſſeſsionem annalem probat, uel regulam producere differt, cras alterum, uel utrũque facere poterit, etiam poſt ſententias, & etiã poſt rem iudicatam prout cõcludo ſupra in proxima præcedenti q.

S V M M A R I V M.

1 *Regula hæc an in Cardinalibus locum habeat?*

Septimo, ibi quod quicunque; quæro
1 an † regula hæc in Cardinalibus locum habeat? Videnda ſunt tradita per D. Pet. Rebuff. ſuper concor. rub. de collatio. §. ſiquis uero. in uer. Cardinalatus & in tracta. Nomina. quæſt. 8. num. 5. & ſeq. late per Sarnen. in 4. quæſt. prohemii regularum, & in 3. de infir. & ibi etiam per me quæſti. 2. per eundem Sarnen. in 3. quæſtio. regulæ de Idio. in 6. regulæ de impe. ben. uiuen. 12. quæſti. regulæ de publican. & in 1. quæſt. Regulæ de Valore: ex adductis in locis præalle. elici poſſunt infinita argumenta, quæ propoſito noſtro quæſito, & cuicunque ſimili inſeruire poterunt, & quia ea ibi uidere licet, hic non repeto: concludens ueriorem opin. uideri, ex quo regula noſtra emanauit, ad tollendas fraudes, pro bono & fauore publico, & quia eſt amplianda, & fauorabilis cenſenda, prout oſtendi ſupra q. 3. imo etiam cum concernit fauorem animæ, cum reprimat improbos litium exquirentium motus, quòd ſub ea Cardinales comprehendi debeant, argumento tex. in c. cum quidam. in prin. iun. glo. magna de iureiu. clem. uni. in prin. de renun. Io. And. Domi. & alii in c. nemo de elec. lib. 6. Sarnen. in 3. quæſti. reg. de infir. nu. 3. & Rebuff. ſuper dicta reg. gloſ. 1. num. 4. uerſic. ſed in Cardinalibus. Quantum uero ad proprios terminos propoſiti dubii attinet, exquiſitius perquirenti, tres caſus occurrunt ſimiles illis de quibus per me in 50. quæſt. quam nuper addidi 16. reg. & eſt ult. quæſtio. & omnia illa circa membra plenè diſcutio, & comprobo. Pro præſente noſtro quæſito ſic diſtinguamus. Aut enim quærimus an Cardinalis impetrans beneficium, per aliquẽ anno pacifice poſſeſſum, ſub hac reg. comprehẽdatur. Aut an Cardinali poſſeſſori annali, contra quemlibet non Cardinalem, fauor & priuilegium huius reg. competat. Aut & tertio an Cardinali, beneficium ab altero Cardi. anno pacifice poſſeſſum impetranti reg. hæc obſtet. Illa trimembris diſtin. quam poſui in præallæg. quæſt. 50. Regulæ 16. paucis mutatis, detractis, & additis huic noſtro quæſito inſeruiet, ex eademque q. iuniores locos, & argumenta ſumere poterunt.

S V M M A R I V M.

1 *Regula hæc an procedat in officijs.*
2 *Officium eccleſiaſticum quid ſit.*

Octauo, ibi beneficium eccleſiaſticum,
1 quæro an † regula hæc in officiis locum habeat? Sarnen. hic quæſtio. 17. uult regulam non procedere in officiis quæ uenduntur. Rebuff. hic gloſ. 3. in prin. ſimpliciter dicit regulam comprehendere officium. idem Rebuff. ſuper Regula de impe. ben. uiuen. num. 39. uerſicu. 11. procedit. uult illam regulam procedere etiam in officiis regiis. Breuiter quia regula noſtra non ſimpliciter dicit beneficium; ſed addit eccleſiaſticum, tollitur omnis difficultas, quæ illo uerbo non addito cadere forſan potuiſſet. Similem ponderationem facit D. Pet. Rebuff. de paci. poſſeſſ. ante numer. 301. in 18. limi. Et quia idem Rebuff. hic in alle. glo. 3. citat gl. in cle. auditor, die tu, in uer. beneficio, ubi glo. uult uenire etiam dignitatem, & Rebuff. hic officium, & dignitatem eccleſiaſticam iuxta illã glo. apparet quòd etiam ſenſerit de officio eccleſiaſtico, & quòd beneficii appellatione ueniat. & ſic concludendum eſt, Regulam hanc uendicare ſibi locum, in officiis mere ſpiritualibus, & quæ a beneficiis non diſtant in effectu, ſecus autem in temporalibus, ſeu mixtis. Similem diſtinctionem & declarationem poſui ſupra in 7. quæ. regulæ de impe. ben. uiuen. iuniores ibi uidere poterunt. Et ſi ſcire uoluerint quid ſit officium (iuxta terminos noſtros ſumptum) uideant in capi. uni. & ibi per docto. de offici. ſacri. per Io. de Syl. in tracta. bene. in 1. quæſtio. 2. par. numer. 39. ubi
2 definit † officium eſſe adminiſtrationem rerum eccleſiaſticarum ſine iuriſdictione, ſequitur Rebuff. de paci. poſſeſsio. numer. 71. in uer. officium pag. 316.

S V M M A R I V M.

1 *Regula hæc an locum habeat in penſione impoſita ſuper fructibus beneficij per annum poſſeſſi.*

Nono

1 NOno quæro an † Regula hæc locum
habeat in penſione impoſita ſuper
fructibus beneficii, per annum poſ-
ſit? Sarnenſ. hic quæſti. 21. reducit ad
quandam eius praxim. arguens ad
partes, reſidens poſtea in ſua diſtinctione quæ
eſt, aut loquimur in penſionibus quæ in titulum,
aut in illis quæ in ſtipendium dantur, puta pro
patrocinio præſtando, pro pulſandis campanis,
uel aliis ſeruitiis, quo caſu etiam laicus & alias
incapax, illarum capax eſt. Archidiac. in. capit.
quamuis. uerſic. prouideri, & ibi Gem. in ultimo
not. & Ancha. colum. 2. uer. 3. colligc. & Franc. in.
2. not. de præben. lib. 6. Io. de Imol. in cle. quia re-
gulares, poſt nu. 26. uerſ. quæro quot ſunt ſpecies
penſionum. de ſupplen. negli. præla. Pau. Rom. in
tracta. penſio. dum quærit an penſio ſit officium,
uel beneficium, ante nu. 1. uerſ. Idem dicit Imol.
fol. 27. Gig. in eo. tracta. penſio. q. 21. in prin. con-
cludit ipſe Sarnenſ. quòd in primo caſu, Regula
poteſt habere locum, in. 2. uerò non, & ſic quia
penſiones hodiernæ, quæ per ſummum Pontifi-
cem imponuntur, in titulum dantur, Regulæ (iu
xta opin. Sarnen.) ſemper locus erit. Sarnen. opin.
refert etiam, & ad eum ſe remittit, D. Hyero. Gig.
in alle. tracta. penſio. quæſtio. 97. in fi. uerſic. quid
autem ſit, de regula Cancellariæ de Annali. Egò
uero indiſtincte teneo (ſecundum ea quæ propo
nuntur) regulæ nunquam locum eſſe poſſe, & ſic
pro opin. negatiua concludo, & omiſſis argumen
tis quæ uidere poterunt iuniores ſupra in 11. q.
regulæ, de Infir. in. 7. quæſtio. regulæ de non iud.
iux. for. ſup. & in 6. quæſt. 33. regulæ, ex quibus in
locis prædictis adductis, iuris concluſio ſumi po
terit, quòd in materia beneficia concernente, ſeu
ſuper beneficiis ſtatuente, penſio regulariter nõ
ueniat, nec ſub uerbo, ſeu diſpoſitione benefi-
cii comprehendatur. Vltra alia quæ hic adduci
poſſent, pro hac parte negatiua, illa clare proba
tur, ex uerbis noſtræ Regulæ, quæ in pluribus locis
(uti ad oculum apparet) nullo modo conueniũt
propoſito quæſito, ergo nec in eo regulæ locus
eſſe debet. argumento text. in. l. dies. cautioni. §.
toties. & ibi notat Bartol. ff. de dam. infec. capi-
tul. indemnitatibus. §. penult. de elec. libr. 6. cum
uulgar.

S V M M A R I V M.

1 *Regula hæc an locum habeat in hoſpitalibus?*
2 *Hoſpitalia quædam in titulum conferuntur.*
3 *Hoſpitalia ſunt adminiſtrationes.*
4 *Hoſpitalarij tutoribus & curatoribus æquiparantur.*

1 DEcimo quæro † an regula hæc locum ha
beat in hoſpitalibus? uidenda ſunt
quæ dixi ſupra quæſti. 10. regulæ pri-
mæ, & quæſtio. 5. Regulæ. 26. Verum
quia diuerſi ſunt termini huius regu
læ, & regularum præmiſſarum, ac etiam regulæ
de triennali, diuerſitaſque uerborum operari fa-
cile poteſt, ut ſub una ex Regulis hoſpitalia ue-
niant, ſub aliis non: quantum ad hanc regulam
attinet, ego diſtinguerem ſic, aut loquimur in
2 hoſpitalibus, noſocomiis, leproſariis, & ſimili-
bus, quæ conferuntur ſeu dantur in titulum,
quod præcipue eſt, quando in fundatione dictũ
eſt, uel quando per electionem prouidetur, clem.
quia contingit. §. ut autem. de religio. dom. vt in
eleemoſinariis plurium monaſteriorum, prout p
gloſ. pragma. de collatio. §. ſtatuit. in uer. benefi-
cium, & exemplificare poſſumus in dependenti-
bus a monaſterio, & celiberrimo illo alpium Ze-
nodochio S. Bernardi in Monte Iouio. Rurſus hoſ
pitalia in titulum dari dicemus, ſeu ſub præfatis
comprehendi, quando eſt ibi campanile cum
campana, quæ publicè pulſatur ad congregan-
dos homines, pro diuino officio, iuxta text. in. ca.
patientibus. iun. ibi tradi. per Abb. de priuile. ſe-
quitur D. Pet. Rebuff. de paci. poſſeſſ. nume. 81. &
82. in caſu præfato dicam hoſpitalia ab hac regu
la comprehendi. Aut nõ conferuntur in titulum,
3 † & tunc non ſunt beneficia etiam lato ſumpto
uocabulo, ſed adminiſtrationes, redditioni ratio
num ſicut tutela, & cura obnoxiæ. l. orphanotro-
phos. C. de epi. & cleri. prealle. clem. quia contin-
git. §. ut autem. de rel. domi. Geminian. conſi. 89.
uacante archidiaconatu. poſt nume. 5. uerſicu. &
idem dicit de hoſpitali Bald. in. l. beneficium. in.
1. lectu. colum. 2. poſt nume. 6. ff. de conſt. princi.
4 ubi † hoſpitalarios tutoribus & curatoribus æqui
parat, ad idem facit Rot. 71. not. quod ubi quis
tenet. in anti. Soc. conſil. 181. uiſis capitulis. num.
1. uerſic. iam prædicti maſſarii. libr. 2. & pro di-
ſtinctione de qua ſupra, & prædictis omnibus ui
deatur pulcrum conſil. Fede. de Sen. 130. Factum
tale eſt quædam domus. & Io. Fran. Paui. olim Ro
tæ auditor peritiſſimus, in tracta. de offi. & pote.
capi. ſede uacan. in 1. quæſt. 2. par. nume. 5. & ſeq.
uerſic. & idem credo de hoſpitalibus, & per D.
Pet. Rebuff. in tracta. nomina. quæſti. 15. num. 12.
& ſeq. ſumptis hoſpitalibus iuxta ſecundum mẽ-
brum diſtinctionis, dicerem ea ſub hac regula nõ
uenire. Signa autem ad cognoſcendum an hoſpi
tale ſit priuatum, an publicum, & an religioſum
ponunt Abb. in c. patentibus, num. 1. de priuile.
Feli. in capit. de quarta. col. 4. de præſcr. Io. de Sel.
de Benefi. par. 1. q. 7. nu. 6.

S V M M A R I V M.

1 *Regula hæc an ueniret in beneficijs manualibus ex funda-*
tione teſtatoris licet poſt 40. annos tantum dicta di-
ſpoſitio teſtatoris fuerit per ordinarium confirmata.
2 *Manualia beneficia an ueniant ſub Regula ſeu diſpoſitio*
ne de beneficijs eccleſiaſticis loquente.
i *Legem unicuique in traditione rei imponere licet.*
3 *Regulam de triennali non procedere in beneficijs manua*
libus.
4 *Præſcriptio obſtare non poteſt liberæ facultati aliquid*
agendi.

Conſuetudi-

Conſuetudinem non induci in ijs, quæ ſunt meræ facultatis.
5 *Præcario præſcriptio, vel pactum non obſtat.*

1 VNdecimo quæro, an hæc † regula militet in beneficiis amouilibus, ex fundatione teſtatoris, licet poſt 40. annos tantum, dicta diſpoſitio teſtatoris fuerit per ordinarium confirmata. exempli cauſa, teſtator fundauit, & dotauit, quaſdam cappellanias, in quibus voluit, & diſpoſuit ſe eiuſq; deſcendentes, ponere poſſe cappellanos ad nutum amouibiles, quoſdamque cappellanos ex tunc nominauit, & deputauit, dictam diſpoſitionem ordinarius (ut præmiſi) poſt 40. annos confirmauit, uideatur conſi. Cald. 26. An in reſeruationibus, ſub titul. de præbend. & per me ſupra in 10. quæſtio. 3. regulæ reſeruatoriæ, ubi an
2 beneficia † manualia veniant ſub regula, ſeu diſpoſitione de beneficiis eccleſiaſticis loquente, per Sarnenſ. in tracta. expectatiuarum. nume. 94. uerſicul. ſimiliter propter illa uerba, de beneficio, &c. & omnino per Do. Petr. Rebuf. de paci. poſſeſſ. in 6. limit. nume. 272. & ſequen. ubi limitat regulam de Triennali non procedere in beneficiis manualibus, ſuper qua maior cadebat dubium, propter generalia, & uniuerſalia, ac geminata uerba illius regulæ, uidelicet, quæcunque eccleſiaſtica beneficia, qualiacunque ſint. ex adductis in locis ſupra citatis, clarè apparebit, quæſitum noſtrum in partem negatiuam decidi debere. Non obſtat, quòd poſt quadraginta annos, ſuperuenerit confirmatio epiſcopi, quia quantocunque tempore, etiam longiori ſuperueniſſet, paret quòd eccleſia comprobauit uolũtatem teſtatoris, aut enim debebat approbare prout fecit aut reprobare, reſtituendo res datas, ne aliàs cũ aliena iactura, contra iura, & omnem rationem locupletaretur, licuit enim teſtatori, prout unicuique licet legem, imponere in traditione rei ſuæ. ad text. in l. legem. C. de pact. l. in traditionibus. ff. eo. l. 1. §. ſi conueniatur. ff. depo. Nec obſtare poterit regula hæc de Annali, imò nec etiam
3 illa † de triennali, ex eo quod triennium lapſum fuerit, intra quod quis ad nutum amouibilis, remotus non fuerit. imò, nec etiam alia qualibet
4 longa, uel longiſsima † præſcriptio obſtare poterit, liberæ facultati aliquid faciendi. glo. penul. in ca. ut priuilegia, de priuileg. Cald. conſ. 1. an contra priuilegium, de præſcri. Bald. in l. 1. poſt gloſ. in uer. pro ſocio, nume. 6. C. de anna. excep. Felyn. in c. cum acceſsiſſent, num. 27. & ante, de conſtit. præceptor meus D. Philipp. Deci. conſil. 271. in caſu tranſmiſſo. in addi poſt num. 18. uerſ. tertio etiam reſponderi poteſt quòd dux. Et dixit Cat. conſi. 38. primo rationes. num. 8. uerſ. tertio, quia cum hæc iura. conſuetudinem non induci. in iis quæ ſunt meræ facultatis. idem uoluit Abb. in c. Ioannes. ante finem. uerſicul. & ideo ex hoc, de cleric. coniugat. & Felyn. in capit. inter cæteras. num. 11. in 5. reſtrictio. de reſcrip. & Dom. Petr. Rebuf. de paci. poſſeſs. num. 277. uerſic. 4. intellige. inferens ad conſuetudinem, ut manuale irreuocabile ſit, quod non ualeat. Accedit quòd facultas hæc amouendi, præcario, ſeu commoda-
5 to comparari uidetur, quo ſit ut nulla † præſcriptio currat, nec aliquod pactum obſtet. l. 1. & 2. & l. cum præcario. ff. de præca. c. ſi. extra. eo. l. malè agitur. C. de præſcr. triginta, uel quadra. anno. Poſtremo in hanc opin. uenerunt. R. D. de Rota, dato dubio, de quo in prin. noſtri quæſiti, in una Albiganen. Cappellaniæ pro Ioann. Baptiſta de Fabianis, contra Nicolaum de Baliſtreriis, ſub die Mercurii. 23. Ianuarii 1549. coram bon. me. Hieronymo Nouato, ut annotatum reperi in calce informationis ſub his uerbis, uidelicet, Rota reſoluit regulam de Annali non habere locum in manualibus, & ſufficere quod dicta erectio fuerit confirmata, licet poſt 40. annos, cum fundator deputauerit unum cappellanum, &c. De his beneficiis manualibus, & eorum natura ab aliis diuerſa, uide Lap. alleg 9. diſputat hic, num. 5. & alleg. 66. quuddam, poſt num. 5. uerſicu. reſpondeo certè, & omnino. Dec. Achil. 2. ſub tit. de benefic. in rip. licet beneficia manualia, quæ non ueniunt ſub generali affectione, & probant, quòd manualitas quandocunque reuocari poteſt, & quòd poſſunt dici beneficia perpetua aptitudine.

S V M M A R I V M.

1 *Regula hæc, an in præſtimoniis locum ſibi vendicet?*
2 *Præſtimonia ad quid inſtituta?*
3 *Præſtimonia verè, & propriè ſunt beneficia.*
4 *Regula de Triennali in præſtimoniis locum habet.*

1 DVodecimo quæro, an † regula hæc in præſtimoniis locũ ſibi uẽdicet? Pro opi. negatiua adduco Io. Andr. in c. uni. nu. 3. verſi. & not. quod dicit beneficia, quia ſi alterum eſſet beneficium, &c. de re. permu. lib. 6. faciunt tradit. per Abb. conſ. 47. illud de iure. lib. 2. num. 4. uerſi. his non obſtantibus. ubi poſtquam pro parte affirmatiua argumentatus fuiſſet, concludit appellatione beneficiorum non uenire præſtimonia, tum propter nominis, tum propter naturæ diuerſitatem; tum propter alia, prout ibi. Idem conſil. Abb. ſequitur (licet corruptè illud alleget) Felyn. in cap. poſtulaſti. poſt nume. 8. in 4. declarat. de reſcript. ubi diſtinguit hoc modo. Aut ſumus in diſpoſitione uniuerſaliter loquente, per hæc uerba; uel aliud quodcunque beneficium, & præſtimonium comprehendatur ſub iis uerbis: aut illa dictio uniuerſalis adiecta non fuit (in quo caſu nos ſumus) & præſtimonium non uenit. Cum igitur habeamus authoritatem dictorum illuſtrium Canoniſtarum, hæc opinio negatiua uidetur tenenda. pro qua etiã conſi-

conſideranda eſt præſtimoniorum huiuſmodi o-
rigo, ſeu cauſa, quæ attendi debet. l. qui id quod
in princ. ff. de donatio. l. tutor datus, ibi non titu-
lus actionis, &c. ff. de fideiuſſ. l. ſi filiusfamil. in fi.
2 C. ad macedon. † Præſtimonia ab initio inſtituta
aiunt, pro ſtudentibus, & pro ſubſidio contra in-
fideles, quorum mille, ex quo nullum habent ſer
uitium annexum, nec aliquod onus, nec propriè
dicantur beneficia eccleſiaſtica, ſed quædam ſti-
pendia, de quibus non eſt neceſſe in reſcripto be
neficiario mentionem facere, abſque ulla diſpen
ſatione obtineri, retinerique poſſe, teſtatur Sam.
in tracta. expectatiuarum. num. 39. uerſicu. dico
igitur quod uigore. Pro parte affirmatiua facit
text. in cap. ſi. poſt princip. de conceſſio. præben.
lib. 6. ubi præſtimonia, inter beneficia connume-
rantur, & facta mentione præſtimoniorũ, canoni-
catuum, parochialium, &c. ſubiicitur clauſula,
& aliis quibuſcunque beneficiis, illa dictio, aliis,
implicat, & deſignat ſimilitudinem, & idem in
qualitate, ad l. ſi fugitiui. iuncta glo ſi C. de ſeru.
fugit. c. cum non ab homine. ibi, ſeu alio crimine.
de iudi. c. ſedes, ubi omnes. de reſcr. Cardi. in cle.
2. in 1. nota. de celeb miſſa. pro eadem opin. affir
matiua adduco authoritates. & rationes, de qui-
3 bus infra. † Præſtimonia propriè, & uerè ſunt be-
neficia. quorum obtentorum mentionem. gratiã
beneficiariam impetrãs, neceſſario facere debet,
nec ea. niſi prælatus, nec alii quàm clerico confer
re poſſit, nec ordinarius ea ſibi retinere poteſt,
ſed neceſſe habet conferre, & prælatus ea uendẽa
ſimoniam committeret, quo fit ut concurrenti-
bus tot ſignis, negari non poſſit, ea eſſe beneficia
eccleſiaſtica, omnia hæc tradit, & firmat Hoſti. in
c. poſtulaſti. colum 2. uerſic. unde & electio, archi
diaconi, de reſcrip. ſequitur Oldr. conſ. 81. quòd
proceſſus. uerſi. nam præſtimonia ſunt beneficia.
& conſil. 140. in eccleſia Calaguritana. in princ. &
col. 2. uerſicu. nemo enim negare poteſt tale præ
ſtimonium, cum iis, quę ſubiicit. Gemi. conſi. 89.
uacante archidiaconatu. nume. 3 uerſicu. quoad
ultimum dubium. Nic. Mil. in reperto. in uer. be
neficii appellatione, continentur præſtimonia.
Ioann. Franciſc. Paui. de officio. & poteſta. capit.
ſede uacante. in 1. quæſtio. 2. parte principal. nu.
5. in uer. & idem dicendum eſt, de præſtimo-
niis, & præſtimonialibus portionibus, quia ſunt
beneficia eccleſiaſtica, & perpetua, &c. Hierony.
Pau. in ſuis recollectis. fol. 56. uerſ. beneficii ap-
pellatione continentur præſtimonia, & licet ſub-
dat, quòd non dantur in titulum, poſtea redit ad
primam opinio, quòd uero præſtimonia, in titu-
lum dentur. Et quòd præſtimonia ſint perpe-
tua, & dantur in titulum affirmat etiam Pau. Ro
man. de penſione, dum inſiſtit circa declaratio-
nem diffinitionis penſionis. numer. 22. uerſicul.
excluduntur per hanc clauſulam præſtimonia, &
poſtea dum quærit, an penſio ſit officium. num.
30. uerſicul. ſecus præſtimoniis, quæ dantur in
titulum. fol. 35. Quid tenendum? poſſet diſtin-
gui hoc modo, uidelicet: Aut loquimur de præ-
ſtimoniis, quæ in titulum perpetuum dantur,
& habent annexum aliquod obſequium ſpiri-
tuale, & procedat opinio. affirmatiua. Aut lo-
quimur de præſtimoniis in ſola temporalitate
conſiſtentibus. & quæ non dantur in titulum, &
quorum laici ſunt capaces, & procedat opinio.
negatiua. hæc diſtinctio ſumitur ex mente, & uer-
bis Oldr. præallegat. conſil. 81. & 140. Ioann. An-
dre. in præallega. cap. unic. num. 3. de rerum per-
muta. lib. 6. Gemin. in dicto conſi 89. Dom. Petr.
Rebuff. de paci. poſſeſſ. nume. 90. uerſicul. deci-
moſeptimo etiam procedit in præſtimoniis, &
ante ipſum Ioann. Staphil. olim Rotæ Auditor,
ſignatu. gratiæ, & iuſtitiæ. in 5. forma creationis
in canonicum. fol. 15. iuxta primam impreſ-
ſionem, & fol. 43. de qualitate, & ſtatu benefi-
ciorum. verſicu. nonnulla appellantur præſtimo
nia, quæ & ipſa ſunt beneficia, &c. Verum quia,
hodie præſtimonia omnia, præſertim in Hiſpa-
nia communiter in titulum perpetuum dan-
tur, & habent annexum obſequium ſpirituale,
indiſtinctè ſub hac regula ea uenire putarem,
pręſertim, quia ſumus in materia fauorabili,
& latè interpretanda, uti ſupra probaui quęſtio.
3. & ſi regula hęc in pręſtimoniis locum habet,
4 multo magis † regula de triennali, cuius uerba
(quantum ad propoſitum quæſitum attinet)
ſunt uniuerſalia, & geminata, poſt principium
ibi, quęcunque eccleſiaſtica beneficia, qualiacun
que ſint. Hęc quę de pręſtimoniis diximus ad-
denda ſunt. q. 38. nume. 7. regul. 16. de concur-
ren. ſuper beneficio.

SVMMARIVM.

1 *Regula hæc, an locum habeat in vicarijs?*
2 *Vicarium ad tempus per rectorem in eccleſia patrona-
ta abſq; patroni conſenſu poni poſſe.*
3 *Vicaria perpetua ſub iuribus de beneficijs loquentibus
comprehenditur.*
Amplia ad vicariatum perpetuũ alicuius dominij. n. 4.

1 SEcimotertio quęro, † an regula hęc lo
cum habeat in uicariis? Diſtingo
ſic. aut loquimur in uicariis tempo-
ralibus, & reſpondeo negatiuè. Vica
rii enim ad tempus, uel etiam ad ui
tam rectoris, non habentur loco beneficiatorum,
ſeu beneficia obtinentium. c. peruenit. 2. de app.
c. cum ex eo. uerſicu. porrò ſeptennio de electio.
lib. 6. extra. execrabilis. §. ſeu uerſi. quantum autẽ
ad modificationem, iunct. glo. in uer. perpetuos,
2 de pręben. & propterea dicimus † uicarium ad
tempus, uel ẽt ad uitam rectoris, per rectorem in
eccleſia patronata, abſq; patroni conſenſu cõſti-
tui, ſeu poni poſſe doct. in c. ad hęc, de offi. vica. &
in. c. propoſuit, de fili. pręsbyt. Card. in clem. uni.
in 12. q. de offic. vicar. Lamber. de iur. patro. in §.
q. 3. lib. artic. 7. fol. 403. Aut in perpetuis, & pars
affirma-

3 affirmatiua tenenda eſt, quia † uicaria perpetua
comprehenditur ſub iuribus, ac diſpoſitionibus
de beneficiis loquentibus. c. 8 perpetuus. de ſi. in
ſtru c. poſtulaſti. de reſcrip. c. ad hæc. de offi. uica.
clem. uni. eo. titul. Ant. de Burr. conſil. 3. ſuppoſi
ta. poſt numer. 2. Roman. conſil. 356. circa pri-
mum numer. 5. Rot. 341. not quod cum uica-
rius, in anti. Bellemer. deciſ. 702 ſuppoſito quod
epiſcopus. & Rot. in no. 273. fuit dubitatum & in
conſiliis, quam refert, & ſequitur Staphil. ſu-
per ſigna fol. 26. a ter. uer. idem ſi uicaria eſſet a-
liàs perpetua, & fol. 110. uerſic. quarto modo ex-
pirat. & Boni. de Vita. in alle. clem. uni. de offic. vi
ca. num. 10. & ſeq. ac nu. 23. cum pluribus ſeque.
D. Pet. Rebuff. in tracta. congruæ portion. nume.
110. & 112. ubi ſubdit, ſiue uocetur uicarius, ſi-
ue curatus, ſiue rector, non eſt curandum, & in
tracta nominationum. nume. 48. uerſicul. 29. non
comprehenduntur vicariæ temporales, quæſt. 15.
& per Sarnen. in 11. quæſtio. ſuper Regu. de Idio.
4 Idem etiam dicimus de † uicaria perpetua pro
phana, ſeu uicariatu perpetuo, alicuius domi-
nii, ſeu terræ, prout in uicariatu dominorum de
Malateſtis, concludit Rapha. Cuman. conſil. 162.
uiſa copia priuilegiorum, ſequitur præceptor
meus D. Phi. Dec. conſil. 341. uiſo puncto, præſer
tim numer. 11. & tanto magis dicemus regulam
noſtram procedere in uicariis perpetuis, pro-
pter identitatem rationis, & quia ſumus in ma-
teria fauorabili, extendenda, & amplianda, ut
probaui ſupra q. 3.

S V M M A R I V M.

1 *Regula hæc an procedat in beneficio unito.*
2 *Remedijs pluribus uti poſſe ualde expedit.*

1 DEcimoquarto quæro † an regula hæc
procedat in beneficio unito, ſi colle
gium, uel rector, ſeu alius anno poſ
ſedit beneficium, tanquam alteri be
ficio per eundem poſſeſſo unitum, &
ſic non vt beneficium, ſeu titulum, an defendatur
regula de annali, contra beneficium huiuſmodi
unitum impetrantem? præſens quæſitum in par-
tem affirmatiuam per Rotam deciſum fuiſſe, in
Bononien. de Sala Coram Simonetta teſtatur. Caſ
ſado. dec. 13. utrum obtinens beneficium unitũ,
ſuper regulis, cuius dicta reaſſumit Sarnenſ. hic,
quæſt. 25. ſubdens non pertinenter Caſſadorum
hanc quæſt. poſuiſſe, uia tamen diſtinctionis illũ
defendi poſſe annuit. uidelicet quando duo bene
ficia uniuntur, ita quòd unum non ſubiiciatur
alteri, & ſic neutrum naturam immutet: limitãs
tandem, ſeu declarans deciſionem prædictam, lo
cum habere poſſe, quando aliter non conſtaret
de unione. Rebuff. hic glo. 10. tranſit cum Dec.
Caſſa. dicens Regulæ locum fore, cum impetrans
aſſerit beneficium non eſſe unitum, adducens e-
tiam ad hoc Sarnen. præalle. quæſt. 25. & ſic tran-
ſit, præmiſſis tamen non aliter ponderatis. Ego
puto deciſionem Caſſador. abſque diſtinctione,
limitatione, ſeu declaratione Sarnenſ. ueram eſ-
ſe, & opportune emanaſſe, per ea quæ Caſſado.
ibi conſiderat, & adducit. Non obſtat quod red-
2 datur ſuperflua, ex quo non tam uigore regulæ,
quàm exceptione unionis impetrans repelli poſ
ſit, nam facilis eſt reſponſio, quia eſto quòd uigo
re unionis etiam excludendus ueniat, ualde ex-
pedit etiam uigore regulæ, pluribus defenſio-
nibus, ſeu remediis præſertim ad diuerſos fines
tendentibus, ſeu per diuerſa media concludenti
bus ut poſſeſſor tutus ſit, argumento tex. in. l. Lu
tius titius. ff. de peti. hære. l. cum qui. & ibi Iaſo.
in princip. C. de inoffic. teſta. l. 3. C. de peti. hære.
An autem, & quando diuerſa remedia proceden
tia ex eadem lege, uel edicto, vel ex diuerſis unum
tollat alterum, & quid quando unum eſt gene-
rale alterum ſpeciale, uideri poterunt Bar. & alii
in l. 1. ff. de no. ope nunci. & idem Bar. & Iaſ. num.
6. in. l. in prouinciali. §. ſi in loco. ff. eo. Non ob-
ſtat alterum, quòd uerba Regulæ non conueniãt no-
ſtro, quæſito, ex quo beneficium unitum, benefi-
cium dici non poteſt, nec illud poſſidetur, ſed
principale, uidelicet illud cui unio facta eſt: ipſe
enim Caſſado dicta deciſ. 13. reſpondet, quòd ex
quo actor ut beneficium impetrauit, ſatis ut de
beneficio agendum eſt, adducit tradita per Car.
in cle. uni. in. 8. quæſt. de ſequ. poſſeſſ. idem etiam
uoluit in cle. diſpendioſam. in 8 quæſt. de iudi. In
ſuper Regula ſolum conſiderat mentem impetrã
tis, ſi potuit haberi improbus, uel calumnioſus,
ut uoluerit litem improbam, & calumnioſam ue-
riſimiliter ſuſcitare, nec curat quomodo per reũ
poſſideatur, concludo Caſſa. prudenter dubitaſ-
ſe, & Rotam optime iudicaſſe, uerum quia ſuper
regula de triennali cum Sarnen. & Rebuff. ſimile
quæſitum diſcutiendum erit, ulterius ſuper præ-
miſſis non inſiſto.

S V M M A R I V M.

1 *Reſeruatum beneficium detinens, an exceptione huius
regulæ uti poſſit.*
2 *Reſeruati beneficij detentatio non eſt conſiderabilis ſed
damnata & punibilis.*
3 *Reſeruata beneneficia ab expectantibus acceptari non
poſſunt.*

1 DEcimoquinto quæro, † an exceptione
huius Regulæ uti poſſit detinens be-
neficium reſeruatum? Tres opinio-
nes traditæ per Felin. in. capitul. in no
ſtra. corre. 36. de reſcr. & per Caſſa. &
Sarn. hic colligi poſſunt. prima eſt pro negatiua,
ex quo regula de beneficiis loquens, intelligi de-
bet de beneficiis abſque hac qualitate reſer-
uationis, & ſic naturaliter, & ſimpliciter, &
non ſecundum quid, ſeu accidentaliter. l. 3. §. 1 ff.
de tute. cum uulga. Inſuper uti arguit Sarn. hic,
quæſt. 23.

2 quæſtio. 23. detentatio beneficij † reſeruati non eſt
conſiderabilis ſed damnata & punibilis. Rot. in
anti. 7. not. quod vbi agitur poſſeſſorio. 428. nota.
nunquid ſi mortuo. col. 2. in prin. ibi, ſicut etiam
dicitur de reſeruatione &c. & 474. no. ſi agenti. in
anti. Abb. in c. in literis. nume. 28. uer & ideo di-
cunt, & in c. item cum quis. col. 2. de reſti. ſpolia.
Are. in l. naturaliter. §. nihil commune. col. penul.
& vlt. uer. poſtremo D. meus. ff. de acqui. poſſeſſ.
pulchre per Soci. in l. rem quæ nobis. in 9. quæſt.
princ. nume. 19. vbi late proſequitur, declarans &
defendens Rotæ deciſion. Corſet. in tracta. fallen.
in regula ſpoliatus ante omnia. in 41. limi. Aene.
de Fal. de reſeru. in 11. effect. num. 3. uer. quia ut di
cit. Caſſa. deciſ. 1. de reſti. ſpolia. & deci. 7. ſuper re
gulis, ante nume. 4. Sarnen. hic quæſt. 19. nume. 2.
& dixit Biſigne. deci. 1. de reſti. ſpol. colum. 2. uerſ.
nam antequam, quòd reſeruatio nedum inficit
poſſeſſ. naturalem, & ciuilem, ſed etiam detenta-
tionem, ſi igitur poſſeſſio obſtante reſeruatione
iniuſta, & nulla haberi debet, nullius debet eſſe
momenti. argumento. l. quoties. ff. qui ſatiſdare
cogan. & ad ea quæ adducit Domi. Petrus Rebuf.
de paci. poſſeſſ. num. 298. ubi quod poſſeſſio iniu
ſta non uitiat. Vltimum Sarnen. argum. pro hac
opin. eſt, quòd regula hæc pęnalis eſt, & exorbi-
tans, & ſic reſtringenda, unde in beneficiis reſer-
uatis non procedat, cum de hac qualitate reſer-
uationis nullam mentionem faciat. Vltra præmiſ
3 ſa uidemus in ſimili, quòd beneficia † reſeruata li
bera, & innoxia ſunt ab expectatiuis, illarumque
uigore acceptationibus, acceptari enim non poſ-
ſunt talia beneficia. Rot. 531. primo & ſecundo
in anti. ubi de noua prouiſione expectantis nar-
rante ſibi aliàs canonice prouiſum fuiſſe, niſi ob-
ſtaret reſeruatio, & ſic per Rotam ſupponitur be
neficia reſeruata acceptari non poſſe. Roma. con
ſilio 260. in propoſito caſu. in princip. & in fi. quic
quid ipſe dixerit conſilio 335. circa primum nu-
merum 13. ubi uoluit expectātem acceptare poſ-
ſe beneficia generaliter reſeruata, ſeu affecta, niſi
dicamus quòd ipſe ſenſerit expectantem tunc
poſſe, quando reſeruatio, ſeu manus appoſitio
nulliter proceſſit, uti colligitur ex iis, quæ præmi-
ſit, numero 11. uerſicu. his tamen, ubi ſentire ui-
dentur propterea expectantem beneficium gene
raliter reſeruatum, acceptare potuiſſe, ex quo af-
fectio, ſeu reſeruatio non ſubſiſtebat, & quòd ex-
pectatiuæ non capiant reſeruata, ultra regulam
cancellariæ promulgari ſolitam, dum expectati-
uæ conceduntur, ſub rubrica de beneficiis reſer-
uatis, idem uoluit Felin. in capitulo, ex officii an-
te nume. 37. de præſcrip. & in capitu. capitulum,
in uerſic. de duabus. num. 27. uer. & aduerte quia
ſi reſeruatio. de reſcri. Pariſ. conſi. 118. circa mate
riam. nume. 18. uolum. 4. D. Petr. Rebuf. de nomi-
na. in 15. quæſt. in fi. ubi ampliat ad nominatio-
nes, uolens beneficia reſeruata nominatis non de
beri. Et quòd beneficia reſeruata non cadant ſub
expectatiuis, expreſſè uoluit etiam idem Ludoui.
Roman. conſilio 342. quo ad primum. numero 2.
quod etiam citat, & ſequitur Rebuff. in pręalleg.
quæſt. 15. in fi. de Nomina. Secunda opin. in qua
poſt Feli. & Caſſado. reſidet hic Sarnen. in dicta q.
23. in fi. uer. non tenet, ibi huiuſmodi detentorem
beneficii generaliter reſeruati &c eſt, quòd regu-
la non procedit in beneficiis generaliter reſerua-
tis, unde ſecus ſit in ſpecialiter reſeruatis. pro hac
diſtinctione uidelicet, quòd aut loquitur de be
neficiis generaliter reſeruatis, & regulæ non ſit lo
cus, aut de non generaliter reſeruatis, & illa locū
ſibi uendicet, pondero quòd ſicut una lex, ſeu ſta
tutum alteram, ſeu alterum declarat, ampliat, ſeu
limitat. l. ut gradatim. uerſic. & ita reſcripto diui
Marci. ff. de mune. & hono. l. fina. C. qui teſtamen.
face. poſ. cum uulga. ita regula una ab altera inter
pretationem ſumet. Nos autem (vt ſupra dixi) ha
bemus regulam expectatiuarum, pro tēpore, ędi
ſolitam, prohibentem tantum beneficia generali-
ter reſeruata acceptari, & ſic ſolum generaliter re
ſeruata excludit, ita regula noſtra ſolum illa exclu
dat. non autem ſpecialiter reſeruata. Inſuper a re-
gu. de triennali immediate hanc ſubſequente, be-
neficia generaliter reſeruata eximuntur, igitur &
ab hac, ut præcedentia ex ſequentibus decla-
rentur, ad l. talis ſcriptura. ff. delegatis pri-
mo. Tertia opinio eſt, quòd regula hæc in qui-
buſuis beneficiis, tam generaliter, quàm ſpecia-
liter reſeruatis, locum habeat, quam quatuor
fundamentis comprobo. Primum erit, quia regu
la indiſtinctè loquitur, indiſtincte igitur, & gene-
raliter accipienda eſt. l. imperator. ff. de poſtulan.
l. 3. ff. de offi. præſi. l. de pretio. cum ſum. Bartol. ff.
de publici. Secundum ſit, arguendo ab uſu patriſ-
familias, ad l. uel vniuerſorum. ff. de pigno. actiō.
l. hæredes palam. §. ſed & ſi notam. ff. de teſta. cum
uulga. videmus quòd ſummi Pontifices, quando
differentiam conſtituere voluerunt inter benefi
cia generaliter, & ſpecialiter reſeruata, in promul
gatione regularum cancellariæ id expreſſerunt,
ac apertis. & claris verbis ſignificarunt, prout in
prælleg. Regulis de non acceptan. per expectan-
tes beneficia generaliter reſeruata, & in regula de
Triennali, ubi in ſpecie iſta qualitas generalitatis
reſeruationis exprimitur, & ſic pōderatio de qua
ſupra, de dictis duabus regulis, retorquetur in cō
trarium, alia tamen ratione. Tertium erit, quòd
cum fauorabilis, extendenda, ac amplianda ſit re
gula noſtra (quicquid dicat hic Sarn. dicta q. 23.)
ad ea quæ adduxi ſupra q. 3. latiſſima ſumenda
eſt interpretatio, ut quæcunque beneficia, cuiuſ-
cunque qualitatis ſint, comprehendat. Quartum
& ultimum ſit, quòd idem dicendum ſit in gene-
raliter reſeruatis, ex quo eadem ratio in effectu in
illis concurrit (quantum ad rem noſtram attinet)
quæ in ſpecialiter reſeruatis, nec (quoad noſtrum
quæſitum) concludens rōnis diuerſitas adduci-
tur, unde ſtante rationis identitate, eadem de-
bet eſſe iuris diſpoſitio. l. ſi poſtulauerit. §. 16. ff.
de adulte. l. illud. uerſic. ſed magis uiſum eſt. ff. ad
leg.

leg.aqui.ubi glo.in uer.extimari. dat concordan.
Et quia ratio noſtræ conſtitutionis in eadem ſcri
pta, & expreſſa eſt. Ex ea poſſumus inferre ad
quẽlibet caſum,ẽt nõ expreſſum, & in aliis caſib.
nõ expresſis nõ diceretur extenſio, ſed cõprehen
ſio. ad l. iis ſolis. §.de cæteri.sibi, ẽt tacite cautũ
putamus. C.de reuo.don.quem tex.pro nota.ad
hoc ponderat Bal.in auten.quas actiones. col. 2.
uer.ſed ego dico. C.de ſacro.eccl.& ſuper rub.C.
de nau.fęno. Cald.conſ.1.an capitulũ. in prin. ut
lit.penden.Iaſ.in l.a Titio.ulti.no.ff. de uer. obli.
Ratio autem in prin.noſtræ regulæ deſcripta, ut
improbi motus exquirentium lites reprimantur,
ita comprobari poteſt, in beneficiis generaliter,
ſicut in ſpecialiter reſeruatis. Quid tenendum? ſi-
cut Sarnen.non decidit,ex quo tempore ſuo ca-
ſus pendebat, ſic nec ego quid ſentiam declaro,
ex quo dubium hoc in Rota diſcutiendum ue-
nit,in cauſa Auguſtan. Eluecen. propoſituræ, in-
ter Illuſtris.D.Vulfangum magnum magiſtrum,
ac Peruſiæ adminiſtratorem ex una,cuius cauſam
iamdiu in Rota tractatam,& quaſi finitam,nuper
D.Bartolomeus Romuleus Tuſcus præſtantisſi-
mus lector ordinarius in iure a Germania Romã
magna cum celeritate profectus, ad me detulit,
& Reuerendisſimum ac Illuſtriſſ.Domi.Cardina-
lem Auguſtan.quem quidẽ ob eius maxima me-
rita,ſemper plurimi feci,neque quicquam poſſet
accidere quod ad eũ pertinere arbitrarer, quod
non æquè ac res meas ipſas diligenter, non mi-
nus quàm ſincere curarem, hac tamen excepta
cauſa,in qua clienti meo eius aduerſario,uel uitę,
ipſius periculo, deeſſe non poſſum, tum propter
officium,tum propter pietatem.

SVMMARIVM.

1 *Regula hæc,an procedat in beneficiis conciſtorialibus.*
2 *Conciſtoriales dignitates,quæ ſint.*
3 *Regula de triennali in conciſtorialibus locum habet.*
4 *Beneficij appellatione in materia fauorabili uenire etiam epiſcopatum.*
5 *Regula de infirmis in conciſtorialibus etiam locum habet.*
6 *Conciſtorium aliud publicum, aliud priuatum.*
7 *Audientia publica Papæ.*

1 DEcimoſexto quæro † an regula hæc pro
cedat in beneficiis conciſtorialibus?
Pro opi. negatiua facit tex.in clem.
uni.uer.præfatis itaque, & uerſi. nos
eodem.de iure patron.alleg.Lap.84.
D.Papa.col.penul.ante num.12.uer.item de illis
expeditur, & pronunciatur in conciſtorio.Bal.in
l.fin.uerſi.& Vrbanus.C.de diuer.reſcr.ubi quod
ſatis differt inter negotia conciſtorialia, & alia
quæ Papa ſolus expedit, unde non debemus ex-
tendere diſpoſitionem,ſimpliciter loquentem,ad
actus conciſtoriales,& in terminis huius regulæ,
Sarnen.hic quæſtio.24.reſidet in negatiua,ex quo
regula loquitur de impetratione, & conciſtoria-
lia non impetrantur.Inſuper de conciſtorialibus
promotio fit per cedulam,forma autem prouiſio
num conciſtorialium, a non conciſtorialibus
ſatis diuerſa eſt.Secundo pro hac opin. pondero
quòd ſicut lex uel ſtatutum ab altera lege, uel ſta
tuto declaratur,& limitatur.l.ut gradatim, ibi,&
ita reſcrip.diui Marci continetur &c.ff. de mune.
& hono.l.fina.C.qui teſtam.fac.poſſ. ita dicamus
regulam noſtram,ſtatutum ſeu legem a declara-
tione,interpretatione, ſeu limitatione quæ ſuper
alia regula,lege,uel ſtatuto datur, declarari, am-
pliari,uel limitari,nos autem uidemus aliàs regu
las ſuper impetratione beneficiorum, ſeu ſuper
beneficiis diſponentibus declarari, & limitari,
non procedere in conciſtorialibus, prout per Sar
nen.ſuper regula.de infir.quæſtio. 14. & ſuper re-
gula.de publican.quæſtio.5.& ſuper regula de Va
lore.quæſtio. 3. poſt nume.5.uerſicu. & iſta ratio
procedit non ſolum in monaſteriis, ſed etiam in
aliis beneficiis conciſtorialibus,in quibus non at-
tenditur iſta regula&c. & idem Sarnen. quæſtio.
10.in fi.ſuper dicta regula de ualore.Pariter dica-
mus regulam hanc ſuper beneficiorum impetra-
tione diſponentem, conciſtorialia non compre-
hendere. Tertio cum regula hæc ſit pœnalis (uti
oſtendi ſupra quæſtio.3.numero 12.) ſub ea (niſi
exprimantur)non uenient epiſcopatus, & aliæ ſi-
miles dignitates.cap.dilectus.de conceſ. præben.
cap.compromiſſarius.de electio.lib.6.cap. quia
periculoſum.de ſenten.excommu.eod.lib. glo. in
2 c.2.in uer.dignitatem.eod.lib.6. † conciſtoriales
autem dignitates, ſeu de quibus conciſtorialiter
prouideri conſueuit,ſunt epiſcopatus, abbatiæ,
& quædam aliæ dignitates,tam ſeculares, quàm
regulares,ut per Lap.præalleg.alleg.84.colum.pe
nul.uerſic.item de illis expeditur, & pronuncia-
tur in conciſtorio,ſicut de epiſcopatibus.Domi.
Per.Rebuf.ſuper concor.ad præla.nomi.faci.§.1.
in uerſicu.conciſtorialiter, & per Sarnenſ. in 14.
quæſtio.regulæ de infirma. Pro parte affirmatiua
pondero,quòd regula hæc generaliter loquitur,&
capit omnia beneficia,tam ſimplicia, quàm cura
ta, ex quo ratio regulæ uniformis eſt, ut per Sar-
nen.hic quæſtione 18. immo etiam epiſcopatus,
ex identitate rationis,& propter fauorem regulæ,
prout in hac opin. reſidere uidetur Sarnenſ. hic
quæſtio.18.& quæſtio.19.uerſi.poſſet tamen præ-
dictis non obſtan.Inſuper regula loquitur, de om
ni impetrante,ubicunque igitur impetrationi lo
cus eſt,regula procedere debet, ad tex.in l.1.§.ge
neraliter.ff.de legat.præſtan.l.quamuis.& ibi Iaſ.
in 1.not.ff.de in ius uocan. & ſimilem pondera-
tionem, licet in aliis terminis, facit præceptor
meus Domin.Philip.Dec.conſilio 649. proceden
do breuiter. poſt nume. 8. uerſicu. ſed reſponde-
tur quòd ſtatutum.& proxime dicta ampliantur
procedere etiam,ſi in uno beneficio maior ratio,

quem in alio eſſet.ad tex.in l.1.§. quod autem. ff.
de alea. & l.in fraudem.ff.de milit.teſtamen. Am
plius,cum uerba regulæ (ut præmiſi) ſint genera-
lia,& uniuerſalia quo ad perſonas impetrantes,
prout poſt princip.ibi , quod quicunque benefi-
cium eccleſiaſticum &c.quæ dictio , quicunq;,eſt
uniuerſalis , non capiens reſtrictionem perſona-
rum impetrantium,ſed omnes pęnitus compre-
hendens.ad l.quacunque ratione , & ibi nota. ff.
de procura.l.hoc articulo.& ibi Barto.nume.6.ff.
de hæredi.inſtituen.cap.nemo poteſt.in fi.iun.gl.
in uerb.excepit.de pęni.diſtinc.1.cap. ſolitæ.uer.
quodcunque ligaueris de maio.& obedien.& tan
tæ eſt potentiæ iſta dictio uniuerſalis,ut compre-
hendi faciat,etiam ea,quæ veniunt iuxta impro-
priam ſignificationem,& quæ alias non uenirent.
ad Bald. in l. 1. quæſtio. 34. ff. de rerum diui.ubi
quod feudum pro ſe. & hæredibus quibuſcũque,
tranſit ad extraneos ſucceſſores.idem Bald. in ca-
pitu.imperialem.in princip.de prohi.feu.aliena.
per Federic.ſequitur Alexan.in l.quædam.§. nihil
intereſt.ante nume.3.uerſicu.fallit quando in di-
ſpoſitione. ff. de edend. arguendo de perſonis ad
res,ad.l.qui furere.ff.de ſta homi.l.ſi quis inquili-
nos.§.ſi ita legatum.ff.de lega. 1.Barto. in l. miles
ita.§.1.ff.de mili. teſtam. quo etiam argumento
in terminis noſtris,utitur Sarneu.hic quæſtio. 19.
poſt nume.2.Regula hæc ſicut non capit reſtri-
ctionem perſonarum,immo omnes pęnitus com
prehendit,ſimiliter omnes res,hoc eſt omnia pę-
nitus beneficia cuiuſcunque ſint qualitatis ca-
piet. Præterea cum una pars conſtitutionis alte-
ram declaret,ampliet,uel limitet. l. qui filiabus.
in princip.ff.de lega.1.l.cum proponebatur.ff. de
lega.2.Rapha.Cuma conſilio.117 in princip.Ab
ba.conſilio 36.colum.ult.lib.1.in addi ante fi.no
ſtræ regulæ, adſunt uerba apta comprehendere
omnia beneficia cuiuſcunque conditionis, ſeu
qualitatis,ibi,quod etiam extendi uoluit,ad im-
petrantes beneficia eccleſiaſtica, cuiuſcunq; qua
litatis.igitur & illa addi. nullum pęnitus benefi-
cium excludens. etiam conciſtoriale continebit,
prout propter ſimilia uerba uoluit Sarnenſ. hic
3 quæſtio.19. ante nume. 2.† regulam de triennali
habere locum in quibuſcunque dignitatibus, er-
go & in conciſtorialibus , pariter & hæc prima
pars noſtræ regulæ.ab alia de qua ſupra interpre
tationem recipiens, in omnib. dignitatibus etiã
conciſtorialibus locum ſibi uẽdicabit. Item cum
regula noſtra ſit fauorabilis, etiam propter fauo-
rem animæ,& ad obuiandum fraudibus, & pro-
pterea latiſſimam interpretationem recipere de
beat , prout concludo ſupra quæſtio. 3. appella-
4 tione†beneficii ueniunt omnes dignitates,& etiã
epiſcopatus.capitulo 1.iunc.gloſſ. de regu. iuris
libro 6.glo.in clemen. 1.de cauſ. poſſeſ. & propri.
& in clem. diſpendioſam.de iudi. Ioan.de Syl. de
bene.parte 1.quæſtio.3.ante nume. 7. uerſicu. in
materia fauorabili.Poſtremo retorquendo argu-
mentum ſupra ſecundo loco factum pro opinio.
negatiua,uidemus alias regulas in conciſtoriali-
5 bus locum habere. †prout illa de infirmis. prout
concludit Domi. Petr. Rebuf. ſuper concordan.
ſub rub.de regu.ad præla.nomi.facien.§.1.in gloſ.
in uerſicu.diſpendioſe.colum.3.uerſicu.& illa re-
gula loquens in beneficiis &c. & mouetur pro-
pter identitatem rationis,& auctoritate gloſſ. in
præallega.capitu.1.de regu.iur. libro 6. ſic etiam
& regula de ualore,in beneficiis conciſtorialibus,
procedit,& ita iudicatum fuiſſe per Rotam teſta
tur Sarnenſ. in 3. quæſtio. dictæ regulæ de ualore,
poſt princip.uerſicu.quibus tamen non obſtan.li
cet poſtea dicat contrarium ſeruari. Quid tenen-
dum?Mihi uerior, & tutior uidetur hæc pars affir
matiua.Qui tamen uellet primæ opinioni adhæ-
rere,eam limitare poſſet non procedere , quando
de beneficiis.ſeu dignitatibus de ſui natura con-
ciſtorialibus diſponitur,& prouidetur non conci
ſtorialiter , & impetrantur , prout alia beneficia.
Et quia hic , & alibi de conſiſtorio Papæ loquuti
6 fuimus,decens eſt,declarare †conſiſtorium dupli
citer conſiderari poſſe,publicum,uidelicet. & pri
uatum,ſeu ſecretum.Rurſus primum in duas ſpe
cies diuidere poſſumus,ut alterum dicamus con
ſiſtorium publicum,quòd fieri conſueuit in rece
ptione Cardinalis deſignati,in aduentu noui Ora
toris,uel in reditu legati. De hoc conſiſtorio pu-
blico loquitur Aegid. Belleme. deciſio. 657. Au-
ditor,& latius Sarneu.in compen. ut. Signa. nu-
mero 16.& ſequen.Altera ſpecies conſiſtorii pu-
7 blici hodie nuncupari poteſt †Audientia publi-
ca,quæ ad calcem cuiuslibet menſis cum præſen-
tia ipſius ſummi Pontificis, nonullorum Cardina
lium , omnium Romanorum magiſtratuum pro
communi omnium Romæ degentium, ac extero-
rum utilitate,ac ſalute fieri conſueuit. Similis for
ſan audientia publica fuit illa Regis Salomonis,
de qua in capitu. afferte mihi gladium. de præ-
ſumpt. Similis audientia publica, uel publicum
conſiſtorium deſcribitur. in l. cum anterioribus.
§. in iis autem, ibi quatenus more conſultatio-
num in regia urbe communi audientia &c. C.de
tempo.appella.& in l.in offerendis.in princip.C.
de appella.in auten.de appella.& intra quæ tem-
po. §. ad hæc. Alterum uerò conſiſtorium inti-
mum , & ſecretum eſt , in quo non interueniunt
niſi ipſe ſummus Pontifex, ac Cardinales omnes,
in quo tractantur res magnæ, & arduæ totius or-
bis Chriſtiani , in hoc conſiſtorio pronunciantur
etiam,ac creantur Cardinales, & epiſcopi , ac fit
prouiſio de eccleſiis cathedralibus , de Abbatiis,
& prioratibus conſiſtorialibus,prout per Lap. al-
legat. 84.ante numerum 12.& per Sarnen.in 14.
quæſtio.regula de infirma.poſt numerum ſecun-
dum.cum aliis ſequent. ac per Rebuf. ſuper con-
cordan.rub.de Regia ad præla.nomi. faci. §.1. in
uerſic.conſiſtorialiter.

SVMMARIVM.

1 *Regula hæc, an locum habeat in cappellis, altaribus, & oratorijs.*

2 *Cappellas, & altaria pro eiſdem plerunq; accipi.*

3 *Cappellæ deſcriptio.*

4 *Cappellas quatuor modis conſiderari poſſe.*

5 *Cappellæ monachorum ſunt diuerſæ naturæ ab alijs beneficijs.*

6 *Cappella in domo priuata haberi poteſt.*

Cappellam conſtruens illam dotare non tenetur.

7 *Altare viaticum, ſeu portatile, à beneficijs, & alijs altaribus differt.*

8 *Oratorium lato ſumpto vocabulo, quod dicatur.*

9 *Oratoria ſub regulis cancellariæ non comprehendi.*

10 *Oratorium beneficiorum appellatione non venire.*

1 DEcimoſeptimo quæro, † an Regulæ
hæc locum habeat in cappellis, alta
ribus, & oratoriis? Pro uera deciſio-
ne propoſiti quæſiti, uideamus quó
modo unumquodque horum acci-
2 cipiatur, & an inter ſe differant: † cappellas, ſeu
cappellanias, & altaria pro eiſdem, plerunque ac
cipi, probant glo. 1. in clem. 2. uerſi. quinto quid
de cappellaniis, uel beneficiis altariū, de decim.
Fely. in c. ex parte. 5. num. 2. uerſic. naturam uero
iſtorum altarium, ſiue cappellarum collige; &c.
de reſcr. præceptor meus D. Phi. Dec. conſil. 210.
uiſo puncto. num. 4. uerſic. conſtat autem, quod
altare, ſeu cappella, &c. Si pro diuerſis accipere
uelimus cum diuerſis nominibus nuncupentur,
ad uulg. l. ſi idem. C. de codi. & inter ſe differre aſ
ſeramus, in hoc differre dicemus, ſicut differunt
totum & pars, ut cappella ſit quid totum, altare
3 uero ſit pars ipſius totius † cappella locum in ec
cleſia, uel extra eccleſiam Deo conſecratum, eſſe,
ac acceſſorium, & dependēs à loco in quo ſita eſt
deſcribunt, ut per Pau. de cita. in tracta. de iure-
patronatus. par. 3. quæſt. 32. primæ cauſæ. nomer.
43. uerſicu. ſecundo ſciendum eſt, quód cappella
dicitur locus, &c. ſequitur Lamber. in eodem tra
cta. par. 1. lib. 1. articu. 6. quæſt. 11. fol. 97. in fine.
Ego ultra Sarnenſ. hic quæſt. 20. quatuor modis
4 cappellas conſiderari poſſe putarem, aut quòd
ſint plures cappellæ in aliqua cathedrali, colle-
giata, ſeu parrochiali eccleſia, puta in parrochia
li eccleſia Sancti Pantaleonis (ſub qua domus
mea ſita eſt) ubi adeſt altare maius, ſeu princi-
pale, de quo altari loquitur tex. in cap. ligneis. de
conſecra. eccleſi. uel alt. adſunt etiam plures cap-
pellæ diſtinctę, quarum quælibet habet ſuum al-
tare. & ſupra altare imaginem alicuius ſancti, ſeu
ſanctorum, & in iis cappellis ſemel, uel parum
plus, in anno celebrari, ſeu miſſa dici conſueuit,
alibi uero prout in eccleſia S. Iacobi Hiſpanorū,
domi meæ uicina, in aliquibus cappellis quoti-
die celebratur, & hoc iuxta legem a fundatore,
conſtructore, ſeu eo qui dotauit appoſitam, ſiue
igitur cappella in aliqua eccleſia ſua, habeat di-
ſtinctum membrū, inſtar tugurii, ſeu teſtudinis,
ſiue locus ſit concauus, habens intra ſe totum,
uel partem altaris, ſiue ſit planus in ſe, ſeu conue
xum altare habens, totus ille locus dicetur cap-
pella. Cappella etiam ædicula nominari poſ-
ſet, uel ſacellum. i. ædis ſacræ appendix, iuxta uer
ba Liuij: iiſdem diebus ædiculam Victoriæ uir-
ginis prope ædem concordiæ M. Portius dedica-
uit. & iuxta tex. in l. ſacrilegi capite puniuntur,
ibi, uel qui ædiculas incuſtoditas tentauerunt,
ubi Gui. Bud. declarat. ff. ad leg. iul. pecula. & de
ſacrile. In iis cappellis, & altaribus nulli dubium
eſt regulæ noſtræ locum eſſe, prout idem conclu
dit in regula, de infirm. Sarnenſ. ibi, quæſt. 23. &
ratio eſt, quia impetrantur, prout alia beneficia,
immo pro, beneficiis habentur. c. cum cappella
ducis Burgundiæ, de priui. Dec. conſi. 121. in cau
ſa uenerabilis. in princ. Lamber. de iurepatrona.
lib. 1. par. 1. quæſt. 5. art. 19. fol. 42. & in ſupplica-
tionibus dici conſueuit, cum cappella, ſeu cap-
pellania ad altare beatæ Marię, ſeu S. Nicolai, in
tali eccleſia per obitum Petri, ſeu per reſignatio-
nem, &c. uacet, dignetur S. V. N. oratori confer-
re. Secundo modo cappellam accipiemus pro a-
liqua parua eccleſia, ubi adeſt altare cum aliqua
imagine alicuius ſancti, intus, ſeu potius extra
męnia alicuius ciuitatis, ſeu caſtri, a communiter
accidētibus conſtrui ſolitam, uel deuotionis, uel
commoditatis ibi miſſas audiendi cauſa, in ſimi
libus cappellis ſolent ſinguli presbyteri, à con-
uicinis, ſeu aliis nominari, & ad nutum amouibi-
les deputari, qui ex oblationib. ſeu eleemoſinis,
magis quàm ex alio introitu, in perpetuum con-
ſtituto uiuunt, & in his cappellis, & altaribus
abſque dubio regula non procedit, nec impetra-
ri poterunt, nec propriè dici poterunt beneficia
eccleſiaſtica, nec uerè poſſidentur, & ſic conſti-
tutio noſtra ceſſat, ex quo ſuppoſita per eam, lo-
cum habere non poſſunt, ad nota. per Iaco. But.
Saly. Fulgo. & alios in l. mancipia. C. de ſer. fugi.
Roman. conſil 489. ſtatutum puniens. pręceptor
meus. conſi. 466. ſtante ſtatuto. nu. 8. & conſi. 640.
quæritur. poſt princ. uerſ. primu, præſupponitur.
Tertio habent cappellas aliquas religioſi, toto
5 titu. de cappell. monaco. & quia † ſunt diuerſæ na
turę ab aliis beneficiis, nec aptantur diſpoſitioni
bus, de beneficiis ſimpliciter loquentibus, dicto
titul. de cappel. mona. c. 1. & in ſum. ubi latè Ar-
chi. 16. quæſt. 2. Anch. conſi. 113. iura quæ loquun
tur, poſſet diſtingui, quòd aut loquimur in cap-
pellis fundatis in eccleſijs mendicantium, & re-
gulæ non ſit locus, per rationes Ancharan. ubi ſu
pra Aut loquimur in cappellis in eccleſijs mo-
nachorum non mendicantium, & tunc ſubdi-
ſtinguerem, uidelicet, aut ex fundatione, ſeu alia
conſtitutione clericus ſecularis a ſummo Ponti-
fice, ſeu epiſcopo ibi, perpetuo inſtituitur, ſeu
præficitur, & ſit locus regulæ, quia illius uerba, &
rationes conueniunt. Aut deputatur mona-
chus, & ceſſet regula. hæc tamen requirerent am-

pliorem diſcuſsionem, pro quibus etiam uidean
tur tradi. per Lamber. de iurepatrona. lib. 1. par
te 1. quæſt. 1 t. articu. 7. fol. 98. Quarto, uidemus
6 †cappellas in domibus priuatis prælatorum, ſeu
dominorum temporalium, uel aliorum nobiliũ
ſitas, ſeu domibus ipſis connexas, & incorpora-
tas, quas cum auctoritate epiſcopi, habere non
eſt prohibitum. Innocen. in cap. ex literis. nu. 3.
de iurepatrona. Ioan. Fab. in §. religioſum. Inſti.
de re. diui. Alexand. in add. ad Barto. in l. 1. circa
medium. addi. ff. de reli. & ſumpt. fune. Pau. de ci
ta. in præalleg. tracta. de iurepat. par. 3. quæſt. 32.
poſt num. 43. uerſi. talis cappella etiam in domo
priuata, &c. tales cappellæ, & altaria in illis ſita,
ab hac regula comprchẽdi nullo modo poſſunt.
In quo autem differunt eccleſia, & cappella, &
quòd cappellam ędificans, nõ teneatur illam do
tare, ſicut eccleſiam, uideatur per Ioann. de Ana.
conſi. 24. Primo, uidetur. & per Ludou. Bolo. ubi
more ſuo ad dictum conſi. puta add. & per Rocc.
de cur. de iurepatrona. In uer. conſtruxit. quæſt. 4,
numer. 4. Et quod dixi de cappellis, in omnibus
membris præfatis, idem de altaribus dici poteſt,
loquor de altaribus cappellarum, non autem de
altaribus maioribus, ſeu principalibus, de qui-
bus loquitur tex. in cap. ligneis. de conſecra. ecc.
uel alta. & Abb. conſil. 59. quidam D. Iacobus. De
altarium origine, & ſignificatu, uideatur latiſsi-
mè per Ioan de Syl. de bene. par. 1. q. 5. nume. 56.
& ſequen. & per Pau. de Cita. ubi ſupra. num. 45.
In altaribus, uiaticis quæ mobilia, ſeu portatilia
appellant, de quibus loquitur tex. in c. fin. de pri-
uil. lib. 6. & Pau. de cita. ubi ſupra. num. 46. & an-
te & de quibus latiſsimè tracto, ſuper regula o-
ctaua. de poteſta. Vicecancell. ſub rub. quibus cõ
cedatur altare portatile, nulli dubium quòd re-
gula hæc, & iura de beneficiis loquentia, locum
7 habere non poſſunt, cum nec ſint † beneficia, imò
etiam diuerſitatem habeant ab aliis altaribus,
8 prout in dicta regula 8. oſtendo. † Oratorium ue
ro lato ſumpto uocabulo, omnis locus dici po-
teſt publicus, ſeu priuatus, uel particularis, ad
orandum conſtitutus. pro quibus, uide Lap. alle
ga. 41. quæritur. num. 2. & ſequen. Ludoui. Rom.
conſil. 477. in caſu. nu. 2. Amplia ad Iudęos, limi
ta quo ad hęreticos, illis enim Oratorium habe-
re licet, his prohibitum eſt, prout uoluit Ioan. de
Montegraua. conſi. 428. inquiſitio, quod eſt inter
conſi. Bal. uol. 5. Alio modo oratorium appella-
mus, omnem eccleſiã ubi diuina officia celebran
tur, & ubi preces ad Deum effunduntur, uel dr̃ lo
cus parietibus circundatus, conſecratus, ubi con
ſueuerunt timentes Deum, ueniam peccatorum
petere. in authen. ut lice. mat. & auiæ. §. quia ue
ro. ita comperiuntur. c. 1. & c. nemo, de conſecra.
diſtinctio. 1. & iſtæ dicuntur domus Dei, & do-
mus orationum, iuxta illud euangelii, Domus
mea domus orationis, uos autem feciſtis eam
ſpeluncam latronum: de iſtis oratoriis intelligit
text. in cap. fi. ibi, in quibus populi habitantes,
oratoriis indigere uidentur, de eccleſi. ædific. & c.
oratorium. & c. ſeq. 42. diſtin. Lauren. Calca. con
ſil. 31. Antonius nume. 3. & ſequen. Tertio, orato
ria nuncupamus loca quædam conſecrata, ſeu
non conſecrata, pro quodam chriſtianorum ge
nere deputata, ad orandum, aliquaſque oratio-
nes Deo, uel eius ſanctis, ſimul uel ſigillatim re-
citandum, ſeu decantandum, & alia opera meri-
toria exercendum, tale oratorium habere ſolet
collegium aliquod, dictum diſciplinatorum, ſeu
ſocietas ſancti Sacramẽti, ſocietas beati Rocchi,
& id genus, de quibus loquitur Bald. conſil. 162.
quidam Franciſcus. nu. 4. uol. 5. Bart. in l. ſodales.
num. 6. C. de colle. illi. Io. Carrafa, de ſimon. poſt
num. 135. Pariſ. conſi. 34. num. 27. uol. 4. De orato
riis ſocietatum uidere eſt apud Cardi. conſil. 11.
quædam ſocietas, & Dec. conſ. 148. Reueren. qui
poſt num. 3. uerſ. ſed tamen in caſu. & uer. primo,
quòd illa iura. & poſtea. num. 4. uerſ. nam conſide
randum eſt, quòd in oratoriis, & confraternitati-
bus, pro eiſdem accipi, oratoria, & ſocietates, ſeu
oratoria, & loca ſocietatum, & de oratorio frater-
nitatis, Pariſ. dict. conſi. 34. nu. 13. uol. 4. Oratoriũ
etiam habẽt aliqui prælati, ſeu nobiles in aliqua
parte domus, uel alibi cum altari, uel ſine, uel cũ
altari uiatico, ſeu portatili, de iſtis oratoriis lo-
quitur tex. in c. ubicunque. & ſequen. de conſecr.
diſtinct. 1. & in cap. authoritate, de priuile. lib. 6.
& Fede. de Sen. conſi. 151. thema tale eſt. col. 3. cir
ca medium. & poſtea. uerſi. ad quod primo illud
inducitur. & in illo loco ad orandum deputato,
nihil quod profanum ſit tractatur. Oratoria ali-
qui in duo genera diuidunt, uidelicet, in publi-
ca, & priuata, & publica ſint, quæ ſine epiſcopi
auctoritate conſtrui non poſſunt. per cap. aucto-
ritate, de priuile. lib. 6. priuata uero quæ ſine dioe
ceſani auctoritate fiunt. c. unicuique, de conſecr.
diſt. 1. pro qua diſtinctione, & de publicis, & pri-
uatis oratoriis uideatur Card. conſil. præalleg. 11.
9 præſertim. nu. 9. & ſeq. † Oratoriorum huiuſmo-
di nullum, ſub hac, & aliis regulis cancellariæ cõ-
præhendetur, niſi illud quod ſit auctoritate ſum
mi Pontificis, uel epiſcopi conſtructum, & in eo
publicę celebretur, & in titulum perpetuo con-
cedi ſoleat, ad nota. per Abb. poſt Innocent. in
cap. fi. in fi. de cenſi. Deci. pręalle. conſi. 210. col. 2.
poſt princ. & quo ad regulam de infirm. ita con-
cludit ibi Sarnen. quęſt. 23. uolens regulam illam
habere locum in oratoriis, altaribus, & capellis,
quæ in titulum perpetui beneficii concedi ſolẽt.
10 Regula igitur erit, quòd † oratorium beneficio-
rum appellatione non ueniat. Fed. pręalle. conſil.
151. col. 3. Abb. in d. c. fi. nu. 3. ſed quæro qualiter
cognoſcitur oratorium, de cenſi. Dec. conſil. 148.
Reuerend. nu. 1. D. Pet. Rebuff. de paci. poſſeſſ. nu
mero. 286. in 10. reſtrictione. & de nominatio.
quæſtio. 15. nume. 53. uerſi. 33. non debentur ora
toria. & ſicut (ut dixi) cappellam, & altare pro
utroque plerunq; accipimus, ita etiam oratoriũ
pro cappella, ſeu altari, & cõtra, accipi uidemus,
præalle-

præallega. cap. auctoritate. ibi, quòd oratoria, uel cappellas. de priuileg. lib. 6. clemen. grauis. iun. de cla. Boni. Vita. ibi nume. 38. uerſicu. latc hic ergo ſumitur cappella. de ſentent. excommu. Calcan. præalleg. conſi. 31.

SVMMARIVM.

1 *Regula hæc, an locum habeat in beneficijs de iure patronatus laicorum, quæ impetrantur a Papa cum clauſula, dummodo accedat conſenſus patronorum.*

2 *Preſentare debent laici infra quadrimeſtre, clerici uero infra ſex menſes.*

3 *Patronorum conſenſus ex poſt interuenire poteſt: limita. ut hic.*

4 *Annalis poſſeſſionis beneficij reſeruati mentio facienda eſt.*

1 DEcimooctauo quæro, † an regula hæc locum habeat in beneficiis de iu. patrou. laicotom, quæ impetrantur a Papa, cum clauſ. dummodo accedat conſenſus patronorũ? D. Petr. Rebuſ. hic gl. 3. in priu. indiſtio&e tenet quod hæc regula comprehendit beneficia iuris patronatus laicorum, uihil tamen addocit. Iuniores oidere poterunt, quæ ſcripſi. q. 4. ſuper regola. de impe. be. vac. per ob i. fami. Cardi. ubl plura argomenta ꝗ pro noſtro qoæſiro, ad partes diſcutieodo faciũt, inuenient. Omiſſa longa diſputatione, qoam facit hic Sarn. q. 27. qui quæſitum ſuum latius poſuerat, ſubdeos, pro clariori intelligentia tres caſos, quorum primi mihi parum conſiderabiles uidentur, & propterea eos miſſos facio, præſentatio
2 enim poſt aonũ inoalida eſt, imo † poſt quatuor menſes ſi de præſentatione laicorum loqoimur, poſt ſex uero qoaodo præſentatio ad clericos ſpectat, eſt tex. melior in iure. in c. uni. de iu. patrooa. lib. 6. Io. And. Cardi. Abb. & Imo. in c. eam te. & in c. eam uos. eo. Cardi. conſ. 8. caſus ſuper quo in fi. Abb. conſ. 28. in cauſa cõis. nu. 2. Mil. in repe. in uerſi. patronus laicus hẽt quadrimeſtre. fol. 132. col. 1. Lamber. in trac. iuriſpa. par. 2. lib. 2. q. 1. ar. 1. nu. 2. fol. 261. Verum ſi defendendo Sarnen. dicamus poſſe iuxta terminos ſuos, euenire ꝙ diu incognita fuerit uacatio, & propter ignorãriam uacatiooìs tp̃s non currat, & ſic annus labi potuit, abſq; culpa, ſeu negligentia patroni, reſpondere poſſumus, ꝙ iſte caſus ſit rarus, patroni. n. illico notitiam uacationum habere ſolent, ſed daro, ꝙ hoc millies accideret, tunc ad aliam diſcuſſionẽ deueniendom eſſet, uidelicet, an ignorantia eſſet iuſta, ſeu legitima, aut non, primo caſu quærẽdũ eſſet, an ignoraoti obſter regula hæc, ſeu illius termious corrat, de quo infra in alia qõ. In ſecondo uero caſo dicendom eſſet, ignorantiam nõ iuſtã, ſeu legitimam nec in terminis caſuum Sarnẽ. nec in aliis noſtræ regulæ excoſare, ſeu aliquẽ effectũ parere. Si alio modo opinionem Sarn. qois defendere forſan oelit, ſupponens ſtilum bullæ impetrationis beneficii, de iu. patro. laicorum exiſtentis, ſub iis uerbis, uidelicet. Grata familiaritatis obſequia, quę dilectus filius Io. Baptiſta Mattiſſani clericus Aprutin. dioc. &c. cum itaq; perpetua cappellania, per clericos ſeculates obtineri ſolita, ad altare. S. Tomæ de Contorbenſitã. in baſilica duodecim apoſtolorum de urbe, ordinis fratrum minotom, qoę de iure patronatus dilectorum filiorũ nobilis familiæ de Mancioìs, ciuium Rom. exiſtit, & qoam q. Stephanus &c. per obirum dicti Stephani, qui apud ſedem &c. uacauerit, & uacet ad præſens, nos eidem Io. Bapt. &c. nec non iutis patronatus hmõi, ſi illud eiſdem patrouis ex fondatione, uel dotatiooe cõpetat, ꝓ medietare, aliàs, in totum, hac uice duntaxat ſpecialiter expreſſe derogantes &c. Erſi ius patronatus hmõi parronois præfatis ex fundatione, uel dotatione cõpetat ut præfertur, alterius medietaris, patronorum eoruodem ad hoc accedar aſſenſus &c. iuxta ꝑmiſſã ſolitam formulã. Saroẽ. defenſor ſuſtinerę poterit,
3 ꝙ cõſenſus † pattonorum ex poſt interuenire, ſeu ſubſequi poſſit. Hoſt. de iu. patr. in ſum. ꝰ. ſi. cir. ſi. uer. quid ſi eccleſia. Fed. de Sen. in trac. permu. q. 30. & Lap. ibi, io addi. in ſi. ion. his, q̃ uoluit Rot. 307 permutatio facta. in prin. ante nu. 1. & in fi. in no. Abb. in diſpu. incip. Rugerio. col. 14. Verũ ne iuniores decipiãtur, aduertant, quòd licet patronorum conſenſus ex poſt ſubſequi poſſit, limitari debet dummodo ioſta terminũ ad præſentandũ interueniat, hoc ſupponont Inn. Rot. & alii ſupra adducti, & Dec. cooſ. 172. in cauſa. num. 1. & poſt no. 2. Lãber. de iu. patr. lib. 2. par. 3. q. 6. nu. 2. uerſi. unde cum dubium. fol. 203. Redeondo igitur ad noſtrom qoæſitum, omiſſis ẽt adductis per Sarn. in tertio caſu de noua prouiſione, reperi deciſionem in terminis noſtris bo. me. Io. Pauli Ptolo. 41. ubi reſtatur in eadem cauſa Iſpalen. Cappellanię. S. Cathenuæ coram Moedano (de qua per Sarnen. hic) per qoinq; ex dominis de Rota, tribus cõtrarium aſſerentibus, concloſum fuiſſe, non obſtante conſ. Dec. 224. pro parte affirmatiua, & ſic, quòd in caſu propoſito regula procedat in beneficiis de io. patro. quia impetratio fit à Papa dommodo conſenſus pattooorum accedar. & ſic gratia hæc, poſt ſe conſenſum patronorom expectabat, & quia in beneficiis iuris patronatus militat rõ regulæ, & qoia oullum infertur præiudicium patrono, cuius intuitu ſolet dici, quod generalis ſermo uoo capit beneficia patronorum laicorum. Lap. alleg 84. D. Papa no. 6. ubi ampliat etiã ſi adſint uerba, ad cuiuſcunq; collationem, prouiſionẽ, electiooem, uel præſentationem, uel quamuis aliam diſpoſitionem, & alle. 96. beneficia uacantia. ubi poſt argumenta hinc inde adducta pro negatiua conclodit, Rot. 265. no. quòd Papa. io prin. in anti. Dom. in c. 2. de præb. lib. 6. nu. 11. uer. glo. ſuper uer. colla. & ibi Fran. ou. 8. Feli. in tract. quan. lite. apo. in prin. & in 3. limi. qoem ſequitur Roc. Cor. de iu. patro. in uer. honoriſitum. q. 4. nu. 22. & ſeq. & in uer. competens. quæſtio. 24. nume. 54. dicens hanc eſſe communem opin. Reboſ. in tracta. no-

mina.q.15.num.2.ubi quòd nec ſub nominatio-
nib.beneficia iuris patronatus laicorum ueniunt.
Inſuper adducebatur ratio in dicta deciſ. Ioan.
Paul.Ptolo.quæ eſt,quòd conſonum iuri commu
ni eſt, quòd fiat mentio de poſſeſſione alterius,
ad cap.cum noſtris.de conceſ.præben. facit conſ.
Ludo. Roman. 465. in re præſenti ante medium,
quòd tanto magis procedit de poſſeſſione annali
4 †alterius,de qua mentio facienda eſt,ſaltem ſi be
neficium eſt reſeruatum. Rot.782. dic quod reſer
uatio.in anti.Aene.de Fal.de reſeru.in 11.effectu
fol.37.Feli.in cap.in noſtra.corre.36. nume.32.&
nume.33.in 3.no.Sarneu.hic quæſt.23.nume.5.&
q.38.nume.2.illam Dec. Mohed. in cauſa Hiſpa-
len. Cappellan. de qua Sarnen. in dicta quæſtio.
27.mentionem facit,& quæ eſt ſimilis illi Ioann.
Paul. Ptolo.uidere poteris, quia eſt in manibus
omnium,incipit,an prouiſio Papæ ad præſenta-
tionem patroni.

SVMMARIVM.

1 *Annus de quo ibi,tunc per annum,quando incipit & ter-
minetur.*
2 *Tempus a die actus currere incipit,quando lex de tempo
re reſpectu actus diſponit.*
3 *Poſſeſſio instrumentalis,an ſit conſiderabilis.*

DEcimonono ibi tunc per annum, quæ
1 ro † quando hic annus incipiat, &
& terminetur? Ad primum reſpon-
deo,quòd a die adeptæ poſſeſſionis,
per eum cuius beneficium impetra-
tur,prout per Domin.Rebuff.hic glo.5.num.2. &
hoc in Cu.Roma.eſt trititiſſimum, & probatur ēt
in iure,quum enim lex de tempore reſpectu ali-
2 cuius actus diſponit, a die illius †actus incipit tē-
pus currere.l.ait lex.ff.ad leg.aqui.l.annus.ff. de
calumnia.l.1.§.dies.ff.de alen. uel agno. libe. Si-
gnoro.conſilio 81.in quæſtio.poſt nume.6. uerſic.
nam cum lex. Sed dubitari poſſet in caſu quem
ſubiiciam,qui in dies accidere poſſet, ponamus
quòd Titius cuius beneficium impetratur,acce-
perat poſſeſſionem instrumentalem, deinde ad
aliquot menſes obtinuit poſſeſſionem actualem,
& realem,computādo a primo termino ſupponi-
mus annum completum,ſecus ſi a ſecundo,a quo
tempore anni initium ſumemus. Et quòd à ſe-
cundo termino,probari poteſt, ex eo, quòd ſæpe
3 dicere ſolemus, quòd † poſſeſſio instrumentalis,
non eſt conſiderabilis nec releuat. Lap. allega.79.
Innocentius.colum.2.uerſic.Et cum in poſſeſſio-
nem induxit.Rot.305.per traditionem anuli, ac
Rot.716.dic ſi aliquis.in anti.& 8. Biſi.de reſtitu.
ſpo.in antiquio.Pau.Caſt in l.ſi pater,ante nu.3.
ubi quòd poſſeſſio non probatur per æſtimum,
quando apparet alium fuiſſe in poſſeſſione.C.de
act.emp.ſequitur Soci.conſ.89.in cauſa agitata.
nu.12.lib.1.& poſſeſſor inſtrumentalis nō dicitur
uerus,& proprius ſed fictus.c.perpetuas.iun.glo.
in uer.in poſſeſſione.ubi quòd per tales inueſtitu
ras, quis non adipiſcitur poſſeſſionem. de donat.
Affli.ſuper feu.in c.quid ſit inueſtitura.nu.3. ubi
quòd eſt ſignum traditionis, ſeu licentia poſſeſ-
ſionem apprehendi,non autem uera traditio. Cō
trarium facile ſuſtineri poſſet, quòd immo poſ-
ſeſſio instrumentalis ſit ualida, & conſiderabilis,
& ſuos debitos effectus a die qua capta fuit ope-
retur,ac ſi a principio fuiſſet realis,& actualis, &
ſic ab illa die currat terminus anni, de quo loqui
mur. Adducta uero in contrarium, procedūt alio
in poſſeſſione exiſtente, quo caſu instrumentalis
nullius momenti eſt, pro quibus uideantur quæ
ſcripſi ſuper regula.16, q.22. ubi plura tum quo
ad theoriam, tum quo ad praxim de poſſeſſione
instrumentali adduco. Quoad aliud, quando an-
nus terminetur,reſpondendum eſt, prout per D.
Pet.Rebuf. hic glo.4. uidelicet, poſtquam com-
pletus eſt annus pacificæ poſſeſſionis, antequam
beneficium,ſic poſſeſſum alter impetret, & ultra
quod mens regulæ ad hoc tendat,ita, ut poſt an-
num,& non ante regulæ poſſit eſſe locus, argumē
to tex.in l.qui duos.uer.ſed multo magis hæc cō-
ditio.ff.de manumiſſis.illius etiam uerba ſunt cla
ra,præſertim propter illa uerba, tunc per annum
pacifice poſſeſſum,tunc ſcilicet, impetrationis tē
pore,articulus enim (tūc) extremitatē temporis
expreſſi deſignat.l.his legatum.in fi.ibi, hic arti-
culus (tunc) extremi quinquennii tempus ſignifi
cat,& ibi declarat Bar. l.4.§.ſi ita. ff. de condit. &
demon.l.in ſubſtitutione.ff.de uulg.& pup.l. pe.
ff. de teſta.tute. Ancha,conſi.357.ex ſerie.colu. 3.
uer.hoc probat,præceptor meus D. Philip. Dec.
conſ.63.& pro tenui. nu.2.& 3.Spec.in tit. de in-
ſtru.edi.§.uidendum reſtat, ante nu.4.uerſ.quod
ſi uelis.glo.in c.ſi eo tempore.in uer. tunc, de re-
ſcri.lib.6.ut igitur Annale priuilegium proſit,re-
quiritur pacifica poſſeſſio annalis impetrationis
tempore,alioquin dictio,tunc, uel impropriè fie
ret,uel potius ſuperflua eſſet.

SVMMARIVM.

1 *Anni de quo hic,dies ultimus inceptus, an habeatur pro
completo.*
2 *Teſtamentum in ultima die decimiquarti anni quis con-
ficere poteſt.*
3 *Dies ultimus anni inceptus pro completo habetur.*
4 *Dies captus in uſucapionibus pro completo habetur.*
5 *Captum in fauorabilibus pro completo habetur.*
6 *Dies ultimus anni captus, quando non habeatur pro com-
pleto.*
7 *Dictio, per, quid integrum, & perfectum denotat.*

1 VIgeſimo quæro, †an dies ultimus anni
inceptus, pro completo habeatur?
Pro parte affirmatiua eſt tex.in l. an-
niculus amittit.iun. l. anniculus non
ſtatim,ibi planè non exacto die ff.de
uer.ſig.ubi anniculus dr̄ i ultima die anni cæpta,
licet

licet nõ cõpleta cõſtitutus, ſic annalis dicatur, q.
uſque in ultimam diem anni cœptam, licet non
completam pacifice poſſederit. Teſtamentum ẽt
quod minor quatuordecim annis conficere non
2 poreſt, † in vltimo die decimi quarti anni conſti
tutus, ualide facere poteſt. l. qua ætate. ff. de teſta.
3 Et aliás uidemus, quòd † dies ultimus incœptus
pro completo babetur. l. 1. in fi. ff. de manumiſſ.
l. ſi minor. iunct. glo. in uer. uiginti. ff. de uer. obli.
Inſuper arguendo ab una uſucapione, ſeu præſcri
prione ad aliam, & ſic ad hanc noſtrã regulã, ad
tex. in l. fi. & ibi Bal. C. de tempo. in integ. reſti. &
Bal. in l. in contractibus. in princ. C. de non num.
4 pecu. habemus, quod † dies cœptus in uſucapio-
nibus, pro completo babetur. l. in vſucapionib.
& ita ibi ſummat Paul. Caſt. & l. ſeq. ubi uidetur
tex. in terminis pro noſtro quæſito. ff. de uſuca. eſt
ẽt tex. in l. in uſucapione. ff. de diuer. p̃ſcri. Rurſus
concluſum fuit ſupra q. 3. hæc regula porius fauo
rabilis cenſeri debet, nos aũt babemus cõem re-
5 gulam, quòd in fauorabilibus † cœptum ꝓ com
pleto habetur, gl. Bar. & alii. in l. 3. §. min. ff. de mi
no. Bal. in all. l. qua ętate. ante fi. ff. de teſt. Pro opi.
negatiua (cui aſſentior) qđ imò dies ultimus cõ-
pletus, ſeu finitus requiratur, adduci põt. l. in oſ-
bus tpalib. ff. de actio. & obl. l. hoc anno. ff. de uer.
obl. l. ſi cui legetur, & ibi Pau. Caſtr. ff. de lega. 1. l.
ex his. in fi. C. quan. dies. lega. ced. c. ſi annum. &
ibi p Archi. & alios. de iud. lib. 6. c. ad noſtram, &
in uer. ante conſummationem, de regu. cle. 1. iun.
gl. in uer. triennio. de ſequeſt. poſſ. Sarneuſ. in 20.
q. regul. de trienn. num. 2. Accedit, quod negari
non poteſt quin regula hæc in odium impetran-
tium beneficia, per annum poſſeſſa, emanauerit.
unde ſuccedit cõis diſtinctio gloſ. & doct. qđ aut
tractamus de fauore inchoando, ſeu finiendo, &
procedant adducta ſupra ꝓ parte affirmatiua,
aut de odio inchoando, ſeu finiendo, & tunc an-
6 nus completus requiratur, & † dies ultimus anni
cœptus, nõ habeatur pro completo, ſed dinume-
ratio facienda ſit de momento ad momentum,
puta ſi Kalen. Ianuar. bora uigeſima capta ſit poſ
ſeſſio, & ſic ab illa hora annus poſſeſſionis incœ-
perit, pariter Kalend. Ianuar. anni ſequentis, ea-
dem hora uigeſima, annus terminetur, & dies ul-
timus completus ſit. præal. l. 3. §. minore. ubi gl.
Bar. & alii. ff. de mino. gl. in uer. exegerit. & ibi do
cto. in c. cum in cunctis. de elect. Bal. in c. cum ui-
ginti, de offi. de leg. idem Bal. in d. l. qua ætate. in
fi. & ibi Pau. de Caſt. poſt princ. ubi ẽt quòd ille
annus completatur uno atomo, uel momento.
optime per Io. Fran. Bald. de p̃ſcriptio. in ultima
quęſtio. nu. 6. 1. par. 4. par. princ. Poſtremo ponde
ro uerba regulæ, per annũ poſſeſſum, ultra aliud
uerbum, pręcedit, quod clarè oſtendit, quòd ſi an
nus præcedere debet, ergo completus pœnitus
7 requiritur, illa dictio, † per, quid integrum, & in
omni ſui parte perfectum denotat. l. urbana. §.
pernoctare. ff. de uerbo. ſigni. & ſicut ibi tota nox
ẽt ſignificatur, ita hic totus annus. l. qui procura-
torem. iun. gl. in uer. peragere. ff de procuraro. l. 2.
in princ. uerſi. peregiſſe autem. ff. de adult. Bar. in
l. quinquaginta. n. 1. in lec. Nic. de Neap. ff. de exc.
tu. Iaſ. in l. morib. ante nu. 3. ff. de uulg. Rom. conſ.
301. in propoſita. num. 13.

SVMMARIVM.

1 *Annus poſſeſſionis de quo hic, an debeat eſſe continuus
an verò ſufficiat, quòd ſit interpollatus.*
2 *Per, dictio, tempus continuum ſignificat.*
3 *Immediatum quid dicatur.*

Vigeſimoprimo, ibi, immediatè præce-
1 dentẽ, quæro an † annus poſſeſsionis
de quo hic debeat eſſe continuus, an
uero ſufficiat quòd ſit interpollatus?
Sarneul. hic. q. 77. reducit ad praxim, exemplum
ſubiiciendo, reſidens, & bene in prima opinio.
quòd debeat eſſe continuus, idem uult Rebuf.
hic gl. 5. Omiſsis aliis iuxta exemplũ ipſius Sar-
nen. duo pro hac opin. ineuitabilia adduci poſ-
2 ſunt. Primum quòd illa dictio, † per, tempus cõ-
tinuum ſignificat, nullum intermedium admit-
tens. l. urbana. §. pernoctare. ff. de uerb. ſigni. l. 2. &
ibi per Sal. nu. 8. uerſ. quæro an hoc triennium. C.
de iu. emph. Io. And. in add. ad Specul. in titu. de
emphit. §. nunc aliqua. q. 27. nu. 38. in uer. pro tri
bus annis. Soci. conſil. 42. in caſu reſtitutionis. nu.
3. Rebuf. ſuper concor. rub. de collatio. §. 1. in uer.
per decennium. Alterum eſt, quòd aduerbium
3 † immediatè, infert quòd nihil pœnitus admit-
tatur, inter poſſeſsionem annalem, & gratiam, &
propterea requiritur, quòd poſſeſsio pacifica, ut
releuet, ſit ad gratiam continuata, argumento
text. in l. in uſucapione. §. 1. ibi, ſed ſi medius. ff.
de diuer. & temp. præſcr. c. cum eccleſia Sutrina.
uerſ. patre clericorum. iun. glo. in uer. ultimo. de
cau. poſſ. & propr. Bal. in l. 1. nu. 3. C. de condi. in-
ſer. ubi declarat immediatum dici, quicquid per
rerum naturam cõtinuatur, & ſic unum & idem
quaſi inferat, quòd ſiquid interponeretur, non
poſſet dici immediatum, nec unum & idem, ſed
quid diuerſum, unum ab altero. Ex quibus, & in-
fra adducendis cõſtat etiam, quòd ſi eſſemus in
dubio interpretatio facienda eſſet de anno, ſeu
de tempore continuo, non interpollato. l. 3. iunc.
glo. penul. l. naturaliter. & l. nunquam. ff. de uſuc.
Abb. in c. ſi. uer. quia omne tempus regulariter
eſt continuum. de elect. Lap. alleg. 46. factum ita.
poſt nu. 3. uer. item cum lex loquitur ſimpliciter
de tempore.

SVMMARIVM.

1 *Anno de quo hic, cępto tempore præceſſoris, ſeu prædeceſſoris, & completo ante captam poſſeſſionem, per ceſſionarium, ſeu prouiſum per obitum, vel aliàs, an locus ſit huic regulæ.*

2 *Hæreditas iacens vſucapionem per defunctum cęptam complet.*

3 *Statutum pęnale loquens de perſona vera non extenditur ad fictam, ſeu repręſentatam.*

1 Vigeſimoſecundo † quæro, Męuius poſſedit beneficium undecim menſib. cedit, ſeu reſignat in fauorem Titii, ſeu Titius per obitum Męuii impetrat illud beneficium, anteq̃ Titius, uel alius poſſeſſionem huiuſmodi beneficij aſſequatur, puta quia ſit ualde diſtans à loco ubi fuit facta prouiſio, uel ex alia cauſa, labitur menſis, & ſic coniungendo menſes undecim poſſeſſionis Męuii, cum iſto ultimo mẽſe, iam annus eſt lapſus, poſt quẽ, beneficiũ huiuſmodi impetratur, an regula hęc impetranti obſtabit? Pro parte affirmatiua eſt tex. decidens caſum ſimilem noſtro, in l. cęptam uſucapionem a defuncto poſſe, & ante aditam hęreditatẽ impleri. ff. de uſuc. idẽ ẽt probat text. in l. qui cũ pro hęrede. §. poſt mortẽ. ff ꝓ empto. & in l. nõnunq̃ §. ſi defunctus, & l. ſi iun. gl. fi. d. tit.
2 de uſuc. ubi qđ † hęreditas iacens uſucapionẽ a defuncto inchoatã cõplet: facit etiam text. & ibi per doct. in l. Põponius. §. non autem. ff de acqu. poſſ. l. cum miles. uerſ. & plerunq; non dum hæreditate adita compleat, & ibi gl. in uer. quaſi cõiunctim. uerſ. tu dicas. ff. ex qui. cau. maio. & gl. in §. inter uenditorem. in uer. tempora. Inſti. de uſuca. glo. in l. in bello, quę eſt 15. §. factæ. in uer. poſſidens. uerſ. quare etiam hæreditas. ff. de cap. & poſtl. reuer. ſicut igitur hæreditas iacens, cõplet uſucapionem cœptam, ita & beneficium uacuũ complere debet uſucapionem, ſeu præſcriptionẽ noſtræ regulæ. Contrarium eſt concludendum, quia iſtud de hæreditate iacente, quòd poſſideat, & uſucapionem perficiat, ac perſonam defuncti repręſentet, inductum eſt ex fictione legis, prout in iurib. & per glo. & doct. ubi ſupra & per Iaſ. poſt alios. in l. eius qui. §. quod ſi ſtipulatus. nu. 6. & ſeq. ff. ſi cer. pet. l. hæreditas enim ff. de acquirend. rerum dom. l. hæreditas in multis partibus uiris pro domino habetur. ff eo. & Inſti. de hæred. inſtitu. § ſeruus etiam alienus. uerſi. nondum enim adita hæreditas perſonæ uicẽ ſuſtinet. Dec. conſil. 438. accurrate. num. 9. cum autem regula noſtra ſit pœnalis, & ſtatuto (ut ſæpe dixi) æqui-
3 paretur, & nos habeamus quod † ſtatutum pœnale loquens de perſona uera, ad fictam, ſeu repræſentatam non extendatur, niſi expreſsè per ius extendatur. Anto. de But. in c. graue. in 4. nota. in fi de præben. ſequitur Præceptor meus Do. Philipp. Dec. conſil. 486. uiſis. nume. 5. & ſequen. & in l. ſi familia. in 7. not. ff. de iuriſd. omn. iudic. & Aimo de antiq. temp. par. 4. nume. 87. ſequitur quòd regula hæc de poſſeſſore uero loquens, ſeu de perſona, quæ anno poſſedit, non extendatur ad hæreditatẽ iacentem. Inſuper arguere ab hæreditate iacẽte ad beneficium uacãs, ſeu beneficiũ non poſſeſſum non licet, prout ex adducendis. in 23. quæſt. & aliis ſubſequen. apparebit, ubi etiã alia ſubdam, quæ opin. affirmatiuam, de qua ſupra pœnitus ſubuertent.

SVMMARIVM.

1 *Anno poſſeſſionis cępto tempore pręceſſoris, ſeu prædeceſſoris, & completo tempore ſucceſſoris prouiſi, per illius ceſſionem, ſeu obitum, an regula obſtabit impetranti.*

2 *Emptor vtitur acceſſione uenditoris & contra.*

3 *Tempora vſucapionis ex perſona defuncti, & hæredis coniunguntur.*

4 *Acceſſione vxoris in dote maritus vtitur, & contra.*

5 *Coniunguntur tempora poſſeſſionis authoris, & ſucceſſoris pro inducenda, & complenda vſucapione, ſeu præſcriptione.*

6 *Tempora poſſeſſionis prædeceſſoris, & ſucceſſoris etiam de iure canonico coniunguntur.*

Vigeſimotertio, Titius, qui per ſex menſes beneficium poſſederat, reſignat in fauorem Mæuii, ſeu Mæuio per obitum Titii, de beneficio ſic poſſeſſio prouidetur, qui Titius per alios ſex menſes
1 poſſidet, quæro, † an tutus ſit regula hac? Pro opin. affirmatiua ſiue arguamus a contractibus
2 ad beneficia, uidemus quòd † emptor utitur acceſſione venditoris, & contra. l. Pomponius §. præterea. ff. de acqui. poſſeſſ. l. ſi duobus. §. uendidi tibi, & l. in uſucapione. §. acceſſio. ff de diuer. & tẽpor. præſcr. l. dolia. §. fi. ff. de contrahend. emptio. l. ſi hominem. ff. de uſucap §. interdum. Inſtit. de uſuca. ſi uero beneficia ultimis uoluntatibus cõparemus (quod magis dicendum eſt) ad c. auctoritate Martini, uerſicul. ſicut contingit in ſucceſſione, de præben. lib. 6. ubi Papa arguit ab ultimis uoluntatibus, ad beneficia eccleſiaſtica. gloſ. in c. 1. §. econtra uerò. in uer. ultimis, eo. ti & lib. Bald. in c. inter cæteras. colu. 2. de reſcript. Rom. conſil. 348. quæritur nunquid. nu. 4. D. meus Ph. I. Dec. conſi. 305. uidebatur, ante nu. 2. verſ. Primo quia talis gratia æquiparatur ultimæ uoluntati. Sarnen. in 4. quæſt. regul. de non toll. iu. quæſi. nu.
3 11. Pariſ. conſi. 119. ſuper hoc. num. 11. uol. 4. habemus quòd † tempora vſucapionis ex perſona defuncti, & hæredis coniunguntur. l. cum miles. iuxta ueriorem intellectum. ff. qui. ex cauſis maior. l. 2. §. etiam hæredi. & l. qui cum pro hærede. ff. pro empto. l. id tempus. §. fi. ff. de uſucap. præal lega. l. Pomponius. §. quæſitum. & §. ſed, & legata-
4 rio. ff. de acquiren. poſſeſſ. † Acceſſione etiam vxoris in dote maritus utitur, & contra dicta. l. Pomponius. §. in dotem. l. dotis fructus. §. ſi res. ff. de iure dot. Amplius arguendo ab aliis præſcriptionibus ad hanc noſtræ regulæ, ad l. fi. & ibi Bal. C. de temp. in integ. reſti. & per eundem Bald. in l. in contractibus. poſt princ. C. de non numer. pecun. cum regulare ſit, quòd tempora poſſeſſoris
5 † auctoris, & ſucceſſoris coniungantur, pro inducen-

ducende, & complenda vſucapione, ſeu præſcriptione.l.penul.C.de long. tempo.præſcrip.l. de acceſsionibus &.l.ſeq.§.1.ff.de diuer.& tempo.præſcr.l.uni.§.hoc tantummodo.C.de uſuca. transfor.l.id tempus.ff.de uſuca.§.diutina.Inſti. de uſuca.Barto.in alle.l.pomponius §.ult.in ſua diſtin.ff.de acqui.poſſeſ.Bal.conſil.159.ſuper eo. colum.penult.uerſicul.item ad hoc ut tempora continuentur,& uerſicul.ſed contra prædicta facit,lib.3, Pariſ.conſil.1.numer.117.libr.1.ita in caſu noſtro uidetur dicendum, quòd coniungi debeant tempora poſſeſsionis præceſſoris, ſeu prędeceſſoris & ſucceſſoris,& ſic Regulæ locus erit. Poſtremo etiam de iure canonico,& in materia ſpirituali,& beneficiaria, & in conſuetudine, ſeu præſcriptione,ac in quaſi poſſeſsione intereſ-
6 ſendi electionibus epiſcoporum † tempora prædeceſſoris, & ſucceſſoris coniunguntur.c.placuit. uerſi.quod ſi ab eo qui in cauſa.16.quæſt.3.cap. cum eccleſia Sutrina poſt princ.ibi quod cum in epiſcoporum electionibus ipſi, ac prædeceſſores eorum conſueuerint intereſſe &c.de cau.poſ.& propri.c cum de beneficio,ibi quod tanto tempore ab uno uel pluribus,& ibi ad hoc no.Gemi. in.2.nota. de præben.lib.6.Pro opinione,negatiua quæ mihi uerior uidetur, pondero,quòd uerba regulæ propoſito themati non conueniunt, ergo conſtitutioni locus eſſe non poteſt.ad.l.dies cautioni.§.toties & ibi Barto.ff.de dam.infe.l.ita autem.in prin.ubi etiam Barto.ff.de admi.tuto. cum uulga.quòd autem uerba non conueniant, probatur, nam regula noſtra ſemper loquitur de uno poſſeſſore tantum annali, prout poſt princ. ibi poſſeſſoris eiuſdem,& poſtea,ipſe poſſedit,& nullum ipſi poſſeſſori &c.in caſu vero noſtro duo ſupponuntur poſſeſſores,unus poſt alium. Inſuper ſequeretur abſurdum, & grauamen,ac onus ultra quàm regula requirat, imo onus ſic interpretando, duplex redderetur, dum enim poſt princip.requirit expreſsionem nominis,gradus, & nobilitatis poſſeſſoris unius annalis,in caſu noſtro,uel circa duos, talis expreſsio requireretur, uel nullum reſpiceret, quia nemo per ſe annum compleuit:ſimiliter circa expreſsionem aqua eliciposſet poſſeſſori nullum ius competiiſſe,& cõpetere, duplicaretur grauamen, in aliis etiam partibus regulæ (eam ſi ſic interpretabimur) eadem, uel alia abſurda ſequerentur, ut quilibet per ſe ipſum ex lectura regulę perſpicere poterit. Pro hac etiam opin.negatiua, conferunt adducta per Sarnenſ.in 16.quæſti.regulæ de Trien.ubi teſtatur per Rotam concluſum fuiſſe, triennium ad quod redacta eſt, alle.Lap.89. non ſufficere quòd ſit continuatum pro parte, tempore primi, & pro parte tempore ſecundi reſignatarii. Aliqua alia fundamenta pro hac opin.negatiua, & reſponſiones ad contraria ſupra adducta, elici poterunt ex gloſſ.pragma.ſub tit.de paci.poſſeſ. in uer.poſſedit fol.292.& ſeq.& ex adductis per D.Rebuff.in tracta.de paci.poſſeſ.numer.267.& ſeq.ubi inter alia concludunt,quòd non licet arguere a contractibus,& ſucceſsionibus, ad beneficialia,in quibus omnis ſucceſsio, ſucceſsionisque commoda, & effectus ceſſant,& Rebuff.poſt num.268.reſpondet etiam ad prę alle. c.cum de beneficio, uideatur ibi per eos.

SVMMARIVM.

1 *An exceptio huius regulæ competens cedenti beneficio, ſeu prędeceſſori, competat ceſſionario, ſeu prouiſo per obitum?*

2 *Regula hæc an ſit realis?*

3 *Realis diſpoſitio latius, & ad alias perſonas porrigitur.*

4 *Actio realis firmior eſt, & plus continet.*

5 *Qualitas habilitatis, uel inhabilitatis, quando in aliqua perſona certo tempore adeſſe debet, ſi non adeſt dum agitur uel excipitur, non tollit ius quæſitum nec aliquod contrarium operatur.*

6 *Qualitate in perſona alicuius deficiente, effectus beneficij ſibi conceſſi deficere debet.*

7 *Poſſeſſio non tranſit in quempiam ipſo iure.*

1 VIgeſimoquarto quæro, † an exceptio huius regulæ competens cedenti beneficio, ſeu prædeceſſori, competat ceſsionario, ſeu prouiſo per obitum? Caſſador. ſuper hac regula dec. 16.plura adducit, quæ præſenti quæſito inſeruire poſſunt, ſed in propriis terminis Sarnen. hic,quæſt.62.& 63.latiſsime tractat, & ad partes diſputat,quid etiam ſenſerit Rota,referens; ego ex omnibus adductis,& quæ adduci poſſe credo, diſtinctionem ſumo,quæ eſt, quòd aut ſupponimus annum non fuiſſe completum tempore præceſſoris,ſeu prædeceſſoris,ſed poſtea tempore ceſſionarii,ſeu prouiſi per obitum, aut tempus eſſe lapſum ante ceſsionem,ſeu obitum,ſed de hac regula non fuiſſe datum,aut tempus eſſe lapſum,& de regula ante ceſsionem,ſeu obitum datum fuiſſe.Quoad primum membrum in proxima præcedenti quæſtio. pro opinion.negatiua concluſi. Quoad ſecundum membrum præfatæ diſtinctionis,principale, & magis ſolidum fundamentum, concludentium pro affirmatiua, uidetur eſſe,
2 quòd† regula hæc ſit realis,quia uerba regulæ in rem prolata ſint, & ſic beneficium potius,quàm perſonam concernant.& quilibet de ea dare poſſit.Caſſa.deciſ.14. poſt nume.2.&.deciſ.16.num. 3.ſuper regulis,ſequitur Sarnenſ.quæſtio.61.poſt prin.verſic.ſed ad hoc poteſt reſponderi,regulam eſſe realem &c.& quæſtio.62.poſt.numer.3.ſuper
3 hac Regula,ſequitur,quòd cum ſit† realis,latius, & ad alias perſonas porrigi debeat.l.aut qui aliter in ſi.ff.quod ui aut clam.l.hæc uerba ff.de adul.l.ſi neceſſariis.§.de uendendo.ff.de pigno.acti.l.ætatem.§.ſi.&.l.ſeq.§.quanquam.ff. de cenſi. l.1.§.permittitur.ff.de aqua quotid.& æſti. Bar.in. l.3.§.ſi procurator.in oppo.ff.quod ui.iu.& in

prę alle.

4 præalle.l.aut qui aliter.§.fi.num.3.† Actio etiam
realis firmior eſt,& plus continet,quam perſona-
lis.l.ſi fundus.§.in uendicatione. in fi.ibi quid
prodeſt in rem actio &c.ff.de pigno.§.1.& ibi do
cto.Inſti.de actio.l.plus cautionis. & ibi præce-
ptor meus D.Phi.Deci.ff.de reg.iur. Et quòd re-
gula hæc ſit in rem ſcripta , ultra Caſſa.& Sarn.
hic,probatur,quia prohibet,annullat , & punit ,
impetrationes , contra quas regula hæc emana-
uit.Inſuper ex uerbis regulæ ante fi.ibi, illudque
nullatenus in antea litigioſum propterea cenſea
tur . aperte apparet , quòd realis eſt, dicta.l.aut
qui aliter,vbi Bar.in dict.§.fi.pulchre diſtinguit.
Contraria opin.facile ſubſtineri poſſet.tum quia
regula perſonalis ſit,ut Sarnen.dicit ex ſtilo Can
cellariæ,dicta quæſti.62.colum.1.uerſi.poſtremo
quia ſecundum ſtilum. & probatur,quia ſemper
reſpicit ipſum impetrantem, & ipſum poſſeſſo-
rem,ad præalle.l.3.§.ſi procurator.ubi Bar.in op
po.ff.quod quis.iu.& licet in conſequentiam an-
nullet , & puniat impetrationes,non per hoc per
mera uerba realia,imo ſemper ad fauorem poſ-
ſeſſoris,& dum decernit, beneficium non fore li-
tigioſum,loquitur ſimiliter ad utilitatem ipſius
poſſeſſoris nõ alterius,nec ſemp ex inſerta.ſeu de
monſtrata perſona , perſonalis diſpoſitio reddi-
tur iux.text.in.l.iurisgentium . §.pactorum. ff.de
pact.Deci.conſil.51.& pro tenui.nume.2.Nec pę
na in regula contenta , & pleraque alia de qui-
bus in ea poſſunt in ſucceſſore locum habere,er-
go nec ipſa regula Et licet emanauerit in odium
exquirentium lites ,etiam emanauit in fauorem
poſſeſſorum,ut illos tutatur pętextu pręſcriptio
nis annalis, niſi impetrans adimpleat contenta
5 in regula . Accedit quòd quando † qualitas ha-
bilitans,uel inhabilitans debet adeſſe in aliqua
perſona certo tempore,ſi non adeſt dum agitur,
uel excipitur,licet poſtea ſuperueniat, non tollit
ius quæſitum,nec aliquid contrarium operatur.
l ſciendum.§ ſi ff.qui ſatis.cogan.l.2.§ nõ ſolum.
ff.de exen tuto. at quando de regula excipitur
annalis poſſeſſor nemo eſt,nemo ergo regula iu-
uabitur.Inſuper cum per obitum annalis poſſeſ
ſoris illa qualitas annalitatis defecerit,cum mors
omnia ſoluat , & ſimiliter per ceſſionem cum
quo ad beneficium ceſſum cenſeatur mors ficta.
c.in apibus.§.ecce in quibus 7.quæſti.1.clem.1.
iun.gloſſ.in uer.mori.ut lit.penden.gloſ.1.in.ca.
ſi epiſcopus in uer.mortem de ſupplen.negli.
6 præla.lib.6.& ſic † qualitas prædicta nec in defun
cto,ſeu cedente,nec in prouiſo per obitum , ſeu
ceſſionario reperitur,ergo quilibet effectus illius
priuilegii , ſeu exceptionis competentis deficere
debet , ad.l.2.§.perſonis &.l.ſemper.§.negociato-
res ff.de iu.immu.l.neratius.ff.de reg.iur.l.cui eo
rum.§. affinitates. ff. de poſtul.l.fi.§.ait lex ff.de
diuor.Rebuff.ſuper concor.titu.de collatio.§.1.
in uer.alteri,uerſicul.Item ubi qualitas ex igitur
in aliquo.Signo.de Homo.conſ.81.in queſtio.uer
ten.num.7.& ante,ubi ponit pulcrum caſum ſu-
per defectu beneficii luirionis . Amplius regu-
la hæc in quantum inficit prouiſiones,ſi neutri,&
ſubrogationes, hoc facit intuitu pacifici annalis
poſſeſſoris,ergo regulæ exceptio illi tantum cõ-
petere debet,& non alteri,ad.l.cum emancipati.
§.ſi duo fratres.ff.de colla.bono.Item quia exce-
ptio huius regulæ inficiens prouiſiones, & ſubro-
gationes intelligitur ,ſi poſſeſſor cui prius fuit
quæſita exceptio, dicta exceptione uti uoluerit,
alioquin ſucceſſor, uel ſequens in iure beneficii,
uel quicunque alius non poterit illa exceptione
uti.l.peto.§.fratre uerſ.quod ſi cautio non fuerit.
ff.de legat. 2.facit.l.2.ibi.ſed omnino ſi dominus
uoluerit.C.de iu emphi.Roma.conſi.156.& Car.
in clement.unic.de conceſ.præbend.Rurſus ſicut
7 † poſſeſſio non tranſit in quempiam ipſo iure.l.
pomponius.§.quæſitum &.l.cũ hæredes . in prin.
ff.de acqui.poſſeſ.l.fi.iun.glo.fi.ff.de uſuca ca.2.a
contrario ſenſu:& ibi per docto.de conſue.Mathe
ſila.not.43.no.quòd licet ſpeciale , ubi ampliat
ad eccleſiam,in quam licet ipſo iure ex contractu
uenditionis & donationis transferatur dominũ.
l.fi.C.de ſacro.eccle.in eam tamen non transfer-
tur poſſeſſio ipſo iure , ita nec exceptio quæſita
uirtute poſſeſſionis,quia eadem ratio eſt de con
tento , quæ eſt de continente , per iura uulgaria ,
ideo dicta regula de Annali non obſtat . Quoad
tertium membrum noſtræ diſtinctionis, licet ſa-
tis diſputabile ſit,ego concluderem pro opin.af-
firmatiua , ex quo iam de regula datum erat , &
ſic ille cui exceptio competebat iam declaraue-
rat,exceptione , ſeu defenſione ſibi competenti ,
uti uelle , iam incipiebat poſſe deregi calum-
niam,& malitiam impetrantis , & iam cum ipſo
poſſeſſore incipiebant comprobari poſſe omnes
partes huius regulæ,unde merito cum regula ſit
fauorabilis,& amplianda(ut ſupra concluſi) de-
bet hunc caſum comprehendere,& malitiam ,ac
improbitatem cauilloſi impetrantis,quoad fieri
poteſt,reprimere,& refrenare.

SVMMARIVM.

1 *Poſſidens pacifice beneficium tempore unius Papæ per ſex menſes,& illo mortuo tempore ſucceſſoris per ſex alios , an iuuabitur Regula hac contra impetrantem ?*
2 *Poſſeſſio plus facti quàm iuris habet.*
3 *Regula de publicandis reſignatione facta coram papa prædeceſſore non obſtabit tempore ſucceſſoris.*

1 Vigeſimoquinto quæro † ſiquis tempo-
re unius Papæ per ſex menſes, & illo
mortuo , tẽpore ſucceſſoris per alios
ſex menſes,pacifice beneficium poſ-
ſideat , an poterit iuuari regula iſta
contra impetrantem? Sarnen.hic quæſti.59.con-
cludit(& bene) pro parte affirmatiua: rationem
ſubdens,quæ eſt,quòd tempore ſecundi Pontifi-
cis, quo beneficium impetratur, iſte reperitur
poſſeſſor

poſſeſſor annalis pacificus immediatus, & ſic cũ
ſuppoſita per regulam in tali uera reddantur, re-
gulæ omnino locus eſſe debet, ad doctrin. Iacobi
But. Fulgoſi. & Salyc. in l. mancipia. C. de ſer. fug.
Roman. ſing. 489. ſtatutum puniens. Deci. conſil.
466. ſtante ſtatuto, colum. 3. nume. 8. Nec refert,
quòd partim tempore unius ſummi Pontificis,
partim ſede uacante, & partim tempore noui
Pontificis, talis poſſederit, quia non per hoc ceſ-
ſauit, & ceſſat eſſe poſſeſsio continua, & immedia
ta, nec aliquo iure cauetur, quod obitus primi Pa
pæ, uel ſedes uacans, ſeu creatio noui pontificis
interrumpat, ſeu retardet, immutet, uel inficiat
poſſeſsionem, & non ſolum præmiſſa non nocent
2 continuationi poſſeſsionis, † quæ plus facti quã
iuris habet. l. 1. §. adipiſcimur, ibi eam rem enim
facti non iuris eſſe. & §. ſi uir, ibi quoniam res fa-
cti, &c. & l. poſſeſsionem pupillum. ibi, quod e-
nim facti eſt poteſt amittere. ff. de acquirenda
poſſeſsi. l. deinde ibi poſſeſsio autem plurimum
facti habet. ff. ex quib. cauſ. maior. cap. cum no-
ſtris. ibi, quia talis poſſeſsio plus habet facti, de
conceſſ. præbend. l. bonæfidei. §. 1. ibi illud ad fa-
ctum pertinere. ff. de acquirend. rerum domini.
nec dominio, ſeu iuri obſunt, & miror quòd
Caccialup. per Samenſ. hic adductus (uir alio-
quin peritiſsimus) contrariam opinio. quæ nul-
lum fundamentum habet, tenuerit. Aduerten-
dum tamen eſt, quòd Samenſ. qui iure optimo
Caccialup. reprehendit, opin. ipſius Caccialup.
tenere uidetur in 20. quæſtio. regulæ de Trienna
li. nume. 4. Aduertatur etiam in quantum Sar-
nenſ. in fine. quæſtio. 59. remittit ſe ad latiſsimè
ſcripta per eum in 6. quæſtio. regulæ de public.
quod termini illius regulę, & huius ſunt ſatis di-
uerſi. Inſuper quòd Samenſ. in dicta quæſtio. 6.
uacillat, aliud forſan ſentiens, quàm ibi pro-
pter Rotæ deciſiones concludat, prout ſuper il-
la regula clarius aperiam: ſimile etiam quæſi-
tum ponit ſuper regula de infirm. quæſtio. 32.
Omnia per eum in dictis duabus regulis diſpu-
tata, reaſſumam, & diſcutiam ſuper prætallega.
3 regula de publican. † quam interim teneas non
habere locum, ſi Papa prædeceſſor poſt reſigna-
tionem factam infra tempus ad publicandum
deceſſerit, ex quo iam eius regula expirauerit,
unde reſignatarius ad aliquid ultra non tenebá-
tur, prout in ſimilibus terminis, uidelicet, ſu-
per regula de acceptando infra tres menſes ui-
gore expectatiuę concludit Nic. de Vbal. in tract.
ſucceſſ. ab inteſta. par. 2. nume. 15. in 3. fallent.
principal. uerſicul. Quem text. Et in propriis
terminis regulæ de Publican. concluſit Rota cõ-
probans dictum Nic. de Vbald. prout Deci. Cre-
ſcen. 146. aliàs 3. ſub titul. de exceptio. quæ in-
cipit: Non obſtan. regula Adriani, & alia Clem.

SVMMARIVM.

1 *Pacificus poſſeſſor ad effectus huius regulę quis dicatur.*

Vigeſimoſexto, ibi pacifice poſſeſſum,
eum Sarnenſe hic quæſtio. 43. quæ-
1 ro, † quis dicatur pacificus poſſeſ-
ſor ad effectus iſtius regulæ? Reſpon
deo, quòd ſumendo interpretatio-
nem noſtræ regulæ (ſiue illam conſtitutionem
dicamus, ſiue ſtatuto æquiparemus) iuxta ius
commune, ſeu alias conſtitutiones eam inter-
pretari debemus ad l. uni. in principi. C. de in-
officio. doti. in authent. ut cleric. apud propri.
epi. ante finem. ibi, & per hanc ſacram, &c. & in
authen. de exhibend. reis. ante finem. glo. in l. fin.
§. in computatione. uerſicu. non hę. in fin. C. de
iure deliberand. cap. dilectus. uerſicul. cæterum.
eum ſupradictum, de conſuet. ſed nos habemus
tex. in cap. placuit. ibi, ut eum appareat paci-
fice tenuiſſe eccleſiam. 16. quæſtio. 6. & gloſ. ibi
exponit pacifice. i. iure, ita hic exponamus pa-
cifice poſſeſſum. i. iuridice, & ſic pacifica, & iu-
ridica poſſeſsio idem inferat. Breuiter iuxta ter-
minos noſtros aliter capitur pacificus poſſeſſor,
& hoc iure utimur, ut ille (quoad hanc regulam)
dicatur, cui nulla mota fuit controuerſia iuris,
uel facti in iudicio, uel extra, ſuper re poſſeſſa,
clem. gratiæ. ubi glo. Cardina. nume. 8. Imol. & a-
lii de reſcrip. Archi. in cap. commiſſa, de electio.
lib. 6. Rot. 61. ſufficit impetranti. in addi. in no.
Mil. in repert. in uer. poſſeſsio, quando dicatur
pacifica. Caſſad. deciſ. 9. de cauſa poſſeſsion. &
proprieta. & deciſio. 14. nume. 11. ſuper regulis,
Guid. Papę conſil. 134. Abb. in cap. 1. in 2. nota.
& deciſio. in cap. 2. in 2. nota. de confirm. util. uel
inutil. idem Dec. conſil. 302. & pro tenui. in fin.
Felyn. in cap. cum Ioannes. poſt num. 33. uerſicu.
& adde quòd ſi fit mentio de poſſeſsione pacifi-
ca, de fide inſtrumen. Gemi. conſil. 78. formantur
iſta. colum. 2. poſt medium. Staphil. fol. 49. ſuper
ſigna. uerſic. tertio ad hoc ut ſit locus. Pariſ. conſ.
81. origo huius. num. 6. uolu. 4. Ripa ſuper Rub.
de cauſ. & proprieta. num. 39. uerſicul. alia eſt poſ
ſeſsio pacifica, qui ſubdit ita accipi debere pa-
cificam poſſeſsionem quoad regulam de Trien-
nali, & quoad omnia iura de pacifica poſſeſsione
loquentia, quicquid dixerit Innocent. in c. con-
ſtitutus. 2. de appellat. & Rota. 36. nota. quod ubi
aliquis eſt in poſſeſsione. in antiq. Et prout ſu-
pra concludunt etiam Andr. Barbat. in allega.
clem gratiæ. colum. 17. uerſicu. in glo. ibi pacifi-
ce. de reſcript. D. meus Philipp. Deci. in cap. 2.
nume. 2 de confirm. util. uel inutil. Sam. in 53. q.
reg. de Trien. in prin. & in fi. Rebuf. de paci. poſſ.
nu. 166. uerſi. unde, inquit.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſor pacificus, an dicatur, qui poſt ſententiam con-*
tra ipſum latam, quæ in rem tranſiuit iudicatam, poſ
ſedit per annum, ad effectum ut uictorem aduerſa-
rium, uel alium, exceptione huius regulæ repellere
poſſit.

Lis

2 *Lis an per ſententiam finiatur?*
3 *Pacificus poſſeſſor quis eſſe deſinit lite mota.*

1 Vigeſimo ſeptimo quæro † an ille qui poſt ſentẽtiam contra ipſum latam, quæ tranſiuit in rem iudicatam, poſſedit per annum, dicatur poſſeſſor pacificus, ad effectum ut uictorem aduerſarium, uel alium, exceptione huius regulæ repellere poſſit? Sarnenſ. hic quæſt. 44. latè diſcutit hunc articulum. Rebuff. tamen. gloſſ. 16. ipſum mordet, eo quod multiloquio utatur, ſeu extra rem loquatur, ſed non deſignat in quibus reprehendi meruerit, ego ipſum defenderem, ſuppoſito quòd ea quæ incidenter adducit, ſint pro argumento, ſeu potius declaratione ſuæ concluſionis; imo aduertant iuniores quòd plura notatu digna, tum in theoria, tum in praxi, in illa q. 44. congerit. Vel etiam ſi concedam quod aliqua reticere potuiſſet, non ex hoc de ſuperfluitate, vel ineptia argui poteſt, præſertim dum ad tollendum difficultates, latiori utitur ſermone, iuxta dogma Horatianum, obſcurus fio dum breuis eſſe laboro. Ad propoſitum quæſitum redeo, ne dũ Sarnen. defendere quæro, ab aliis redarguar, ipſe concludit, etiam decretis Rotæ munitus, pro parte negatiua, quando ſententia pœnitus executioni demandata non eſt, & ſic aliquæ litis reliquiæ ſuperſunt, in eamdem ſententiam ego deuenio, quicquid idem Sarnen. ſenſerit in 14. quæſti. Regulæ de Subrogan. contra quem ego ibidem q. 12. reſideo, ad ibi dicta me remitto, quibus addo quod contra Sarnen. in dicta q. 14. de ſubrogand. & cum Sarnen. hic præalleg. quæſtio. 44. de anno 1545. 16. Octobris concluſerunt R. D de Rota in una Calaguritan. Heremitorii Sancti Adriani inter Domin. Alfonſum Diaz & Ferdinandum de Ripa, cauſam proponente bo. me. Epiſcopo Aquen. uti annotauit bo. me. Ioann Paul. Ptolomeus deciſio. 180. in 2. Tomo & ibi reſpondetur ad glo. in cle. 2. ut lit. penden. & nota. in. cap. ſi. eo. lib. 6. & ad conſil. Gemi. 120. quia in facto, & ad Rot. 411. ſi lite pendente. in anti. ubi deci-
2 ditur † litem finiri per ſententiam, quia ſupplendum eſt, executioni demandatam, & ita declaratam fuiſſe prædictam deciſi. 411. per nota. per Fabrum in. l. 2. C. de litigio. Et quòd poſt rem iudicatam uſque ad 30. annos peti poſſit executio actione in factum, uel officio iudicis eſt, text. in. l. actori. C. de iure iur. & uoluit Bar. in. l. tale pactũ. §. quia prouocauit. ff. de pact. Et quod lis duret etiam poſt ſententiam, quæ tranſiuit in rem iudicatam non dum executioni demandatam concluſit Rota coram Io. clerici de anno 1533. in una Oueten. prout Dec. Sarnen. 14. incipien. lis dicitur, pro quo ultra alios citabatur Bal. in. l. 1. C. de iura. calum. & in. l. ſi cauſam. de exe. rei iudi.
3 Accedit quòd ſi lite mota, quis deſinit eſſe † pacificus poſſeſſor. l. 1. ff. de litigio. auten. litigioſa. & toto tit. C. eo. c. 1. & ibi glo. 1. & ad hoc illum text. ibi no. Abb. de confir. uti. uel inu. cle. uni. iun. gl. in uer. antea. de ſequeſ. poſſeſ. Caſſado. deciſ. ulti. de cau. poſ. & propri. & deciſ. 14. num. 11. ſuper regulis. & hoc procedit antequam feratur ſententia diffinitiua, abſurdum eſſet dicere quòd quando poſſeſſor habuit ſententiam contra ſe, melioris conditionis efficeretur lata ſententia quàm prius eſſet, ideo ſequitur, quòd ſi ante latam ſententiam contra ſe, poſſeſſio ſua non erat pacifica, ſed turbata, multo magis, idem dicendum ſit poſt ſententiam, cum ante ſententiam eſſet dubium an contra eum ferenda ueniret, poſt ſententiã uero ſumus in claris, igitur non eſt pacifica poſſeſſio, ſed inquieta, & turbulenta, quia eſt in poteſtate eius qui ſententiam obtinuit, talem de die in diem, & de momento in momentũ expellere, & poſſidens ſemper de hoc certus eſt, ubi ante ſententiam erat dubius, & iniquiſſimum eſſet proficere rei iudicatæ exceptionem, ei contra quem iudicatum eſt, iuxta tex. in. l. euidenter. ff. de excep. rei iudi. Amplius ſententia dat, & aufert animum poſſidendi, quia dat animum uictori, & aufert uicto. ad no. per Inno. in. c. eum ueniſſent. poſt prin. uerſic. nos dicimus quod uiuente. de in int. reſt. ille igitur qui ſententiam contra ſe obtinuit, deſiit habere animum poſſidendi, propter ſententiam, & ſic ſi ubi animus erat dubius, propter litem motam non habebat locum regula, multo minus habebit nunc, ubi nullus eſt animus poſſidendi, quo caſu dicitur eſſe ammiſſa poſſeſſio. l. 3. §. in amitenda. ff. de acquit. poſſeſ. Limitat prædicta omnia pulchre Sarnen. præalle. queſt. 44. ante fi. niſi ſententia lata ſit pro poſſeſſore, quo caſu lis omnino per ſententiam finitur, & uictor per annum poſt ſententiam poſſidens tutus erit hac regula, intelligendo ſane, quod ſententia in rem tranſiuerit iudicatam, uel accipiendo ſententiam pro tribus ſententiis conformibus, & ita dicit Rot. decreuiſſe in cauſa de qua ibi. ratio huius limitationis eſt, quia ſententia huiuſmodi trahit ſecum executionem, nec eſt opus alia actuali executione. Et ex iſtis epiſcopus Rauellen. in una Verdunen. reuocauit quandam ſenteniam latam per bo. me. Io. Paulum Ptolomeum, qui abſque noua commiſſione admiſerat ad cauſam intereſſe habentem, in qua poſſeſſor ſentẽtiam q̃ in rem tranſiuerat iudicatam obtinuerat, cenſuit enim Rota, quòd quoad illum reum poſſeſſorem, qui etiam executoriales obtinuerat, quas in manibus propter expenſas forſan habebat, lis finita eſſet, & iudex iam functus eſſet officio ſuo, unde ſine noua cõmiſſione iuriſdõnẽ amplius nõ haberet. Hæc & alia per Sarn. d. q. 44. tractata, in noſtra Ro. Cur. ſunt utilia, & notatu digna, quicquid dixerit Rebuff. de quo in princ. huius quæſiti loquutus ſum.

SVMMARIVM.

1 *Reſignans ſeu cedens, an contra reſignatarium hac regula tutus ſit.*

Detentione

2 *Detentione immo poſſeſſione aſinina, hæc regula contenta eſt.*
3 *Poſſeſſio ſolo animo amittitur, quando ab animo inchoatur.*
4 *Reſignans, poſſeſſionem ciuilem, & naturalem amittit.*
5 *Renuncians beneficio quoad illud mortuus cenſetur.*
6 *Variatio in clericis non admittitur.*
7 *Reſignans a reſignatario ſpoliatus non reſtituitur.*

1 Vigeſimooctauo quæro an † reſignans,
ſeu cedens, in pacifica poſſeſſione
per annum poſt reſignationem, ſeu
ceſſionem remanens, hac regula con
tra reſignatarium, uel ceſſionarium
tutus ſit? Pro affirmatiua uidetur concludere Sar.
ex mente Rotæ in. 34. q. huius regulæ. uerſi. & iſta
eſt concluſio generalis. Inſuper reg. hæc eſt realis.
Caſſa. dec. 14. numer. 2. ſuper regulis, & deciſ. 16.
num. 3. & Sarnenſ. ſuper hac reg. quæſtio. 61. poſt
prin. uerſic. ſed ad hoc. & quæſt. ſeq. poſt nume. 3.
& tam Caſſadq. quàm Saruen. vbi ſupra ſubdunt
quòd cuicunque remedium huius regulæ compe
tit, ſi igitur cuicunque, ergo & reſignauti, ſeu ce-
denti, argumento tex. in. c. ſolitę. uerſ. quodcun-
que ligaueris. de maio. & obe. l. quacunque ratio
ne. & ibi nota. ff. de procura. capi. nemo poteſt. in
fi. iun. gloſſ. in uer. excepit. de pęni. diſtin. 1. cum
uulgar. Accedit quòd regula hæc emanauit ſal-
tem principaliter, in odium impetrantium, non
autem in fauorem poſſeſſorum, uti ex illius præ
fatione colligitur, & ad ea quæ dixi ſupra quæſt.
3. num. 2. ubicunque igitur ſupponimus contra
impetrantem (quicunque ſit) lapſum fuiſſe an-
num, regulæ huic locus erit. Amplius cum habea
mus, quòd uigilantibus, non autem dormienti-
bus, & deſidibus, ac ignauis, iura, iuriumque re
media, & fauores ſuccurrunt, ſibi ſolum impu-
tet iſte reſignatarius, ſeu ceſſionarius, qui annũ
labi paſſus eſt, infra quem poterat ordinario re-
medio poſſeſſionem, ſeu detentationem adipi-
ſci, & ſi hoc non fecit, ſeruet Regulam, qua ſerua-
2 ta nil ſibi obſtabit. Poſtremo regula hæc ſola † de-
tentatione, imo poſſeſſione (quam aſininã nocãt)
contenta eſt, Caſſa. deciſ. 14. num. 10. ſuper regu-
lis. Sarnen. quæſt: 57. ſuper hac regula. Quod au-
tem diuerſa ſint poſſidere; & detinere, eſt tex. in. l.
ſtipulatio. §. hæc quoque. ff. de uer. obli. & in. l. 1.
§. adipiſcimur & ibi per omnes. ff. de acqui. poſ.
Pro opin. negatiua, quæ ſemper mihi tutior, &
3 æquior uiſa fuit, arguo ſic † poſſeſſio ſolo animo
perditur, quando ab animo inchoatur. gloſ. Bar.
Alexan. & alii communiter, in. l. 3. §. in amitten-
da, & in. l. ſiquis ui. §. differentia. ff. de acqui. poſ.
& hanc dicit communem præceptor meus. D.
Phi. Deci. in. l. ſere quibuſcunque. ff. de reg. iur. a-
nimus reſignantis beneficium in fauorem alicu-
ius eſt, illius poſſeſſionem, & dominium a ſe abdi
cere, & in illum transferre, uti ex facie ſimilis
ſupplicationis, ſeu bullę apparet, ergo ſtatim poſ
ſeſſio omnis amittitur, Inſuper in propriis ter-
4 minis quòd † reſignans poſſeſſionem ciuilem, &
naturalem amittat in fauorem reſignatarii, uol-
uerunt Ioann. And. & Imo. & Abb. in capitu. ſolli-
cite. de reſti. ſpol. Rot. 67. not. quod reſignans: in
anti. Alex. in præalleg. l. ſiquis ui. §. differentia. nu.
5. ff. de aequi. poſſeſ. Caſſa. dec. 4. nume. 3. de reſt.
ſpoli. Sarnen. in 7. quæſt. Regulæ de Publican. poſt
nume. 2. uerſi. confirmatur iſta opinio. Pariſ. conſ.
5 39. an Regula. numer. 3. uolum. 4. item † renun-
tians beneficio quo ad illud pro mortuo habetur
c. in apibus. §. ecce in quibus. 7. quæſt. 1. glo. in cle.
1. in uer. moti. ut lit. penden. & in ca. ſi epiſcopus
in uer. mortem. de ſupplen. negli. præl. libr. 6. cle.
ſi. & ibi Cardin. quæſt. 14. de procura. Caſſa. dec.
2. num. 2. de appel. ſicut morte omnis poſſeſſio,
& detentatio amittitur, cum mors omnia ſol-
uat, ita & reſignatione quæ morti (quo ad hæc)
6 æquiparatur. Præterea † uariatio in clericis, præ-
ſertim circa ſpiritualia non admittitur. cle. uni.
in princi. de renun. c. cum autem iuri. gloſ. in uer.
perſonæ de iu. patro. Lamber. in tracta. iu. patro.
pat. 2. lib. 2. quæſt. 7. art. 1. præſertim numer. 8. fol.
316. magna autem uariatio, illuſio, & inconſtan-
tia eſſet hæc, ſi hodie quis reſignat, & Papæ nar-
ret quòd ſponte, & libere in fauorem N reſignare
proponit, proue reſignat de præſenti. Papa ceſſio
nem admittit, ſupponendo quòd illa plenarie ef
fectui demandabitur, ſubſequitur conſenſus ce-
dentis cum omnibus ſuis clauſulis, & quòd po-
ſtea reſiſtat dare poſſeſſionem ſiqua penes ipſum
remanſit, & reſignatarium decipiendo, dicat ſe
poſſidere, uel detinere, illiuſque commodum pre
tendat. Rurſus uidemus quòd detentatio eius
qui reſignauit, contra reſignatarium in nulla ha
7 betur conſideratione, † reſignans enim ille a re-
ſignatario ſpoliatus non reſtituitur, ea ratione
quia proprio facto, & ex eius uoluntate, ſeu con-
tractu amiſit ius, & poſſeſſionem, & in reſignata-
rium tranſtulit. præalle. c. accepta. de reſt. ſpol. ca.
ſuper hoc. & ibi doctor. de renuntia. Rot. 62. per-
mutanti non competit, & 352. ſi opponatur, in
no. Abb. in. c. ſollicite nu. 6. & ſequ. de reſti. ſpoli.
Caſſa. dec. 4. præſertim poſt nume. 2. uerſicul. ſed
contra T. non poſſet eum ad eum uoluerit trans-
ferri etiam poſſeſſionem non ad alium, & ita di-
cit iudicatum. de reſti. ſpoli. Amplius facienda
eſt interpretatio, ne quid in legum promulgatio
ne uideatur ſuperfluum §. quibus in. 1. conſti. C. l.
ſi quando in priu. ff. de lega. 1. l. hæc ſtipulatio. in
fi. ff ut lega. nomi. & potius uerba contra eorum
naturam improprie accipienda ſunt, quàm ut
ſuperflua ſint. c. ſi ſententia. ibi ne ſententia effe-
ctu careat, de ſenten. excommu. lib. 6. Bald. in. c. 1.
de capi. qui cur. uendi. colum. 10. Abb. conſil. 32.
circa duo. colum. 1. in fi. lib. 2. dec. conſi. 48. & ma
ture. colum. 2. poſt medium uerſicul. & ne uerba
reddantur. Aimo conſil. 118. in hac cauſa. nume.
19. ſi teneremus partem affirmatiuam ſuperflua
eſſent illa uerba Regulæ, (quantum ad impetran-
tem

tem ex perſona reſignantis poſſeſſoris) uidelicet nomen, gradum, & nobilitatem poſſeſſoris eiuſdem, quia in caſu noſtro de neceſſitate talia exprimuntur ſub iis, uel ſimilibus uerbis, uidelicet cum Marcus Antonius Platonius Dominus Caſtri &c. prior beneficii &c. reſignare proponat, & reſignre de præſenti &c. ſuperſtua etiam eſſent alia uerba regulæ, uidelicet ac ſpecificam & determinatam, ex qua clare, &c. imo hæc uerba aduerſantur intentioni prætendentis beneficium uacare, & impetrantis beneficium poſſeſſoris. huic opinio. negatiuę inſeruiunt aliqua quæ adduco infra in 46. quæſtio.

SVMMARIVM.

1 *Reſignans poſſeſſor annalis an defendatur hac regula contra tertium impetrantem.*

2 *Spoliatus poſt ceſſionem a tertio reſtitui debet.*

1 Vigeſimonono quæro, † an reſignans poſſeſſor annalis ante reſignationē, uel poſt effectus, defendi poſſit iſta regula, cōtra tertium impetrantem per obitum, uel priuationem ceſſionarii, qui nunquam poſſeſſionem effectualem ceperat. Pro opin. negatiua faciunt adducta per me in proxima præceden. quæſt. a nume. 3. uſque ad fi. & per Sarnen. hic quæſt 57. Contraria opin. eſt uerior & tenenda, per rationes quas adducit Caſſador. deci. 14. ſuper regulis. numer. 2. & 10 & hanc opinio. ſequi uidetur Sarnen. ex mente Rotæ dicta q. 57. pro qua etiam facit Dec. Caſſado. 4. de reſti. ſpoli. poſt Calderin. conſil. 4. de tenun. quod con. pro nota. adducit præceptor meus D. Phi. dec. conſil. 103. in cauſa poſſeſſionis ante fin. In dicta. dec. 4. num. 2. concluditur, quòd cedens beneficio poteſt incumbere poſſeſſioni, realiter,
2 & de facto, & ſi † ſpolietur reſtituendus erit, & ne dubitari poſſet an tam contra tertium, quam contra eius ceſſionarium reſtitui debeat, ſubdit Caſſa (prout etiam in proxima præceden. quæſt. ponderaui) ſed contra T. non poſſet, cum ad eū noluerit transferri etiam poſſeſſionem, non ad alium, & ita dicit fuiſſe iudicatum. & ſic conſiderandi ſunt duo caſus, primus erit de quo in præceden. quæſito quando renuncians in poſſeſſione, ſeu detentatione remanens dat de regula, ſeu agit ſpolio contra eius ceſſionarium, & tunc non poſſit; aut contra tertium prout in præſenti dubio, & affirmatiue reſpondendum ſit. Et ita intelligi debet Rota 158 licet reus. in no. & conſil. Ioa. Bap. Ferret. 1. numer. 10. uerſicul. Hoc etiam probo, quia licet quis renunciauerit beneficio. & quòd reſignans a tertio ſpoliatus poſſit agere ſpolio, & reſtituendus ueniat, concluſit aliàs Rota in una Theatin. abbatiæ coram bo. me Creſcētio & Maceraten. pro D. Achille de la uolta. & in Peruſin. plebis de confinio, coram Aquen. & Ioa. Paulo Ptolomęo pro D. Baldaſſare de Piſcia. idē concluſum fuit in Burgen. præſtimoniorum, inter D. Franciſcum Peſqueram. & Gaſparem de Auellanda, in qua ego pluries ſcripſi. R. D. mei de Rota coram R. P. D. Fabio Acorambono, dato dubio ſub iis uerbis, præſuppoſito quòd D. Franciſcus de Peſquera cōtinuauerit poſſeſſionem poſt reſignationem per 63. dies, prout ipſe deduxit in articulis, an ſit ſufficiens continuatio, ut ueniat reſtituendus, ſub die. 15. Octobris 1548. concluſerunt pro Peſquera, & ſic pro affirmatiua, idem etiam uoluerunt poſtea in eadem cauſa coram bo. me. Nouato ſub die lunæ 6. Octobris 1550. & conſiderarunt, quòd reſignatio illa erat in fauorem certæ perſonæ, cum clauſula ſolita, & non aliter &c. quæ (quantum ad rem noſtram attinet) operatur poteſtationem, & demonſtrationem animi eius qui cedit, quod in alium a nominato beneficium, ſeu illius poſſeſſionem transferre noluit, & ſic poſſeſſio abſque animo eam amittendi, amitti non poteſt. l. 3. §. in amittenda. & l. quemadmodum. & ibi per glo. & docto. ff. de acqui. poſſeſ. ſimilem quæſt. noſtræ ponit Sarnen. q. 24. de Trien. & Rebuff. de paci. poſſeſ. nume. 285. in 39. limit.

SVMMARIVM.

1 *Reſignans reſeruans ſibi omnes fructus in quorum percipiendi poſſeſſione exiſtit, an hac Regula defendatur.*

2 *Fructus percipere & beneficium poſſidere diuerſa ſunt.*

1 Trigeſimo cum Sarnen. hic quæſti. 60. quæro † nunquid iſta regula procedat in eo, qui reſignauit, & reſeruauit ſibi omnes fructus, in quorum percipiendi poſſeſſione exiſtit. Ipſe iuxta quoddam Rotę decretum diſtinguit, aut ultra fructuum reſeruationem, reſeruauit etiam ſibi denominationem, ſtallum in choro, & uocē in capitulo, & regulæ ſit locus, ex quo talis æquiparatur titulari. Aut ſoli fructus ſunt reſeruati, & quia illi habentur loco penſionis, & non ſit locus regulæ. Ego quoad ſecundū membrum cum Sarnen. conuenio, non minus ea ratione quòd fructus ſint loco penſionis prout ex clauſula ſupplicationis ſimilis reſeruationis apparet, uidelicet, fructus loco penſionis annuæ reſeruare, conſtituere, & aſſignare dignemini &c. & regula hæc in penſione procedere non poſſit, quàm alia quę eſt, quòd ille reſignans, cui fructus tantum reſeruati ſunt, etiam cum clauſula, quòd illos propria auctoritate percipere poſſit, fructus capiens nō dicitur capere ut poſſeſſor, ſed ueluti quod beneficium, & illius bona ſint ſibi obligata, & tanquam a re quæ debeat ſeruitutem perſonæ: præſertim quia ſupponimus reſignatarium accepiſſe poſſeſſionem ſibi a reſignante traditam, unde licet fructus perceperit reſignans, prout ſibi licebat propria auctoritate percipere, non tamen de

bet

bet cenſeri uoluiſſe, eccleſiam reſignatam nomi
ne proprio tanquam beneficiatus poſſidere, &
ſpoliare alterum poſſeſſione per ipſum tradita,
tum ex eo, quia nemo pręſumitur velle delinque
re iuxta regulam.l.merito.ff.pro ſocio.cum uulg.
tum etiam quia non præſumitur quis mutare vo
luntatem.l.cũ q voluntaté.ff. de prob.l.fideicom
miſſa.§.ſi rem.ff.de leg.3 l.nam ad ea.ff.de cond.
& dem.c.maiores.de bapt.§.fi.cum gl.in uer.per
duraſſe.c.1.cũ glo in uer.non timore. quod mec.
can.Amplio etiam ſi uoluntas tendat,ad malum,
per tex.in.c.ſemel malus.de reg.iur.libr.6.Bene.
Capra conſil. 145.punctus,quidam iuuenis.poſt
prin.Sequitur quod ſemper cenſebitur reſignata
rius ſuam poſſeſſionem continuaſſe,& reſignans
ſuam fructuum reſeruationem.ſi igitur hunc pro
poſſeſſore non habemus,uerba regulæ in eo locũ
non habebunt, ergo nec regulæ diſpoſitio,argu-
mento tex.in.l.dies cautioni.§.toties.ff.de dam.
infe.l.ita autem. in prin.& utrobique not.Bar.ff.
de admi.tut.ca.indemnitatibus.§.penult.de ele-
ctio.lib.6.& quod aliud ſit beneficium poſſidere
2 aliud uero retinere, ſeu percipere † fructus bene
ficii,probat tex.in.c.ſi gratioſe. iun.glo.in uer.be
neficia.&.c.ſi propter.iun.gloſſ.in uer.fructus.de
reſcr.lib.6.&.c.ſi tibi conceſſo.cum.glo.1.de præ
bend.eo.libr.& hoc patet ad ſenſum.uideantur
quæ ſubiiciam in proxima ſubſequen. quæſtio.
Verum quantum ad primum membrum non
modica apud me eſt dubitatio,& quia Sarn.ſe re
mittit ad ea quæ latius tractat in 2.q.de publi-
candis,ibi quid ſentiam aperiam.

SVMMARIVM.

1 *Regula hæc an locum habeat in poſſeſſore qui non perce-
pit fructus.*
2 *Fructus beneficiorum primi uel ulterioris anni priuile-
gio,ſtatuto,uel conſuetudine eccleſiæ,epiſcopo uel par
ticulari perſonę aliquando debentur.*
3 *Eccleſia non debet ædificari abſque competenti dote ſeu
introitu.*
4 *Eccleſia fundata ſeu conſtructa abſque competenti dote,
illa non aſſignata conſecrari non debet.*

1 TRigeſimoprimo quæro, an † regula
locum habeat in poſſeſſore, qui non
percipit fructus?puta ex eo quia nõ
ſoluit iura eccleſiæ,uel quia iuxta ſta
tutum, uel conſuetudinem non reſi
det per aliquod tempus, uel quia fructus pro il-
lo anno debentur epiſcopo, uel capitulo, ſeu fa-
bricę,uel quia in illo anno nulli fructus recollecti
ſint.Sciant iuniores quòd accidere poteſt quòd
2 † fructus beneficii primi anni, uel ulterioris,pri-
uilegio, ſtatuto, uel conſuetudine applicentur
alicui eccleſiæ, epiſcopo, uel alicui particulari
perſonæ.capitul.penul.de uerb.ſignificatio.cap.
uni.ut eccle. bene.& ibi.gloſſ.fina.& Inno.nume.
6.in uer.conſtituat.Abb.& alii in capitul.ſi pro-
pter.de reſcrip.libr.6.capitul.ſi tibi conceſſo.de
præben.eo.lib.extra.ſuſcepti regiminis.Ioan.22.
ſub titu.de electio.Lamber.de Iu.patro.in 2.q.3.
lib.art.8.fol.388.ſiue fructus beneficii ex cauſis
præmiſſis,uel aliis alteri debeantur, & per alium
percipiantur,videndum eſt an ſit locus Regulæ
noſtræ.Sarnenſ.quæſtio.47.hic ad partes diſpu-
tat, tandem reſidet pro parte affirmatiua,niſi lo
quamur de beneficiis quæ nunquam habuerunt,
nec habere ſperantur aliquos fructus,hoc caſu ne
regula uerbis impoſita ſit, reſpondet negatiue,
qui caſus omitti poterat, non ſolum ea ratione
quam ipſe adducit, quòd nemo erit qui litigare
uelit ſuper tali beneficio, quod nunquam ha-
buit, nec nunquam ueriſimiliter habebit fru-
ctus aliquos, ſed (iudicio meo) meliori, & fir-
miori ratione,quæ eſt,quòd non ſolum iſte caſus
erit de raro contingentibus,imò de impoſſibili,
3 ex quo † eccleſia non debet ædificari abſque cõ-
petenti dote, ſeu introitu ſufficienti.capi.nemo
eccleſiam.de conſe.diſtin.1.capitu.de monachis
de præben.uel ſi in curia epiſcopi, uel alio caſu
omiſſa ſit in fundatione eccleſiæ dotis conſtitu-
4 tio, ſeu introituum aſſignatio † eccleſia huiuſ-
modi non conſecrabitur, niſi dote, uel introiti-
bus prouiſa.capit.placuit vt quoties.1.quæſti.2.
capitul.pie.16.quæſtion.7.capitul. cum ſicut. &
ibi gloſſ.de conſe.eccle.Et ſi tandem ipſe epiſco-
pus conſecrauit dote non conſignata,ipſe qui cõ
ſecrauit tenetur eam dotare,gloſſ.in præallo.cap.
cum ſicut.uerſic. ſed quid ſi epiſcopus conſecrat,
pro quibus omnibus proxime dictis uideatur
Lamber.de iu.patro.libr.1.par.1.q.5.art.18.col.
1.& ſeq.fol.41.& art.19.numer.1.& ſequent. Pro
dicta opinion.affirmatiua facit etiam conſil.Ge-
minia.82.Bonifacius nonus.poſt numer.1.uerſ.
& quantum ad onus aſſumendi,& Caſſador.dec.
9.poſt nume.2.arguendo a ſpeciali,vt ibi.de cau.
poſſeſ.& propri.Iſta opin.affirmatiua Sarnenſ.ue
ra eſt & tenẽda: aduertant tamen iuniores,quòd
Rebuff.hic gloſſ.6.verſic.aſſerit etiam,impugnat
opinio.Sarnen.& ipſe idem quod Sarn.tenet pro
clariſſimo,licet ſupponat Sarnen.pro opin.nega-
tiua concludere, miror quòd iſtud ſupponat,cũ
Sarnen.clarè & diſtinctè loquatur. quicquid ſit,
ſufficit quòd ambo in eandem ſententiam in ef-
fectu deueniant. Quòd autem poſſeſſio dicatur
bona,& conſiderabilis, licet quis fructus non per
cipiat,& ſufficiat,quòd poſſideat alios actus quaſi
fructus percipere faciendo,& tanquam dominus
declarat Claud.Seyſel.in l.celſus .numer.50.ff.de
uſuca.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſor citatus uigore commiſſionis cum clauſula, dum
modo ante terminum ad articulandum literas expedi
uerit,& quod interim beneficium non cenſeatur liti-
gioſum, ſi poſt citationem prædictam anno poſſedit,
an dicatur pacificus ad effectus huius regulę?*

Citata

2 *Citata parte poſt cauſæ commiſsionem lis pendet.*
3 *Retrotractio non fit quando ſuperuenit impedimentum.*
4 *Conditionis exiſtentis tempus inſpici debet.*

1 TRigeſimoſecundo quæro an † ſi poſ-
ſeſſor ciratus uigore commiſsionis
cum clauſula, dummodo ante termi
num ad articulandum literas expe-
diuerit, & quòd interim beneficiũ
non cenſeatur litigioſum, poſt citationem prædi
ctam, ante literarum expeditionem anno poſſe-
dit, dicatur pacificus ad effectus hujus regulæ?
Pro.opin.negatina illud adduco, quòd regula de
Annali requirit quem pacifice poſſediſſe per an-
num continuum immediate præcedentem, ille
antem dicitur pacifice poſſediſſe, qui nullam ſen
ſit moleſtiam juris. uel facti judicialem, uel extra
judicialem. Imo. poſt Pau.de Elea.in clem.gratiæ
de reſcr.Gui.Papæ conſil.134.Caſſad.deciſ.9.de
cau.poſ.& propri.& dec.14.nume.11.ſuper regu
lis. Archidia.in.capi.commiſſa. de electio.lib 6.
Rot.6 t.ſufficit imperrante, in Addi.in no.Nic.
Mil.in reper.in uer.poſſeſsio quando dicat pacifi
ca.cum ergo poſſeſſor ſupponatur citatus coram
judice, poteſt dici ſenſiſſe moleſtiam iudicialẽ,
unde non potuit dici pacificus poſſeſſor, cum ſu.
per beneficio moleſtatus fuerit. Accedit quòd ſi
prætendi poſsit quòd ceſſaſſet iuriſdictio ante li-
terarum expeditionem, & ſic ceſſaſſet moleſtia
indicialis, adminus non ceſſabat extraiudicia-
lis, prout concludit Sarnenſ.aſſerens ita in Rota
deciſum in.cap.1.de conſti.lib.6.poſt num.126.
uerſic.ſic etiam dicimus quòd ciratio licet nulla,
facit quod aliquis non dicatur pacificus poſſeſ-
ſor, quoad effectum de Annali. Inſuper illa clau
ſula, dummodo ante terminum ad articulãdum
literas expediuerit, non continet temporis præfi-
xionem, & ſic licet poſt annum eepediantur, ſat
erit ad effectum ne ciratus dici poſsit annalis, cũ
enim ſignatura tempus non præfixerit, nec nos
præfixum eſſe dicere debemus. argumento text.
in.l.3.ff.de offi.præfi.& in.l.de prætio.ff.de publi
ci.cum uulga. Amplius & ſi clauſula illa conditio
nem faceret, conditio tamen impleta retrotrahe
retur ad primum tempus.l.qui balneũ. ubi poſt
Bar.plene Alex.in addi.ad illum, &.l. potior.ff.
qui potio.in pigno.habean.l.quoties.& ibi Bart.
ff.de noua Imo conditione impleta diſpoſitio pu
ra cenſenda eſt, & paria ſunt quod diſpoſitio ſit
pura, uel conditionalis & conditio purificata ſit.
l.ſi.§.1.uerſicul.ſed ſi extiterit conditio.ff.de uul
ga.l.ſi pupillus. in ſi ff.de cond.inſtitu.Dec.conſ.
79.& pro tenui.colum.2.cit.medium.& 551.col.
3.in prin.Pariſi.conſil.5.unio iſtius numer.31.uo
lum.4.prætera derogatio Regulæ quod commiſ
ſiones cauſarum, cum clauſula, dummodo ante
terminum ad articulandum, operatur ut iuriſdi-
ctio iudici interim detur, qui alias nullam habe-
ret, obſtante regula illa, Sarnenſ.in compen.ut.ſi-
gna.numer.50.& quæſtio.3.ſuper regula de ſu-
brogan.num.4.uerſicul.præterea quia uidemus,
ubi teſtatur Rotam pluries tenuiſſe per commiſ-
ſionem literis non expeditis, & citationem decre
tam, & executam, adeo beneficium effici litigio-
ſum, quod ciratus non poteſt poſtea regula de
Triennali iuuari, quod etiam rationi & iuri con-
ſonum eſt, ſi enim ſupponimus iuriſdictionem,
2 † citata parte poſt cauſæ commiſsionem litem
pendere conſtat.c.propoſuiſti de fo.compe.cap.
gratum.& cap.relatum. de off.dele.clem.2.ut lit.
penden.l.& quia iun. glo.penul.ff.de iuriſ.om.iu
di.Inno.in.c.ſi.num.s.ut lit.peden.Ioann.Andr.
Anto.de But.& Abb.num.5.in.c.cauſamque.2.
de teſti.Rot.425.nota utrum in anti.& Belleme.
380.ſi faciens Iaſ.in.l.2.colum.1.uerſic.tu tamen
caue.C.ut lit.penden.ſi igitur iam eſt uera lis, er-
go citatus non poteſt amplius dici pacificus poſ
ſeſſor. Contraria opin.eſt uera & tenenda, quòd
imo per talem citationem non deſinat quis dici
poſſe pacificus poſſeſſor, & conſequenter Regula
hac iuuetur, cum enim citatio emanauerit in
uim commiſsionis cum clauſula prædicta, dum
modo ante terminum ad articulandum literas
expediuerit, & interim beneficium non cẽſeatur
litigioſum, iuriſdictionem datam eſſe ſub con-
ditione dicemus, illa enim dictio, dummodo,
iuncta rei imperfectæ in futurum faciendæ condi
tionem facit.cap.ut præteritæ de electio.Gemi.
in.capit. non poteſt.§.illud.numer.12.& quando
hæc dictio, dummodo, conditionem inducit, a-
ctum ſuſpendit.l.cum ab eo.ff.de contrahen.em
ptio. ſequitur quòd ante expeditionẽ literarum
ſuſpenſa erat iuriſdictio, imo deficiente conditio
ne expeditionis literarum, nulla fuit attributa iu
riſdictio.gloſſ.& docto.in.capit.ſtatutum.§.cum
uero.& ibi Phi.Fran.poſt alios.de reſc.lib.6.facit.
l.ſi tibi pecuniam.& ibi docto.ff.ſi cer.peta. Et il-
la cauſula, interim beneficium non ſit litigioſum,
omnẽ tollit difficultatem, ſi enim ante expeditio
nem non eſt beneficium litigioſum, ergo ſemper
durat pacificum, & interim annus labitur, & ſic
reg.de annali locus erit. Vnum tantum ex omni-
bus præmiſsis obſtare uidetur, quod facta expedi
tione literarum omnia retrotrahantur ad primũ
tempus, ut pro contraria opinio.ponderaui. Ad
iſtud reſponderi poteſt, quòd impedimentum
annalitatis ſuperueniens (quantum ad regulam
3 noſtram & alios effectus attinet) † aliud ſuadet.
ad.l.quidam cum filium.§ ſi.ff.de uerb.obli.Bar.
in.l.poſtquam.num.1.uer.& conſulni.ff.ut leg.no
mi.caue.Alex.conſi.25.uiſo teſtamento ante nu.
5.uerſicu.præterea poſito etiam libr.3.præceptor
meus Do.Philipp.Deci.conſil.247.in cauſa co-
lum.3. uerſicul. ſecundo hoc idem. numer. 4. &
ſequen. Item negari non poteſt quin poſſeſſori,
& ſic tertio ius medio tempori acquiſitum fue-
rit quoad priuilegium regulæ prædictæ, ergo nul
lo modo conditionis implementum retrotrahi
poteſt in præiudicium illius tertij.ca.ſi propter,
& ibi

& ibi Doćto.de reſcrip.lib.6.clem.uni.de conceſ.
præben.Bald.in l.1.colum.fin.& Saly.colum. 1.C.
an.ſer.ex ſuo ſa.Alexan.conſ.228.ponderatis his.
num.4.& ante.volum.6.Cardina.conſ.105.ſuper
præmiſſo.nume.24.& ſeq.Pariſ.conſi.11.caſtrum
iſtud.num.25.lib.1.& conſ.28.penſio centum.nu.
4 24.uolum.4.Rurſus † conditionis exiſtentis tem-
pus inſpici debet.l.eum qui poſt apertum. ff. de
conditi. & demonſtr. l. 1.§ ſerui.ff.ad ſena.con-
ſul.Silleni.l.1.ff.de regu.Catoni.ſed tempore exi-
ſtentis conditionis iam erat introducta pacifica
poſſeſſio annalis.Et quòd ſtantibus clauſulis præ
dictis non inferatur moleſtia iuris, uel facti,ante
literarum expeditionem,concludit Sarnen.ſupra
adductus in compen.ut.ſigna.num.53.& aote,&
quæſt.45.huius regulæ.poſt num. 2. de qua clau-
ſula loquitur etiam Caſſado.deci.4.poſt princip.
ſuper regulis.& quoad regulam de Triennali in
terminis noſtris,quòd talis citatio non interrum
pat pacificam poſſeſſionem,quominus poſſeſſor
effici poſſit triennalis, concluſit Rota 25. Iunii
1540.in una Tullen. canonicatus coram bo. me.
Thoma de Thanis, pro Ioanne de Mora, contra
Hieronymum de Viralibus.Poſtremo in propriis
terminis noſtræ regulæ, & noſtri quæſiti de anno
1556.coram R.P.D.Chiſanen.in Salamantin.par
ro.de Arapiles inter Alfonſum Roderici, & Petrũ
Tamarra reſolutum fuit ſub his uerbis, uidelicet.
die 26. Iunii concluſum fuit pro maiori parte,
quòd ſi ante quam literæ ſint expeditæ tranſierit
annus,tunc efficitur annalis poſſeſſor, unde licet
poſtea literæ expediantur, adeſt impedimentum
in medio, quia interim non fuit uera lis, & fue-
runt adductæ deci.Mohedani Ioan.Pauli, & Cre-
ſcentii,quamuis Sarnenſ. qui mouit quæſtio. in
regula de Triennali quæſtio.fin.nihil uoluerit de-
cidere.

S V M M A R I V M.

1 *Poſſeſſio pacifica de qua hic,an interrumpatur per cita-
tionem nulliter factam.*
2 *Citatio nulla non interrumpit præſcriptionem.*
*Proceſſus nullus defectu iuriſdictionis non interrumpit
præſcriptionem.*
3 *Citatio nulla cum notitia ligat ſicut ualida.*
4 *Citationis defectus quando,& quomodo ſanetur.*

1 TRigeſimotertio quæro † nunquid poſ-
ſeſſio pacifica hic requiſita, interrũ-
patur per citationem nulliter factã?
Sarnen.hic quæſtio.45. late ad par-
tes diſputat,& poſt nume.8. conclu-
dit pro opin.negatiua. Verum aduertendum eſt
ex iis,quæ præmiſit,& ex iis,quæ ſubiicit,eius cõ-
cluſionem limitari facile poſſe, procedere tãtum
in citatione nulla, ex defectu iuriſdictionis, quo
caſu non uidetur dubitari poſſe, ex quo decretũ
reg.quòd commiſſiones cauſarum literis non ex-
peditis,tollit omnem effectum iuris, uel facti ip-
ſius citationis,ſed in aliis caſibus nullitatum cità
tionum,aliunde procedentium, ſaltem remanet
effectus facti;quòd ſcilicet ceſſauerit negligentia
impetrantis,& citantis. Quantum ad propoſitũ
quæſitum attinet,Rebuſ.hic glo.6.uerſicu.uerum
torquet animum,dicit eſſe planum regulę nõ eſ-
ſe locum,etiam citatione nulla exiſtente,quia ꝓ-
ceſſu introducto,ſiue iure,ſiue iniuria ceſſat quis
eſſe pacificus poſſeſſor,ex ipſius Sarnẽ. ſententia,
ſed hoc Sarn.non dicit,& ſi diceret (iudicio meo)
male loqueretur. Vera concluſio uidetur eſſe, ꝙ
2 † citatio nulla non interrumpat præſcriptionem,
& hoc ſentit Sarnen.hic,& in capit. diſpendia.de
reſcrip.lib.6.& ultra eum hoc probat Ioan.Franc.
Balb.in tracta.præſcrip. in 5.quæſtio.princip.6 &
ult.par.nu.27.in 6.limi.& latè Tiraquel.de utro.
retra.gl.2.num.3.pag.435.Iaſ.in l. ex hoc edicto.
colomn. 3. in 6. limit. ff. de eo per quem fa.erit.
ſed aduertendum eſt,ꝙ opin.negatiuæ quam Sar
nenſ. & ego tenemus, unum ualde obſtat, ꝙ ipſe
Sarn.in fi.ſui quæſiti,addidit per hæc uerba,uide
licet,quæ peruenit ad notitiam citati, hac.n.no-
titia ſuppoſita uidetur totum contrarium conclu
dendum eius,quòd Sarn.firmat, ſi indiſtincte de
citatione nulla loquimur, non reſtringendo quæſi
tum præmiſſum generale,ad citationem nullam
ratione defectus iuriſdictionis,tunc.n. non ſolum
citatio nulla,ſed nec proceſſus nullus defectu iu-
riſdictionis ullo caſu interrumpit præſcriptionẽ.
l.ſi pater.& ibi,per omnes.C.ne de ſta.defun. Bal.
in auten.offeratur.nu.18.C.de lit.conte.Feli. in c.
illud.poſt nu.5.uer.dicit etiam Bal. de præſcri. &
hoc caſu partium notitia,& uoluntas parum ope
raretur,& in aliis terminis loquendo, uera uide-
3 tur iuris,& doctorum dec.quòd † citatio nulla,ſeu
illegitima cum notitia,ita liget,& afficiat ſicut va
lida,& legitima,& eoſdem pariat effectus,eſt tex.
in cle.cauſam.ante fi.ibi,niſi ad appellatum,eius
plena & certa notitia &c.de elect.pulchrè per Ro
me.conſ.360.circa propoſitum.nu.4.& in termi-
nis noſtris conſ.410 ut clarior.nu.2.uerſ. ſecundo
quod quamuis erratum eſt in citandi modo.Rot.
271.ſi de mandato.in no.ubi non alia ratione de
ciditur procedi poſſe in cauſa cum procuratore
poſt executionem citationis indebitę factam con
ſtituto,niſi propter præſumptam ſciẽtiam,& no-
titiam citati,idem uoluit eadem ratione motus
Belleme.deci.539.licet citatio.cum Ludo. Rom.
& cum Rota.ubi ſupra,tenet Felin.in c. cum con
tingat.nu.8.uer.& pro iſta prima limi.de reſcr.&
in c.gratum.col.2.uer.Sed nota ubi agitur.de off.
deleg.Caro. Rui.conſ.61.in lite.num.33.uol.5. &
D.meus Phili.Deci.in c.cum cauſa.in 3. nor.in fi.
de offi.dele.Hyppo.de Marſi.in repet.rubr. C. de
proba.numero 371.uerſicu.teneas tamen menti
perpetuo.& nouiſſime per Tiraquell.de Vtro.re-
tract.gloſſ.2.§.9.numero 16. uerſicu. quid autem
ſi hæc omnia,pagina 470. Hinc uidemus in praxi
4 ſeruari † citationis defectum quando non eſt de-
bito modo executa,ſeu forma non ſeruata, ſanari

per ſignaturam, cum clauſula, dummodo ad notitiam citati peruenerit, prout per Staphi. ſuper ſigna. dum de defectu citationis tractat. folio 145. a ter. iuxta primam impreſsionem, & per Sarnē. in compen. utr. ſignat. numero 68. uerſicu. ſecus quando nou fuit debito modo, & cum Sarnenſ. tranſit Tiraquel. ubi ſupra numero 16. At ſiquis ſubtilius conſiderans, retutquere uelit hunc ſignaturæ ſtilum, contra concluſionem proxime firmatam, ponderare poterit, quòd ſi talis defectus citationis inualidæ, ſuppoſita notitia ſanatur, neceſſario intelligemus notitiam de ſe non ſupplere, ſeu non ſufficere, fruſtra enim aſsignatura id impetraretur, argum. tex. in C. uni. l. de Theſau. libro decimo. Rurſus aduertatur ad uerba Tiraquel. ubi ſupra, dum ſubdit quòd uix reciperetur in Gallia, quaſi ſentiat aliud de iure uerius eſſe, cogitent omnes.

SVMMARIVM.

1 *Regulæ huic, an ſit locus ſi infra annum nulliter citatus comparuerit.*
2 *Citatus nulliter comparens præſumitur legitime citatus, & per comparitionem purgatur omne uitium citationis.*

1 TRigeſimoquarto quæro, † an regulæ huic ſit locus, ſi infra annum nulliter citatus comparuerit? ſupra in præcedentibus quæſtionibus probauimus, citationem nullam non interrumpere præſcriptionem, quod etiam probat Mar. Soci. de citatio. artic. 31. nume. 31. in 10. effectu. iunc. uer. eſt tamen aduertendum, quod prædicti effectus, uidetur igitur dicendum præſcriptionem huius regulæ interruptam. Breuiter communis eſt opi.
2 immo omnium ſententia, quòd † citatus nulliter, ſeu is quem citatio non arctauerit comparens, præſumitur legitime citatus, & per comparitionem purgetur omne uicium citationis, & procedant effectus interreptionis præſcriptionis. Bald. in l. 1. in 3. nota. glo. in uer. ſententia ualebit, in fi. Alberi. col. 1. uer. ex iſta Alex. in 2. nota. ff. de fer. Archi. in c. propoſuiſti. col. 2. nume. 4. uerſi. ſed pone quod aliquis 82. diſtinc. Rot. 271. procedi poteſt, in no. Bellem. 364. qui per ſe, & 539. licet citatio. Abb. in c. bonæ primo. num. 17. de electio. & conſilio 38. tria ſunt. col. 2. uer. non obſtat alind lib. 1. Aret. conſi. 30. uiſo themate. nu. 10. uerſi. ad quintum igitur. Felin. in c. cum contingat. num. 8. uer. ſimiliter dixit Rota. de reſcr. & in c. illud nume. 8. in 4. decla. de præſcrip. Idem Feli. in c. ex tenore. col. 3. uer. regula non præſtat. de reſcri. Rui. conſil. 61. in lite. colum. 11. nume. 33. uol. 5. D. meus Philip. Dec. conſi. 587. & pro tenui. poſt num. 3. uerſi. Non obſtat, quòd citatio. Iafre. deciſ. 504. citatus præſumitur. Io. Fran. Bal. de præſcr. in 4. q. princ. 6. & ult. par. nume. 28. uerſi. ampliatur iſta limitatio, ut procedat etiam ſi citatus, & Mar. Soci. de citatio. art. 31. in fi. uer. aduerte tamen, quia licet citatio ſit temeraria &c. Tiraquel. de utro. retrac. glo. 2. §. 9. numero 17. & ſeque. pag. 470. par. 1. in uer. Alon domicile.

SVMMARIVM.

1 *Citatione executa contra poſſeſſorem, ſed non reproducta, ſeu termino non ſeruato, an interrupta fuerit præſcriptio huius regulæ?*
2 *Citationis pro eſſentia quatuor requiruntur.*
3 *Citatio ad partis inſtantiam fieri debet.*
4 *Citatio requirit iudicis commiſſionem, ſeu decretum.*
5 *Nuncij, curſoris, ſeu notarij executionem citatio requirit.*
6 *Relatio nuncij, ſeu notarij pro citationis ualiditate requiritur.*
7 *Citatio non interrumpit actore in termino citationis, non comparente.*
8 *Actore in termino citationis non comparente, non dici proceſſum incohatum.*
9 *Contumax, ut conuincatur, neceſſaria eſt contumaciæ accuſatio.*
10 *Nuncij relatio debet fieri iudici, iuxta unam opin. uel iudici, ſeu notario iuxta aliam.*
11 *Citato reo, ſi nec ipſe, nec actor comparet, actor poteſt uigore eiuſdem citationis reo abſente procedere.*
12 *Citatus ad duo tenetur.*
13 *Citatio generalis pluribus modis accipitur.*
14 *Citatio generalis uaga, & incerta non tenet.*
15 *Sententia in uim citationis ad audiendum uoluntatem auditoris non ualet.*
16 *Generalis citatio non interrumpit præſcriptionem.*
17 *Citatio generalis pro tota cauſa, & ad omnes actus, quid operetur.*

1 TRigeſimoquinto quæro, an † citatione contra poſſeſſorem executa, ſed non reproducta, ſeu termino non ſeruato, interrupta fuerit præſcriptio huius regulæ? Declaro Iunioribus. Meuius committit cauſam ſuper beneficio per Sēiū poſſeſſo ante finem anni, & obtinet citationem ad partes, illamque exequi facit, ſed eam non reprodocit in iudicio, nec curat decerni proceſſum per audientiam contradictarum contra Seium abſentem, & conſequenter nec illum citari facit ad dicendum contra commiſsionem, & citationem illius uigore decretam, & executam. Altero modo, quando poſſeſſor eſt in Roma. Cu. præſens, citatur ad dicendum contra commiſsionē, tamen ipſe actor non ſeruat poſtea terminum huiuſmodi citationis. Pro opin. affirmatiua adduci poteſt, quòd commiſſa cauſa, obtenta citatione, & illa executa, lis iam pendere dicitur. capit. gratum &c. relatum. de offic. delega. cap. propoſuiſti. de foro compe. clem. 1. ut lit. penden. Innoc. in c. fina. nume. 2. co. Ioan. And. & But. in cap. cauſam quæſt. 2. de teſti. & ibi Abb. num. 5. Rot. 425. uerſiculo, & uidetur quod non, quia adhuc non

cenſe-

cenſcetur lis pendere, donec citatio peruenerit in
notitiam partis, ergo à contrario ſenſu ſi ad no-
titiam partis peruenit, lis eſt etiam in præiudi-
cium rei, & ſi eſt lis, ceſſat amplius dici poſſe poſ
ſeſsionem pacificam, & conſequenter interrupta
erit præſcriptio noſtræ regulæ. Inſuper cum in
aliis quæſtionibus ſit probatum, quòd citatio ua
lida interrumpit hanc noſtram præſcriptionem,
& alias in illis caſibus in quibus ſola citatio ſuffi
2 cit, & nos habeamus, quòd ad † citationis eſſen-
tiam, ſeu robur quatuor requiruntur, uidelicet,
partis inſtantia, ſeu petitio. l. ad peremptorium.
ff. de indi. l. fi. C. de bo. autho. iudi. poſſi. l. propo-
randum. C. de indi. Specul. de citatio. §. ſequitur
uidere. num. 14. uerſ. illud autem nota, quòd cita
tio facienda eſt. Lanfran. de citatio. num. 7. uerſi.
3 item eſt notandum, quòd † citatio ad inſtãtiam
partis fieri debet, & probat tex. in c. ſignificaſti. in
uer. ad petitionem. & c. penul. in prin. ibi ad pe-
titionem, de fo. compe. Specu. de citatione. in di-
cto §. ſequitur. num. 14. uerſic. illud autem nota,
quòd citatio. Hipp. de Marſil. in rep. l. de unoquo
que. nu. 113. uerſ. & iden primò ſcias, quòd cita-
tio non ualet. ff. de re iudi. gloſ. in l. ſancimus. in
uer. contumaciam. C. ad trebel. Aegi. Boſ. in pra-
4 cti. crimi. titul. de citatio. num. 10. Alterum † eſt
decretum, ſeu commiſsio iudicis. l. 2. & l. conſen-
taneum, & utrobique per Bar. & Bald. C. quomo.
& quando iud. l. fi. & ibi doct. C. de exhiben. reis.
Inno. Io. Ant. But. & alii. in c. quoniam contra. ſu-
per glo. in uer. citationes. de proba. Bald. in l. ma
gis puto. §. ne paſsim. ff. de reb. eo. pulchrè. Sal in
l. abſentem. colum. 5. C. de accuſ. Mari. Soci. de ci-
ta. art. 11. Hippol. in præalleg. l. de unoquoque. nu
me. 115. Cur. iun. in l. more. num. 77. ff. de iuriſd.
omn. ind. & in l. cum quædam. nu. 15. ff. eo. Iacob.
de S. Georg. in l. ſi feriatis. num. 7. uerſicu. primus
actus eſt cõmiſsio, quam fecit iudex. ff. de feriis.
Et quid ſi nuncius citet non præambula iudicis
commiſsione. Bartol. in alleg. l. fi. C. de requi. reis.
& in l. interrogari. C. de quæſtio. plenus per Matt.
de Afflict. in conſti. edictorum, num. 5. & Fely. in
5 c. per tuas de ſimo. Tertium eſt † ipſius nuncii,
curſoris, ſeu notarii executio. c. prudentiam. uer.
per certum. in fin. de offi. deleg. c. cum parati. de
appell. Bar. in extra. ad reprimendum. in uer. per
nuncium. Bal. in l. 2. in 1. nota. C. de ſportu. Mari.
Soci. de citatio. art. 8. & per glo. in l. & quia in uer.
antequam. uer. alii dicunt, conuento reo ut ue-
niat, uel per alium iuſſu iudicis. ff. de iuriſdict.
omnium iudic. Quartum requiſitum eſt ipſius
ipſius nuncii, ſeu notarii relatio. l. hæc autem. §.
non defendi. iun. his, quæ uoluit ibi Bar. nume. 2.
ff. qui. ex cau. in poſſeſſ. ea. Salyc. in l. dies feſtos.
poſt medium. uerſicul. eſt, & tertius actus, ubi quòd
6 † relatio fieri debet per nuncium, de citatione fa
cta, & antea poſuit duo alia requiſita, uidelicet,
commiſsionem iudicis, de citando, & citationis
executionem per ipſum nuncium, & de hac rela-
tione nuncii, qui citauit, uideatur per Hoſtien.
in cap. quoniam contra. de probatio. in uer. ci-
tari omnes. ubi exponit citationes. i. nunciorum
reſponſiones, ac ſi dixiſſet relationes, & ibi per
Ioann. Andr. & omnes. Si igitur præmiſsis qua-
tuor requiſitis concurrentibus citatio dicitur
plena, & perfecta, & nos habemus, quòd per ci-
tationem lis dicitur, & ceſſat quis amplius di-
ci poſſe pacificus poſſeſſor, ſequitur quòd præ-
ſcriptio noſtræ regulæ ſit interrupta. & ceſſet,
cum in propoſito quæſito omnia concurrant, &
etiam illud ultimum conſiderando, quòd tam ex
iuris diſpoſitione, quàm iuxta ſtilum Romanę
curię, qui pro lege ſeruari debet. cap. quam gra-
ui, cum uulga. de crimi. falſi. Si loquimur de ci-
tatione in partibus executa, à tergo ipſius cita-
tionis originalis à Roman. cur. tranſmiſſæ, nota-
rius facit ſuam relationem, & publicum inſtru-
mentum, atteſtans die tali, coram talibus, retro-
ſcriptas literas citatorias intimaſſe Sæio, illum-
que citaſſe, quatenus die tali, coram tali com-
pareat, ſi dies illa iuridica fuerit, alioquin pri-
ma die iuridica illam ſubſequenti, aliaque fe-
ciſſe, & executum fuiſſe in retroſcriptis literis
citatoriis contenta. Si uero Sæius citatus fuit in
curia, puta ad dicendum contra commiſsionem,
& libellandum ad primam diem, curſor ſubſcri-
bit hoc modo, uidelicet, feci, ut ſupra prima
Decembris 1557. Thomas Rogier Curſor. &
ſic utroque caſu facta eſt relatio per ipſum ci-
tantem, uel à tergo quando extra curiam, uel
in calce ipſius citationis quando in curia. Pro
parte negatiua omiſsis pleriſque, quæ hic ad-
7 duci poſſent, illud præcipuum eſt, quòd † cita-
tio non aliter interrumpit, quàm ſi actor, qui ci-
tari fecit, in termino citationis compareat, eo
autem non comparente circumducitur. i. euane-
ſcit edictum, & perinde habetur, ac ſi nulla ci-
tatio interueniſſet. l. & poſt edictum. §. 1. & ibi
Bald. ff. de iudic. c. 1. de dol. & contu. lib. 6. Guig.
de Cun. in l. ſicut. C. de præſcrip. triginta, uel qua
drag. ann. Bal. in c. conſuluit. col. 3. de offi. delega.
motus duabus rationibus, prima eſt, quia actor
non comparendo uidetur renunciare tali citatio
ni, altera eſt, quia citatio hæc non habet ſuũ per-
fectum eſſe. Mil. in reper. in uer. præſcriptio cõtra
actionem ciuilem. uer. aduerte tamen quòd tunc
demũ. Ale. in l. fi. nu. 13. uer. & quid ſi facta fuit ci
tatio. Iaſ. col. 3. uer. ſecundo limita, quando actor
qui fecit citari. ff. de eo per quem fac. erit. Ioann.
Franciſc. Balb. de præſcr. in 4. quæſt. princi. 6. par.
in 2. limit. num. 22. Mar. Soc. de citatio. art. 33. &
uoluit Bal. in l. 1. in 1. lect. num. 1. ff. de in ius uoc.
quòd per citationem non dicatur proceſſus in-
8 choatus † actore non comparente, idem uoluit
Anchara. conſi. 97. in quæſt. num. 4. uerſ. in contra
rium arguitur, idem dicũt Alex. & Iaſ. ſuper rub.
ff. de in ius uocan. & notauit Fely. in c. illud. poſt
num. 5. in 1. decla. inferens ad dubium, quod fue
rat in Rota, quòd citato reo, actore non compa-
rente, non inducitur litis pendentia, ea ratione,

quia citatio circumducta, uidetur ſublata, ad no-
ta. per Abb. poſt Innoc. in prealle. c. conſuluit. co
lum. 4. de offi. dele. per Hippol. de Marſ. in preall.
repet. l. de unoquoque. nu. 120. uer. ulterius ſcias,
etiam, quòd ſi citans. & pro præmiſſis omnibus,
uideatur per And. Tiraq. de utroq. retract. gl. 2. §.
8. & 10. pag. 437. Et generaliter dicere ſolemus,
9 quòd ut † contumax conuincatur, neceſſaria ſit
contumaciæ accuſatio. l. properãdum. §. 1. ibi, ab-
ſentiam incuſante. C. de iudi. & ibi latè per om-
nes. l. item illa uerba. Inn. glo. in uer. ipſi actori. ff.
de conſtitu. pecu. Barto. in l. 2. poſt nume. 14. uer
ſicu. tu dic. idem ſi non uenerit actor. ff. ſi quis in
ius uocan. Barto. & Ange. in l. conſentaneum. C.
quomodo, & quando iud. Bar. in l. ſi finita. §. Iulia
nus. poſt glo. ff. de damn. infect. num. 10. uerſicul.
procedo ulterius. Iaſ. poſt Rapha. & Paul. Caſtren.
per illum tex. in dicta. l. properandum. §. & ſi qui
dem. in 5. nota. num. 7. C. de iudi. Hippol. in di-
cta l. de unoquoque. nume. 123. uerſic. item ultra
10 præmiſſa ſcias, quòd ſi citatus. Inſuper † nuncij
relatio non ſufficit, quòd ſit facta, prout in the-
mate noſtro ſupponitur, ſed debet fieri ipſi iudi-
ci iuxta opin. Bald. in authent. quæ ſupplicatio.
num. 2. uerſicu. item nota ex hac litera, & ibi Pau.
Caſtren. C. de preci. impe. offe. contra Bart. & pro
Bal. adducitur. c. contingit. ibi preſente iudice, de
fide inſtrumen. & cum Bald. tenet Ludou. Romá.
in l. ſi finita. §. Iulianus. poſt num. 21. uerſicul. ſed
Bald. in authen. ff. de damno infect. uel iuxta aliã
opi. quòd relatio fiat ſaltem notario, adeo quod
ad iudicis notitiam perueniat. Barto. in dicto. §.
Iulianus. nume. 19. uerſicu. iuxta prædicta quæro
pulchrè per Abb. conſ. 112. illud de iure. ubi con
cludit cum Bart. in caſu noſtro, nec relatio facta
fuit iudici, neque notario, ergo nullius effectus
uel momenti erit. Quid tenendum? Ego quoad
citationem factam in Rom. cu. pura ad dicendũ
contra commiſſionem, & libellandum ad primã
diem, termino non ſeruato, eſſem pro hac opini.
negatiua, quia in ea concurrunt omnia pro par-
te negatiua adducta, & etiam quia ex dictis re-
quiſitis ad citationem perfectam, de quibus ſu-
pra, tria deficiunt, uidelicet, petitio ipſius partis
a iudice, uel coram iudice. Inſuper ipſius iudicis
commiſſio, ut enim notiſſimum eſt in Rom. Cu.
quando ſimiles citationes fiunt, neque pars iudi
cem, neque notarium adit, ſed procurator, uel ip
ſe principalis citationem ſcribit, uel ſcribere fa-
cit, & curſor exequitur. Inſuper deficit relatio fa-
cta iudici, uel notario ad adducta. unde cum di-
cta tria requiſita ad citationem ualidam defi-
ciant, nihil operari debet talis citatio, nulloſque
effectus parere. Amplius ſi diceremus talem cita
tionem in Ro. cu. executam, operari litis penden-
tiam, interruptionẽ præſcriptionis, & alios effe-
ctus, quos citatio perfecta, ſubſecuta actoris cõ-
paritione, in ipſo termino ꝑducere ſolet, ſequere
tur abſurdum, in poteſtate enim actoris eſſet ad-
uerſarium, iudicem, & ius eludere, penes ſe cita-
tionem executam retinendo, uel poſtea reprodu
cendo quando ſibi uideretur, & frans facile fieri
poſſet, cui, quoad fieri poteſt, lex, & iudex reſiſte-
re debent. ad. l. ſi cui, ibi per medias uias. ff. de ſer
ui. l. in fundo. vbi glo. dat concord. ff. de rei uend.
c. fin. in princ. cum glo. 1. de poſtu. Card. in cle. 1.
in 3. not. de re. permu. Quantum uero attinet ad
citationem in partibus executam, & in ipſo ter-
mino reproductam, ſeu ipſo actore in termino
non comparente, contrarium concluderem, & ſic
pro opi. affirmatiua, rationes quibus moneor di
uerſimode reſpondere, ſunt, Rotæ authoritas, de
qua infra, & præmiſſarum citationum, illarumq;
executionum (de quibus tractamus) differentię,
prout enim proximè oſtendi in præmiſſa citatio
ne in Ro. cu. unum tantum ex quatuor requiſi-
tis, in altera uero in partibus executa, uel omnia
ipſa quatuor, uel ad minus tria ex quatuor cõcur
runt, reducamus ad praxim: imprimis annotatũ
uidebimus per notarium cauſę, partis petitionẽ,
ſeu inſtantiam factam pro citatione obtinenda,
ſecundo deſcriptum apud cauſæ notarium inue
niemus iudicis decretum, ſeu commiſſionem in
fauorem Męuli, contra Sęium citandum, ſub ſi-
milibus uerbis, die tali Męuius, ſeu Męuii procu-
rator obtinuit per iudicem citationem ad partes
decerni contra Sęium, uel citationem cum inhi-
bitione ſub pœnis, & cenſuris, ſuper tali citatio-
ne in partibus exequenda, ſit publicum inſtrumẽ
tum per notarium actuarium, cum appoſitione
etiam ſigilli Auditoris Rotæ, ſeu alterius iudicis,
qui citationem commiſit, ſeu decreuit. Notarius
(quod tutius eſt) in partibus citationem reo prę
ſentat, ſeu nuncius, qui poſtea notario in partib.
exiſtenti, refert ſe citaſſe, & executum fuiſſe; & ſi-
ue dictus notarius, ſiue talis nuncius extra Ro.
cur. citet, per notarium ſit publicũ inſtrũ, nullũ
horum triũ ſaltem, ita exquiſite, & publicè in cita
tione quam curſor Romę exequitur concurrit. Et
licet ẽt in hac citatione extra Rom. cur. quartum
requiſitum, uidelicet relatio ipſius citantis, ipſi
iudici, iuxta opin. Bal. uel ipſi iudici, ſeu notario.
iuxta opin. Bar. (prout ſupra) non interueniat,
effectus tñ quaſi idem ſequũtur ex talibus inſtru-
mentis publicis, executiones citationum conti-
nentibus, qui ex relationibus iudicibus, ſeu no-
tariis ipſarum cauſarum factis. Iudicibus enim,
& oĩbus intereſſe habentibus, talia inſtrã dirigun
tur, quę licet non producantur in termino, ſat ui
detur eſſe, quòd ſint publica, & nota aduerſario,
& aliis, & ad ea uidenda facilè per omnes intereſ
ſe putantes, recurſus haberi poſſit, nec tale in-
ſtrumentum actor unquam celare poterit, imò
ultra notarium rogatum, interueniunt etiam te-
ſtes, & ſic nec quòd factum eſt abſcondi, nec a-
ctor pedem retrahere poteſt poſtquam exequi fe
cit, dicens litem non pendere, & ſimilia, quę ſup
ponere poſſet citationem in Rom. Cu. exequi fa-
ciens. Pro eadem opin. affirmatiua (iuxta termi-
nos noſtros) optimè facit Rota. 345. licet im-

11 petrans. in no. † ubi citato reo, ſi nec ipſe, nec
actor compareat, actor poteſt uirtute eiuſdem ci-
tationis, reo abſente procedere, reus enim cita-
12 tus † ad duo tenetur, uidelicet, comparere, & in
certo tempore, & licet quoad ſecundum euanue-
rit citatio, tamen remanet primum, uidelicet, quod
comparere teneatur, iuxta tex. in cap. cum dilecti
uerſic. præterea cum mandatur. de dolo & contu.
& facit in argumentum. tex. in l. Celſus. §. ſeu uerſ.
ſed ipſe. ff. de arbi. ibi, duo eſſe arbitri præcepta,
unum pecuniam dari, aliud intra Calendas dari.
Lap. alleg. 87. Matthæus. poſt nume. 5. qui uoluit
citare dictum. c. cum dilecti. de do. & contu. non
autem, de doná. ſimilem dec. habemus etiam in
no. 132. appellans in cauſa. poſt medium, limitan
da eſt illa deci. 345. prout ſe ipſam declarat, quòd
procedat tantū in citatione generali, quod oſten
ditur ex illis uerbis, non tamen circunducitur in
totum, ſi reus ad totam cauſam uſque ad diffini-
tiuam ſententiam incluſiue citatur, cum iis, quæ
ſequuntur. Si igitur actor citari faciens quando-
cunque comparere poterit, ergo a principio cita
tio affecit reum citatum, & ſic deſijt eſſe paci-
ficus poſſeſſor, & neceſſario intelligere debe-
mus de citatione in partibus executa, quæ ad
omnes actus faciendos, etiam uſque ad ſententiā
incluſiue citat, prout in dictis deciſ. & expreſſe de
citatione in partibus facta, quòd fiat quoad totā
cauſam, & pars citata teneatur ſubire iudicium
in tota cauſa in Cu. Roma. uult Rot. 484. ſi appel-
latus. num: 7. uer. operatur enim. in no. ſimiles au
tem citationes in Ro. Cu. non fiunt, ſed ad unum
actum tantùm, puta ad dicendum contra com-
miſſionem, ſeu ad articulandum. Verum ne iu-
niores decipiantur, dum de citatione generali lo-
13 quimur, aduertant quòd † citatio generalis di-
uerſimode accipitur, uno modo quando obtine-
tur citatio contra Mæuium ſpecialiter non nomi
natū, ut executioni demandetur, Mæuius cenſebi
tur citatus in uim citationis generalis, quaſi ipſe
ſub illa clauſula generali, omneſque alios, com-
prehenderetur, & ſic ſpecies ex genere extracta
fuerit, & de hac citatione loquitur Rot. 419. ſi im
petretur commiſſio, in no. & hoc caſu generalitas
citationis conſideratur ratione perſonarum citā-
darum, de hac citatione tractabo in proxima ſub
14 ſequenti quæſt. Altero modo dicitur † citatio ge-
neralis, quia uaga, & incerta que non tenet, de
hac loquitur Rot. 342. attento eodem. in no. quæ
15 concludit † ſententiam latam uigore citationis,
ad audiendum uoluntatem auditoris cui plura
commiſſa erant, non ualere; argumento text. in §.
qui inſulam. ff. de uerbo. obliga. & facit gloſſ. in
clemen. ſæpe. in uerſicu. ad id, de uerborum ſigni-
fica. Idem uoluit Ludo. Roma. ſingu. 367. & Felin.
in capitu. conſuluit. nume. 16. uerſic. ſecundū no.
de offic. delega. & ego aliàs in Troian. Tenimen-
torum pro religione Celeſtina (cuius ſum aduoca
tus) obtinui contra moniales S. Claræ de Neapo
li, coram bonæ memo. Ioan. Pau. Ptolomęo, cita-
tionem factam ad comparendum coram quo-
dam iudice de partibus pro confectione deſe-
gni, in quodam tenimento Troian. quod ſatis
latum, & longum erat, declarari nullum pro-
pter incertitudinem, quia citatus diuinare non
poterat, in quo loco, ſeu loci loco tale deſegnum
faciendum eſſet. pro quibus faciunt tradita per
Specu. de citatio. §. 1. uerſicu. item quod in ea, &
ibi Ioan. And. in addi. Docto. in l. ſicut proponis.
2. C. quomo. & quan. iu. Bal. in l. conſentaneum.
C. eod. in 4. not. ubi de citatione ad comparen-
dum coram tali iudice, non ſpecificato ad quid,
ſeu ad quem actum, ubi concludit citationem in
nube, ſi non apparet ad quid, quare, ſeu ob quam
cauſam, non ualere, & ibi Saly. nume. 2. notat tem
pus comparendi in citatoriis apponi debere, itē
locum, & cuius mādato, & cauſam ob quam, ſub-
dens non ualere citationem generaliſſimam, cō-
pareas coram nobis, ad nota. per Cyn. in l. quo-
ties. C. de fideicommiſ. Iafre. dec. 211. ſi iudex præ
16 cipiat. & hæc † generalis citatio licet etiam uale-
ret, tamen non interrumperet pręſcriptionem.
Barto. in l. fina. ante fi. C. de annali præſcript. ubi
adducit rationem quare. Iaſ. in l. fina. in 3. limi. ff.
de eo per quem fa. erit. Ioan. Franc. Bal. de præſcr.
in 4. quæſt. princip. 6. par. nume. 23. qui adducit
tex. iun. glo. in clem. ut lit. penden. And. Tiraque.
de utro. retra. gloſſ. 2. §. 8. nume. 5. & ſequen. ubi
plura adducit, & uerſicu. uerum ex dictis, diſtin-
guit, quando interrumpat, uel non. Præfatæ & ſi-
miles citationes generales, non ſunt illæ de quib.
17 loquebar ſupra nume. 12. † citatio enim genera-
lis, ut quis compareat pro tota cauſa, & ad om-
nes actus faciendos uſque ad ſententiam diffini-
tiuam incluſiue, prout per Ro. 484. ſi appellatus.
nume. 7. in no. operatur quod ſic citatus, tenea-
tur ſubire iudicium in tota cauſa, & ſecundum
aliquos, ſententia diffinitiua contra ſic citatum
ferri poterit. Innocen. in c. conſuluit. de offic. de-
lega. & in c. audiris. colum. 1. uerſic. dicimus ergo
quod ex quo, de accuſa. Alexan. in l. qui ante Ca-
lendas. nume. 10. & ſeq. ubi ſubdit huic citationi
locum eſſe, quando citandus erat de longinquo.
ff. de uer. obli. idem dicit Abb. in c. fi. nu. 3. & 6. de
dilatio. uel iuxta opi. canoniſtarum. in præalle. c.
conſuluit. de off. dele. requiretur ſpecialis citatio
ad ſententiam, prout etiam uoluit Lanfran. in c.
quoniam contra. in uer. citationes, nu. 17. quæri-
tur nunquid citatio generalis, citationes autem
ſpeciales, ſiue ad ſententiam, ſiue ad alios actus
poſt huiuſmodi citationem generalem, pro tota
cauſa, & ad omnes actus reo non comparente in
Ro. Cu. fiunt per audientiam contradictarū. pro-
ut eſt ſtilus notus, & hoc uult præalleg. deciſ. 484.
nu. 7. in no. & hoc etiam uoluit alia deciſ. 345. li-
cet impetrans. in no. poſt prin. ibi nihilominus ſi
poſt eundem terminum compareat, & procedi
petat in cauſa, procedi poterit etiam ſine noua ci
tatione per audientiam, ſupple eu contradicta-
rum.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſor citatus uigore clauſulæ, omneſque alios &c. an deſinat poſſe dici pacificus ad effectum huius regulæ?*
2 *Commiſſiones cauſarum ſunt ſtrictè interpretandæ.*
3 *Reſcriptum non extenditur ad alias perſonas ſeu res.*
4 *Quoad unum ſi quis cœpit uti officio ſuo, id non extendi quoad alios.*
5 *In citatione quæ ad partes tranſmittitur ſpecificari debent contenti ſub clauſula, omneſque alios intereſſe putantes.*
6 *Citatio generalis contra intereſſe putantes, an ſit arctatoria, an monitoria, & qualiter.*
7 *Clauſula etiam in executione citationis præſentium uigore nominandos quid operetur.*

1 TRigeſimoſexto quæro, an † poſſeſſor citatus uigore clauſulæ, omneſq; alios intereſſe putantes, ſeu habentes, deſinat poſſe dici pacificus, ad effectum huius regulæ? Ego ſic diſtinguerem, aut committitur cauſa contra Titium abſque illa clauſula, omneſq; alios &c. & citatio uero illam continet. Aut contra commiſſio habet hanc clauſulam, & non citatio. Aut illa inuenitur, tam in commiſſione, quam citatione. Aut appoſita eſt in cõmiſſione, & in citatione decreta expreſſum eſt nomen, & cognomen ipſius poſſeſſoris citandi. In primo membro diſtinctionis, uidetur dicẽdum, quòd citatio prædicta nullius ſit effectus, ex
2 quo † commiſſiones cauſarum ſunt ſtricti iuris, & ſtricte interpretandæ. cap. ſignificante, & cap. Rodulfus. de reſcript. Matth. ſing. 95. nota mirabilẽ regulam, ubi dat rationem quare in illo. c. Rodulfus, uerbum diœceſis, quòd aptum eſt ſignificare ciuitatem, & comitatum, accipitur ſolum pro comitatu, ſeu ad comitatum tantum reſtringitur, concludit illud eſſe propter materiam exorbitantem, & ſtrictam. Felin. ſuper tub. de reſcri. colum. 2. ante nume. 4. uerſic. commiſſiones autem, quæ fiunt ipſis auditoribus &c. & regulare eſt, quòd
3 † reſcriptum non extendatur ad alias perſonas, ſeu res. c. P. & G. de officio delega. cap. cum te. iuxta unum intellectum. de reſcrip. Roma. conſ. 388. in caſu. poſt numerum 4. uer. breuiter dicendum. Bal. in l. præſcriptione. colum. 9. uerſicu. Ex præmiſſis. C. ſi con. ius, uel uti. publi. Abba. in capitu. ſuper literis. colum. 3. uerſicu. Nunc autem uult agere contra eundem. & ibidem D. meus. numero 14. de reſcript. Rot. 103. ſi A. impetret. in not. glo. in cap. cum in multis. in uerſic. quorum. in fi. de reſcrip. libro 6. ſi igitur per reſcriptum committebatur cauſa contra Titium, non debet cenſeri commiſſa etiam contra Mæuium. Inſuper ſi iudex cui data eſt poteſtas citandi Titium, uult alios citare, excedit fines reſcripti, ſeu mandati, & nulliter procedit. l. præterea, & l. diligenter. ff. manda. c. cum dilecta. de reſcrip. cum uulga. pro hac etiam opin. ponderari poteſt tex. in præallega. c. cum in multis. ibi, per illam clauſulam generalem quidam alii, quæ frequenter in literis noſtris inſeritur &c. quòd inferri poſſit, quòd ſi illa, uel ſimiles clauſulæ in literis, ſeu reſcriptis inſertę non ſint, non cadit dubitatio, an poſſint alii a nominato citari. In ſecundo membro uidetur etiã dicendum, quòd citatio non releuet duplici ratione, una eſt, quia licet delegatus haberet facultatem citandi Titium, & alios, ſi ipſe mandat tã-
4 tum citari Titium, & ſic cœpit uti † officio ſuo quoad unum, hoc non prodeſt nec extenditur quo ad alios, argumento. l. etiam. §. fin. ff. de mino. & §. præceden. arguendo. de rebus ad perſonas & contra. ad l. ſi quis inquilinos. §. ſi ita legatum. ff. de lega. 1. l. qui furere. ff. de ſta. homi. Bart. in l. miles, ita. §. 1. ff. de mili. teſtam. & quod non extendatur ad alios, probat tex. iun. ibi nota. in c. licet. de offic. delega. & uoluit Fede. de Sen. conſi. 111. quæſtio talis, colum. penul. uerſic. ſed contra licet enim cępit uti officio ſuo quoad quoſdam &c. Altera ratio eſt, quòd iudex datus contra Titium, & alios quorum intereſt, poteſt in prima
5 † citatione ſpecificare, ſeu ad ſpeciem reducere illud genus, ſed nuncius non: hoc uoluit Rot. 2. itẽ an actor. de reſcrip. Biſigne. in antiquis. & magis ad rem noſtram. 419. ſi impetretur. in no. late Ludo. Roma. conſi. 342. quoad primum. col. 2. nu. 3. uer. breuiter dicendum eſt, uſque ad fi. conſ. idem tenent Fel. in c. paſtoralis. §. quoniam. in fi. & Dec. nume. 5. uer. ſecundo gl. concludit per illum tex. de reſcrip. Samen. in cap. 2. nume. 49. eo. libro 6. In tertio membro quando illa clauſula, tam in cõmiſſione, quàm citatione, quæ ad partes trãſmittitur continetur, dicendum eſſet, quòd citatio talis afficiat, & ſic ceſſet remedium huius regulę, tũ quia reſcriptum uidetur indiſtinctè facultatem dare citandi intereſſe putantes, & iudex hanc facultatem ſibi conceſſam in nuncium, uel notariũ qui citabit transfundit, dicẽs, citabis omnes intereſſe putantes, ergo nuncius habebit talem facultatem, tum uigore reſcripti, quod non ſe reſtringit ad citationem per iudicem faciendam, immo arguendo a communiter accidentibus, ad l. ideo. cum glo. in prin. ff. de legi. l. neque natales cum gl. in uer. cum nihil. C. de proba. l. quod ſi nolit. §. qui aſſidua. ff. de ædi. edi. uidemus quòd nũcii, ſeu notarii citant, non autem auditores, ſeu iudices, igitur illis data cenſeri debet talis poteſtas, et ad euitandum circuitum, ad cle. auditor de reſcri. tum uigore ſubdelegationis, ſeu mandati ad ſic citandum. Contrarium concludendũ eſt, tum ex diſpoſitione tex. in præalleg. §. quoniam. c. paſtoralis. de reſcri. Et ibi per gl. & omnes ſcribẽ. tum propter auctoritatem Rot. 419. in not. ſupra adducta. & conſi. Rom. 342. cum quibus (ut dixi) reſident Feli. & Dec. in d. §. quoniã. Nec obſtabit illud, quòd a communiter accidentibus notarii, & nuncii citent, non autem iudices, quia hoc nõ negatur, ſed negatur ꝙ ipſi citare poſsint abſque iudicis decreto, ſeu mandato, & falſum eſt illud, ꝙ commiſſio, & citandi facultas ad nuncios, ſeu

nota-

notarios dirigatur, imò ſolum ad ipſos iudices,
dum dicitur cum poteſtate citandi, & inhibẽdi,
intelligere debemus, quòd ipſe auditor inhibere
poſſit, & etiam citare, ſeu citari facere, concluſio
enim cõmiſſionis cauſæ eſt, quòd Papa commit-
tat Auditori, quòd cauſam audiat, & decidat, &
quòd poſſit citare, inhibere, & alia facere, & ſi uel
let poſſet per ſe ipſum citare: tamen per alium ci
tando per ſe citare dr̃. l. 1. §. ſi iuſſerim. ff. de acq.
poſſ. l. 1. in prin. ff. de eo, per quem fa. erit. c. qui fa
cit per alium. & c. poteſt quis per alium. de regu.
iur. lib. 6. & principis factum dr̃, eius nomine, mã
dato, ſeu auctoritate factum l. 1. §. ſed neq;. uerſi.
omnia enim noſtra. C. de uete. iu. enu. c. cum ali-
quibus. de reſcr. lib. 6. c. ſi cum. c. ſi qui. & c. ſi apo
ſtolicæ, de præb. eo. lib. & quod hoc caſu ipſe Au
ditor dicatur citare, probat dicta deciſio. 419. in
no. col. 2. cir. medium, ibi maximè, quia attenta
forma citationis ipſe non citat, ſed Auditor. Nec
illa ſubdelegatio, ſeu cõmiſſio releuat, quia hoc
non concedit reſcriptum, nec iudex id poteſt no
minibus non ſpecificatis in ipſa citatione quam
decernit, ad Rot. prædictam. 419. & alia ſupra ad-
ducta. In quarto membro ex quo ſupponimus in
citatione decreta expreſſum eſſe nomẽ, & cogno-
men ipſius citandi, dico illam eſſe ualidam, &
interrumpere præſcriptionem noſtræ regulæ, ex
quo paritum eſt diſpoſitioni præall. §. quoniam,
& Rot. 419. & doctr. ſupra adductis, ſed dubium
facit id quod dicit, deciſ. 419. num. 3. & Rom. eo.
conſil. 342. poſt num. 4. uerſi. præterea ſi mãdan-
6 tur citari, ubi uolunt citationem generalem † cõ
tra intereſſe putantes, non eſſe arctatoriam, ſed
monitoriam. i. taliter citati non coguntur uenire
niſi velint, ſed ſi ſua putauerint intereſſe compa-
rere poſſunt, & cum illis qui ueniunt poterit pro-
cedi, cum non comparentibus autem minime,
adducit ipſe Ludo. Rom. Inno. & Hoſtien. in c. di
lecti. de except. & dicit eſſe caſum rectè intuenti.
in c. exhibita. de iudic. Idem uoluit Alexand. in
l. libertus. 1. nota. 4. ff. de in ius uoc. Idemq; uoluiſ
ſe uidetur Felyn. in c. cum inter priorem. poſt nu.
12. de excep. uidetur igitur ex proximè dictis in-
ferri, quòd ſi taliter citatus non curat compare-
re, non poſſit contumax dici, nec contra eum per
audientiam contradictatum procedi poſſit, quo
fit ut ſi citatio eum non afficit, non uideatur di-
cendum quòd effectus illi, qui ex citatione uera
procedunt, in caſu propoſito locum habere poſ-
ſint, & ſic non deſinat talis poſſeſſor poſſe dici pa
cificus: de citatione contra intereſſe putantes vi-
deatur latè per D. Pet. Rebuff. ſuper concor. ſub
rub. de conſti. in uer. intereſſe putantes. pag. 66,
& ſeq. Contrarium ego puto, quòd imò citatio
hæc taliter executa, ſiue illo poſſeſſore comparen
te, quo caſu nullum eſſet dubium, propter com-
paritionem ſubſequentem, ſiue non comparẽte
interrumpat præſcriptionem huius regulæ, & fa-
ciat, quòd ceſſet poſſe amplius dici pacificus, ad
quod tenendum duplici ratione moueor, una eſt
quia cum in citatione tranſmiſſa ad partes, ſit
ſpecificatum nomen ipſius poſſeſſoris, hoc ſuffi-
cere debet, & perinde eſſe, ac ſi in ipſo reſcripto
expreſſio facta fuiſſet, & ita uidetur loqui text. gl.
& docto. in præall. § quoniam, & deciſi. prædicta.
219. in no. & Mar Soci. de cita. art. 5. in 8. q. 32. q.
prin. ante nu. 66. nec Inn. & Hoſt. per Rot. & Lud.
Rom. adducti propriè loquuntur in materia no-
ſtra, nec eorum dicta ibi, procedunt abſq; alio-
rum controuerſia, nec ille tex. in c. exhibita. de iu-
di. quẽ Rom. in ſuis terminis facere dicit, id mihi
probat ad quod ipſe adducit. Altera ratio eſt, q̃a
ille, qui obtinuit cõmitti cauſam contra Titiũ,
oẽsq; alios, ignorans tunc forte quis eſſet poſſeſ-
ſor, ſeu intruſus, qđ facilè preſumi põt, & debet,
prout in ſimi. p Lap. alle. 8. p̃ſentatus per patro-
nos, ante ſi. p̃ſertim pp diſtantiã locorum, & mali
tiã intruſorũ, prout conſideratur ẽt in eadẽ deci.
419. col. 2. ante med. uer. ſecus uero in curia. & c.
dum ſciuit ſpecificauit nomen ipſius poſſeſſoris,
& ſic nihil ſibi imputari põt, & ſic nulla in eo ne
gligentia, calũnia, uel malitia, unde merito regu.
contra eũ p̃cedere, ſeu currere non poterit. Qđ
p̃cipuè dicendum erit, qñ in cõmiſſione apposi-
ta fuis illa clauſula, ab iis qui ſapiunt addi ſolita,
uel in corpore commiſſionis, dum dr̃. Dignetur,
S. V. cauſam, & cauſas, quã. & quas dictus orator
habet, & mouet, habereq;, & mouere uult & intẽ
dit, de & ſuper tali beneficio, rebuſq; aliis, & c. cõ
7 tra Titium, oẽſq; alios & c. † ẽt in executione cita
tionis, præſentium uigore ad partes decernendę
nominandos, & hæc clauſula ẽt & c. ibi poſita, uel
in ſi poſt clauſulam cum poteſtate citandi præfa
tũ Titiũ, oẽſq; alios, & c. oẽm tollit difficultatem,
& operatur, ut limitentur ſecundum, & tertiũ mẽ
brum, de quibus ſupra, quòd non procedant, qñ
adeſt talis clauſula addita, cuius uigore, tam Au
ditor, quàm notarius, uel nuncius ualide ſpecifi-
care, & nominare poterit citandum, Iudex, uide
licet, dum citationem ad partes decernit, nũcius
uero, ſeu notarius, dum citat, & ſic in ipſa citatio
nis executione, prout uerba clauſulæ prædictæ
hoc clarè oſtendunt, & ſic tollitur per hanc clau-
ſulam omnis diſputatio docto. in præalle. c. paſto
ralis. §. quoniam, de reſcr. & Rot. 2. item in actor,
de reſcr. Biſigne. in antiquio. ac 419. in no. & Ro-
ma. dicto conſil. 342.

S V M M A R I V M.

1 *Poſſeſſor ſi infra annum cauſam committat, & citatio-
nis decretum obtineat, an deſinat eſſe pacificus, &
poſt annum regula non iuuetur.*
2 *Commiſſa cauſa, & obtento decreto citationis per acto-
rem, iam lis quoad illum pendere dicitur.*
3 *Clem. 2. ut lit. penden. procedere in actore poſt decretam
citationem.*
4 *Regula de Triennali, an iuuetur poſſeſſor, qui infra trien
nium commiſit cauſam, & obtinuit decretum cita-
tionis.*

1 TRigeſimoſeptimo quæro, an ſi † poſſeſ
ſor infra annum cauſam ſuper iacta
tionibus, & moleſtationibus cōmit-
tat, & citationis decretum obtineat,
deſinat eſſe pacificus, adeo quod la-
pſo anno non poſſit, hac regula iuuari. Pro opi.
affirmatiua, quòd deſinat poſſe dici pacificus
2 pondero quòd † commiſſa cauſa, & obtento de-
creto citationis per actorem, quoad eum lis iam
pendere dicitur, Rot. Biſigoe. 2. de appell. in anti
quio. & 456. not. clemen. in antiq. & 75. quod di-
citur in not. & ibi firmant Reuerend. D. de Rota.
3 † clemen. 2. ut lit. péden. procedere in actore, poſt
decretam citationem. Idem dicit deciſ. Belleme.
380. ſi faciens committi, & 545. ſi pendent. in fin.
pro hac opin. concludit etiam Roma. conſi. 339.
circa primum, colum. 1. ante num. 3. uerſic. illud
autem certum eſt, qui adducit Rotæ deciſ. ſub a-
liis tamen numeris, quas non inuenio: idem uo-
luit Fely. in c. ſuper literis, numero 13. uerſ. dici-
tur autem in propoſito, de reſcrip. Staphi. de lite.
gra. & iuſti. fol. 144. iuxta primam impreſſ. ante fi-
nem. uerſicul. ratio autem omnium; Sarnenſ. in
compen. utr. ſignatu. nume. 65. ubi ita reſtatur in
Rota deciſum. Idem uoluerunt Dom. meus Phil.
Dec. in cap. 1. nume. 13. uerſicu. Imò in præiudi-
cium citantis. de reſcrip. & in c. ut debitus, ante
numerum 15. uerſicu. Immo in præiudicium im-
petrantis. de appell. Afflict. Deciſi. Neapol. 220.
in cauſa. poſt numerum 13. Pariſ. conſi. 45. ruit;
nume. 32. uolum. 4. Si igitur pendet lis per de-
cretum obtentum, iam conſtat quod ceſſat am-
plius dici poſſe pacificus poſſeſſor, ad ea quæ p-
bauimus ſupra in aliis quæſti. Pro contraria opi-
4 nio quoad † regulam de triennali concludit Pa-
riſi. conſi. 81. origo huius. uolum. 4. & adducta ibi
per eum, quaſi omnia inſeruiunt noſtræ regulæ,
& reſpondet contrarijs; eundem Pariſ. adducit,
& ſequi uidetur Rebuff. de paci. poſſeſſ. poſt nu.
169. uerſicu. & ſic conſuluit Pet. Pau. pag. 353. po
tior ratio Paris. uidetur eſſe, quòd diſpoſitio il-
lius clem. 2. ut lit. penden. procedat tantum quo
ad innouandum, & quoſdam alios diuerſos effe-
ctus, de quibus ibi per docto. ſed in caſu ſuo hoc
dici non poſſit. Breuiter prima opinio, tenenda
eſt, & illa Pariſ. falſa eſt, immo effectus dictæ cle.
2. de quibus per doctor. ibi, ſaltem uirtualiter
comprehendunt etiam caſum noſtrum, & clem.
illa generaliter intelligi debet, prout etiam per
Cardina. ibi in 4. oppo. nume. 9. uerſic. ſed quod
hic dicitur generaliter obtinet in aliis. Accedit,
quòd ratio dictæ clemen. 2. ut reuocentur attem
prata, eſt, quia pendente lite innouata fuere, ſi
igitur lis eſt, ſiue modo expreſſo per text. ibi quo
ad reum, ſiue quo ad actorem per deciſ. Rotæ, &
doctr. de quibus ſupra, hoc ſatis eſt ad efficien-
dum, ut ceſſet quis dici poſſe pacificus poſſeſ-
ſor, quia iſte eſt unus ex effectibus litis penden-
tiæ, & ipſemet Pariſ. conſi. 45. ruit monitorium.
num. 32. & conſi. 74. gratia ſuper, num. 36. & ſeq.
uolum. 4. indiſtinctè cum Rota, & aliquibus doct.
ſupra adductis, tenet per commiſſionem, & de-
cretum citationis litem uero pendere contra a-
ctorem, & in terminis noſtris quo ad illam regu-
lam de Triennali pro prima opin. & ſic contra o-
pin. Pariſ. concludit Caſſa. dicens, ita deciſum de
ciſis. 6. ſuper regulis, idem uult Sarnenſ. referens
ſuper hoc plura Rotæ decreta. q. 56. de Trienna-
li. num. 4. uerſi prędictis tamen.

S V M M A R I V M.

1 *Commiſſa cauſa, & decreta citatione contra poſſeſſorem ad inſtantiam aſſerti procuratoris, poſſeſſoreq; ante annum ſuæ poſſeſſionis citato, an idem poſſeſſor comparens deſinat eſſe pacificus, & præſcriptio huius regulæ interrumpatur.*
2 *Litis pendentia inducitur per comparitionem rei.*
3 *Procurator falſus dicitur de cuius commiſſione non conſtat.*
4 *Falſus procurator non facit iudicium, aut controuerſiam.*
Coniuncta perſona in beneficialibus non admittitur etiā cum cautione de rato.
5 *Procuratorem qui probauit, reprobare non poteſt.*

1 TRigeſimooctauo quæro, an † commiſ
ſa cauſa contra poſſeſſorem, & decre
ta citatione, comparente aſſertò p-
curatore, poſſeſſoreq́ue ante annum
ſuæ poſſeſſionis citato, ipſoq́; com-
parente, deſinat idem poſſeſſor eſſe pacificus, &
præſcriptio huius regulę interrumpatur? Pro par
te affirmatiua facit, quod per comparitionē rei,
2 ualida redditur citatio, & inducitur † litis pen-
dentia. Caſſa. deciſi. 6. ſuper regula. nume. 4. uerſ.
item quod ſi hodie Sarnen. in 46. de Annali. poſt
nume. 5. ubi quòd ſi reus habens notitiam cita-
tionis, nondum executæ, uenit ad cauſam, dicere
tur introducta uera lis, quo ad ipſum, multo ma
gis igitur ſi citatus ad cauſam uenit, & ſi eſt uera
lis, ergo non poteſt amplius dici pacificus poſ-
ſeſſor. Pro parte negatiua arguo ſic, falſus dici-
3 tur † procurator, de cuius mandato non conſtat.
l. ſi procuratori falſo. ff. de condi. ob cauſ. l. licet.
C. de procur. c. 1. extra eo. Ioan. de Ana. conſi. 95.
uiſo dubio. num. 1. & conſ. 104. uiſis & pondera-
tis. num. 2. & utrobique in addi. Ludou. Bologn.
Boer. deciſi. 274. an ualeat procuratorium, ante
num. 6. uerſic. & tunc ſi non conſtet, de mandato,
4 dicetur propriiſſimè falſus procurator, ſed † fal-
ſus procurator non facit iudicium, aut controuer
ſiam præallega. l. licet, & ibi Bart. Bald. & alii. C.
de procuratori. l. cum non iuſto. ff. de colla. dent.
neque mouere poteſt actionem, neque reſpon-
dere. Bald. in l. falſus, in 2. oppo. nume. 5. & poſt
num. 26. C. de furt. rationem adducit Bald. in d.
l. licet. quæ eſt, quia iudicium requirit tres perſo-
nas, iudicis, actoris, & rei. cap. forus. §. in omni, de
uerbo. ſign. ſed falſus procurator non gerit uices
alicuius

alicuius perſonæ, ergo deficit una perſona de ſubſtantialibus iudicii, merito iudicium dici non poteſt. pro quibus faciunt prælleg. conſi. 96. & 104. Ana. cum addi. Bologn. Ampliantur proxime dicta, etiam ſi citationem, ſeu illius decretum obtinens, eſſet coniuncta perſona illius, pro quo obtinuit, etiam cum cautione de rato. argumento text. in cap. ſi annum. in fine de iudi. libro 6. Bald. in addi. ad Specu. in titu. de procura. §. ratione quoque. verſicu. quid ſi canon. colum. ulti. verſicu. ſi pater. Rot. 142. in cauſa beneficiali, & Bellem. 682. in cauſis beneficialibus. Lap. allega. 70. ſuper iudi. poſt numerum 6. Ludouic. Rom. ſingu. 83. cum audiuiſti. Abb. & Felyn. in c. coram de offic. dele. Quid tenendum? Ego diſtinguerem ſic. Aut ipſe poſſeſſor comparuit ad proſecutionem huius cauſæ, præſertim abſque ſolitis proteſtationibus & cauſam in negocio principali inſtruxit, & proſecutus eſt citato tali procuratore aſſerto, ſeu ab illo inſtrui, & procedi paſſus eſt, & ſibi hoc caſu præiudicauit, & imputandum eſt ſibi, ex quo non animaduertit, an ille uerus, & legitimus procurator eſſet, uel ne, & debebat opponere contra illum, non autem cum † probaret
5 ad l. Pomponius. 1. ff nego. geſt. cap. horrendus. 32. q. 5. cap. nulli epiſcoporum. de accuſ. Specu. de procura. §. ratione autem formæ. num. 22. uerſicul. ſed nunquid pars procuratorem ſemel approbans Pariſi. conſi. 32. legi. & uidi. num. 13. lib. 3. beneficium igitur reo uoluntariè comparente, litigioſum effectum eſt. Aut poſſeſſor comparuit præmiſſa proteſtatione de non conſentiendo in iudicem, niſi ſi & quatenus de iure teneatur, & cauſa ſit legitime deuoluta. & ille qui obtinuit citationem ſit uerus procurator, ſeu de legitimo mandato doceat. ex quo dubitet utrum ſit uerus procurator, uel falſus. ad nota in c. mandato. de procu. & in cap. ex parte decani. de reſcrip. & per Bar. in l. falſus procurator. colum. 2. circa mediũ. C de fur. & hoc caſu non poterit dici lis introducta ante productionem mandati, & conſequenter non deſinet poſſeſſor eſſe pacificus, immo ille aſſertus procurator præfixo, & lapſo termino ad docendum de mandato, poterit, & debebit in expenſis, & ad damna, & intereſſe paſſa condemnari.

SUMMARIUM.

1 *Poſſeſſor pacificus ad effectum huius regulæ, an dici poſſit, ſi contra eum per aſſertum procuratorem cauſa commiſſa ſit, quam commiſſionem poſt annum poſſeſſor ratam habuit.*

2 *Commiſſio hodie abſque mandato obtineri poteſt.*

3 *Cap. nonnulli. §. ſunt & alij, de reſcript. non procedit in commiſſionibus cauſarum, quæ Do. Auditoribus Rotæ diriguntur.*

4 *Ratihabitio contra illum, cui medio tempore eſt ius quæſitum non procedit.*

5 *Spolio agere quis non poteſt pro poſſeſſione eius nomine abſque mandato capta, ab alio ante ratificationem occupata.*

6 *Geſta per falſum procuratorem poſt ſententiam ratificari non poſſunt.*

7 *Procuratoris conſtitutio, quando ad principium retrotrahatur.*

Trigeſimonono cum Sarnenſ. hic qu. 49. quæro † nunquid poſſeſſor paci-
1 ficus dici poterit ad effectum regulæ, ſi cauſa contra eum infra annum nomine meo committatur per aſſertum procuratorem meum, quam commiſſionẽ poſt annum, ego ratam habui? Ipſe concludit pro parte negatiua, dicens; ita in Rota deciſum, & plura adducit, quæ pro hac opin. facere dicit, aſſerens ſe idem tenuiſſe in ſimili caſu ſuper regula de Triennali. Ne iuniores (quibus ſcribo) decipiantur, aduertant ad duo, quæ illorum mentes confunderent, iis quæ ſubiiciam neglectis; primum eſt, quod aut litera eſt corrupta, aut Sarnenſ. non intellexit, & ſibi ipſi non conſtitit, uel (ut argumentum à ſufficienti partium enumeratione ex omni parte ſit perfectum) ego non bene percepi quid ſibi uelit, hoc modo reſpõdet iureconſultus. in l. Domitius ff. de teſta. dum ipſe dicit, iſta dubitatio pro parte negatiua decisa fuit: debuit (mea quidem ſententia) dicere pro parte affirmatiua deciſa fuit, & hoc ſuadent ea, quæ ſequuntur. Alterum eſt quod quæſitũ iſtud eſt de indubitabili; nulli enim dubium, quod nõ ſolum commiſſa cauſa per aſſertum procuratorem infra annum non interrumpitur præſcriptio noſtræ regulæ, immo nec etiam ſi per ipſum actorem committatur, quia ſola cauſæ commiſſio cõmiſſioniſque præſentatio non interrumpit præſcriptionem. Accedit, quod ſi ſupponimus commiſſionem obtineri abſque mandato ſpeciali nõ poſſe prout dicit textus in cap. nonnulli. §. ſunt, & alij. de reſcrip. quæ ad hoc adducit Sarnenſ. hic poſt num. 2. cum glo. ibi. hoc hodie falſum eſſet,
2 & † contrarium eius quod dicit Sarnen. hic glo. magna, ibi in fine, concludit, dum dicit, cur. Ro. non conſueuit, hanc exceptionem de mandato admittere, nec nos admittere debemus. Felleni deci. 710. commiſſio impetrata: ante fi. uerſiculo ultimo hoc fortiter, & Rot. 61. de appell. fuit dubitatum alias 430. in no. & ibi poſt argumenta in contrarium adducta redditur ratio, quare præ
3 allega. † cap. nonnulli §. ſunt & alii. non procedat in commiſſionibus cauſarum, quæ. D. Auditoribus Rotæ diriguntur, idem uoluit Caſſa. deciſ. 1. de procur. in fi. Fely. ſuper rub. de reſcript. col. 2. circa medium. verſic. hos quinque caſus reſtringe, & idem Felin. in allega. §. ſunt & alii. num. 49. in 4. fallen. Ut igitur quæſitum prædictum ſit de caſu dubitabili, & ne ſtilum (de quo proxime loquuti ſumus) impudenter negare cogamur, nos ſupplere debebimus, ſupponentes quæſitum præmiſſum procedere quando ultra commiſſionem

nem cauſæ concurrunt etiam decretum citationis,& ipſius citationis executio,quę omnia facta ſint ad inſtantiam aſſerti procuratoris ipſiua actoris.Redeo nunc ad dubium propoſitum,cum additione,ſeu declaratione per me facta,& iuxta mentem Sarnen.ſeu per eum adducta,uidetur cõcludẽdum pro parte affirmatiua,uidelicet quòd iſte poſſeſſor præmiſsis non obſtan. dicatur pacificus,& iuuetur regula,ad Bald.per Sarnenſ.adductum in.l.fi.C.ad macedo.præſertim in tertia,& octaua fallentia,dum uult ratihabitionem non poſſe retrotrahi,quando actus expirauit tempore,uel quando actus medius obuiat coniunctioni extremorum,utrumque horum in caſu noſtro concurrere uidetur,ergo ratihabitio nihil operabitur,& pro iſta opin.affirmatiua faciunt alia per Sarnenſ.adducta prælle.quæſtio.49.præſertim dum põderat per poſſesſionem annualem ante ratificationem fuiſſe poſſeſſori ius quæſitũ,
4 & ſic † ratihabitio impeditur,ad glo.not.in.cap. ratihabitionem.de reg.iu.lib.6.pulchre per Rot,
5 150.licet amicus in no.quæ uult † poſſesſione capta per amicum meum meo nomine,illo a poſſeſſionem eiecto antequam ego illam ratam habuerim,mihi non competere interdictum unde ui, idem uolunt Anto.de But.& Abb.in.capit.cum ueniſſent de reſti.ſpoli.& Alex.conſi.110.uiſis acutisſimis,num.3.lib.1.& in.l.quod meo.colum. 3.ff.de acqui.poſſeſſ.Dec.conſil.226.magiſter Iohannes,colum.2.numer.6.& conſil.247.in cauſa colum.3.circa medium,uerſi.quarto, hoc idem, Goza.conſil.14.num.6.& ſequ.Grat.reſpon.36. nu.36.& ſeq.li.1.& quòd ratihabitio retrotrahatur in præiudicium eius qui ratum habet, non autem in præiudicium tertii, argu.tex.in.l.ſi partem.§.fi.ff.quemadmo. ſerui.amit.l.uni.§.ſi quis filium.ff.ſi tabu.teſta.nullæ.exta.glo.in.l.ſi indebitum.§.ſi procurator, in uer.committe, & ibi Bart.ff.rem rat.habe.quem ſequitur Nic.Mil.in ſuo reper.in uer.ratificatio non trahitur retro in præiudicium iuris alteri medio tempore quæſiti. Rui.conſil.8.quia non declaratur,num.3.uolum. 4.Pariſ.conſil.12.in iſto,num.17.uolum.4.uideatur plene per Tiraquel.de utro.retra.§.1.gloſ.10. pag.241.nume.66.Pro eadem opin.affirmatiua multum facere uidentur adducta per Caſſa.deci. 40.ſuper regulis,ad effectum regulæ, de Subrogandis.Pro opin.uero negatiua ponderari poteſt,quod quælibet moleſtia,tam iuris,quam facti excludit hanc Regulam.Caſſa.deciſ.14.num. 11.ſuper regulis. negari autẽ nõ poteſt quin per talem litem ab aſſerto procuratore motam, poſtea quandocunque ratificatione ſubſecuta,moleſtia ſaltem facti non reſultet.Inſuper arguendo a ſpeciali,ſeu a contrario ſenſu,ſi ex ſententia Rotæ ratificatio geſtorum per falſum procuratorem
6 poſt ſententiam † tamen, prohibita reperitur. Rot.1.& 10.de procu.in anti.aliâs 13.& 148.& Caſſa.prælle.dec.40.ſuper regulis,& dec.uni.ante nu.7.de emptio.& uendi.ſupponendo quod ſi mus ante ſententiam, ſeu concluſionem in cauſa,ratihabitio prodeſſe debet. Quid tenendum? Videtur diſtingui poſſe, hoc modo, uidelicet, quòd aut ratificatio inducitur per conſtitutionem eiuſdemmet procuratoris, per quem cauſa introducta fuit, & ratificatio operetur, & conſequenter poſſeſſor deſierit poſſe dici pacificus,ratio eſt, quia per talem conſtitutionem probatur ſaltem præſumptiuè,quòd principalis illum pro
7 procuratore habebat, & talis† procuratoris conſtitutio retrotrahatur ad principium, ita declarat Alex.poſt glo.in.l.Iulianus,nume.6.& ante.& in iſtis terminis loquitur Rot.454.fuit dubitatũ utrum procurator, & alia ſequens in no.& Inno. per Rot.adductus in capit.ex parte decani.de reſcrip.& illam deciſ.454. ſequitur Pariſi. conſil. 143.quòd terminus.num.34.uolum.4.Aut ad illam cauſam alius, quàm ille qui comparuerat procurator conſtituitur, & tunc non poſsit dici poſſeſſorem ceſſaſſe eſſe pacificum, ex quo animus conſtituentis uidetur eſſe,eum qui comparuerat non habuiſſe pro eius procuratore, & licet utatur reſcripto ab eo impetrato,& aliis actis forſan factis,non per hoc tamen expreſſe, ſed tacite ratificat,prout ſentit Rot.455.per prædicta, in fi. in no.Breuiter diſtinctionem hanc Rota in Oxomen.Beneficii de Boſ.coram bo.me.Guido bono,inter D.Franciſcum Beltram, & D.Alfonſum Diaz non admiſit,dato enim infraſcripto dubio, uidelicet: Præſuppoſito quòd Marcus de Arena fuerit poſſeſſor beneficii de quo agitur.2.Iulii, 1538.& contra eum ſucceſſiue fuerit mota lis per aſſertum procuratorem Bernardi de Quiros, de menſe Maii.1539.iuncta conſtitutione procuratoris per Bernardum facta, ſub die ultima Iulii.1539.ad litem motam contra Marcum de Arenas,ſuper dicto beneficio de Bos,an reſignatio facta per Alfonſum Diaz,ſub die.3.Octob.1539. ſubiaceat regulæ de annali? concluſum fuit(ut annotatum inueni)ſub iis uerbis, uidelicet.1554. 3.Decembris relatum fuit, quòd non ſubiaceat Regulæ de Annali, quia illa ratificatio fuit bona licet non fuerit conſtitutus idemmet procurator.

SVMMARIVM.

1 *Citatio a iudice incompetenti emanata, an interrumpat præſcriptionem huius regulæ.*
2 *Iudice ab incompetenti citatio emanata,ſi certum erat illum eſſe incompetentem, & competens adiri poterat, non interrumpit præſcriptionem.*
3 *Competentis iudicis ſi copia haberi non poteſt, incompetens adiri permittitur.*
4 *Appellare coram honeſtis perſonis quando liceat.*
5 *Competens,an ſit iudex,quando dubium eſt,eius citatio arctat,& præſcriptionem interrumpit,*

Quadra-

1 QVadrageſimo quarto, an † citatio à iu
dice incompetenti emanata inter-
rumpat præſcriptionem noſtræ re-
gulæ? omiſſa longa diſputatione,
ego ſic diſtinguerem. Aut certum
eſt talem iudicẽ eſſe incompetentem, aut eſt du-
bium: in primo caſu, aut competentis iudicis co
pia habere potuit, aut non, ſi certum erat iudicẽ
non eſſe competentem, & competens haberi po-
2 terat, & † tunc abſq; dubio non interrumpat. l. pe
nult. & ibi no. C. ne de ſtat. defunct. c. ut debitus.
poſt princ. iun. glo. in uerſi. coram idoneo. de ap-
pell. glo. in c. placuit. § hæc, de præſcriptionibus.
in uer. interrupta, uerſ. item litis conteſtatio. 16.
q. 3. cle. 2. ut lit. pendent. a contrario ſenſu, & ibi
glo. in uer. competenti, & Cardi. ibi poſt doctor.
antiquos. in 1. & 4. nota. & Imol. in 2. not. dum
ſubdunt quatuor requiſita ad inducendum lit.
pendentiam. Abb. in c. illud. poſt num. 14. uerſi.
& ex iis uerbis infero, de præſcr. Pariſ. conſ. 94. be
neficium litigioſum. nu. 2. uolum 4. Aut certum
erat talem non eſſe iudicem competentem, ſed
3 non poterat haberi copia † competentis, & tunc
interrumpit, argumento text. in l. ubi abſunt. ff.
de tuto. & cura. dat. ab his. Ange. in l. ſi uacantia.
C. de bo. uacan. lib. 10. Io. Fran. Balb. de præſcr. in
4. q. princip. 6. par. nu. 14. uerſi. amphatur quarto
ut ſi citatio fiat a iudice incompetenti, ſic etiam
4 dicimus † appellare licere coram honeſtis perſo
nis quando iudicis à quo, copia haberi non po-
teſt. c. fin. ubi etiam glo. in uerſ. coram iudice, de
appel. Lap. alleg. 38. An ualeat, & ibi plura addo.
Ruin. conſi 85. pœna ad quam uol. 5. nu. 4. & con
ſil. 6. de ualiditate, nom. 8. uolum. 4. Et teſtes ad
perpetuam rei memoriam, etiam coram incom
petenti iudice, ſi competens non adeſt examina-
ri poſſunt. Ange. & Pau. de Caſt. in l. cum his, qui
bus. ff. de tranſact. §. tranſactiones alimentorum.
Iuxta ſecundum membrum principale diſtin-
ctionis prædictæ, quando dubium eſt, an talis eſ-
5 ſet iudex † competens, concludendum eſt præ-
ſcriptionem interrumpi, quia citatus arctatur, ar
gumento tex. in l. 2. §. ſed & ſi dubitetur, & l. ſi qs
ex aliena. ff. de iudi. l. 2. iun. glo. in uer. ſciatur. uer
ſic. & diſtingue hic. ff. ſi quis. in ius uoc. Bonif. de
Vita. in clemen. 2. poſt num. 33. ut lit. pendent. &
in terminis noſtris, per Maria, Soc. de citatio. art.
31. poſt num. 31. uerſi. & hoc uerum ſi certum ſit,
quòd iudex non habet iuriſdictionem. Opera-
tur etiam citatio coram iudice, qui dubitatur,
an ſit competens, vt onus probandi ad citatum
ſpectet. Lap. alleg. 10. diſputat hic plura. colu. fi.
nu. 9. in 4. dub. & alleg. 58. prælatus, col. antepen.
uerſ. D. Franc. D. Bici. & poſtea. colum. penul. uer
ſicu. Dicit tamen D. Franciſcus quòd dicto caſu
onus probandi ſpectat ad citatum.

SVMMARIVM.

1 *Citatio coram arbitrio, vel arbitratore, an interrumpat præſcriptionem huius regulæ?*
2 *Interrumpere præſcriptionem, citationem arbitri, ſeu conteſtationem coram eo.*
3 *Suppoſita vt locum habere poſſint, conſtitutio eſt intelligenda.*
4 *Arbitratoris, nec citatio, nec eius laudum præſcriptionem interrumpit.*
5 *Compromiſſo in arbitratorem facto pendente, præſcriptionem huius regulæ non currere.*
6 *Fatalia non currunt appellanti compromiſſo durante.*

1 QVadrageſimoprimo quarto, † an per
citationem coram arbitratore inter
rumpatur præſcriptio noſtræ regulę?
Quantum ad arbitrum attinet, uide
tur reſpondẽdum affirmatiuè, quia
arbitria redacta ſunt ad inſtar iudiciorum. l. 1. ff.
de arbit. l. rem nouam. §. 1. ibi. uel qui ex iuriſdi-
ctione ſua iudicandi habent facultatem, uel qui
ex recepto. i. compromiſſo, quòd iudicium imi-
tatur, &c. C. de iudi. c. 2. iudicib. 2. quæſti 6. Abb.
conſil. 33. quia quinque. num. 5. uerſic. hinc eſt,
quòd largè. lib. 2. & in terminis, quòd citatio ar-
2 bitri, ſeu conteſtatio coram eo † interrumpat pę
ſcriptionem probat. l. penult. § licet non ignore-
mus. C. de arbitr. & ibi Bar. no. 7. & alii. l. cum an-
tea. C. eo. & ibi Bal. in princip. Ludou. Roma. in
l. 1. colum. 1. uerſi. ſecundo, an requiratur citatio.
ff. de arbi. Specu. de lit. conteſt. §. effectus autem.
num. 2. uerſic. item interrumpit, ſing. 12. lex eſt,
quòd iura Guglielmi, de Ludou. Abb. in c. illud.
poſt nume. 14. uerſic. licet aliàs ualente compro-
miſſo inducatur interruptio, ſicut coram iudice.
de præſcript. Iafre. dec. 39. citatio facta. in princi.
Iaſ. in l. ſi num. 13. uerſic. extende non ſolum. ff. de
eo per quem fa. erit. Ioan. Franc. Bal. de præſcrip.
in 4. quæſtio. in princip. 6. par. nume. 32. in 1. am-
plia. Vérum præmiſſis obſtare uidetur, quòd con
ſtitutio, ſeu diſpoſitio intelligi debet in caſu in
3 quo † ſuppoſita per eam locum habere poſſint.
Iacob. But. Fulgo. & Salyc. in l. mancipia. C. de ſer.
fugi. Ludou. Roma. ſing. 489. ſtatutum puniens,
præceptor meus D. Phil. Deci. conſil. 466. ſtante
ſtatuto. colum. 3. num. 8. & conſi. 640. quæritur in
effectu. poſt princ. & cum Iaco. But. Fulgo. & aliis
prædictis, doctio: communiter tranſeunt, ut per
Cur. iun. conſi. 76. nume. 3. regula noſtra loquitur
de annali poſſeſſore beneficii, at per arbitrũ non
cognóſcuntur, nec terminantur cauſæ beneficia-
les, & ſpirituales. Hoſtienſ. in ſumm. in titul. de
arbit. § de qua re. uerſi. item prohibetur in matri
moniali, collecta. in c. ſotus. colum. 4. uerſicu. ſed,
quod, de antiquo, de uerbo. ſign. Specu. de arbi-
tro, & arbitratore. §. teſtat. num. 2. uerſic. item, de
ſententia excommunicationis, uel alio iure ſpiri-
tuali, uel etiam alio in quo periculum animę uer
titur, non uidetur, quòd poſſit in aliquem, tan-
quam in arbitrum compromitti, ne pateat uię
ingreſſui ad ſpiritualia uitioſo, &c. c. contingit,
&c. ſeq. de arbitr. Lap. allegat. 54. quidam ci-
tam. colum. 1. & alleg. 102. non poteſt clericus,
poſt

puſt ptin. Lud. Ro. conſ. 173. pto deciſ. poſt princ.
uer. Aut cōptomiſſū eſt de re merè ſpūali, & tunc
aut in lai cus tantū. & conſi. 299. in propoſita, nu.
6. & ſeq. Feli. in c. cum ſit, poſt uum. 3. de fo. com-
pe. ſi per arbitros tales cauſæ beneficiales decidi
non poſſunt, ergo nec pet illos poſſeſſores bene
ficiotum ualide citari, conceſſo enim, ſeu ſublato
conſequenti, poſitum, ſeu ſublarum cenſetut ne-
ceſſarium antecedens, ad. l. oratiu. ff. de ſponſa. le
giſtæ, in. l. 2. ff. de iuriſ. om. iudi. & cano. in. c. præ-
terea de offi. dele. & ſi citare in cauſis beneficia-
riis arbitri nō poſſunt, ergo nec præſcriptio no-
ſtræ tegulæ per illotum citationes interrumpi po
terit. Ad ptoxime adducta triplicitet teſpondeo
ſupra in. 5. quæſti. tegulæ de nou iudi. iux. fot. ſup.
uum. 7. & ſeq. & aliqua ibi tacta, inſeruient præ-
ſenti quęſito, quibus dum poſt num. 4. temiſſiue,
tracto in quibus iudicia. & arbitria conueniant.
ſeu differant, addo Soci. in tracta. fallen. Regula.
27. ubi triginta, & unam differentias cumulat in
ter iudicia, & arbittia. Redeundo ad nuſtrum
principale quæſitum, concludendum puto pet ci
tationem arbitri, præſcriptionem noſtræ tegulæ
interrumpi. An autem idem dicendum ſit in ci-
tatione arbitratoris uideamus? communi opin.
4 uidetut eſſe, quòd nedum citatio † arbitratoris,
imo nec litis conteſtatio cotam eo facta, nec etiā
eius laudum ptæſcriptiunem interrumpat, hoc
uoluit Oldra. (ſi bene eius uerba percipiantur:)
conſil. 176. factum tale eſt in uertice, num. ptimo
ubi concludit, quòd licet cotam arbitro fiat in-
terruptio præſcriptionis, ſecus ſit coram amicabi
li compoſitore, & ſic coram arbitratore, & dum
ſummatium dicti conſil. dicit præſcriptio inter-
rumpitur per ſententiam arbitratoris, uel dicat
per ſententiam arbitri, uel qui ſapit, puſt dictio-
nem, pręſcriptio, addat, ſeu ſubintelligat non. Ra
tionem adducit Oldra. quæ eſt, quod talis amica
bilis compoſitiu (quæ arbitratori conuenit) tenet
locum ttāſactionis, arguit poſtea a ſufficienti par
tium enumeratione, tandem dicit hunc modum
interrumpendi, non eſſe annotatum per glo. in. l.
cum notiſſimi. §. penul. C. de præſcr. triginta an-
norum, & in. c. illud de præſct. idem uoluit Ioann.
And. quaſi per eadem uerba loquens in addi. ad
Spec. ſub tit. de lit. conte. §. effectus autem in ver.
l. penul. aliàs ult. Bal. in. l. penult. numero undeci
mo, uerſicul. item habes quod citatio. C. de arbi.
Abb. in ptæalle. c. illud, numero 17. uerſicul. iuxta
prædicta quæritur nunquid litis conteſtatio, &
ibi Feli. num. 9. uerſic. ad illud quud coram arbi-
tratote de præſct. præalle. deciſ. Iafre. 39. uerſicul.
quod non procederet ſi citaretur coram arbitra-
tore. Balb. in dicta. 4. quæſt. princi. 6. pat. numero
34. in. 2. limit. in tracta. præſcr. Retenta hac opin.
pro uera, ego (quantum ad rem noſtram attinet)
putarem tempus compromiſſi facti in arbitrato
rem, ſeu amicabilem compoſitorem, ſubtrahen-
dum eſſe a curſu iſtius anni, & ſic quòd in ſum-
5 ma pendente † compromiſſo in arbitratorem fa
cto, præſcriptio noſtræ regulæ non currat, adeo
quòd ſi tale compromiſſum durauerit per ſex
menſes, ad hoc ut ſit locus Regulæ, non ſpatium
anni, ſed lapſus anni cum dimidio requiratur, ar
gumento tex. in cle. quamdiu. de appe. vbi quòd
6 † fatalia nō currunt appellanti compromiſſo du-
tante, Matheſi. ſing. 24. nota quod tempus inſtā-
tiæ Caſſa. deciſ. 9. de appel. numero ſeptimo. Ful-
go. conſil. 168. data ſententia. colum. 1. uerſic. nec
me mouet clem. quamuis, licet ipſe Fulgo. in ali-
quibus caſibus, dicat aliter ſeruari debere ſecun-
dum iura ciuilia, & pro hac opinio. mea, adduco
in ſimili deciſionem factam pet R. D. de Rota,
quam annutatam inueni per bo. me. Hyer. Noua-
tum in Eluen. prioratus de Calaſans, coram R. D.
Archiepiſcopo Roſſanen. inter Petrum Iauer, &
Vincentium Tuer, dato enim dubio; an præſup-
poſito quòd tempora fuerunt lapſa ad perficien
dum cauſam teſtitutionis, non obſtante compro
miſſo, poſſit Petrus Iauer, itetum admitti ad pe-
tendum teſtitutionem, aduerſus lapſum prædi-
ctum, ex clauſula generali, ſtante maxime com-
miſſione de qua in actis, concluſerunt ut infra,
Die lunæ ultima Aprilis 1548. Rota ſenſit haben
dam eſſe rationem tractatus cumpoſitionis, ad
hoc ut tempus curriſſe non intelligatur, & ſic Ro
ta non ſolum cōpromiſſi, ſed tractatus ipſius cō-
promiſſi tempus deduci, & ſubtrahi cenſuit.

S V M M A R I V M.

1 *Breuis per præſentationem, & proceſſum uigore illius an interrumpatur pacifica poſſeſſio?*
2 *Executor partes iudicis aſſumere poteſt.*
3 *Poſſeſſor a ſua poſſeſſione abſque cauſa cognitione remoueri non debet.*
4 *Monitio facta a iudice habet uim citationis & peremptorij.*
5 *Inductio in poſſeſſionem abſque cauſæ cognitione fieri poteſt.*
6 *Executor ad immittendum in poſſeſſionem non tenetur partes iudicis aſſumere.*

1 QVadrageſimoſecundo quæro an † per
præſentationem breuis pro capien-
da poſſeſſione, interrumpatur poſ-
ſeſſio pacifica, a noſtra regula tequi-
ſita? puta prouiſus a Papa obtinet
breue pro capienda poſſeſſione, & fructibus, uel
nomine Cameræ Apoſtolicę; uel pro ipſo proui-
ſo, poſtquam literas expediuerit, abſque uitio
ſpolii, & attemptatorum, de quo breui, & poſſeſ-
ſione illius uigore capta, tractaui ſupta in 23. q.
16. regulæ de concur. ſuper beneficio, præſenta-
tur igitur breue huiuſmodi loci ordinario, uel
cuiuis in dignitate eccleſiaſtica conſtituto, ubi
beneficium ſitum eſt, inſtatur pro literatum in
forma breuis executione, & pro traditione poſ-
ſeſſionis, intimatur breue poſſeſſori, comparet
poſſeſſor obiiciens de ſubreptione, & obreptio-
ne breuis,

ne breuis, & dicit ſe non teneri, & nolle dare poſ
ſeſsionem, dubium oriebatur an interrupta ſit
poſſeſsio. Pro parte affirmatiua adduci poteſt,
quòd cum (ut pluries dixi) per iudicialem mo
leſtiam interrumpatur poſſeſsio, etiam ad effe-
ctum noſtræ regulæ, & executor in caſu propoſito
2 aſſumpſerit partes iudicis,† prout potuit, ſecun
dum Inno.in.cap.ſi.de præſum.quem ſequuntur
omnes,ut ibi dicit Fel.colum.5.nume.16.uerſic.
prima concluſio.idem uoluit Lau.Calcan.conſi.
78.factum tale eſt,in poſitione caſus,ante ſi.conſ.
uerſic. & per conſequens dicta uerba reſcripti a
& debuit ita facere, quũ eſſet executor ad remo-
uendum a poſſeſsione aduerſarium intruſum, &
3 occupatorem, qui † non poterat remoueri ſine
cauſæ cognitione.l.ſi.C.ſi per uim.Angel.in.l.or-
do.C.de exe.rei iud.c.licet epiſcopus.de præben.
lib.6.Calde.conſil.4.ſi Papa mandet,ſub tit.de di
latio.Card.conſil.75.Reuerende.pater,cum plu-
ribus per quæ ita in terminis firmat Feli.in dicto
c.ſi.colum.7.num.24.in.2.fallen.Calcan.prealle.
conſil.78.factum tale eſt, in poſitione caſus col.
2.poſt medium,uerſic.item dictus D,Præpoſitus
non potuit dare dictam poſſeſsionem &c.inſu-
per breuis intimatio facta ab executore; opera-
tur idem quòd ſufficiens citatio, uel plus, quia
4 potentior eſt † monitio facta a iudice, quæ ha-
bet uim citationis, & peremptorii.l.2.ubi Bart.
Bal.& Pau.C.quomo.& quan.iud.idem Pau.in l.
ſancimus in ſi.C.de iudi.Barba.in cle.excommu-
nicationis. nu.40.de exceptio. præceptor meus
D.Phi.Dec.poſt Abb.in c.eccl.S.Mariæ.num.21.
uerſicu.ſimiliter Abb.de conſtitu.Accedit, quòd
contradictio poſſeſſoris interrumpit, & facit ne
ſit locus reg. & moleſtia facti interrumpit poſſeſ-
ſionem.Sarnen.quæſt.53.de Triennali.in ſi.& ali-
bi ſæpe. Pro parte affirmatiua adduci poteſt
quòd per præſentationem breuis,non poteſt præ
tendi introductum fuiſſe iudicium,quia hic deſi
ciunt ſubſtantialia iudicii, cum non dentur tres
perſonæ,iuxta c.forus. de uerb.ſigni.deficit enim
actor, & ubi actor non adeſt non poteſt dici lis.
Caſſa.dec.40.in ſi.ſuper regulis, imo etiam defi-
cit iudex, cum breuis executor ſit merus, & non
mixtus, cum ei committatur miniſterium indu-
5 cendi in poſſeſsionem corporalem, † quæ indu-
ctio abſque aliqua cauſæ cognitione fieri poteſt,
Rot.369.ſi in for.in no.quam comprobat Staph.
ſuper ſigna.fol.42.in ſi.iux. primam impreſsio-
nem. uerſi.qui autem & quales,& Fel.in alle.cap.
ſi.nume.22.in.2.conclu.de præſum.& dato quod
6 poſſet partes iudicis aſſumere,† tamen non cogi
tur niſi uelit,ad.l.non quicquid.ff.de iudi.glo.in
uer.repererint.in cle.uni.de offic.dele.dicta.dec.
369.in no.Inno.in præalleg.c.ſi.nume.2.uerſicul.
item ſuper huiuſmodi, & Feli.num. 22.uerſic.ſe-
cunda concluſio,de præſum.Calcan.conſi.78.du
bium contra præpoſitum.colum.1.in ſi.uerſicul.
decimo non ob.quod uidetur allegari.nec præſu
mitur id uoluiſſe,niſi probetur. Amplio etiam
ſi partem citari fecerit ex abundanti ad iuſtificã-
dum eius executionem, ut non propterea dica-
tur facere tanquam mixtus executor.Card.conſ.
75.Quæ ſint partes executoris etiam cum clauſu
la,ſi inueneris,uel ſi tibi conſtiterit,& de mero,&
mixto executore uide Lap.Alle.15.idem eſt.nu.
7.& ſequen.& plenius per Vita.de Camba.in tra
cta.clauſu.in uer.clauſula, ſi ita tibi conſtiterit.
Reuerende pater.num.1.poſt Inno.in dicto cap.
ſi.de præſum.& ſequitur Feli.ubi ſupra.Amplius
ut litis pendentia introducta cenſeatur requiri-
tur citatio.clem.2.ut lit.penden.quæ in propoſi-
to themate non interuenit. Poſtremo ut pacifica
poſſeſsio interrumpatur,non ſufficit uerbalis mo
leſtia,ſed fructuum & poſſeſsionis, ut Rotam iu-
dicaſſe dicit Sarnenſ.hic quæſtio.45.numer.8.
uerſicul.breuiter, & numer.10.Nec moleſtia fa-
cti uidetur conſiderabilis, quia durat tantum du
rante facto,& ceſſat ſtatim eo ceſſante, prout uo-
luit Caſſador.deciſ.6.numer.8.ſuper regulis, ubi
dicit hoc notandum eſſe in practica.Quid tenen
dum? dubium iſtud diſputatum fuit in Rota co
ram R.P.D.Antonio Auguſtino in Sanctæ Seue-
rinę prioratu de Nimphis,inter D.Nicolaum Ca
raſam,& Ioan.Petrum Ferragonum, quid conclu
ſum fuerit nondum percipi, ad Rotæ deciſionẽ
me remitto.

SVMMARIVM.

1 *Sequeſtrum an impediat pacificam poſſeſſionem ad effe-
ctum huius regulę?*
2 *Spoliare dicitur qui id mandauit.*
3 *Sequeſtrum decerni poteſt ſi timeatur ne deueniatur ad
arma ſeu rixas.*
4 *Cauendum eſſe inuicem de non offendendo iudex propter
controuerſiam pronunciare poteſt.*
4 *Sequeſtrum neceſſarium neminem ſua poſſeſſione pri-
uat.*
6 *Sequeſtro uoluntario poſſeſſio amittitur.*

1 QVadrageſimotertio quæro, an † ſeque
ſtrum impediat pacificam poſſeſsio
nem quoad effectum huius regulæ?
Diſtinguendum eſt, aut loquimur
de ſequeſtro poſt primam ſenten-
tiam,iuxta clem.uni.de ſeque.poſſeſ.uel etiam
ante ſententiam poſt litem tamen motam,& hoc
caſu non eſt quærendum an interrumpat,ſeu im-
pediat, quia per ſententiam, imo per litem ip-
ſam motam, imo etiam per ipſam citationem
(ut pluries dixi) præſcriptio huius regulæ inter-
rumpitur, ſeu ceſſat poſſe dici pacifica poſſeſsio,
adeo quod ſequeſtrum ſuperueniens nihil quo-
ad hoc operari poteſt. Aut loquimur de ſeque-
ſtro appoſito ante litem,& tunc ſubdiſtinguerẽ,
aut loquimur de ſequeſtro emanato a perſona ſe
culari,aut ab eccleſiaſtica aut de ſequeſtro uolun
tario.Primo caſu, aut ſequeſtrum priuat poſſeſ-
ſione ipſius beneficii, puta ſi dominus aliquis
tem-

temporalis mandat beneficiom quod poſſidet
Męuius, a ſede apoſtolica, uel ab epiſcopo pro-
uiſus, teneri in ſequeſtro per aliquem eius indi-
cem, uel alium, fructuſqoe beneficii huiuſmodi
per talem colligi, & retineri, ad beneplacitum,
& arbitrium ipſius domini temporalis, & dicè-
rem interruptam eſſe præſcriptionem huius re-
gulæ, nec illum qni prius pacifice poſſidebat, am
2 plius pto tali haberi poſſe, imo † ſpoliatos dici
poterit ab illo domino temporali id mandante,
ad.l.1.§.deieciſſe. &.l.3.§. cum procurator. ff. de
ui & ni arma.cap.uotum.com gl.magna 2.quæſt.
3.cap.cum ad ſedem.iun.glos.fi.in prin.de reſti.
ſpoli.Ancha.conſil.248.ad prædicta. col.2.uerſi.
non ob.qnod per ſeqneſtrum non priuatur quis
poſſeſſione, ſequitnr Feli.in.c.licet cauſam. poſt
num.11.in.12.not.de probatio.& Dec.conſ.125.
in cauſa ſpoliatonis, nume.3.Aut loquimnr de
ſequeſtro uerbali facto a tali domino temporali
mandâte per nuncium colonis, quòd teneant a-
liquod beneficium in ſequeſtro, ſeu (ut dicunt) in
ſalua guardia, qoo caſu nec ipſe poſſeſſor, nec
poſſeſſoris coloni, iu perceptione fructuum, &
re poſſeſſa, perturbentur. Sarneo.hic ex meote Ro
tæ qnæſt.46.poſt nume.3.uerſic.& ideo domini
alia ratione, concludit nō interrumpi pacificam
poſſeſſionem. Quoad ſecundum membrum ſi iu
dex eccleſiaſticus ſeqoeſtrum decernat, puta
3 † quia timeat nè ad arma, ſeu rixas deueniatur,
ad tex.in.l.æquisſimum in prin.ff. de uſufr. Spe-
cu.in tit.de ſeqne.poſſeſ.& fruct.in prin.& in tit.
de peti.& poſſeſ.§.1.& colum.fi.nome.38.uerſic.
io ſumma. Idem Specu.in titu.de libel.concep.§.
nunc dicendum.num.14.uerſic.22.quando duo
contenduot, & ibi Io.And.in addi.late Fran.Cur.
Sen.conſil.60.ſuper eo.nu.1.pręceptor meus Do.
Philip.Dec.ſuper rob. C. de ædi.di.Adri.roll.no.
6.& per illum text.io.l.æquisſimum.ooluit Paul.
Caſtren.in.l.qui bona.§.de illo.in fi.ff.de dam.in
fec.in arbitrio iodicis eſſe propter cōtrouerſiam
4 inter partes exiſteotem pronunciare, † cauendũ
inuicem eſſe de non offendendo. Imo plus uoluit
Bar.in.l.illicitas.§.potentiores. qoem ibi alii ſe-
quuntur.ff.de offic.præſi.ne dum cautionem hu
iuſmodi aliquem pto ſeipſo præſtare debere, ſed
etiam pto ſuis, & familiaribus, & complicibus.
ſequitur Felin.ſuper rubr.de tre. & pace ante
nnmer.11.in 5.declara.& Pariſi.conſil.168. & ſi
iudicis numer.5.uolum.4. Et pro eo quod uoluit
Bar.ubi ſupra nomer.5.oon ſolum præſtandam
eſſe cautionem de non offendendo me, ſed etiam
nec meos amicos, nec familiares, uide etiã Rip.
ſoper rub.ff.de dam.iofect.numer.12.& ſeqnen.
uel etiam iodex eccleſiaſticus ſequeſtrum appo-
nat ex quo beneficiatus non reſioeat, & non ſer
uiat beneficio, argumento tex.in.capit.peruenit
ad nos, qnòd cum.G.de appel.& per Franc.Cur.
in.l.uni.C.de prohi.ſeque.poſſeſ.ſeu in tracta.de
ſeqne.in.1.par.nome. 22.uerſi.exemplum, iudex
dicit uel ex alia iuſta cauſa nulla lite introducta
ſequeſtrum decernat. uerior uidetur opin. quòd
5 non ioterrumpatur pacifica poſſeſſio: † ſeque-
ſtrum enim neceſſarium non priuat quem poſſeſ
ſione ſua, illiusque commodis, & priuilegiis uec
illam inficit.l.ſequeſter.ff.de uerb.ſigni.l.proprie
&.l.licet.ff.depoſi.Petr.de Bellaper.Cyn.Albe.de
Roſa.Bal.& Saly.in.l.uni.C. de prohi.ſeque.poſ.
Bal.Ioann.de Imol.& Aret.in.l.intereſſe puto.ff.
de acqui.poſſeſ.Bar.& alii. in l.ſi oleum.ff.de do-
lo.Henri.Boic.Abb.Barba.& Feli.in.c.examina-
ta de iudi.Cardi.& alii in cle.uni.de ſeque.poſſeſ.
Ioan.Fran.Balb.de præſcrip.part.6.in 4.quæſtio.
princip. numer.30.in.9.limi.Caſſa.dec.14.ſoper
regulis numer.12.ubi in fin.deciſio.dicit ita in
Rota pronunciatum. Nicol.Boer.deciſio.172.&
dico in princip.D.Petr.Rebuff.de paci.poſſeſ.
numer.26.in 25.ampli.& hanc dicit eſſe com-
munem opinio.Fran.Cur.in prælleg.tracta.de
ſeque.par.2.quęſtio.20.numer.71. Aut loquimur
in ſequeſtro uoluntario, quod fit ex uoluntate, &
beneplacito partium, quod raro ſuper beneficiis
6 fieri uidemus; & tunc per tale † ſequeſtrum uo-
luntarium poſſeſſio amittitur; præalleg.l.intereſ-
ſe puto.& ita ibi ſummat Bar.& idem uult num.
4.ff.de acqui.poſſeſ.Cyn.Bald.& Salyc.in dicta.l.
uni.C.de prohi.ſeqoe.poſſeſ.Cur.de ſeque.in prę
alleg.q.20.part.2.num.71.Balb.in allega.9.limi.
& alii ſupra adducti.

SVMMARIVM.

1 *Pacificus poſſeſſor an quis deſinat eſſe propter proteſta-
tionem contra eum in iudicio factam?*
2 *Proteſtatio uim citationis obtinet.*
3 *Proteſtatio an præſcriptionem interrumpat, & nu-
mer.4.*

1 QVadrageſimoquarto quæro † Actor ci-
tato reo ad uiuendum fieri, & ad-
mitti proteſtationem, coram iudice
competenti reqoirit, & interpellat
ut reus poſſeſſionem canonicatus, &
præbendę ſibi relaxet, & ſibi permittatur in cano-
nicatu reſidere, & fructus lucrari, alioquin pro-
teſtatur de damnis, expenſis, intereſſe, etiam ra-
tione diſtributionum quotidianarum, non niſi
per præſentes, & diuinis officiis intereſſentes, &
ſeruientes lucrari ſolitarum, iudex proteſtationē
admittit, ſi & in quantum, an interrupta fuerit
pacifica poſſeſſio ad effectom huius regulæ? Pro
2 opin.affirmatiua facit quòd † proteſtatio cita-
tionis uim obtinere debet, ſicut proteſtans uim
citantis, Bal.conſil.268.factum tale eſt ad inſtan-
tiam, poſt mediũ.lib.1.per tex.in.l.ſi.§.ſi.ff.quod
ui aut clam.ſequitur Tiraq.de utro.retr.par.1.in
uer.Adinueniunt.gl.2.§.8.poſt nu.10.ſupra antē
in aliis q.concluſum eſt per citationem poſſeſſo-
ris ceſſare ipſum poſtea dici poſſe pacificum, eo-
dem modo igitur & per proteſtationem. Inſu-
3 per † quod proteſtatio quamcunque præſcriptio-
nem

nem interrumpat, probat tex.& ibi Saly.in ſum.
in l.ut perfectius.C.de anna.exceptio.c. paſtora-
lis.in fi.de offic.ordin.Inſuper, aut uerior eſt opi.
illa, ꝙ per proteſtationem, ſeu interpellationem
extraiudicialem interrumpatur præſcriptio, de
qua per Fran.Balb.in tracta præſcrip.in 3.par.6.
& ult.par.prin.nu.42.& per Tiraq.de vtro. retra.
par.2.§.4.gloſ.6.in uer.Conſigner.poſt num. 37.
& pari, imò maiori ratione interrumpatur per
proteſtationem iudicialem. Aut uerior eſt, quòd
non interrumpatur per extraiudicialem, ad text.
in l.alienam,& ibi Dyn.Alberi.& Bar.ff.pro em-
pto. & per eundem Tiraquel.ubi ſupra num.30,
& arguendo ab excluſione unius dicamus cõclu-
dere iniudiciali .ad l.cum prætor.ff.de iudi. Am
plius in themate propoſito interuenit citatio
ad uidendum admitti proteſtationem, & in ipſa
proteſtatione petitur etiam ipſa poſſeſſio, & iu-
dex interloquitur, unde uidetur omnino dicen-
dum interruptam fuiſſe præſcriptionem noſtræ
regulę, nec amplius canonicatus poſſeſſorem, poſ
ſe dici pacificum. Contrarium,& ſic opin, nega-
tiuam tenuit Rot. in Legionen.Canonicatus, &
præbend. coram Reuerendiſſimo Cardin. Puteo
tunc Rotæ Auditore peritiſſimo, inter Georgiũ
de Guignone, & Antonium de Melgar, ſub die
lunæ 5. Nouembris. 1548. reſoluit enim in pro-
poſito quæſito proteſtationes non interrupiſſe
pacificam poſſeſſionem. Non obſtat æquipara-
rio proteſtantis,& citãtis, quia inter ſe ualde diſ-
ferunt, diuerſoſque effectus pariunt, licet aliquan
do proteſtatio,& denunciatio pro eiſdem capiã-
tur, prout per Bar.& alios, in l.non ſolum.§.mor-
te.ff.de nou.ope.nun, tamen uidemus, quòd nun
ciatio non interrumpit præſcriptionem.l.alienã,
ff.pro empto. Nec ob. quòd proteſtatio præſcri-
ptionem interrumpat, quia regula eſt in contra-
rium, prout apparet in terminis illius, l.ut perfe-
ctius.quæ ponit caſum ſpecialem, ut ibi per om-
nes.C.de anna.excep.& per Bal.in l.fi. poſt nu. 3.
ibi hoc etiam probatur, quia ſpeciale eſt in cer-
tis caſibus, quòd per proteſtationẽ præſcriptio
interrumpatur,&c. ff.de eo, per quem fa. er. Al-
ber.Brun.de augmento.in 4.limit, poſt nu.3. 18.
4 parti.ubi quod † proteſtatio non niſi in certis ca
ſibus interrumpit præſcriptionẽ. Nec etiam ob.
ultimum, quod interuenerit citatio, & iudicis
interlocutoria, ſeu proteſtationis admiſſio, quia
omnia hæc aliò tendunt, præſertim, pro lucrãdis
fructibus, ſeu diſtributionibus quotidianis, un-
de limitata cauſa limitatum producere debet ef-
fectum. l.in agris.ff.de acqui. re. dom.l.cancella-
uerat.ff.de his, quæ in teſta. delen.l.militis codi-
cillis.§.1.ff de milit.teſta.cum uulg.

S V M M A R I V M.

1 *Regula hac, an intelligenda ſit de illis quatuor modis va*
candi per cancellariam inductis, an uero de om-
nibus.
2 *Cancellaria eſt organum Papa.*
3 *Vacatio omnis in regula hac comprehenditur.*
4 *Ratio generalior exemplo, ſeu dicto, illud ampliat, &*
declarat.

QVadrageſimoquinto ibi, & quòd cer-
1 to modo, † quæro an hæc regula in-
telligenda ſit de illis quatuor modis
uacationis inductis per cancellariã,
an uero, de omnibus indiſtinctè? Pro
2 prima opin.adduci poteſt illud quod † Cancel-
laria eſt organum Papæ, a cuius obſeruantia col
ligitur mens ipſius, ad c.porrecta.ibi, cum igitur
à cancellaria noſtra. &c. de confir.util.uel inutil.
Boni.de Vita.in cle.ad compeſcendas.nu.48. de
ſeq.poſſeſſ.Fel.in c.in noſtra corre.20. de reſcrip.
Caſſa.deci.3.de reſcr.col.4.in fi.Staphi. ſuper ſi-
gna in præfa.fol.14.uerſ.nam certum eſt, eo ipſo,
ꝙ producuntur literę in quibus non apparet ob
ſeruatus ſtilus communis Rom. cu. nec rationa-
bilis curſus cancellarię, &c. quæ uerba more ſuo
tacito authore tranſcribit Sarnenſ. in tracta. de
Gratiis expecta, poſt num.57. pro quibus etiam
citant conſi.Ludou.Roma.376.quæſtio eſt, num.
12.ſi igitur Cancellaria utitur iſtis quatuor mo-
dis uacandi, cancellaria illos induxit, illiſque uti-
tur, conſequens eſt ut regulas cancellariæ de ua-
cantibus certo modo loquentes, iuxta illam indu
ctionem,& uſum interpretemur. Accedit quòd
regula hæc pœnalis eſt, ergo & reſtringenda quo
ad fieri poteſt.l.3.in fi.ff.de præuarica.Deci.in c.
1.num.6 de offi.dele.& conſi.90.& pro tenui.col.
1.in fi.Thom.Gram.dec.27.num.8.& deciſi.46.
num.4.Secunda opin.quòd regula hæc omnem
uacationis modum comprehendat,& ſic per obi
tum, per reſignationem,& alios de quibus latiſ-
ſimè per D.Pet.Rebuff.ſuper concor.de nomi.fa.
§.monaſteriis in uer.uacantibus. pag.183. cum
ſeq.uerior eſt,& in praxi. ſeruatur, ut per Caſſad.
deciſ.15.ſuper regulis, per Sarnenſ.hic.quæſt.35.
& illa uerba certo modo uacare, non reſtringunt
regulam, ut non habeat locum quando exprimi-
tur modus uacationis beneficii per obitum, per
reſignationem, & alios omnes, ſed ſunt uerba Pa
pæ indefinite prolata,& non per modum formæ
impetrationis. Inſuper, & ſi uerba hæc non eſ-
ſent ita generalia, ut omnem modum compre-
henderent, ſufficeret ratio prohemii, quæ mi-
litat in omni modo uacandi, & ſic eſt generalis,
4 ſeu exemplo, uel dicto generalior, unde † illud
ampliare,& declarare debet.gloſ.in authen.Caſ-
ſad.in uer.per Italiam.C.de ſacroſan.eccle.& no-
ta.in l.quod dictum eſt.ff.de pac.gl. in clem.1.in
uer.præſidentes.in fi.de reſcri.l.1.tun.glo. in uer.
illiricana.C.qui.mune.uel præſta.nemi.lice.ſe ex-
cu.lib.10.glo.2.in fi.in l.in facto.ff.de conditio.&
demonſt. Sic contra quando dictum eſt genera-
lius quàm ratio, per hanc illud reſtringitur. gloſ.
in l.uni.ff.de fonte. uerſicu. quandoque tamen,
& quia Papa præſumit impetrantem poſt annum
bene-

beneficium pacifice poſſeſſum moueri improbis motibus litigantis, ideo mandat illum teneri ad expteſſiouem nominis, gradus poſſeſſotis, & aliorum, de quibus hic ptæcipue, ut deliberet an ſit temouendus poſſeſſor. Demum quum (ut dixi) Cancellaria ſit ipſius Papæ otganum, & cancellariæ ſtilus mentem principis declaret, uidemus quòd tam in ſupplicationibns quàm literis apoſtolicis impetrationem, per obitum, per teſignationem, & per omnes alios modos, ſit mentio de hac regula de Annali, unde neceſſario conſiteri cogimut, quòd aut in omnibus modis uacandi regula hæc locum habeat, uel quòd cancellaria utatur ſuperfluis, & inutilibus clauſulis, quod ultimum nullo modo concedi debet, ad conſil. Ancha. 293. nltra alia. num. 2. uetſicul. alias enim erronea, & ad ea quæ adduxi ſupta in 14. q. 1. Regulę num. 8.

SVMMARIVM.

1 *Impetrationi reſultanti ex clauſula generali ſiue præmiſſo &c. an obſtet hæc reg.*
2 *Renunciatio in fauorem certæ perſonæ in manibus ordinarij fieri non poteſt.*
3 *Reſignatarius ex uoluntate reſignantis beneficium aſſequi dicitur.*
eſt Cu. Romana,ſeu Papæ,alia legati,ut de ſe pa
7 tet.Hinc uidemus quod licet conſuetudo † op-
tandi de qua in cap.fi.de conſuetu.lib.6.ceſſet,
ſeu non procedat in canonicatibus uacantibus
in cu.Ro.dicto.cap.fi.Rot.296.ſicut canonicatus
in anti.Staphi.ſuper ſigna.fol.100.a tergo,& ſeq.
uerſic.ceſſat tamen optio; & talis conſuetudo in
præben.uacantibus apud ſedem; D.Hyero.Gig.
de penſio.quæſt.64.num.10.& ante;& poſt.plura
notatu digna pro dicto cap.fi.de conſuetudin.
6.congerit, tamen nos non habemus iure cautū,
quod dicta conſuetudo optandi ceſſet,ſi canoni
catus reſignetur in manibus legati,& per ipſum
conferatur, cuius contrarium concludendum eſ
ſet,ſi curia Papæ, & legati eadem eſſet, cum igi-
tur conſenſu omnium,Regula hæc in Rom Cu.&
non extra eam locum habeat, ſequitur quod in
legato non procedat. Inſuper arguendo ab una
Regula ad aliam, ſicut arguimus ab uno ſtatuto
ad aliud ad.l.uni.in prin.C.de in offic.doti.An-
cha.conſil.94.iſta domina, poſt nume.3.uerſicu.
non ob.quod illud.& conſil.422.uiſo puncto,nu.
4.Ange.conſil.356.quidam ciuis,colum.fin.ante
num.7.D.meus Philipp.Dec.conſil.11.& pro te
nui,colum.2.uerſus.fi.uerſicul.primo quia ſtatu-
ta Mediolani.& conſil.301.in cauſa quæ Ferrariæ.
num.10.Aimo conſil.138.in hac cauſa.numer.4.
uidemus, quòd Regula.8.quæ nuncupari ſolet
Rationi congruit, ſicut non procedit in ordina-
riis, ita nec in legatis, ut probaui.in.8.quæſtio.
dictæ Regulæ. Contra uidemus Regulam de in-
fir.ita comprehendere legatos, ſicut ordinarios,
prout concludit Samen.in.26.quæſt.dictæ Regu
læ,cum quo tranſit Rebuff.de Nomina.quæſt.17.
pag.222.& ſequen.uerſic.præterea eſt facta regu
la etiam de Impe.bene.uiuen.ſicut in ordinariis,
ita in legatis locum ſibi uendicat,prout per Sar-
men.ibi quæſt.2.& in pleriſque aliis regulis idem
uidere eſt, ita dicamus regulam noſtram proce-
dere in legatis,quum certi iuris ſit, in ordinariis
locum habere. Poſtremo ratio regulæ, ita ceſſat
in legatis,ſicut in ordinariis, cum legati debere
ſoleant, & debeant in ſua prouincia, hominum-
que ſub ſua iuriſdictione degentium,illorumque
beneficiorum, poſſeſſionum,morum, & qualita-
tum plenam notitiam habere cenſeri debent,nec
facile in beneficiorum prouiſionibus,& diſpoſi
tionibus decipi poſſunt; & legatus in prouincia
ſua reſidens,omni alia cura ſolutus eſſe cenſetur,
quo fit ut rationes quæ congruunt aliis ordina-
riis, conueniant etiam legatis, & ſic attenta i-
dentitate rationis, idem iuris eſſe debeat.l.1.§.
hoc interdictum eandem,& ibi not.Bar.ff.de fon
te.l.illud.cum gloſſ.magiſtra quæ dat concor.in
uer.extimari.ff.ad le.aqui.Contrariam opin.con
tra Sarmen.& ſic affirmatiuam puto ueriorem,
8 quia † legatus pendet a nutu committentis,cu-
ius intentioni,ſtilo,& conſuetudini conformis eſ
ſe debet, legatus enim omnem poteſtatem,& iu-
riſdictionem a papa recipit, eumque repræſen-
tat.cap.cum uenerabilis.ante medium,ibi qui ui
ces noſtras &c.de conſue.gloſ.in c.quæ de cauſa,
2.quæſt.4.glo.magna,in cap.quod translationē
poſt medium.de offi.lega.Sarmen.in compen.uo.
ſigna.num.20.ubi etiam quòd legatus a latere ſi-
gnat,ſicut papa,Papa qui enon cenſetur manda-
torii ſi ut faciat eo modo quo ipſe concedens,uel
mandans facturus eſſet, argumento text.in.l.uel
uniuerſorum.ff.de pigno.actio.facit text.in.l.u-
ni.ante fi.ibi non aliter iudicaturos eſſe pro ſa-
pientia,ac luce dignitatis ſuæ,quam ipſe foret iu
dicaturus.ff.de offi.præfe.præto.cap.ſuper literis
in fin.ibi eadem ratio quę delegantem moueret.
& c.de reſcr.& idem poteſt legatus a latere quod
papa, ſeu ſedes apoſtolica, paucis exceptis.cap.
ea noſcitur.ubi eadem habetur abſolutio ab ex-
communicatione obtenta a papa, uel ſede apo-
9 ſtolica, ſeu † legato, & æquipollent accedere ad
Romanam eccleſiam,uel ad legatum.capitul.ea
noſcitur.cap.ad eminentiam.&.cap.quod de his
de ſenten.excomm.Specu.in tit.de legato.§.nūc
tractemus.ante nume.1.uerſic.dic contra.Pariſi.
conſil.28.ad reſolutionem,num.37.& 42.& conſ.
ſequ.num.25.uolum.4.& legatus Papæ poteſt ſe
intromittere de exceptis,& immediate ſedi apo
ſtolicæ ſubiectis.capitul.ſi abbatem.1.reſpon.&
ibi Domi.in.1.not.de electio.libr.6.ratio etiam
regulæ noſtræ, ita militat in legato,ſicut in papa,
qui etiam,ita decipi, & falli poteſt in ſuis colla-
tionibus, ſicut & papa, nec illam exactam noti-
tiam perſonarum,& beneficiorum ſuæ prouincię
habere præſumitur, quam ordinarius in ſua dice
ceſi, nec ipſe beneficia uiſitat,nec ſemper in pro
uincia reſidet, & maioribus, ac pluribus curis
ipſe quàm epiſcopus detentus eſſe ſolet, pro
hac etiam opinio. affirmatiua facit, quòd in ex-
preſſione facienda de beneficio prius obtēto,pa-
pa,& legatus pari paſſu procedunt,ut impetran
tis gratia fit nulla. ab ordinariis autem impetra
ta ſit ualida. clem.fin.de offic.ordi.& ſi compre-
henditur papa ſub aliqua diſpoſitione, ita & le-
gatus, hoc modo arguit Rebuff.de Nomi.quæſt.
8.uerſicul.ſecundo, quæro an comprehendatur.
Pro eadem opinio. pondero quod regula de Va
lore,quę non habet locum in prouiſis ab ordina-
riis ſed in prouiſis a papa,habet etiam locum in
prouiſis

prouiſis à legatis, ut per Sarnen. quæſtio. 2. ſuper dicta regula de Valore, qui plura ad rem noſtram adducit ibi uideantur, Ex præmiſſis, & adductis. per Sarnen. dicta quęſti. 2. de Valore, elici poſſunt ſolutiones ad contraria, quibus etiam ſigillatim reſpondeo, & primo negatur, quòd legatus uere, & proprie ſit ordinarius, itē dato quod habeat iuriſdictionem, & poteſtatem ordinariam, habet etiam extraordinariam, ſeu extraordinarie ſuperinductam. gloſ. penult. in clem. fi. de offi. ordi. Syl. de bene. par. 4. quæſt. 9. nume. 3. Rebuff. de Nomi. quæſt. 8. pag. 39. uerſicu. præterea,
30 & maiorem † quibuſcunque ordinariis præſertim ille a latere, præalle. cap. cum uenerabilis, ibi qui, uices noſtras de conſue. ca. 1. de offic. legat. & ibi Abb. & alii, &. c. quod translationem. eo. cap. ſi Abbatem in. 1. &. 2. reſpon. de electio. lib. 6. Specu. de lega. §: ſupereſt, poſt num. 2. &. §. nunc oſtendendum. poſt num. 53. Steph. Bertran. conſ. 9. ex themate, numer. 12. uerſic. quo uero ad collationem, iuxta ſecundum impreſſionem, Ad illud quod legatus non ſit de curia Romana, licet quo ad quid hoc ſit uerum, tamen reſponderi poteſt, quòd quicquid habet, à Curia Ro. & a papa recognoſcit, unde iuxta ordinem, ritum, & regulas dictæ Curiæ, in omnibus procedere debet, ad ſupra deducta. Item negatur, quòd hæc regula in Rom. Cu. tantum locum habeat, imo in ea, & extra eam coram legatis. Ad tertium, quòd quædam regulæ, ita procedant in legatis ſicut in ordinariis, reſpondeo, quòd aliæ, ita in legatis, ſicut in papa licet non in ordinariis. Rurſus arguere ab una regula cancellariæ, ad aliam periculoſum eſt, cum regulæ non ſint iura communia, ſed ſpecialia, & quælibet regula habeat ſuam rationem ſingularem, ſeparatam ab alia, ad dec. Caſſador. 33. colum. 4. in fi. ſuper regulis. Quartum etiam non ob. quia imo ratio regulæ, ita procedit in legato, ſicut in Papa, ut oſtendi ſupra poſt numer. 9. Vidi nuper Deci. Putei 300. libr. 2. ubi quòd ex Rotæ decreto Regula, etiam moderna pauli 3. non haberet locum in prouiſione facta ab inferiori a papa. Deci. incipit, Reg. de Anna. non habet locum.

SVMMARIVM.

1 *Impetranti beneficium contra capitulum alicuius eccleſiæ, quod anno illud poſſederat, an obſtet hæc Regula?*
2 *Capitulum ſeu collegium eſt perſona repręſentata.*
3 *Actus capitulum, uel ſingulos concernentes, diuerſi ſunt.*
4 *Capitulum aliud. aliud ſinguli.*
5 *Auditorum Rotæ priuilegijs non derogari, per indultum derogans priuilegijs familiarium deſcriptorum in Cãcellaria, & quibuſcunque alijs.*
6 *Pro capitulo magis pręſumi in bonum, quam pro ſingulari perſona.*

1 QVinquageſimoprimo quæro † an impetranti beneficium contra capitulum alicuius eccleſiæ, quod anno illud poſſederat, obſtet hæc Regula? hoc dubium habet ſimilitudinem, & conformitatem aliquam, cum illo de quo ſupra quæſtio. 14. uerum quia alió etiam tendit, uideamus quid Sarnen. hic ſentiat. Ipſe pro opin. negatiua, referens fundamenta cuiuſdam aduocati illorum temporum, arguit ſic, uerba regulæ cui nō conueniunt, nec diſpoſitio. l. dies cautioni. §. toties ubi Bar. ff. de dam. infe. cap. indemnitatibus §. penul. de electio. lib. 6. cum uulga. Verba regulæ non conueniunt capitulo, ergo in eo locum habere non poſſunt, minorem probat, ex eo, quod regula requirit expreſſionem nominis, gradus, & nobilitatis poſſeſſoris in impetratione facienda; hæc ſingulares poſſeſſores reſpiciunt, non colle-
2 gium, uel capitulum, † quod eſt perſona repręſentata, & ficta. ad. l. mortuo. ubi Bar. Imol. in fi. & alij. ff. de fideiu. cap. Romana. §. fi. de ſenten. excom. libr. 6. & ibi not. late Felin. in. capitul. eam te. ante numerum 15. in 2. decla. de reſcript. Et quia ſi ſingulos de capitulo conſideremus, eſſet abſurdum, quòd nomina, & gradus ſingulariũ capitulum facientium, impetrans exprimere teneretur, & quia alia eſt capituli, alia ſingulorum poſſeſſio, ad quod adduci poteſt Rot. Bellemer. 10. canonici capitulariter, ubi quod diuerſi ſunt
3 actus † capitulum, uel ſingulos concernentes, diuerſoſque effectus pariunt, per Rot. 1. citatis decano, de do. & contu. Biſigne. in antiquio. Inn. in. c. cum dilectus. de conſue. Calder. conſi. 21. an eccleſiæ. de prębend. ubi propterea uoluit, quod fructus, qui hoc anno diuiduntur, debentur etiã canonicis nouis, dato quòd ſint de annis præcedentibus eorum receptionem, rationem adducit, quæ eſt, quod debentur capitulo, ut capitulo, non ut ſingulis. Abb. poſt Ioann. And. in. capi. cum non liceat, colum. 2. poſt numer. 2. ubi quòd
4 aliud eſt capitulum, † aliud ſinguli, de præſcrip. late Feli. in præalle. c. eam te ante. num. 14. in uer. aliud ſinguli de reſcri. Sic erint diuerſum eſt pręſentare iure ſingulari; & iure collegii, prout per Lap. Alleg. 22 an ſufficiat, & ibi ſuper uer. ſingulari, aliqua addo, ex qui &c. probatur ſatis inter ſe diuerſa eſſe actum facere iure collegii, & iure ſingulari. Rebuff ſuper Concor. in for. manda. Apoſto. in uer. ſingulisque canonicis. Mouetur etiam, quia non ſolum prima pars, imo, nec ſecunda locum habere poteſt, cum pendeat à prima, primamque in neceſſarium antecedens ſupponat. Addit quod diſpoſitio loquens de perſonis, niſi aliud exprimatur, nunquam comprehendit collegium, uel capitulum ad uulgar. conſil. Roman. 436. quod indultum, ubi per
5 plura motiua concludit † indultum derogans priuilegiis familiarium deſcriptorum in cancellaria, & quibuſcunque aliis, non derogare priuilegiis. D. Auditorum Rotę, & illud conſil. Roma. Sar.

ma.Sarnen.in 2.quæſtio. regulæ,de Idiomate.nu,
5.dicit ſæpe practicatum , illudque ſequuta eſt
Rota in una Maclouien. pro bo.mem.Ioan. cleri-
ci,contra Ioachinum,coram bo.mem.Sarnen. de
menſe Nouembris 1541.& coram eodem , eodē
menſe,& anno in legionen.præſtimonij de Villa-
nazar,contra Ludouicum del Mila. Quantum at
tinet ad derogationem priuilegiorum Audito-
rum Rotæ,diſtinguendum eſt iuxta ipſius Rotæ
decretum de menſe Martij. 1541. coram Hiero-
nymo Verullo,in cauſa Lucan,Canonic. inter Io.
Baptiſtam ex una,ac D.Syluestrum Barium tunc
Rotæ Decanum ex altera: concluſerunt enim. D.
de Rota,quòd ſi derogatum ſit quibuſcunq; pri
uilegiis conceſsis,non cenſeatur derogatum pri-
uilegiis dictorum,etiam appoſita clauſula, quo-
rum tenores habeantur pro expreſsis , &c, &
hoc caſu procedat dictum conſ.Romæ.196.Aut
eſt dictum,Mauius præferatur etiam Auditori-
bus Rotæ , & aliis officialibus , non obſtantibus
priuilegiis eorum collegiis. &c. tunc ſit deroga-
tum priuilegiis Auditorum , quia propter clau-
ſulam , quorum tenores , &c. poterunt in ſpecie
Auditorum priuilegia extendi . An autem ap-
pellatione perſonæ,ſeu ſub uerbo,ſi quis , ſeu ſub
uerbis generalibus , & an in materia ſtricta , an
ſub ſtatuto pœnali, ueniat capitulum , ultra ſu-
pra adducta, addo uidendum eſſe conſil. 1. Cal-
cane. ubi latiſsimè, & ad illud conſi.ſe remittit
Aimo de antiq.tempo.par.4.nume.87.Addo e-
tiam ultra Sarnenſ. hic pro eadem opinio. nega-
tiua ponderari poſſe,quòd ſuppoſita per addi-
tionem ad regulam antiquam,ibi,quòd extendi
uoluit, &c. locum habere non poſſunt in impe-
tratione beneficiorum per capitulum poſſeſſa,
quia non uacant, nec uacare conſueuerunt, per
priuationem,amotionem , uel alias propter ex-
ceſſus,& crimina;conſtitutio autem intelligenda
eſt,ut ſuppoſita per eam locum habere poſsint,
ad theo. Iac. But.Fulgoſi,& Salyc.in l. mancipia.
C.de ſer. fugi.Roman.ſing.489. ſtatutū puniens.
Dec.conſil.640.quæritur in effectu.poſt prin.Pro
opi. affirmatiua in qua Sarnen. reſidere uidetur,
& quæ mihi tutior,& æquior uſ,ultra ea,q̄ ipſe ad
ducit, ineuitabile fundamentum mihi uſ, identi
tas rationis,quæ eſt in impetrante,contra capitu
lum,ſicut contra perſonam particularem , unde
cum dicere ſoleamus,cēſeri caſum expreſſum, in
quo concurrit identitas rationis,iuxta l. is ſolis.
C.de reuo.don.qui tex.eſt ad hoc melior de iure,
ꝑut dicit Bal.ſup rub.de nau.fœno. licet ſub uer-
bis reg.alias forſan nō ueniret capitulū, tamē ꝑp
idētitatem rationis, oīno ſub regula cōprehendi
6 debet. Accedit,quòd ꝓ † capitulo magis præſu-
mitur in bonum,quam pro ſingulari perſona, ar-
gumento tex.in l.ſi.ibi, ut ꝑ ampliores homines
perfectiſsima ueritas reuelet.C.de fidei.c. pru
dentiam.uerſ.illa quippe fuit.de oſt.deleg.palle.
cōſ. 1.Calca. col.3.uer.15.quod ꝓ collegio magis
ꝓſumitur , magis igitur fauendum eſt capitulo
annali poſſeſſori,quàm ſingulari perſonæ,& ſi nō
magis , ſaltem non minus , & ſi aliud diceremus
abſurdum,ſeu inconueniens ſequeretur,

SVMMARIVM.

1 *Regula hæc,an procedat contra impetrantem , qui ante annum completum poſſeſſorem eijci curauit,ne de hac regula excipere poſſet.*
2 *Commodum quis habere non debet , de quo pœnam meretur.*
3 *Poſsidere impeditus pro poſſeſſore habetur.*
4 *In poteſtate alicuius eſſe non debet facto ſuo damnabili ab obligatione ſe liberare.*
5 *Verba ſunt intelligenda iuxta qualitatem perſonarum ad quas diriguntur.*
6 *Qualitas a ſtatuto requiſita probanda eſt, alioquin locum non habebit.*
7 *Statuta exorbitantia à iure communi, non comprehendunt caſum fictum.*
8 *L. quamuis.ff.de bo. au. iu. poſſ. & c.contingit . de do. & contu. limitantur.*
9 *Ficta poſſeſſio non prodeſt ad præſcriptionem.*

QVinquageſimoſecundo,cum Sarnen.
1 quæro † nunquid regula hæc proce-
dat contra impetrantem, qui ad ef-
fectum,ut contra eum de hac regu-
la excipi non poſſet , ante ſuam im-
petrationem,poſſeſſorem ipſum ante completū
annum a poſſeſsione deijci curauit? Ipſe q.13.cō
cludit pro affirmatiua , quia fraus & dolus nemi-
ni patrocinari debent , & ſi aliter diceremus,im-
petrator ex malitia , & dolo commodum repor-
taret,contra text.in c.cum qui,de præb.lib.6.fa-
cit con.Ancha. 109.contra fratres.colum.2. circa
medium. Adduci etiam poteſt.l.ſi uno. uer.item
2 alio reſcripto,iun.glo.in uer.remiſsio,ubi q † cō-
modū habere non debet,de quo puniendus eſt ,
ff.loca.ad idem eſt tex.in l.ſiue hæreditaria.ff.ne-
go.geſt.& glo.ibi,in uer.conſequi,dat concordā.
& in materia ſpolij,facit tex.in l.meminerint.& l.
ſeq.C. unde ui. ſic contra dicimus,q quis non de
bet diſpendium pati,unde præmium meruit. In-
ſuper dicit ipſe, quòd cum per impetrantis ma-
3 litiam factum ſit quominus † poſsideat, pro poſ
ſeſſore haberi debet , adducit.l.1.§. ſed eriſto.cū
gloſ. quæ dat concordan.ff. quod ui, aut clam ,
Et eſt text.in ſimi. in l.iure ciuili.ff.de condit. &
demonſtra. Et idem Sarnenſ. in fine, arguit ſic ,
ſicut pro poſſeſſore habetur,qui dolo deſijt poſ-
ſidere.l.qui dolo.ff.de reg.iur.ita & ille qui dolo
aduerſarij deſinit poſsidere pro poſſeſſore habe-
bitur.l.quamuis.ff.de bo.aucto.iu.poſsi.c.contin
git, & ibi gloſ. de dol. & contum. Hæc ſunt quæ
pro ſua opin. in effectu adducit,quæ ualde ſtrin
gunt, alia enim ſuper quadam Rotæ reſolutio-
ne per eum relata fundata , non ad propoſitum
quæſitum , ſed ad aliud ſatis diuerſum faciunt,
pro hac opin.affirmatiua adduco illud quod uo-
luit

luit Saly.in.l.ſi ſerui. nume. 15. C. de noxa. actlo.
ubi quòd malefactori, uel ſociis non prodeſt no
tificatio delicti propter ſtatutum premium pro-
mittens. Addo etiam quòd ſi ſpoliatus in caſu no
4 ſtro non haberetur pro poſſeſſore, in † poteſtate
alterius eſſet facto ſuo damnabili ab obligatio-
ne, & requiſitis huius regulæ ſe liberare, cum dã
mno poſſeſſoris, contra text. in. l. ne in aliena. ff.
quod ui aut clam. l. ne in poteſtate. ff. de arbi. l. 1.
§. ſi reus ff eo. per quem fa. er. l. qui officii. §. fin. ff.
de contra. emptio. l. cum proponas. C. de nau. fæ-
no, Roma. Syng. 134. promiſi caſum. Et daretur
occaſio, & materia ſpoliandi, contra prçalle. l. me
minerint. C. unde ui. Contraria opi. & ſic negati
ua, contra Sarnen. mihi in iure probabilior uide-
tur, pro qua ultra illud quod ipſe (& bene) ponde
rat, uidelicet, quòd exceptio huius regulæ datur
poſſeſſori, ſed non omni, addo quod uerba intel-
5 ligenda ſunt iuxta † qualitatem perſonarum ad
quas diriguntur, maxime, quando ſermo eſt ſub
nomine qualitatis, l. ex militari. ff. de mili. teſta. l.
ſtatu liberos. §. pen. iun. l. cum heres §. ſticus titio.
ff. de ſta. lib. ubi uerba loquentia de ſeruo, intelligũ
tur cum qualitate ſeruitutis, qñ iubetur ſeruire
dño, qñ uero iubetur ſeruire alteri quã dño, intelli
guntur ſine qualitate ſeruitutis, l. plenum. §. equi
tis. ff. de uſu. & habi. Bal. in. l. uni. C. ne ſi. iuſ prin.
nu. 2. & ſeq. Calcan. conſil. 1. col. 7. verſi. trigeſimo
potuiſſet allegare, & Dec. conſil. 65. nume. 3. licet
illa uerba, quicunque beneficium pacifice poſſeſ
ſum impetrauerit, comprehendant caſum no-
ſtrum, tamen quia adſunt alia uerba, tunc per
annum immediatè præcedentem, niſi concurrat
iſta qualitas, nullo modo locus eſſe poterit no-
ſtræ regulæ, ad proximè adducta. Inſuper quum
regula requirat pacificam poſſeſſionem annalẽ,
iuxta thema noſtrum, ceſſauit poſſeſſor poſſe dici
pacificus, ut probo ſupra quæſtio. 26. & de ſe pa-
tet, quum poſſeſſione ſpoliatus ſit, unde conſti-
tutio locum habere non poteſt, quum ceſſent
ſuppoſita per eam, ad But. Fulg. & Saly. in. l. man
cipia. C. de ſer. fugi. & Dec. cõſ. 640. quæritur poſt
prin. Item dicimus quòd qualitas a ſtatuto req-
6 ſita probanda eſt, alioquin locum non habebit,
Bar. in. l. diuus. ff. de re. iudi. per tex. in. l. ſulcinius.
§. 1. ff. ex qui. cau. poſ. eam. Bald. in. l. ſi quis non
dicam rapere. C. de epi. & cleri. Soci. conſil. 57. in
cauſa filiorum, num. 9 lib. 3. Dec. conſil. 261. ſupe
rioribus, num. 2. late Pariſ. conſil. 20. pro uera. nu.
43. & ſeq. lib. 2. & conſil. 152. uidi exemplum, nu.
5. uolum. 4. Factum item cum qualitate aliqua
deductum, ſeu requiſitum probandum eſt, nec
ſufficit factum ſine qualitate probare glo. in. ca.
dudum 2. de electio. Et ad id plura cumulat An
to. Corſet. Syngu. 269. in uer. qualitas. Idem uol-
uerunt Alex. in l. diuus. ff. de re iudi Felin. in cap.
examinata de iudi. Idem Feli. & D. meus in exa-
minato, de probat. Et an qualitate facti non pro-
bata ſeu facto, condemnatio ſequi poſſit uide in
practi. Papien. in for. Liquida. glo. 1. nume. 7. Sic
& qualitas in reſcripto, uel libello narrata pro-
banda eſt. Lap. alleg. 64 nunquid eccleſia poſt
prin. Idem dicendum eſt quo ad hanc regulam,
quum regulæ cancellariæ ſtatutis æquiperentur,
ad dec. Caſſa. 35. nu. 1. ſuper regulis. & Sarn. in. §.
q Regulæ, de impe. bene. uacan. per obi. fami. Car
di. nu. 2. uerſ. & iſte Amplius, licet ſpoliatus quo
ad alios effectus habeatur pro poſſeſſore, ad ſu-
pra adducta pro parte affirmatiua, non tamen ue
rus erit poſſeſſor, ſed fictus, aliud eſt enim eſſe ta-
lem, aliud haberi pro tali. l. merces. 2. cum glo. ff.
de uer. ſigni. l. ſi maritus. §. legis iuliæ, ubi Bart. ff.
de adulte. l. rei iudicatæ. § fi. & l. ſequ. ff. ſolut. ma-
tri. ubi quòd aliud eſt eſſe patrem, uel filium, &
aliud haberi pro patre, uel filio, Bart. in repe. l. ſi
is qui pro emptore, in 3. q. princ. in fi. no. 35. ff. de
7 uſuca. † ſtatuta autem præſertim exorbitantia iu
re communi, non comprehendunt caſum fictum,
nec habent locum in eo qui habetur pro tali,
Barto. in repeti. l. omnes populi, numer. 62. & ibi
omnes. ff. de iuſ. & iu. l. 3. §. hæc uerba. & ibi glo. &
Bar. uer. nota bene quòd ſi ſtatutum. ff. neg. geſto.
idem Bar. in. l. 1. ff. de fonte Bal. in. l. ſi quis ſeruo
col. fi. num. 8. C. de fur. Alex. in l. 1. § 1. poſt nu. 9.
uer. & hoc puto uerum. poſt Imo. ibi. ff. ad leg. fal
ci. Pariſ. conſ 22. licet circa. num. 17. & 59. li. 2. &
conſi. 159. an ſtatutum, num. 17. uol. 4. ſequitur ꝙ
regula noſtra quæ a iure communi exorbitat, &
ſtatuto (ut dixi) æquiparatur, non poterit in ficto
poſſeſſore, & ſic in ſpoliato, etiam ſi pro poſſeſ-
ſore habeatur locum ſibi uendicare. Ex præmiſſis
colligi põt ſolutio ad omnia contraria. Inſuper
8 reſpondeo † ad l. quamuis. ff. de bon. aucto. iu. poſ
ſi. & præalle. cap. contingit de do & contu. ſuper
quibus contraria opin. fundatur, per quæ iura di
ſponitur, ꝙ iuſſus immitti in poſſeſſionem rei pe
titæ ratione contumaciæ, ſi impediatur. hř ꝓ poſ
ſeſſore, non procedunt ad effectum præſcriptio-
9 nis, ratio eſt, quia hæc † ficta poſſeſſio non prodeſt
ad præſcriptionem, glo. fi. ad fi. in. c. ſine poſſeſſio
ne. de reg. iu. lib. 6. quam pro ſingulari not. Lud.
Roma. Sing. 410. incipiente lex quamuis, pro
qua gloſſ. & Singu Roma. uideatur omnino Fe-
lin. in. capitu. illud. colum. fi. nume. 14. uerſi. dum
dicit, quòd licet miſſus. ſic igitur dicamus, quòd
hæc ficta poſſeſſio non proſit ad præſcriptionem
noſtræ regulę.

S V M M A R I V M.

1 *Impetranti qui ignorabat aliquem eſſe annalem poſſeſſo-
rem an obſtet hęc regula.*
2 *Ignoranti tempus ſtatutum ad aliquid faciendum non
currere.*
3 *Temporis curſus damnum inducens ignoranti non cur-
rit.*
4 *Ignorantia in pęnalibus excuſat.*
5 *Annale tempus alicui præfixum ignoranti non currit.*
6 *Executori ignoranti non currit tempus ad exequendum
teſtamentum a iure præfixum.*

7 *Preſcriptio inducta in odium negligentis, non currit niſi a tempore ſcientiæ.*
8 *Tempus omne quoad initium præſumitur utile, ut non currat contra ignorantem.*
9 *Coniugem mortuum, ſeu mortuam credens, alteri nubens excuſatur ab adulterio.*
10 *Impetrantem excuſat communis opinio ſeu credulitas.*
11 *Ignorans improbus dici non poteſt.*
12 *Viui beneficium acceptans, probans quòd communis fama erat ipſum eſſe mortuum excuſatur.*
Impetrans an excuſetur ſi non exprimit ea quę ignorat, & nu. 15.
13 *Præſcriptiones contra ignorantes currere.*
14 *Tempus ad præſentandum currere a die uacationis beneficij etiam patronis ignorantibus.*

1 QVinquageſimotertio quæro † an impe
tranti qui ignorabat aliquem eſſe an
nalem poſſeſſorem, obſtet hæc regu
la? Pro opi. negatiua facit, quia om-
ni materia tempus ſtatutum ad ali-
2 quid faciendum † ignoranti non currit, ſed cur-
rere incipit a die ſcientiæ, auten. hodie. iun. gloſſ.
in uer. a ſententiæ, ubi addit, & ſcientiæ. C. de ap-
pel. l. 3. §. ſi quis hæredi. ff. de ſta. libe. quam pro
ſingulari notat Bat. in. l. 1. §. 1. num. 2. C. de iu. de
li. idem Bat. conſil. 230. D. Iacobe. l. quamdiu; &
ibi Bal. C. qui admit. ſequitur Alexan. ibidem in
fi. ubi ſubdit, ita tenendum, idem Alex. conſi. 14.
uiſo & conſiderato. colum. 2. poſt num. 5. uerſicu.
pro huius confirmatione. lib. 2. gloſſ. in uer. deti-
nent in. cap. ex frequentibus. de inſtitu. Secundo
regula noſtra inducit damnum eam non ſeruan-
3 ti, † temporis autem curſus damnum inducens
ignoranti non currit. l. quinquaginta. iun. gloſſ. §.
ff. de excu. tuto. l. quinquaginta. C. eo. & ibi Saly.
cir. medium. §. qui autem, ibi ex quo cognoue-
runt inſti. eo. l. quidam decedens. §. fi. ff. de admi-
tuto. Lud. Rom. conſil. 228. pro plena, numer. 2.
cum pluribus ſeq. ubi pro hac opin. ponit unde-
cim fundamenta, quæ uideantur. Alex. conſi. 36.
uiſa, num. 12. uolum. 4. Lap. Alle. 89. num. 3. Cu-
ma. conſil. 12. in fi. Iaſ. in l. fideicommiſſum, num.
3. ff. de lega. 1. Tertio regula noſtra pœnalis eſt, in
4 pęnalibus autem † ignorantia excuſat. l. iubemus
in fin. uerſicul. quid enim antiquitas peccauit. C.
de teſtam. l. ſi quis in graui. §. ſi quis ignorans. ff.
ad Sillen. l. fi. in fi. ubi quòd pęnæ aduerſus ſcien-
tes paratæ ſunt. ff. de decre. ab ord. faci. l. genera-
li, & ibi Bar. num. 7. cap. de tab. lib. 10. l. genero, &
ibi Bart. in princip. & poſt numer. 3. ff. de his qui
notan. infa. idem Bartol. in. l. labeo. numer. 2. ff. ſi
quis teſta. liber. eſſe iuſſ. fue. Ruin. conſi. 54. conſi-
5 derato, numer. 7. uolum. 5. Quarto tempus † an-
nale de quo nos loquimur, ſeu breuius alicui præ
fixum contra ignorantem non currit. l. annus. ff.
de calumnia. Bar. in præalleg. l. genero, poſt num.
3. uerſicul. teneo quòd tempus non currat niſi a
tempore ſcientiæ, etiam ſi in conſtitutione dica-
tur infra annum, &c. Bal. in. cap. porrò. in uerſicu.
ex quo ſciuerit per illum tex. quali. olim feu. alie.
pote. & in. ca. ult. ubi etiam Mart. Laud. & Card.
Alex. de prohi. feu. alie. per Lotha. Iaſo. conſil. 64.
in cauſa caducitatis, colum. 4. uerſi. 2. requiritur,
uolum. 4. Pau. Caſtren. in. l. nulli. num. 5. uerſic. ſi
tamen negligit, C. de epi. & cleri. Io. de Imol. in. c.
nos quidem. de teſta. & in. ca. quia diuerſitatem.
6 de conceſſ. præbend. ubi tenent quòd † executo
ri ignoranti non currit annus ad exequendum te
ſtamentum a iure præfixum. Bald. in. l. captato-
rias. poſt num 12. licet aliter ſeruari dicat de con
ſuetudine. C. de mili. teſta. Ro. præalle. conſil. 228.
num. 6. cum quo tranſit. Cur. Iun. conſil. 8. uiſa cir
ca medium, idem uoluit Rui. conſil. 32. uiſo pro-
ceſſu colum. fi. in prin. uolum. 5. ubi quòd ſi con-
ſtitutio epiſcopi dicat; ſi quis non fuerit execu-
tus infra annum a tempore mortis, cadat in ex-
communicationem, hoc tempus non currat igno
ranti, & quamuis dicatur a tempore mortis, de-
7 bet ſubaudiri, & ſcientiæ. Quinto † præſcriptio
inducta in odium negligentis (in quo caſu nos
ſumus) non currit niſi a tempore ſcientię. c. quia
diuerſitatem. in fi. de conceſ. pręben. cap. licet de
ſupplen. negli. pręla. glo. nota. in cap. ſtatutum. in
uer. numerandum, ibi non autem in odium ſum
mi Pontificis negligentis, quia tunc non niſi a
tempore ſcientię curreret pręſcriptio, de pręben.
lib. 6. Sexto tempus omne quoad initium pręſu-
mitur utile pręſertim, quoad hoc ut non incipiat
currere contra ignorantem, Bart. & Ange. in prę-
alle. l. genero. ff. de his qui notan. infa. gloſſ. 1. in. l.
fi. uerſic. nam quidam eſt utilis quoad ſui initiũ.
C. de tempo. in inte. reſti. cum qua trãſit ibi Bart.
num. 5. Bal. in l. falſam. C. ſi ex fal. inſtru. Abb. in.
c. 1. ante fi. de præſcript. Alex. conſil. 1. numer. 14.
volum. 4. Rui. conſil. 54. conſiderato themate, col.
3. num. 4. uolum. 5. & hæc eſt communis opini. ut
per Cur. Iun. conſil. 110. pro habenda clara, poſt
numer. 14. uerſic. non obſtat etiam dum dicitur.
Septimo arguendo a matrimonio carnali ad ſpi
rituale, ad tex. in. c. ſicut in unaquaque 21. quæſt.
2. cap. inter corporalia, poſt prin. de transla. epiſ
co. c. quoniam frequenter. §. porro. in princip. de
electio. Hoſtien. in. cap. cum inter canonicos, col.
9 penul. ante fi. eo. uidemus quòd † credens coniu-
gem mortuum, ſeu mortuam alteri nubens, excu
ſatur ab adulterio. capitul. cum per bellicam. 34.
quæſtio. 1. auten. hodie. C. de repud. capitul. quo-
niam frequenter. uerſicu. ſi autem de carnali, iun.
glo. in uer. preſumatur, ut lit. non conce. Ita etiam
10 in caſu noſtro excuſari debebit. Octauo † im-
petrantem excuſat communis opinio, ſeu credu
litas Lap. alle 89. factum ſuper quo colum. 9. &
ſequ. numer. 9. & ante, & poſt. Ancha. conſil. 117.
ſatis impertinens. Gemini. in capitu. ſuſceptum,
colum. 2. in fi. uerſicu. ſed quid ſi impetro benefi-
cium. de reſc. lib. 6. & Feli. in. c. in noſtra in 37. cor-
re. verſi. quod autem dictum eſt expreſſo uno mo
do. de reſcr. Nono ceſſat ratio regulę improbita-
tis in

11 tis in ignorante, † qui nec improbus dici, nec
argui meretur. Ariſto. lib. 5. Ethico. cap. 8. l. non
poteſt uideri improbus. ff. de. re. iur. l. in teſtamen
to, ita quidam, uerſicul. ſinautem uoluntas eius
ignoratur. ff. de condit. & demon. extra. ſuſcepti
regiminis. Io. xxii. iun. glo. in uer. poſtquam ſciue
rint. de electio. Et ignorantem ligari, eſt contra
ius. l. fi. ff. de decre. ab ordi. faci. l. ſi ignorans. ff. lo-
ca. Decimo & ultimo etiam in materia regularū
cancellariæ, ignorantia excuſat', prout ſupponit
gloſſ. ſuper regula, de Impe. ben. uiuen. & Rebuff.
ſuper eadem Regula, num. 51. verſicu. tertio non
habet locum quando probabiliter ignorans eum
uiuere, illud impetrauit, uel ei collatum fuit, pro
qua opin. addducit vltra alia, conſil. Oldra. 302.
infraſcriptæ, numer. 7. ubi quod acceptans bene-
12 ficium † uiui, probans quòd communis fama
erat ipſum eſſe mortuum, excuſatur, cum Oldra.
etiam tenet Io. de Syl. de bene. par. 3. quæſtio. 11.
colum. 7. in fi. idem etiam uoluit dictus Rebuff.
in tracta. Nomina. quæſt, 23. aliàs penul. poſt nu.
22. uerſic. 22. oppo. pro quo etiam facit Abb. in.
cap. poſt electionem. io fi. 4. not. ante numer. 6. ibi
ſed intellige quando iſte fuit ſciens, uel in ſupi-
na ignorantia, ſecus ſi probabiliter ignorabat,
de conceſ. præben. pro præmiſſa opin. quod igno
ranti non currat tempus, uidetur latè per Soc.
conſil. 108. ſuppoſitos ſtatuto, a prin. uſque ad di
midium. colum. 2. latius per Hipp. de Marſi. conſ.
18. protector. colum. 5. & latisſimè per Aud. Tira-
quel. de utro. retra. in. §. ignorans gloſ. 4. pag. 711.
a prin. uſque ad num. 18. Nouisſime adduco tex.
in. cap. genera de reſcrip. lib. 6. ubi impetrans ex
cuſatur ſi non exprimit ea quę tunc ignorat, nec
ille eſt caſus ſpecialis, prout uoluit ibi Io. And.
Imo idem dicendum eſt in ſimilibus, prout per
Domi. ibi colum. 2. & alios, & per Abb. in. cap.
ſuper literis colum. 5. & ibi per Felin. poſt alios,
colum. 3. in. 2. concl. de reſcrip. Pro opinio. affir-
matiua eſt tex. in. l. fi. ante fi. ibi nulla ſcientia, vel
ignorantia expectanda, ne altera dubitationis
oriatur occaſio. & ibi Bal. not. C. de long. tempo
re præſcrip. & illa ratio quam ibi imperator ſu-
biicit, ualde noſtræ Regulæ congruit, ſemper e-
nim dubitari contingeret, an impetrans ſciuerit,
uel non, & quando ſcientia cæperit, & an igno-
rantia eſſet probabilis, an ſupina, ſeu inexcu-
13 ſabilis. Et quòd regulare ſit † præſcriptiones
contra ignorantes currere, affirmat Bald. conſil.
329. præmisſis uerbis. in fi. uolum. 5. facit tex. in. l.
ſi partem. §. ſi per fundum. ff. quemad. ſerui. amit.
14 Sic etiam uidemus † tempus ad præſentandum
currere a die uacationis beneficii, etiam patro-
nis ignorantibus, c. 2. ibi niſi prædictę perſonæ in
fra tempus. de ſupplen. negli. præla. capitul. cum
te, ibi ſi infra ſex mēſes poſtquam uacauerint. de
iu. patro. & ibi Abb. & Rot. 565. utrum uacante,
in anti. Lamber. in tracta. iu. patro. lib 2. par. 2. q.
1. art. 8. fol. 263. ubi poſt longam diſputationem
pro hac parte concludit, & quod præſcriptiones
contra ignorantes etiam currant concludit Soci
conſ. 108. ſuppoſito ſtatuto. ubi a numer. 3. uſque
ad numer. 15. per quindecim fundamenta (quo-
rum plura noſtro quæſito inſeruient) id probat
uol. 4. pro hac opin. affirmatiua faciunt etiam ad
ducta per Barba. prælle. conſ. 8. uerſ. ſed licet ſint
colorata, col. 4. & ſeq. lib. 1. & tradi. per Tiraqu. de
utro. retra. in uer. ignorans. glo. 4. nu. 18. cum plu
ribus ſeq. verſ. ac contra ſupradicta, quòd ſcilicet
tempus ipſo iure currat ignoranti, pag. 716. &
ſeq. quæ ibi uideantur, illa enim referre, magis la
borioſum, quam ſubtile eſſet. Inſuper habemus
15 quod † impetrans tacens aliquid quod exprime
re debebat, non excuſatur propter ignorantiam,
Calde. conſ. 14. aliàs penul. ſub tit. de reſcr. ante
nu. 4. uerſ. non obſtat etiam quòd impetrans illa
ignorauerit ueriſimiliter. Soci. conſ. 164. uiſa bul
la, poſt nu. 2. In caſu autem in quo impetrans prò
pter ignorantiam probabilem excuſaretur, qua-
tuor, ſeu quinque concurrere deberent, de qui-
bus per Abb. in præall. c. ſuper literis col. 5. cir. fi.
& per Fel. ibi col. 3. & ſeq. nu. 6. de reſcr. pro quib.
uideatur ibidem Dec. nu. 7. & Syl. de bene. par. 5.
q. 12. nu. 23. Quid tenendum? Rebuff. hic in fi. 3
gloſſ. concludit pro affirmatiua, ea ratione, quòd
regula hæc requirat poſſesſionem, & alia in ea de
ſcripta, non autem ſcientiam. Hęc ratio non uide
tur concludere, imo ex ea ſequeretur quòd om-
nes leges, & omnia ſtatuta, omneſque diſpoſitio-
nes terminos præfigentes, neceſſario procedere
deberent contra ignorantes, cum de ſcientia ni-
hil dicant, quod tamen falſum eſſet per ſupra ad
ducta pro contraria opin. Sar. hic q. ult. idem te-
net, adhoc vt regula plus operari posſit quàm ius
commune. hoc nihil eſt, quia ſat ſuperque regu-
la ultra ius commune operatur in tot requiſitis
de quibus in ea, in annullatione impetrationis,
& actorum, & in pleriſque aliis, & quum regulæ
noſtræ æquiperentur ſtatutis (ut ſæpe dixi) inter-
pretatio pro illis facienda erit, ut minus offen-
dant ius commune, quoad fieri posſit, atque cū
eo concordent. Imol. in l. ſi uero. §. de uiro. col. 4.
ff. ſolu. matri. Ro. conſi. 318. quæritur etiam. ante
fi. Feli. ſuper rub. de præſcr. col. 2. in fi. uerſ. reſpon
de ex doctrina &c. Cur. Iun. conſ. 7. num. 8. Altera
conſideratio Sat. (quę magis quadrat) ē qđ impe
trans inueſtigare debet poſſeſſorē, adde tu & dili
gentē ꝑquiſitionē facere ſup omnibus, ad quę ꝓ
ſeruāda regula hac tenetur, antequā igitur impe-
traret, plene ſe de omnibus informare debebat,
ꝓut ſe informaſſe prę ſumitur, & ſi nō fecit, & ſi nō
ꝑſcrutatus ē, omnia ſibi imputet argumēto text.
in. l. qđ te. ff. ſi cer. peta. c. 1. cū glo. in uer. affectata
de tēpo. ordi. li. 6. & facit in ſimi. tex. in. c. fi. ibi, &
non diſcuſſo negocio, de electio. lib. 6. ſubdit Sar.
quòd ſaltem impetrans poterit obtinere deroga
tionem, uel prorogationem regulę, & reſpondet
ad contraria, ut ibi uidere eſt. Hæc opin. affirma-
tiua mihi uerior & tenenda uidetur, pro qua fa-
ciūt plura ꝑ me adducta in 4. q. Regulę, de impe.
ben.

ben.uiu.ibi uideantur,inter q̃ illud potiſſimum
fundm̃ eſt,q ignorantia nihil ꝓdeſt, nec excuſat
ad lucrũ conſequendũ,ſed ſolum ad damnũ uitã
dum.l.qui aũt.uer.ſimiliq; modo,& ibi nec vt in-
iuria affici is,q ignorauit,cũ ei lucrũ extorquea-
tur,non damnũ infligatur.ff.de his,q̃ in fran. cre.
ut latius ꝓſequor pal.q.nu.8.& ſeq.ubi ẽt ſubdo,
& ꝓbo,q beneficium aſſeq uolens, de lucro, ſeu
iure q̃rendo certat, ad illud igitur nullo mõ ad-
mitti debẽt,niſi ſub conditionib.huius reg.Am-
plius regula hęc dat formã impetrare uolentib.
beneficia p annum pacifice poſſeſſa,ut ẽt uoluit
Sarn.in 50.q.huius reg.poſt nu.2.uer.quia forma
illi p iſtam regulã impoſita eſt,cum ipſum impe
trantẽ concernat,& in ſui odium introducta fue-
rit,debet ad unguem obſeruari, qđ ẽt apparet,
quia nõ ſimpliciter ſtatuit,& ordinauit,ſed ultrà
ꝓceſſit irritãdo impetrationes, & inde ſequuta,
regu.non ſeruata,ad Bal.in l.1.uer.in contrarium
quia ſunt iſta,& ibi Alex.nu.6.& ſeq.ff.de libe.&
poſth.Rui.conſi.202.circa quæſtionem.ante nu.
3.uol.5.Dec.conſ.455.placet concluſio.nu.7. Et
ſic magis attendi debet forma regulæ, quàm ip-
ſius ratio, ad proximè adducta.

S V M M A R I V M.

1 *Poſſeſſio annalis ad producendum exceptionem huius re gulæ,an ſufficiat, q adſit tempore impetrationis, licet poſtea deſinat eſſe.*
2 *Qualitas certo tempore requiſita,ſufficit q adſit tempore quo diſpoſitio ſumit effectum.*
3 *Res ſi ad eum caſum venit a quo incipere non poterat actus vitiatur.*
4 *Regula de triennali non iuuatur,ratione triennalis poſſeſſionis pręteritæ amiſſę,non poſſidens de præſenti.*
5 *Qualitate priuilegiati propter quam priuilegium conceſſum fuit mutata,ceſſat priuilegium.*
6 *Priuilegium noua cauſa ſuperueniente tollitur ex cauſa ſibi contraria,factum.*

1 QVinquageſimoquarto quæro,†an poſ
ſeſſio annalis ad producendum ex-
ceptionem huius reg.ſufficiat,q ad-
ſit tempore impetrationis,licet po-
ſtea deſinat eſſe? Sarnen.hic q.50.Et
comprehendens duos alios caſus magis dubita-
biles,concludit ꝓ opini. affirmatiua. Potiſſimũ
2 fundm̃ pro hac parte eſt, q† qualitas certo tpe
requiſita,ſufficit,q tunc adſit, licet poſtea ceſſet.
l.in delictis.§.ſi extraneus.ff.de noxa.l.ex facto,
& ibi Bar.col. 2.ff.de uulga.l.ſciendum.§.ſi.ff.qui
ſatiſd.cogan.Bal.in l.ubi adhuc.nu.26.C.de iur.
dot.idem Bal.& Sal.in l.generaliter.C.de epiſc.&
cler.ubi q ſi detur dos mulieri ſub prætextu pau-
pertatis,ſufficit q a principio fuerit pauper, ut
dotem habeat,& licet poſtea fiat ditiſſima,nihi-
lominus habebit ipſam dotem,per Iaſo.in l.3.§.
ueteres.num.32.ff.de acquirend.poſſeſ. Videan-
tur octo fundamenta adducta per præceptorem
meum D.Philipp. Deci.conſil. 24. & pro tenui.
col.1.& 2.quæ ſi bene conſiderentur, huic opini.
affirmatiuæ optimè applicari poterunt. Qui vel-
let opin. negatiuam tenere,præſertim iuxta quæ-
ſitum à me poſitum,imprimis allegare poſſet, q
ſicut præſens non dicitur in aliquo loco,qui non
perſiſtit.l.poſtlim.§.captiuus, ibi,& nõ habuerat
animum Romæ remanendi.ff.de capti. & poſtli.
reuer.l.1.§.habitare,ibi, qui non ibi inhabitat,
ſed tantiſper hoſpitatur.ff. de his,qui deie.uel ef
fu.l.ex facto.2.§.rerum. uerſ. ueruntamen hoc, &
§.cum fundus.ff.de hære.inſtitu.glo.in l.2.§. per-
mittitur,in uer. domum, ibi licet non ſit modo
præſens, ubi etiam Bartol. num. 7. ff. de liber.a-
gnoſcen.latè.D.meus Philipp. Deci. conſil. 177.
quod ſupra. colum.fin.ita nec poſſeſſor dici po-
terit qui ſtatim poſt impetrationem ſui benefi-
cii ab aduerſario factam, poſſeſſionem amittit,
& facit in argumentum tex.in l.ſi pro parte.§.uer
ſum autem ſic accipimus, ut duret uerſum.ff.de
in rem.uer.l.ex facto.2.§.rerum. uerſi.ueruntamẽ
hoc.& §.ut eſt,ſen.§.cum fundus.ff.de hære.inſti.
Et uoluit philo. in prædicamen. dum de tertia
ſpecie qualitatis tractat,qualitates ex iis quæ fa-
cilè ſoluũtur,& cito tranſeunt,minime dici, ſub-
dens non dici rubeum,ſeu pallidum,eum qui pp
uerecundiam rubens,uel propter timorem pal-
lens factus eſt. Et ultra Ammonium, & alios in-
terpretes,illud dictum Ariſt. ad infinita notatu
digna inferebat, præceptor meus D. Sebaſtianus
Bararra, lingua, & moribus ſanctis philoſophus
optimus,& celeberrimus. Inſuper ſi tempore im
petrationis nemo fuiſſet annalis pacificus poſſeſ
ſor,clarum eſt quòd regulæ locus eſſe non poſſet,
ergo idem uidetur dicendum ſuperueniente de-
3 fectu poſſeſſionis,quoniam † res ad eum caſum
uenit,a quo incipere non poterat.l.ſi in metallũ.
in ſi.ff.de iis,quæ pro non ſcrip.haben.l.inter ſti-
pulantem.§.ſacram. & l.plurib.§.ſi placeat.ff.de
uerb.ob.l.pro parte.ff.de ſeruitu.Deci.prææalleg.
conſi.24.num.1.Accedit,q de regula hac,& aliis
neceſſario excipiendum eſt, ad hoc ut effectus
ſuos operetur (ut ſæpè probaui) q tempore au-
tem quo de regula exciperetur, ille cuius bene-
ficium impetratum fuit non eſſet poſſeſſor paci-
ficus; unde nec ipſe non poſſeſſor, & ſic non ha-
bens qualitatem a regula requiſitam, nec alius
poſſeſſor tunc, ſed non tempore impetrationis,
de regula hac dare poſſet, prout ſuper regulam
de triennali cõcluſerunt D. de Ror.in Bononien.
beneficii S. Petri, coram Samenſ. ſub die 19. Ia-
nuarii. 1541. uoluerunt enim, quòd non poſſi-
dens de præſenti, non poſſit excipere de regula
4 de † triennali, ratione triennalis poſſeſſionis ꝑ-
teritæ, iam amiſſæ, & hæc deciſio multum ſtrin-
git, niſi forte quis reſpondere poſſit, q regula
illa eſt perſonalis, hæc realis. Quarto arguo ſic
5 † qualitate priuilegiati propter quam priuile-
gium conceſſum erat mutata, ceſſat priuilegiũ.
l.cura.§.deficientium.ff.de muner. & honor.l.Ti-
tia Sçio.

tia Seio.§.vſuras.ff.de lega.2.l.cum ex oratione.§.
fin.ff.de excuſa.tuto.c.ſuggeſtum,de deci. ubi no
6 ua cauſa ſuperueniente,† priuilegium tollitur
ex cauſa ſibi cõtraria factum,& ad hoc illum tex.
ponderat Ludo.Ruma.conſil.403.in caſu propo
ſita.num.6.& ante,contraria autem ſunt posſide
re,& non posſidere, & pro præmiſsis facit conſil.
Soci.150.lib.1.ſiue ſit Io.Bap.Caccial. ſeu utriuſ
que,qđ tractat,an legitima p ſtatutũ tolli, ſeu mi
nui posſit.col.7.uer.6.confirmatur, quia ubi &c.
& deciſ.præalle.conſi.24.poſt prin.uer.3.qm ius,
Quinto & ultimo pondero uerba regulæ, quæ in
plurib.locis ceſſant, uera reddi poſſe, deficiente
poſſesſione illius,cuius beneficium impetratum
eſt,& ſic regulæ tunc locus eſſe non poterit.l.dies
cautioni,& ibi Bar.uo.ff.de dam.infe.l.ita aũt.in
prin.& ibi Bar.ff.de adm.tut.com uulg.quòd aũt
pleraq; uerba,regulæ tunc ceſſent oſtẽdo,uerba il
la regulæ, & infra ſex menſes ipſum poſſeſſorem
ad iudicium euocari facere, non conueniunt ca-
ſui propoſito,cum in themate propoſito ſuppo-
natur,poſt impetrationem poſſeſſorem posſide-
re deſijſſe,& ſic ille non debebit citari,& ſic (iux.
opin.Sarnen.quã non teneo) non citabitur ipſe
poſſeſſor uti regula diſponit. Verba quæ ſequun
tur,cauſamq; &c. intelligenda ſunt iuxta ea, quæ
præmiſſa ſunt,ut cauſam impetrans cum poſſeſ-
ſore litigans proſequatur,& finiat,quæ etiã quæ-
ſito noſtro non congruunt. Sequentia uerba, de
damnis,& intereſſe poſſeſſorem prædictum,pro-
pterea contingentibus ei ſatisfacere,clarè exclu-
dunt caſum noſtrum,& tam illa,quàm immedia
tè poſtea ſequentia,loquuntur de eodẽmet prio
ri poſſeſſore,non de alio. Et paruifacio illam põ
derationem Sarnen.quòd hic agitur etiam de in
tereſſe cameræ Apoſtolicæ,& pœna illi applican-
da,& ſoluenda, quia quantum ad hanc pœnam
quinquaginta florenorum cameræ ſoluendorũ.
regula hęc inanis eſt,& quo ad hanc pœnam nun
quam fuit uſu recepta,nunquam ſoluta fuit, nec
unquam (prout puto) ſoluetur.

SVMMARIVM.

1 *Regula hæc, an in mandato de prouidendo locum habeat.*
2 *Mandatum de prouidendo non dat ius in re.*
3 *Mandatum de prouidendo non eſt prouiſio.*
4 *Venditio, & promiſsio, de uendendo, diuerſa ſunt.*
5 *Mandatorum de prouidendo forma, effectus, & differentia remiſsiuè.*

1 QVinquageſimo quinto quæro,† ſi an-
te annum finitum pacificæ poſſeſ-
ſionis Mæuii,Papa mandat prouide
ri Seio, de eodem beneficio, puta
archidiaconatu in eccleſia. N. quã
primum uacauerit, ſeu ſi per ceſsionem, uel di-
miſsionem. M. uacauerit, iuxta formam. cap. ex
parte.2.de officio delegati. prouiſio uero in fa-
uorem Seii facta fuerit poſt annum pacificæ poſ
ſeſsionis dicti Mæuii,an regula hæc locum habe-
at? Pro opinio. negatiua pondero uerba regulæ.
poſt princip.ibi,& quod certo modo uacare præ
tendit, impetrans mandatum de prouidendo
non prætendit beneficium certo modo uacare,
ut in dicto cap.ex parte.uerba igitur regulæ non
conueniunt,igitur regulæ locus eſſe non poteſt,ſi
milem ponderationem,in aliis tamen terminis,
facit Sarnenſ. in 42. quæſtio.huius regulæ.num.
2.Secundo,ſiue intra annum,ſiue poſt annum pa
cificæ poſſesſionis,quis mandatum de prouiden
do impetret,non conueniunt uerba regulę,aliud
eſt enim impetrare beneficium,aliud impetrare
2 mandatum de prouidendo,† quod,& quiuis a-
lius titulus habilis de futuro,non dat ius in re.
Rot.Belleme.564.concluſio, ꝙ gratia facta. Sar-
nenſ.in 1.quæſt.regulæ,de non toll. iu.quæſit. nu.
34.quod etiam ampliatur procedere in manda-
to de beneficio tunc uacante, ante tamen man-
dati executionem. Belleme. deciſ.543. concluſio
quod mandatum.ſequitur Sarnen.de mandatis,
de proui.poſt num.132.uerſic. nam licet manda
tum. Tertio,ſi Papa uoluiſſet regulam locum ha
bere in mandatis de prouidendo,id expresſiſſet.
ad l.uni.§.ſin autem ad deficientis.C.de caducis
toll.c.ad audientiam.de deci.c.inter corporalia,
de transla.præla.cum uulga. Quarto, regula hæc
pœnalis eſt,ergo quoad fieri poteſt reſtringenda,
& in ſuis propriis terminis continenda eſt.l.3.in
ſi.ff.de præuari.§.cum igitur.uerſic. ſi autem non
ualuerit,ibi nec quælibet eſt lex &c.in authen.de
non eli.ſecun.nuben.Cur.iun.conſi.119.pro cla-
ra.num.9.& conſi.137.habita.nu.17. Dec.conſi.
90.& pro tenui.col.1.in ſi. Quinto & ultimo, li-
cet mandatum de prouidendo impetratum ſit
3 infra annum,† illud tamen non eſt prouiſio.c.ſi
ſoli,de conceſ.præb.lib.6.c.tibi.& c.duobus, de
reſcrip.eo.lib. Pariſ.conſ.79.aduertendum. nu.3.
uol.4.ſicut non eſt uenditio,promiſsio de uẽden
do.Pau.Caſtr.poſt glo.in l.in bonæfidei.in princ.
4 ubi ꝙ† aliud eſt uendere, uel locare, aliud pro-
mittere uendere; uel promittere locare.ff.de eo
quod certo loco.Mathe.not.46.incipien.nota ꝙ
aliud eſt uendere.Areti.conſil.28 diligenter ani-
maduerſis.nu.1.capit.dec.Neapo.155.notarius.
nu.6.& ſeq.ubi etiam ſubdit emphiteutam ueni
re promittentem,non cadere a iure ſuo. Item em
ptorẽ futurum tenentem rem promiſſam ſibi uẽ
di,non lucrari fructus ẽs ſi totum pcium ſoluiſſet.
Pet.Gerar.ſing.98 no. ꝙ ſingulariter tenet Io. de
Imol.ꝙ promittens cum iuramento uendere rẽ
alicui,uendens poſtea illam alteri, & tradens,ſe-
cundus præferatur,& in eum dominium transfe
ratur:poſtea in ſi. dat cautelam in fauorem illius
cui cum iuramento facta erat promiſſio. D.meus
Phil.Dec.conſ.183.ad ſi.inferens,intereſſe, quod
conſideratur in contractu uenditionis, non pce-
dere in pacto de uendẽdo. Sic & aliud eſt fideiuſ
ſio,aliud pmiſsio de fideiubendo. Gramm.con.
ciui.

ciui.66.nu.26.Aliud renunciatio, aliud promiſ-
ſio de renunciando.Boe.deciſ. 3. Et diuerſa ſunt
realis ceſsio,& promisſio de cedendo. Rom.conſ.
86.uiſo.poſt nu.7.latè D.meus. in l. cum fundus.
§. ſeruum. nume. 2. cum aliis ſeq. Grat. reſpon.
109.uiſis.nu.10.lib. 1.& lariſsimè And.Tiraq.de
ut.retra.§.finis.nu.41.cũ plurib.ſeq. Sic & proui
ſio aliud eſt,quam mandarũ de prouidendo. Bel
lem.dec.609.imperrans beneficium.in fi. Caſſad.
dec.1.ut lit.penden.num.6.facit glo.fin.in fi.in l.
Titius.ff.de pign.actio.ubi, quòd aliud eſt dare,
aliud dare promittere,ſic etiam differunt ſubro-
gatio,& mandatum de ſubrogando, ad ea, quæ
adduxi ſupra,in regu.de ſubro.q.1.num.4.& ſeq.
pro opi.affirmatiua pondero,quòd immo uerba
conueniunt,quia mandatum de prouidendo im
petratur,præallega. c. ex par.1.ibi noſtras literas
imperrauit &c.& poſtea ibi,aliàs ad te fr. Ebora-
cen. Iſas impetrauit. de offi.dele.c.capitulũ. & c.
literis.de reſcr.& hoc patet oĩbus,& per hanc uiã
in effectu impetratur,etiam beneficium,uel para
tur,ſeu aperitur uia aſſequẽdi beneficium, quod
certo modo uacet, ſeu uacare ſperat ipſe impe-
trans.Secundo, mens,ſenſus,& effectus magis cõ
ſiderari debent quam uerba.ad l.ſcire leges.ff.de
legi.l.ſi filiusfami.§. ſed ſi filio.ff.quod cum eo &
Lud.Rom.conſi.432.quosd primum.nu.2.Deci.
conſil.385.iure dicimus. colu.2.& ante fi.& dixit
tex.in c.Marchion.1.q.1. quòd non cortex literæ,
ſed medulla,& ſenſus inſpici debent,ſufficere igi
tur debet quòd mens,& ſenſus regulæ mandatũ
5 de prouidendo comprehendant, licet uerba for-
ſan,non ita illi,ſicut aliis impetrationibus conue
niant.Tertio licet mandatum de prouidendo,hic
non ſit expreſſum, prout aliæ impetrationes, id
forſan euenire potuit,uel quia ſub aliis impetra-
tionibus contineatur,uel etiam quia aliæ impe-
trationes frequentiores eſſe conſueuere,frequen-
tioris autem uſus gratia expreſſa, non excludunt
alia ſimilia,quæ raro contigere ſolent gloſſ. in cle.
1.in uer.præſidentes.in fi.de reſcri. Corſet.in ſuis
ſingu.in uer.frequentia.Iaſ.in l.1.num.15. & ante
ff.de legi.quæ concluſio ampliatur etiam proce-
dere in materia ſtricti iuris,& etiam in diſpoſitio
ne exorbitanti,ut probaui ſupra.in 6.q.33. regu-
læ.poſt nume.5.Quarta ratio in regula ſcripta,ut
improbi lites exquirentium motus reprimãtur,
ita conuenit impetrantibus beneficia per uiam
mandatorum de prouidendo,ſicut per aliam uiã
impetrationum,ergo idem ius in utroque caſu eſ
ſe debet.ad l.ſi poſtulauerit.§.ratio. ff.de adulter.
l.illud.cum gl.magiſtra.in uer. æſtimari. quæ dat
concord.ff. ad leg. Aqui.& quando ratio eſt ſcri-
pta ut hic,ex ea poſſumus inferre ad quemlibet
caſum,& in aliis caſibus non expresſis, non dici-
tur extenſio,ſed comprehenſio, quaſi tacite id ſit
cautum.l.iis ſolis. §. de cæteris, ibi, etiam tacite
cautum putamus.C.de reuo.don.quem tex. pro
nota.ad hoc ponderat Bal. in auten. quas actio-
nes.colum. 2.uerſicu.ſed ego dico.C.de ſacroſan.
eccle.& ſuper rub.C.de nau.fœno.Calde. conſilio
1.an capitulum.in princip. in tit.ut lit. penden.
præceptor meus D.Phili.Dec. conſilio 284. uiſo
puncto.col.2.ante medium.Quinto, & ultimo,ar
guendo a fortiori,ſeu,a ſi de quo minus:ſi p hanc
regulam reprimitur improbitas,impetrantis be-
neficium uacans,multo magis coerceri debet im
petrans gratiam ad uacaturum,quæ odioſa eſt,&
a regulis iuris communis exorbitans.c.2. c. con-
ſtitutos.c.ex tenore.& c.fi.de conceſ.præb. c. non
furem.7.q.1.Pariſ.conſi.74.nu.49. & ſeq. uolu.4.
Et quod comprehendat etiam impetrantes be-
neficia uacatura,uidetur tex. expreſſus in noſtra
regula.in addi.uer.quod etiam extendi &c.Quid
ego ſentiam nunc non aperio, ex quo audiui du-
bium pręmiſſum in Ruta diſcuſſum fuiſſe coram
R.P.D.Antonio Auguſtino,nunc ſedis apoſtolicæ
apud Romanorum regem legato dignisſimo, in
Leodien cappellaniæ S. Benedicti inter Michae-
lem Enchenoert,& Simonem Patinerium: quid
autem concluſum ſit, & quæ fundamenta addu-
cta fuerint hactenus non percipi,ad præſens ſuffi
ciant prædicta.Iuniores autem ſi ſcire uoluerint
5 †mandatorũ de prouidendo formas, & effectus,
ac differentias,ultra cap.eam te.c. capitulum, &
c.literis.de reſcrip.præalleg.c.ex parte.1.de offic.
deleg.c.dilectus.2.de præben.c.ſi eo tempore. de
elect.lib.6.c.ſi ſuli.de conceſ.pręben.eo.lib.& ubi
que per Docto.ac Belleme.conſi.34.ſuppoſito ſta
tuto.colum.4.uerſic.ad ſecundum dubium dico,
& Rebuſ.in praxi ſub tit.de reſcru.tam gene. quã
ſpeci.nume.33.pag.89 uideant apud Staphi. de
lite.gratiæ,& iuſtitiæ ſub rub.de manda. de pro-
ni.folio 31.& ſequent. ubi ponit decem formas
mandatorum de prouidendò,& plura dubia de
clarat,quæ deſuper cadere poterant,& pulchrè,&
doctè procedit,quas mandatorum formas,& alia
per Staphi.ubi ſupra collecta, tranſcribit Sarnē.
(de Staphileo nullo uerbo facto) in tracta. man-
da.de prouiden. quem poſuit poſt tractatum ex
pectiuarum.nu.109.cum pluribus ſeq. quas for-
mas mandatorum percurrit, aliquas etiam ad-
dens,ſeu declarans,Rebuſ.ſuper concordan. ſub
rub.de manda.apoſto.§.1.in glo.in uerſi. forma.
mandati.pag.465.& ſeq.

S V M M A R I V M.

1 *Nomina quæ, & qualiter per impetrantes beneficia de iure, ac ex ui huius regulæ exprimi debeant, & an etiam cognomina.*
2 *Impetrans beneficium, nomen ſuum, cognomen, patriam, & clericatum exprimere debet.*
3 *Nomen ſancti beneficij, quod impetratur, exprimi debet.*
4 *Poſſeſſoris beneficij defuncti nomen exprimi debet.*
Poſſeſſionis alterius in impetratione mentio fieri debet.
5 *Nominis ſingulariſſimi tantum expreſſio ſufficit.*
6 *Nominis expreſſio abſque cognomine ſufficit expreſſis alijs qualitatibus.*

7 *Cognomen regulariter, non eſt neceſſario exprimendum.*
8 *Cognomen quomodo accipiatur.*

QVinqnageſimoſexto, ibi nomẽ, quæro
1 quæ† nomina, & qualiter in impetra
tionibus beneficiorum per impetrã
tem, tam de iure communi, quàm
ex ui huius regulæ exprimi debeant,
& an etiam cognomina? Quantum ad ius com-
mune attinet, & communem ſtilum Roma. Cu. &
Cancellariæ, qui pro lege ſeruari debet. ca. quam
graui. de crimi. fal. Calde. conſi. 8. nume. 4. ſub ti-
tu. de reſcri. c. 2. ubi latè Fel. poſt omnes. eo. Dec.
2 conſi. 699. nume. 5. † impetrans beneficium pri-
mo nomen ſuum exprimere debet, ac etiam co-
gnomen, & patriam, & quòd eſt clericus, ad not.
per Archid. 25. quæſt. 2. in ſum. num. 4. uerſ. circa
dictiones autem, in literis illud notandum eſt, quòd
propria nomina impetrantium debent ſcribi ex-
tensè &c. Imo. in cap. cum acceſſiſſent, & ibi Feli.
in prin. de conſti. facit text. in l. 1. & ibi Docto. ff.
de lib. & poſthu. per Mar. Soci. in cap. 2. num. 14.
in 3. q6. de libel. oblat. Amad. in tracta. ſindica. in
uer. D. Ioannem de Magalottis nu. 39. & pro om-
nibus præmiſſis uideatur in libro nuncupato pro-
uinciale. fol. 56. a ter. in uerſi. clericus impetrans,
cum iis, quæ ſequuntur, & per Rebuf. in praxi be-
neficiaria, in forma literarum tonſuræ. numer. 8.
uer. quinto exprimi debet nomen, & cognomen
pag. 11. & in forma ſignaturæ. in uer. Ioannes Ba
lini, in uer. clericus. & in uer. Magalonẽ. pag. 103.
& ſeq. & in tracta. nomina. quæſt. 14. num. 33. uer.
quomodo debeat inſinuari nomen, & cognomẽ.
3 Secundo exprimi debet† nomen Sancti, beneficii
quod impetratur, glo. in c. quamuis. 1. in uer. non
extendit. in fi. ſequitur ibi Io. And. poſt nume. 3.
& Domi. colum. fi. uer. in fi. glo. idem quod glo. de
præben. lib. 6. Lap. alle. 16. an ualeat. num. 5. uerſ.
ultimo dicit. Imo. in c. cum adeo. de reſcri. Cardi.
in c. cum in ueteri. in 1. no. de electio. Feli. in præ-
alleg. c. cum acceſſiſſent. poſt prin. uer. & quando
nominantur eccleſiæ. de conſti. & in c. ſignifican-
te. col. 2. poſt prin. de reſcr. Caſſa. deci. 13. de præ
ben. Rebuf. ſuper concordan. in for. manda. apo-
ſto. uerſic. trigeſimo nomen ſancti, pag. 571. & in
praxi. ſub rub. requiſita in literis collationum. nu
me. 17. & ſequ. pag. 34. Et quomodo eccleſia eſt
principalis, uel in loco notiſsima, ſufficit abſque
expreſſione ſancti, dicere, præpoſitura Piſciæ nul
lius, diœceſis, uel præpoſitura Amerina, quæ eſt
de iure patronatus domus noſtræ Mandoſiæ, ſeu
plebs de Prato, iuxta alleg. Lapi 15. Idem eſt dice
re. in princ. & iuxta tex. in capit. præſentium. poſt
princ. ibi. Et priorem, & conuentum de Valdigẽ.
tun. ibi declaratione. Geminia. in 2. not. de teſtib.
lib. 6. & Lap. præfata alle. 16. ad fi. Amplio, quod
non ſolum in reſcriptis gratioſis, ſeu ad benefi-
cia, immo etiam in reſcriptis ad lites nomen ſan-
cti exprimi debet, prout exprimitur in capitulo
dilectus filius. 2. poſt princip. ibi ſuper eccleſia
ſancti Nicolai Dumellen. de reſcrip. Tertio expri
4 mi debet† nomen poſſeſſoris defuncti, ſeu ceden-
tis, prout ſupponit Rota 219. licet impetrans. in
no. idem etiam ſupponit prouin. folio 55. uerſic.
nota. quòd ſi ille per cuius obitum. D. Rebuff. in
for. ſignaturæ. in uer. Ludouici pag. 106. Quarto
in impetratione debet fieri mentio de alterius
poſſeſſione. cap. 2. ibi ad illas noualium decimas,
quas tempore illo quo impetratum, uel obtentũ
extitit hoc indultum, alii poſſidebant, quum de
hoc in ipſo mentio nulla fiat. de deci. libro 6. &
ibi Gemi. in 2. nota. & Franc. in 1. not. capit. cum
noſtris. de conceſ. præben. Lap. dicta alleg. 16. nu-
me. 2. uer. Et uera ratio eſt. Calder. pro, & contra
conſi. 29. ſub titu. de præben. ubi tandem reſidere
uidetur, quod de poſſeſſione alterius colorata fa
cienda ſit mentio. idem Calde. conſi. 11. uerſus fi.
etiam de præben. ac conſi. 13. ad fi. uerſi. præterea
maius. de reſcrip. Cardinal. in cap. nuper. colum.
3. in 3. ratione. de deci. ac conſi. 31. colum. fin. uer.
Item talis confirmatio. & idem Cardin. conſi. 54.
lite in cauſarum apoſtolico. num. 3. uerſi. ſed ob-
ipſi, Fel. in c. ex tenore. ante nu. 8. in 6. limi. de re-
ſcrip. Rebuf. ſuper concor. in for. manda. apoſto.
uer. decimoſeptimo, de poſſeſſione alterius pag.
566. & ſupponit Rot. Bellem. 643. error nominis,
ſi enim in reſcripto iuſtitiæ exprimi debet, for-
tius in reſcripto gratiæ, cum Bellem. tenet Feli. in
c. ſignificante. poſt prin. uer. ſimiliter dicit. de re-
ſcrip. Supplicatio igitur ita concipi poterit. Bea-
tis. pater ſupplicat S. V. deuotus illius orator Ti
berius Mandoſius clericus Romanus, quatenus ſi
bi ſpecialem gratiam faciendo de ſimplici bene-
ficio S. Antonii, ac perpetua cappellania ad alta-
re S. Sebaſtiani in parrochiali eccleſia S. Andreæ,
& S. Philippi reſpectiue, Adrien. diœceſis, per obi
tum q. Antonii Sidonii illorum dum uiueret ul-
timi poſſeſſoris, dudum extra Rom. Cur. defuncti
uacantibus, & quæ beneficia Iulius Rainerius aſ-
ſertus clericus Bononien. diœceſis per biennium,
cum duobus menſibus uel circa occupata deti-
nuit, & detinet de præſenti, ſeu in illis ſe intruſit,
& intruſus reperitur, uel etiam forſan uacantibus
per contractum matrimonii, ſeu in capacitatẽ di
cti Iulii intruſi, ſeu detentoris, eidem oratori pro-
uidere &c. ſeu prouideri mandare dignemini de
gratia ſpeciali. Regula noſtra circa expreſſionẽ
nominis impetrantis, & nominis ſancti, ac nomi-
nis olim poſſeſſoris defuncti, nihil diſponit, illa
igitur remanens ſub diſpoſitione iuris commu-
nis, ad l. commodiſſimè. ff. de liber. & poſthu. l. ſi
dotem. in prin. ff. ſol. matr. Dec. conſi. 334. num. 4.
Quantum uerò attinet ad nomen poſſeſſoris an-
nalis, mandat regula noſtra illud exprimi, pœnam
ſubdens contra non exprimentem, & alia de qui-
bus in ea non ſeruantem. Videamus quid opere-
tur regula hæc circa expreſſionem nõis poſſeſſo-
ris, & an ultra nomen, debeat & cognomen expri
mi. Ad primum reſpondeo (licet in hoc regula
uideatur

uideatur ſuperflua, quum idem diſponat, quod
iam cautum erat) quòd imo non fuit in hoc inu-
tilis, tum quia uolens circa alia ſtatuere, non de-
bebat omittere, quod præcipuum erat, & primũ
in ordine, item non ita claré, & aperté hoc in iu-
re reperitur prout hic, inſuper hic additur annul
latio, & pœna in contrafacientem, poterit etiam
operari aliud (de quo infra hac quæſt.) Tertio in
proxima ſubſequen. quæſt. uidebimus, an etiam
operetur excluſionem implementi per æquipol-
lens. Quoad ſecundum Rebuff. hic glo. 9. ſuppò
nit, quod etiam cognomen exprimendum ſit, de
cognomine hic uerbum nullum, ego dico, quòd
ſi intellexit, quòd regula hæc requirat etiam co-
gnominis expreſsionem, quòd nõ bené loquitur
cum ſit ſtricti iuris, ac pœnalis, & ſic reſtringen-
da, & in ſuis propriis terminis continenda, unde
non plus exigendum eſt, quàm lex exigat, ad. l.
Gallus. §. uidendum. uerſicu. nihil enim addidit,
& ibi Bald. in 5. not. ff. de liber. & poſthum. idem
Bald. in l. uniuerſa. col. 2. ibi quia lex ubi non im-
ponit onus. &c. C. de præci. impe. offe. dicamus
igitur, uel quòd regula non diſponens circa co-
gnomen exprimendum reliquit hoc ſub diſpoſi-
tione iuris communis, prout etiam alia exprimẽ
da, prout ſupra ponderaui. uel etiam dicere poſ
ſumus, & in hoc regula multum operabitur, quod
contenta ſit ſola nominis expreſsione; cum aliis
requiſitis de quibus hic, & ſi uoluiſſet, ſeu ſuppo
ſuiſſet cognomen exprimi debere, id facilé uno
uerbo addito demonſtraſſet, at ſufficere putauit
Papa expreſsionem nominis, gradus, & nobilita
tis poſſeſſoris beneficii, quod impetratur. Et li-
cet in ſimilibus expreſsionibus nomen, & cogno-
men apponi ſoleat, ultra quod regula noſtra (ut
dixi) cognominis expreſsionem non requirat,
alia tamen ratione illud in terminis noſtris omit
ti poterit, generaliter enim, & in omni materia
5 dicere ſolemus, quod † nominis expreſsio abſq;
cognomine ſufficit, quando eſt nomen ſingulariſ
ſimum, & rarum, ut in Galloptеſſo bidello Azó-
nis dat exemplum gloſ. in l. hac conſultiſsima. in
uer. indicia. C. qui teſtam. face. poſſ. Bar. in l. de-
monſtratio. poſt num. 16. ff. de conditio. & dem.
l. 1. & ibi Bar. & alii. ff. de lib. & poſthum. Fel. poſt
Imol. in prohe. decreta. ante num. 32. qui dat exẽ
plum in Cerbero bidello tempore Ioan. de Imol.
Amad. in præalle. tracta. ſindica. in uerſi. D. Ioan-
nem de Magalottis. num. 39. Mat. Soci: in cap. 2.
Poſt nume. 14. de libel. obla. ubi uult ſufficere in
libello expreſsionem nominis tantum, ſi illud ſit
elegans, exemplum dat etiam ipſe in Galloptеſſo
bidello. uerum non uidetur, quod illud nomen,
nec etiam nomen Cerberi alterius bidelli, poſsit
dici elegans, ſed potius rarum, & ſingulare, nec
elegantis nominis expreſsio tantum ſufficere ui-
detur, elegans .n. nomen non reddit de ſe demon
ſtrationẽ perſonæ magis claram, ſeu ſpecificam,
alioquin ſequeretur (poſtq̃ in bidellos incidit ſer
mo noſter) quod expreſsio nominis Alexii, ſeu po
tius Alexis noſtri bidelli Romani; ſufficeret pro
omnimoda perſonæ demonſtratione, quum no-
men Alexis ſit elegans, & ipſe noſter bidellus a-
deo ex omni parte elegans, ut & Galloptеſſo, &
Cerbero in omnibus præferendus ſit. Sic etiam
6 uidemus, quòd † nominis expreſsio abſque co-
gnomine ſufficit quando ex aliis qualitatibus,
ſeu expreſsionibus perſona nominata certa red-
ditur, præall. l. hac conſultiſsima. uerſic. deinde ex
primae nomina, &c. & ibi docto. C. qui teſtam.
face. poſſ. Imo. in c. ex tranſmiſſa. per illum text. in
uer. P. rubeus, de renunc. Fel. in prohe. decre. ante
nume. 32. uerſi. niſi expreſſa eſſet qualitas adhæ-
reus, &c. Cur. iun. conſ. 93. habita diligenti. ante
ſi. Pariſ. conſi. 4. deduxi. aliàs nu. 3. & 32. & conſil.
43. num. 15. uolum. 4. & ratio eſt, quia (cum nomi
na ad recognoſcendos ſingulos comparata ſint)
ut de ſe patet, & probat tex. in l. ad recognoſcen
dos ſingulos. C. de inge. manu. ſat ſuperque eſt, quod
certitudo eliciatur ex nomine proprio ſolo, uel
ex eo, & aliis qualitatibus expreſsis, hic autem ul
tra nomen illius ex cuius pſona beneficium impe
tratur, concurrunt qualitatũ poſſeſsionis, gradus
& nobilitatis expreſsiones, unde hę ſufficere de-
bent, pſertim ſi ſupponamus alias circunſtãtias à
iure, ſeu doctorib. in ſimilib. exprimi requiſitas
(ad ſupra adducta) concurrere, & p ſimili expreſ
ſione uideatur puinciale ubi ſupra fol. 55. a ter.
uer. no. qđ ſi ille p cuius obitum uacat beneficiũ
non habet cognomen, tunc dicitur ultimus re-
7 ctor, &c. Imò, quòd † cognomen regulariter non
ſit neceſſario exprimendũ, ſed in quibuſdam caſi
bus ad tollendum incertitudinem, puta quando
in eadem ciuitate ſunt plures eiuſdem nominis.
ad. l. duo ſunt Titii. ff. de teſta. tute. facit tex. in c.
cum P. tabellio, de fide inſtru. Rot. Belleme. 651.
ſi pars actrix, præſertim. uer. item tertio, quia nõ
reperio quod cognomen ſit de eſſentia inſtrumẽ
ti, & facit regula l. r. ff. de do. præleg. in ſi. ubi qđ
demonſtratione non eſt opus, quando de aliquo
certi ſumus; & quod nominis ſola expreſsio ſufficiat,
probat text. in l. 1. ibi, an ſufficiat, uel unum ex
his. ff. de libe. & poſth. Sic etiam in reſcriptis ad
lites uidemus non eſſe neceſſariam cognominis
aduerſarii expreſsionem, alioquin text. in c. dile-
ctus filius. i. illud expreſsiſſet dum in princ. dicit
expoſuit coram nobis, quod cum Iordanus cle-
ricus Dumelim. de reſcript. Et quòd nomen
exprimere ſufficiat uoluit Bartol. in l. ſi in rem.
nume. r. de rei uendi. & Dom. meus Philippus
Decius. conſil. 13. poſt numerum 5. uerſicul. Non
obſtat, quòd probatur. & nume. 9. ubi ſubdit,
& diſtinguit, quando aliæ demonſtrationes re-
quirantur cautius tamen eſt, ſemper cognomen
apponere; prout etiam in alleg. cap. dilectus fi-
lius. I. in prin. in reſcripto ad lites cognomen ora
toris, ſeu impetrantis appoſitum uidemus, dicit
enim tex. ibi dilectus filius. I. Saracenus clericus
ex poſuit, &c. uerum, quia de cognomine loqu-
ti ſumus, ne iuniores decipiantur, dum tantum

reperetint cognomeñ exprimendum fore, dubi-
1 tantes quomodo † cognomen apud nos accipia
tur, breuibus eos moneo, cognomen dici quaſi
cognationis commune nomen, & ſic cognomen
tori familiæ commune eſſe dicemus. dum igitur
dixi, ſupplicat Tyberius Mandoſius, Tyberius eſt
nomen proprium, Mandoſius uerò eſt cognomẽ
ſoli noſtræ familiæ, ſeu agnitioni commune, ꝓut
ſentit gloſ. in l. ſi in nomine. C. de teſtam. & in §.
ſi quis in nomine. Inſtitu. de lega. gloſ. in præal-
lega. l. 1. & ibi Iaſ. nume. 28. ff. de libe. & poſthum.
& hæc eſt communis omnium ſententia, prout re
ſtatuit Alcia. in 4. lib. diſputa. cap. 1. quam ſequi
debemus in qualibet interpretatione facienda,
quicquid idem Alcia. ab aliis diſſentiens uolue-
rit, pro quibus uideatur Rebuff. ſuper concord.
ſub rub. de collatio. §. teneantur. in uer. cognomi
na. pag. 374 Si quis autem medullitus noſſe uo-
luerit, quomodo prænomen, nomen, agnomen,
& cognomen, accipiantur, adeat Ioann. Paulum
Flauium, uocum, & rerum peritiſſimum, ac tem-
peſtate noſtra inter latini ſermonis obſeruantiſ-
ſimos facilè principem, ipſum etenim in urbe, in
publicis ſcholis ſuper præmiſſis diſertiſſimè diſ-
ſerentem audiui.

S V M M A R I V M.

1 *Nominis, & aliorum de quibus hic expreſſio, an per æ-
quipollens fieri poſſit.*
2 *Forma quando datur, non ſufficit aliquid implere per
æquipollens.*
3 *Certum aliquid eſſe per ſe, ſiue per relationem ad aliud
paria ſunt.*
4 *Appellans ab interlocutoria non ſufficit, quod exprimat
cauſas per relationem ad acta.*

1 QVinquageſimoſeptimo, quæro, an † no
minis, & aliorum de quibus hic, ex-
preſſio fieri poſſit, per æquipollens?
Sarnen. hic quæſtin. 30. ad partes di
ſcutit, plura adducens. Breuiter ne-
gatiuè reſpondendum eſt, præſertim quum regu-
la hæc propter decretum irritans, formam indu-
cat, ut ſupra probaui: quo fit ut non ſufficiat im
plere hic requiſita per æquipollens, ſed formalis,
& ad unguem expreſſio requiratur, & ultra addu
cta per docto. in l. 1. ff. de libe. & poſthum. & in l.
hac conſultiſſima. C. qui teſtamen. face. poſſunt.
& per Sarn. hic, uideatur Fel. in prohe. decre. ante
nu. 32. & per Rebuf. in tract. nomina. q. 14. nu. 34.
cum pluribus ſequen. ubi pro utraque opin. plu
ra adducit, tandem concludit, quando nomen,
2 ſeu aliud pro forma requiritur, non ſufficere † im
plementum per æquipollens: idem etiam uoluit
ſuper concord. in §. teneantur. ſub rub. de colla-
tio. in uer. cognomina. in fi. pag. 347. quibus ad-
3 do, q̃ licet paria ſint, ut per ſe aliquid † certum
ſit, uel per relationem ad aliud. l. ubi autem. §.
illud. ff. de uerb. obl. l. ait prætor. §. ſi iudex. ff. de re
iudi. l. penul. C. de ſenten. quæ ſine cer. quanti. Et
ratio eſt, quia relatum cenſetur eſſe in referente
cum omnibus ſuis qualitatibus. l. aſſe toto. ff. de
hære. inſti. l. ſi ita ſcripſero. ff de condi. & demon.
Bart. in l. 1. ff. de receptato. & in l. ſi quis ſeruum.
§. fin. uerſic. ſed quæro teſtator. ff. de lega. 2. Deci.
conſil. 63. & pro tenui. col. 3. cit. medium. & conſ.
149. in cauſa. col. 4 in fi. Alex. conſil 80. uiſo. nu. 9.
lib. 1. ubi quòd ſat eſt, in appellatione ab interlo-
cutoria exprimere cauſas per relationem ad a-
liud. Tamen fallit quando expreſſio pro forma re
quiritur. Bal. in l. minoribus. num. 4. uerſic. ſed in
appellatione ab interlocutoria. C. de his, quib. ut
indi. Ang. in l. ubi autem. §. illud. ff de uerbo. obl.
idem Ang. in prælega. l. 1. ff. de liber. & poſthu.
4 ubi quod in † appellatione ab interlocutoria nõ
ſufficit cauſæ expreſſio per relationem ad acta.
& ibi latè Alexan. præſertim num. 10. verſicul. &
inducuntur prædicta. & ſic melius uidetur loqui
in dicta l. 1. quam in allegato conſil. 80. pro qui-
bus uideatur omnino præceptor meus D. Philip.
Deci. in l. certum. nume. 3. & ſequen. ff. ſi certum
pet. ubi de expreſſione per relationem ad aliud,
& poſtea de clauſula, non obſtantibus, etiamſi de
ipſis &c. pro quã clauſula uideatur etiam Fel. in
c. translato. col. 2. poſt nume. 5. de conſtitu. Hinc
uoluit Bald. in authen. matri, & auiæ. ante nume
rum 4. C. quan. muli. offi. tute. quòd ubi aliquid
in conditione ponitur, pro forma datum uidea-
tur, ideo oportet, quòd formaliter impleatur.
argumen. tex. in l. prætor. in princip. ff. de collat.
60. not. ſequitur Felyn. in cap. cum dilecta. poſt
num. 6. in 2. ſigno. de reſcri. & hanc communem
affirmat, quamuis contra eam arguat Do. meus
Phil. Dec. ſuper rub. de proba. poſt num. 14. Con-
cludo, quod nomen proprium poſſeſſoris expri-
mi debet, & conſequenter ſi poſſeſſor habet plu-
ra nomina, omnia exprimenda erunt, puta ſi no-
minetur Ioan. Andreas, Ioannes Franciſcus, Pau-
lus Aemilius, prout ſentit hic Rebuff. gloſ. 9. &
Sarnenſ. quæſt. 31.

S V M M A R I V M.

1 *Nomen poſſeſſoris, de quo hic, an ſufficiat abbreuiatum,
ſeu truncatum.*
2 *Citatus comparere debet in locis, vbi maiores ius red-
dere conſueuere.*
3 *Tribunalia duo habens, qui citat, exprimat vbi citatus
eſſe debeat.*

1 QVinquageſimoctauo quæro, † an no
men poſſeſſoris de quo hic, ſufficiat
abbreuiatum, ſeu truncatum? Deue
nio ad praxim, uno modo ſcribi po
t eſt ſic, de beneficio. S. Stephani, q̃
N. per annum cum dimidio detinuit, & detinet
occupatũ, & hoc caſu appoſita ſit illa lr̃a N. ꝓut
fit in ſupplicationib. quando impetrans neſcit
nomen illius ex cuius perſona beneficiũ uacare
ſuppo-

ſupponit,ſeu ignorat nomen poſſeſſoris.unde il-
la litera N.non potius ſignificet Nicolaum, uel
Nicomedem,quàm Ambroſium,uel Philippum,
de quo uideatur per Rebuf.in ptaxi in for.ſigna-
turæ.in uer.Ludouici.uet.ſi autem ignoretur no-
men,pag.106.per hanc expresſionem nullo mo-
do dici poterit ſatisfactum eſſe noſtræ tegulæ, p
rationem de qua in proximo ſubſequenti mem-
bro,a fortiori,ut ibi ſubdam.Secundo modo ap-
poni poteſt in ſupplicatione litera P. Pro Petro,
ſeu litera M.pro Martino,& uidetur ſufficere hæc
expresſio,quum etiam in iure ſimilia nomina, p
ſimiles literas deſcripta inueniamus, prout in c.
P.& G.de offic.deleg.c.cum P.de ſi.inſtru. c.cum
P.de purga.cano.c.cum I. Saracenus. de reſcrip.
cum infinitis aliis.Ad hoc reſpondet hic Sarnen.
quæſtio.32.poſt uum.2.quod hoc caſu oriri pote
rit incertitudo,unde uitanda erit incertitudo, &
uitādus error,qui ſequi poſſet, error enim aper-
tus eſt,poteſt nanque litera P.interpretari pro Pe
tro,pro Paulo,pro Pamphilo & aliis, & ſi hæc an
notatio P.pro Petro,ſeu Paulo non admittitur.&
M.Pro Martino, ſeu Mario,non eſt bona, multo
minus illa de qua in primo membro nidelicet:N.
pro Mario, ſeu pro Philippo,cùm quibus nullam
conformitatem habet.Tertio do exemplum, ut
dicamus Mar.poſſedit,& posſidet, ſimile dubiū
uidi aliàs Romæ ortum ſuper quadam citatione
hic per curſorem executa huius tenoris, citetur
Titius ad concludendum, & audiendum ſenten-
tiam & cæt. ad primam diem in Ro. curſor ſub-
ſcripſerat, feci ut ſupra, die tali: dubitabatur ab
aliqoibus(mea quidem ſententia nimis ſcrupulo
ſis)an illa,dictio trūcata in Ro.nihil certi deſigna
ret,an uero ſignificet in Roma,an autem in Rota,
occaſio,dubitandi erat, quia antiquo tpe qñ cau
ſæ totius Europæ ad Ro. Cu. confluebant, ter in
hebdomada erat audientia in Rota,uidelicet,die
Lunæ,die Mercurii, & die Veneris, niſi feſtiuitas
aliqua,uel feriæ impedirent, poſtea uerò decre-
ſcentibus cauſis,& negotiis exteris,limitata,& co
arctata fuit audientia in Rota ad diem Lunæ, &
Veneris,domi uerò quilibet Rotæ Auditor die
Mercurii tenet audientiam pro quibuſdam ter-
minis ſeruandis,puta pro compulſorialium de-
creto,abſolutione a cenſuris,pro arreſto decernē
do,ſeu tollendo,pro receptione teſtium, præſer-
tim affuturorum,& pro aliis, quæ non ſunt ma-
gni,ſeu irreparabilis præiudicii, ſed quoad profe
rendum ſententias,& pro quibuſdam actib.prin-
cipalibus.Dom.Auditores Rotæ habent certum
locum deputatum,prout de omnibus iſtis uide-
re eſt apud Belleme.dec.659.dicta compulſiu, ci
tationis præmiſſæ executio ſupponebatur facta
die Lunæ,uel Martis,ſi interpretatio faciēda erat
in Roma,quum diceret ad primam diem, & ter-
minus pro ſententia ſeruatus fuiſſet die Veneris,
ſententia fuiſſet nulla,quia prima dies audientię
fuit domi die Mercurii, & licet illa die non tenea
tur audientia quoad promulgandum ſententias,

non per hoc excuſaretur citari faciens, qui ſerua-
uit terminum alia die quam citaſſet, & imputet
ſibi ſi malè,uel dubiè citauit,uel male terminum
tenuit,nec citatus comparere tenebatur alia die
quàm ſibi ſtatuta: ſi uerò interpretatio facienda
erat, quod illa abbreuiatura in Ro. ſignificaret
in Rota;terminus ſententiæ tempore debito, &
ualidè tentus fuiſſet, & ſic ſententia ſubſiſtebat.
procurator qui aſſerebat ſententiam nullam,alle
gabat, quòd cum illa annotatio in Ro. haberet
duas ſignificationes, & dubium eſſet cui potius
conueniret,nihil ſignificaret, & ſic dicere poſſu-
mus quòd illa incertitudo in actu ſubſtantiali ui
tiet,argumento tex.in l.duo ſunt Titii.ff.de teſta.
tute.l.ſi fuerit legatum.& l.ſi quis.de pluribus.ff.
de reb.dub.l.cum ex pluribus. ff. de manu.teſta.
l.cum duo.ff.de in di.adie.quæ loquitur in uendi
tione incerta.& glo.fina.ibi,extendit ad alios ca
ſus.Rurſus idem procurator quatenus interpre-
tationi alicui locus eſſet,allegabat quod declara-
tio facienda erat in Roma, nun autem in Rota.
Contrarium tenebant omnes, quòd immo illa
uerba in Ro. iuxta ſubiectam materiam, intelli-
gi debeant in Rota,quum enim Romæ decreta,&
executioni demandata eſſet citatio. Fruſtra præ-
ſertim iuxta ſtylum notorium,additum fuiſſet in
2 Roma,ſed bene in Rota,licet enim in dubio † ci-
tatus comparere debeat in loco,ubi maiores ius
reddere ſoliti ſunt.l.cum ſententiam.C. de ſentē.
& interlocu.l penul.in fin.& ibi nota.ff.de ius. &
iu.l.ſi locus ff.de iudi.lafre.dec.378.locus dep u-
tatus.Bar.in l.ſicut proponis.2.C.quomo.& qu ā.
iu.Dec.conſilio 163.in cauſa matrimoniali, colu.
6.in princip.aliud tamen dicendum eſt in delega
tis,ut probatur in dicta l.ſi ut proponis.quia de-
legatus locum eligere,& deputare debet ubi cita
tus compareat.Barto.in dicta l.ſicut proponis. 2.
nume.1.C.quomo.& quan.iud.Bald.in l. ut per-
fectius.C.de anna.excep.& Ludo. Bologni.in re- 1
pet.§ Iulianus.in l.ſi finita.nume.61.ff.de damno
infect. Verum ſiue Rotæ auditorem delegatum,
ſiue ordinarium dicamus, uel mixtū, quum ha-
beat duo tribunalia.quia in Rota & domi,debet
3 omnino exprimere ubi † citatus eſſe debeat.argu
mento tex.in l.ita ſtipulatus.in princip.ff.de uer-
borum obliga.Ruin.conſi.150.gratisſimum. nu.
5.& 6.& ante uolum.5.& pro præmisſis uideatur
per Mar.Socin.de citatio.artic.18.quæſtio.8.nu-
mero 13.ſicut ab omnibus tentum fuit ſententiā
ualuiſſe, additis uerbis in Ro. ex quo deſigna-
rent in Rota, ita in caſu noſtro accipi debet Mar.
pro Martino poſſeſſore. Contrarium concluden
dum eſt, quia dictio Mar. non minus conuenit
Marco,uel Marcello, ſeu Mariano, quàm Marti-
no,& ſic dubium remanet poſſeſſoris nomē, quo
fit,ut regulæ noſtræ nullo modo ſatisfactum eſſe
dicamus, eò magis,quia iuxta ſtilum curiæ ho-
diernum nomen extenſe ponitur, prout per Fe-
lin.in capitu.cum acceſſiſſent. poſt princip. uer-
ſicu.hodie tamen,de conſti.& pro præmisſis om-

nibus faciant tradi. per Rebuf. in tracta. nomina. quæſtione 10. numero 19. uerſicu. ideo uitiarentur. Quarto ſi poſſeſſor uocetur Ioãnes Andreas, uel Paulus Aemilius, & exprimatur tantum Ioannes, ſeu Andreas, uel Paulus, ſeu Aemilius, dicam non ſufficere, ſiue dicamus iſta eſſe plura nomina, ergo omnia exprimenda, ad tradi. hic per Sarnen, quæſtione 31. & Rebuf. gloſſ. 9. ſiue dicamus Ioannem Andream eſſe unum nomen compoſitum, ſi alterum tantum proferatur, dubietati, & incertitudini locus eſſe poterit, & in hoc, & aliis caſibus ſupradictis, ex quo forma data per regulam non ſeruatur, non poterit dici huic regulæ paritum eſſe, ad ea, quæ dixi in proxima præcedẽ. quæſtio. Quinto, & ultimo, ſi Ioannem Andream, ſeu Ioannem Antonium deſcribemus hoc modo, uidelicet, Ioan. Andream, ſeu Ioã. Antonium, puto regulam non obſtare, licet illam dictionem Ioannem breuiarè ſcribamus, tum quia nullum, pœnitus oriri poterit dubium, nullaque incertitudo, tum etiam quia communis uſus ſcribendi attendi debet, prout etiam cõmunis uſus loquẽdi. ad l. Labeo. ff. de ſuppe. leg. l. librorum. §. quod tamen Caſſius. uer. nemo enim. ff. de leg. 3. capit. quanquam. 2. quæſt. 7. cum uulga. uel ſaltem talis uſus ſcribendi excuſabit, præſertim a pœna huius conſtitutionis.

SVMMARIVM.

1 *Gradus de quo hic quomodo accipiendus, quid ſi poſſeſſor plures gradus habeat, qualiter gradus probetur, & quid ſi is clandeſtine doctoratus ſit.*
2 *Lex 1. §. qui in perpetuum. ff. ſi ag. vecti. limi.*
3 *Verba quando non in potiori ſignificatu, accipi poſſint.*

QVinquageſimonono ibi gradũ, quæto
1 cum Sarnen. hic quæſtio. 36. † quid
intelligemus per gradum, quid ſi
poſſeſſor plures habeat gradus, an teneatur impetrans omnes exprimere, qualiter gradus probetur, & quid ſi eſſet doctoratus clandeſtine? Quoad primum, Sarnen. hic duobus modis accipi debere aſſerit, pro dignitate ſeu dignitatis honore, puta ſi poſſeſſor ſit prothonotarius, ut Rebuf. glo. 10. exemplificat, ſecundo modo pro quodam doctrinæ, ſiue ſcientiæ loco, uel qualitate meritis differente, unde graduatos dicimus, baccalaureos, licentiatos, & doctores, pro quibus uideantur ea, quæ ſcripſi in 11. & 12. quæſtione 16. regulæ de concur. ſuper beneſi. Aduertant iuniores dum Sarnen. poſt princip. dictæ quæſtio. dicit, quod impetrans tenetur exprimere non ſolum nomen impetrantis, ſed gradum ipſius, loco impetrantis legendum eſt poſſeſſoris. Quoad ſecundum, caput reſpondet Sarn. quòd ſi poſſeſſor habet plures gradus, ſufficit exprimere unum gradum, & ſic digniorem ex quo regula loquitur in ſingulari, allegat in argumentum. text. in c. 1. de excep. lib. 6. qui nihil facit, adducit etiã tex. in l. 1. §. qui in perpetuum. ff. ſi ag. uecti. ubi colligitur quod uerba in potiori ſignificatu accipi debent, quaſi inferre uelit, quod reg. interpretari debemus, in illo potiori, & digniori gradu, non in inferiori: hoc argumentum non cõcludit, & ultra alia quæ hic afferre poſſem, duo ſufficiãt, pro deſtructione eius fundamenti, primum quia
2 regula † illius. l. 1. limitatur procedere tantum, quã
uerba nõ ſic accipiẽdo in potiori ſignificatu, improprie acciperentur, ſed quando in proprio ſi-
3 gnificatu intelligi poſſunt, ſatis eſt licet † non in
potiori ſignificatu, & ita illum tex. declarat Bart. in l. ſi mater. §. eandem cauſam. ante num. 5. ff. de excep. rei iudic. ſequitur Iaſo. in l. indebiti. §. ſed & ſi nummi. columna ſecunda. ante num. 7. ff. de condi. inde. Soci. conſ. 304. uiſo ſtatuto, aliás ulti. 2. lib. col. ſi. uerſi. minuſque obſtat ſecunda ratio. Quod ſtatutum eſt repetitum li. 3. ubi eſt cõſ. 25. eodem modo incipiens, & ibi. poſt nu. 8. legitur. Nec obſtat ultimum, ꝙ uerba ſint intelligenda in potiori ſignificatu &c. & parum poſt. Sed quãdo intelliguntur in proprio ſignificatu, ſatis eſt, licet non in potiori &c. And. Tiraq. de utro. retra. pat. 1. in gl. 1 §. 2. de retraict. cõuentionel. nu. 41. pag. 885. & idemmet Sarn. in d. l. 1. ff. ſi ag. uecti. limitauit & declarauit. in c. ſi. §. ſtatutum. nu. 14. de conſti. lib. 6. Secundum erit, quia gradum hic, ut genus accipimus. continens ſub ſe omnes ſpecies. l. ſi quid earum. §. inter emptum. & l. item legato. ff. de leg 3. c. deliberatione. §. prohibemus. cũ glo. in uer. ſpecie, & ibi Gemi. in prin. ff. de offic. lega. li. 6. Bal. in l. omnes populi. col. 2. uerſic. præterea a quo remouetur. ff. de iu. & iur. & in l. 2. uerſi. ſed tu dic. C. de iu. aure. anu. ubi, quòd ſpecies ſunt ſub genere per ueritatem: ſequitur pceptor meus D. Phi. Dec. in l. in toto & pars. poſt prin. uerſic. & hoc idem ff. de reg. iu. Ego (quantum ad rem noſtram attinet) ſic diſtinguerem. Aut unus gradus ſeu dignitas ſub ſe alios gradus, ſeu dignitates neceſſario, uel a communiter accidentib. continet. puta licentiatura ſupponit baccalauriatum, & doctoriatus ultra montes ſupponit utrunque; & hoc caſu ſum cum Sarn. ut ſufficiat exprimere poſſeſſorem eſſe licentiatum, & ſic taceri poſſit ꝙ etiam ſit baccalaurus, uel exprimatur, quod ſit doctor, licet non dicatur, quod ſit etiam baccalaurus, & licentiatus, idem dico ſi exprimatur, ꝙ poſſeſſor ſit Rotæ Auditor, quia non ſolum ſupponitur in eo doctoratus, imo eminẽtiſſima ſciẽtia. Aut gradus unus alium non ſupponit, immo dignitates, ſeu gradus diuerſi ſint, puta ſi poſſeſſor ſit prothonotarius, & doctor, & concludo utrunque exprimendum eſſe, quia eadem ratio expreſſionis militat. Quoad tertium aduertendũ eſt, ꝙ impetrans non tenetur probare gradũ poſſeſſoris, quo caſu ſat eſſet probare per communẽ reputationem, ut dicit Sarnenſ. & ita etiam forſan per leuiores probationes, præſertim ad excuſandum ipſum a pena, uel ad fundandum ipſius inten-

intentionem pro uſtendendo poſſeſſore, ex cuius
perſona impetrauit, quia tunc ſufficerent aliæ cir
cunſtantiæ, & qualitates, ſed probatiu gradus ſa-
ciēda uidetur per poſſeſſorem, ſeu ab eo cauſam
habentem, uel in tali poſſeſſione ſe fundantem,
quo caſu probatio debrr eſſe plena, & conclu-
dens, præſertim ad faciendum quod quis in pœ-
nam regulæ inciderit, quum in dubio ſemper in-
terpretatio facienda eſt, ne quis in pœnam inci-
dat. l. interpretatione. & l. præſes. ff. de pœn. l. hæ
enim. ff. de ſuſpe. tuto. Bal. in l. fi. per illum tex. cū
gl. C. quæ res uendi. non poſ. Quoad quartum de
gradu occultè ſumpto, aſſentior gloſ. antiquæ
uerſicul. idem de gradu, quia ſi unus eſt factus
clandeſtinus, &c. & Sarnenſ. hic, & ultra, quòd
talis gradus occultè, & clam ſumptus, ſeu po-
tius extottus poſſit uerisimiliter ignorari, con-
currit etiam quod ea, quæ clam fiunt, debilia,
& ſuſpecta habentur, iuxta rationem euangelij,
qui malè agit, odit lucem, & qui non intrat per
huſtium fur eſt.

S V M M A R I V M.

1 *Nobilitas quę, & quare, ex forma huius regulæ expri-
mi debeat.*
2 *Nobilitatis duæ ſpecies.*
3 *Nobilitas in conferendis beneficijs conſideratur.*

SExageſimo ibi, & nobilitatem poſſeſ-
1 ſoris eiuſdem, quæro † quæ nobilitas,
& quare exprimi debeat? Infinita
hic adduci poſſent, quæ miſſa facio,
tum quia latiſſimè tractata quilibet
inueniet per Bar. in l. 1. C. de dign. lib. 12. per Lu.
de Pen. in l. mulieres. eo. tit. & li. per Barth. Cępo.
de impe. mili. diligen. in uer. nobilitatis etiā cau-
ſa. per Fel. in c. cum adeo. de reſcr. & Syl. de bene.
in 7. & 12. q. 3. par. per Rebuf. ſuper concor. in §.
cum uero. de colla. in uer. nobilitatis. & in 12. q.
in tract. Nomina. & plenius per copioſum moder
num Andr. Tiraq. in tracta. nobilitatis. Tum etiā
quia hæc, & proximè præcedens, & ſubſequens q̄-
ſtiones hodie parum prodeſſe conſueuere, ut ex
iis, quæ dicam infra q. 63. apparebit. Ad primū
membrum quæſiti propoſiti reſpondeo, quòd
quantum ad regulam noſtram attinet, facienda
ſit mentio nobilitatis poſſeſſoris beneficij, quod
impetratur, ſi ſit Dux, Marchio, Comes, Baro,
ſeu dominus alicuius oppidi, ſeu terræ, uel ab ali
quo ex præmiſſis deſcendens, fortè in infinitum,
niſi nobilitatem amiſerit ipſe, uel is cui ſucceſ-
ſit, per illos modos, de quibus per Luc. de Pen.
in præall. l. mulieres. C. de digni. lib. 12. Item no-
biles dicam illos, quos communis uſus loquen-
di, ſeu uſus propriæ ciuitatis, uel communis re-
putatio, ſeu fama pro nobilibus habet, & tenet,
ad theo. Bar. in præal. l. 1. C. de digni. Staph. ſuper
ſigna. fol. 120. a ter. & fol. ſeq. ubi infert ad decla-
rationem regulæ expectatiuarum. in 3. par. & q
ad cognoſcendū, an quis dici poſſit nobilis, ma-
gis attendatur conſuetudo, & cōis exiſtimatio,
quam lex. poſt Bar. in d. l. 1. C. de digni. lib. 12. no-
luit Pau. Caſt. conſi. 128. dubitatur primo, an Co
mes. in 4. dub. aliàs 107. Soci. conſil. 246. elegāter.
& ſubtiliter. nu. 3. uer. prima rō eſt, quia nobilis.
Rip. in 2. li. rñ. c. 26. nu. 9. & ſic Venetiis dicam no
biles Grimanos, Diedos, Cornelios, & alios innu-
meros, etſi ipſorum aliqui iuxta morē illius incli
tæ ciuitatis, mercaturā exerceant Neapoli nobi-
les appellabo Carafas, Caracciolas, Sanſeuerinos,
& infinitos alios, & ꝓ nobilibus. Neapolitanis ui
deatur inſcriptio. c. Petrus, aliàs ſi. 39. diſt. Romæ
uerò illos de Columna, de Sabellis, de Comitib.
Vrſinos, Cęſarinos. de S. Cruce, & alios, quos recē
2 ſere longū foret. Et licet duplex ſit † nobilitas, al-
tera q̄ dr̄ generis, ſeu de genere, de qua in c. nunq̄.
56. diſt. Abb. in c. venerabilis, in 3. not. poſt nu. 4.
de præb. & latè per alios ſupra citatos, & hanc ex
ſententia Ciceronis in inuectiua contra Saluſtiū,
Saluſtianam nobilitatem nuncupare poſſumus,
de qua nobilitate, ſub illo uerbo nobilitatē intel
lexit regula noſtra. Altera eſt, quæ propria dr̄, ac
uirtutum, & animi, non autem generis, de qua
ſcribitur Sapien. 7. omnibus nobilibus nobilior
eſt ſapientia: ſic, & nobilis dictus eſt Vlpianus.
l. 2. in fin. & l. diximus. in fin. ibi ſcribit autem Vl-
pianus nobiliſſimus ff de excuſa. tuto. Et de hac
nobilitate in dict. c. nunquam, & per Abb. in d. 3.
not. & per eundem Abb. in c. de multa. de præb.
& hāc Ciceronianam uocare poſſumus, unde Ci-
cero contra Saluſtium dicebat, ſanctius eſt me
meis fulgere moribus, quàm maiorum opiniune
niti, ut ſim poſteris meis nobilitatis initium, &
uirtutis exemplum: & contra eundem ſubiicie-
bat, & quod deficit in te, incipit in me. de hac
ſecunda ſpecie nobilitatis, quæ potius prima uo
cari poteſt, & quę pręferenda meritò eſt, loqui-
tur primò regula noſtra ſub illo uerbo, gradum,
& ſic, ſiue poſſeſſor habeat nobilitatem propriā,
ſiue generis, de ea mentio per impetrantem ex
forma huius regulę facienda eſt, quòd ſi utranq;
habeat poſſeſſor, utraq; exprimatur, imò illa erit
pręſtantior, & fortior, quando decus parentum;
& proprius in aliquo fulgebit, ut not. Abb. in
dicto c. uenerabilis. & hęc potius (mea quidem
ſententia) Saluſtiana nuncupari poteſt, quam il-
la generis tantum, ille enim etiam propria re-
fulſit uirtute, ut ipſius pręclata ſcripta teſtantur,
& cuius memoria ſemper uiuet, quòd ſi quid il-
lum, nobiles, & probos non decens commiſiſſe,
etiam ex opinione ipſius Ciceronis fatear, iu-
uentuti potius quàm improbę illius naturę a-
ſcribi potetit. Verum ne diſputatio noſtra lon-
ga uideatur, ſunioribus do exemplum utriuſque
nobilitatis ꝑdictę in utroq; Scipione, ex nobili
familia Cornelia, & in tot aliis, quorum hiſto-
rię antiquę plenę ſunt, & noſtra tempora ab an-
tiquis in iis non degenerantia, imò illis fœlicio-
ra, utrique nobilitati pręd
ictę, addunt uerę re-

ligionis concurſum, unde quantumuis nobiles ex genere, ex potentia, ex dignitate, ex ſcientiis, & quauis alia notabili qualitate, de fide tamen Chriſtiana male ſentientes, non ſolum non nobiles, imo ignobiles, & omnibus plebeis infelicio res exiſtimant. Et pro hac limitatione quòd alii a catholicis, & fidelibus excludantur, adduco tex. in extra. execrabilis. de præben. §. t. iun. decla ratione Zenzel. ibi in gl. in uer. regũ, quæ ſupplet, intellige catholicorum, & fidelium, & ſic ab illo priuilegio, ſeu prærogatiua, regum filios de fide malè ſentiẽtes excludit. Nec quis putet moderna exempla nobis deeſſe ſup nobilitate ex genere, & ex propria uirtute cum uera religione coniuncta infiniti enim mihi occurrunt, quorum ſplendor: ita fulget, vt omnibus aliis notos exiſtimem. Quo ad ſecundum membrum, quare nobilitas poſſeſſoris exprimi debeat, reſpondent hic Sarn. q. 37. & Rebuff. gloſſ. 11. quia in conferendis beneficiis
3 conſideratur † nobilitas, adducunt ca de multa de præben. c. cum adeo ubi gl. 2. de reſcr. ad idem eſt glo. in cap. conquærente. in uer. ſufficientia. de cleri. non reſi. gl. in. c. conſtitutis 2. in ver. in poten tiam. de appel. c. dudum. 1. ubi Abb. nu. 2. dicit in clericis ſecularibus attendi nobilitatem, ſecus in religioſis, de electio. Aduertendum eſt, quòd adducta. & quæ adduci poſſent, non concludunt quòd propterea requiratur expresſio nobilitatis poſſeſſoris, quia ſupra alleg. loquuntur in nobilitate impetrantis, & diuerſa eſt ratio illius expreſſionis, ab iſta huius regulæ, illa etiam eſt de iure, ſeu iuri conformis: quòd uerò nobilitas poſſeſſoris ſit exprimenda, nullo iure cauetur, ut etiam ſentit Sarnen. ubi ſupra, uerſic. & iſta quæ de expresſione nobilitatis &c. Melior eſt ratio eiuſdem Sarnen. quam poſt princip. ſubdit, quòd cognita nobilitate poſſeſſoris annalis contra quem impetratur, uel papa gratiam non concedet, uel Regulæ non derogabit, cum aliis q̃ ſubiicit. Qui tamen uult eoſdem defendere ab inaduertentia, & incongruitate illationis quam faciunt, ponderare potuit, ꝗ ſicut in impetrante nobilitas cõſideratur (ad ſupra adducta) a ſimili, uel pari ratione conſiderari debet ẽt nobilitas quoad eum contra quem impetratur, præſertim ſi ſit annalis poſſeſſor. Rurſus & melius, ponderare poterit quòd ſi nobili in acquirendo beneficio eccleſiaſtico fauetur, fortius in retinendo, ac conſeruando. & in tuendo ius ſuum, argumento tex. in. l. 1. uerſicul. nam cui damus actionem. ff. de ſuper ſi. l. inuitus. §. cui damus, & l. fauorabiliores rei. ff. de reg. iur. & facit illud, non minor eſt uirtus quam quærere, parta tueri.

SVMMARIVM.

1 Quid eſt hoc quod dicitur hic exprimi debere in impetratione quot annis poſſedit beneficium poſſeſſor.

2 Tempus conſtitutionis non ſeruans, eius formam non ſeruaſſe dicitur.

3 Statuta circa tempus aliquid diſponentia, ad unguem ſeruanda ſunt.

SExageſimoprimo ibi, & quot annis illud ipſe poſſederit, quæro cum Sarn.
1 hic quæſtio. 33. † quid eſt iſtud quod dicitur hic exprimi debere in impetratione, quot annis poſſeſſor beneficium poſſedit? ipſe poſt aliquas opiniones adductas dat duos intellectus, ſeu dupliciter uerba prædicta intelligi poſſe dicit, uno modo, quòd ſi impetrans huic regulæ derogari petit, narrare debeat quot annis poſſeſſor tenuit beneficium; ſecus ſi derogari non petat, quo caſu non requiritur mentio annorum, ſeu temporis, ſed ſufficiat dicere quòd Titius illud beneficium detinet occupatum, ad conſil. Bal. 209. caſus eſt Titius, lib. 1. & ita dicit hodie practicari. Ego nec in theoria, nec in praxi hoc procedere puto, & hæc diſtinctio mihi aerea uidetur, imo potius contrarium eius quod tenet Sarnen. In utroque membro cõcludendum eſſet, uidelicet, quòd petens, & obtinens derogationem, nõ teneatur exprimere quot annis poſſeſſor detinuit, pro quo uidenda erunt quæ dicam infra q. 63. At ſi derogationem non quærit impetrans, præciſam mentionem temporis poſſesſionis faciat, & ſic non ſufficiat dicere quòd Titius illud beneficium detinet occupatum, tum quia per regulam mandatur totum
2 tempus exprimendum eſſe, unde ſi † tempus conſtitutionis quis non ſeruet, eius formam ſeruaſſe dici non poterit, ad. l. ſcire oportet. §. conſequens, ibi niſi obſeruauerit conſtitutũ tempus ff. de excu. tuto. Bal. in auten. quę ſupplicatio. in. 3. not. & ibi Saly. & alii. C. de præci. impe. offe. ſequitur Pau. Caſtren. in. l. qui Romę. §. Calimãcus in fi. ff. de uer. obliga. Fel. in c. cum contingat. col. 8. de reſcr. & hæc eſt communis opin. prout teſtatur Cur. Iun. conſ. 166. circa cõtrouerſiam, nu. 4. Et quòd tempus non ſeruans imprudens dicatur probatur. Eccleſiaſt. 4 Homo ſapiens tacebit uſque ad tempus, laſciuus autem & imprudens non ſeruabit tempus. Item omnia tempus habent, & omnia ſuo tempori conuenire debent. Eccleſiaſtes ca. 3. Nec dicas priora tempora iſtis meliora. cap. 7. l. 2. uerſ. cum prouidentiæ ſit opportuno tempore his neceſſitatib. ſatisfacere; & ibi Luc. de Pen. col. 1. in uer. opportuno. C. de agri. & cenſi. libr. 11. Tum quia ut ſtatuta, quibus (ut pluries probau) regulæ cancellariæ aſſimilan
3 tur, aliquid † circa tempus diſponentia, ad unguem ſeruanda ſunt, alioquin ſi contrafieret, id eſſet irritum ipſo iure. Bald. in. l. ordo, col. 2. uerſi. nota tamen quòd ſi ſtatuta ciuitatis &c. C. de exe. rei indi. idem Bald. in auten. qui ſemel. col. 5. num. 23. uer. & ideo ſtatuta terrarum. C. quomo. & quan. iu. ſequitur Iaſ. in præallegat. auten. quæ ſupplicatio ante numerum. 6. uerſicu. item adde quòd ſi ſtatuta. & Curt. Iun. dicto conſil. 166. nu. 7. uerſicul, cum igitur in propoſito. Tum etiam

quia

quia ut ſupra quæſt.57. ponderaui, regula hæc dat formam, quo fit ut nec per æquipollens, nec aliter quàm præciſè, & ſpecificè impleri poſſit. Non ob.præallega.conſi.Bal.209.lib.1.tum quia intentionem ſuam non probat in iure, quantum ad illud attinet, quòd non ſit facienda mentio quanto tempore quis beneficium detinuerit, tum quia ipſe non loquitur in terminis noſtræ regulę, imo nec de ea loqui, uel diuinare potuit, quum tempore ſuo regula hæc non eſſet condita, & idẽ dici poteſt de Ioanne Andr.hic per Sarnen.alleg. Ex pręmiſſis patebit, etiam quòd ultimus intellectus Sarnen.quòd licet indiſtinctè requiratur expreſſio annorum, tamen ſatisfactum ſit per clauſulas in ſupplicationibus poni ſolitas, uidelicet, quòd beneficium per Titium poſſeſſum de præſenti uacat, & tanto tempore uacauit quòd eius collatio iuxta Lateranen.Statuta concilii eſt ad ſedem apoſtolicam legitimè deuoluta, de qua clauſula loquar infra quæſtio.90.nume.7.ſit omnino falſus, quum nec per has, nec per ſimiles clauſulas tolli poſſit diſpoſitio huius regulæ quoad tẽpus poſſeſſionis exprimendum, ad ſupra adducta, expreſſio igitur annorum poſſeſſionis, ſeu detentationis facienda erit iuxta formam quam tradidi ſupra q.56 poſt nu.4.

SVMMARIVM.

1 *Expreſſio de qua ibi ad ſpecificam &c. quæ & qualis eſſe debeat, & ad quid facienda.*
2 *Specificatio quid ſignificet, & nu.3.*
Determinata expreſſio quæ.
4 *Libellus in quo peto decem a Titio ex quo eſt mihi obligatus, reiicitur.*
5 *Cauſa quot modis accipiatur remiſſiue.*

SExageſimoſecundo ibi, ac ſpecificam,
1 & determinatam &c. quæro † quæ
cauſæ expreſſio requiratur, & quare, & qualiter expreſſio facienda ſit? Reſpondeo quòd inquantum regula dicit ſpecificam, excludit generalem, ſeu indiſtinctam, uel ſimplicem, ad tex.in ſimi.in clem.2. iun.gloſſ.in uer.ſpecialis de offi.ordi.& ibi Card. quæſt.13.nu.9.& magis ad rem noſtram.cle.conſtitutionem.§.cæterum, & ibi Boni.de Vita.nu.
2 1.exponit † ſpecificationem.i.ſingularem, & ſpecificam expreſſionem, de electio. Aliquando idẽ ſignificat ſpecificè, ſeu ſpecialiter quod expreſsè. l.3.& ibi gloſſ.in uer.ſpecialiter.ff.de offic.eius. & ibi Alex nume.14.l.3.§.1.iun.gl.in uer.cum ſpe-
3 cialiter.ff.pro ſocio. Accipitur etiam † ſpecificatio pro declaratione præciſa.Rot.255.licet in materia in no.In quãtum uerò dicit determinatam cauſam, excludit cauſam indeciſam, & dubiam ad clem.2.in princip.iun.glo.2.& ibi Cardina.in princ.& Vita.numer.1.de electio.& in hoc ſignificatu, accepit philoſophus, dum dixit de futuris contingentibus non datur determinata ueritas.

ſequitur quòd cauſa, quæ ab impetrante beneficium anno pacifice ab alio poſſeſſum exprimitur, non debet eſſe generalis, ſeu indiſtincta, uel ſimplex, dubia, aut confuſa, ſed in ſpecie, indiuidua, clara, expedita, & abſque ulla plica ſeu fuco. Addidit papa ad maiorem euidẽtiam, quòd talis debet eſſe hæc expreſſio, ut ex ea clarè conſtare poſſit, poſſeſſori annali nullum in beneficio ius competere. Ex pręmiſſis ſequitur, quòd malè uidentur intellexiſſe regulam noſtram Sarnen.q.39 & Rebuff.glo.13.dum dicunt, ut regulæ pareatur, ſufficere exprimatur poſſeſſorem, ſeu detentorem nullum ius habere, nulloque iuris titulo iuuari poſſe, ſed temere, & de facto detinuiſſe, nemo mihi perſuadebit hanc expreſſionem, uel illam & tanto tempore uacauit, quod eius collatio &c. quæ ultima clauſula fundatur ſuper capi.2.de conceſ.præben.de qua etiam in cap.2.ante fi.in cap.licet, &.c.ſeq.de ſupplen.negli.præla.& per Caſſa.dec.5.de præben.eſſe ſpecificam, & determinatam, ac ſufficere, imo rectè intuenti talis expreſſio apparebit indiſtincta, ſeu generalis, anceps, dubia, & talis ex qua nullo modo coniectura elici poſſit, an poſſeſſor uerè ius non foueat, & quare, & de quo iure impetrans ſentiat. Et præfa-
4 ta expreſſio erit ſimilis illi † libello in quo peto decem a Titio, ex quo eſt mihi obligatus, qui generalis eſt, nec continet actionem ſpecificam, quum obligationes ſint diuerſæ, & difformes, & propterea reiicitur.c.fi.de libel.obl.& ibi Innoc. Hoſtien.Abb.& alii.l.1.ubi Bart.& omnes.ff.de eden.Mar.Soc.in præalle.cap.2.de lib.obla.num. 49.Mea quidem ſententia expreſſio facienda eſſet hoc modo, uidelicet, Seius ſupplicat ſibi prouideri de beneficio tali, quod Meuius per annum cum duobus menſibus, uel circa occupatum, & nullo iure fulcitus detinuit, & detinet, ex quo per ſimoniam realem cum Titio cedentem commiſſam, beneficium aſſecutus fuit, ſeu in illo ſe intruſit, prout intruſus de præſenti reperitur. Vel ſic, ex quo impetrauit beneficium Siluii uiuentis, licet illine ad aliquot dies poſt impetrationem huiuſmodi ſucceſſiue idẽ Siluius obierit, & ſic contra Regulam ſupra 21.de Impe.ben.uiu. ſeu ex quo tempore intruſionis in dicto beneficio, uel inde ad paucos dies, matrimonium per uerba de præſenti, etiam poſtea forſan copula ſubſequuta, cum Claudia contraxit, ad gl.in.ca. 1.de cleri.coniu.lib.6.gloſſ.& docto.in cle.gratiæ de reſcri.Abb.in.c.1.de cleri.coniu.iſti dicuntur modi ſpecifici, & determinati uacandi & demonſtrationis non iuris poſſeſſoris, ſi cauſam hic pro modo uacandi iuxta opin.Sar.accipimus, uel ẽt accipiendo cauſam in impetratione.i.quare impetret, uel referẽdo cauſam ad illa uerba, ut cõſtare poſſit poſſeſſori ius non competere, ſi enim ſimoniacè intrauit, nullum ius habetur. c.inſinuatũ & ibi Fel.de ſimo.extra. pau.2.cũ deteſtabile. eo.ſeu ſi beneficium uiui impetrauit. Item ſi matrimoniũ cõtraxit, uacauit ipſo iure, & ipſo facto

benefi-

beneficium. & ſic ſimonia, ſeu matrimonium eſt cauſa, id eſt modus uacandi, uel eſt cauſa ut quis tale beneficium impetret, ſeu eſt cauſa, ut poſſeſſori nullum ius competat, ſeu illi non com
5 petere clare appareat, cauſa autem † quot modis accipiatur qui ſcire uoluerit, uideat per Hoſtien. in c. cum dilecti, col. 3. uerſic. & nota quòd cauſa multis modis, de accu. Bar. in l. demonſtratio. §. 1. num. 4. ff. de cõndi. & demon. per Mar. Soci. in tepe. c. audientiam. quæſt. 42. poſt. num. 49. de homi. & in. c. 2. in. 2. quæſt. num. 46. de libel. obla. De quatuor cauſis, & quòd uno modo cauſa dicatur ex quo fit aliquid cum inſit, ut æs ſtatuæ, & argentum phialæ. Alio modo forma, & exemplum; & de aliis modis uide per philoſophum Phiſico. lib. 2. ubi etiam ſubdit cauſas ad inuicem, & cauſas contrariorum. Quum igitur expreſſa, & determinata cauſa exprimi debeat, non ſufficit expreſſio per uerba uniuerſalia, ſeu generalia, vel alias clauſulas, de quibus per Sarn. & Rebuff. hic, ad tex. in. capi. 2. ante fin. de præb. lib. 6. Gemini. in capitul. quia periculoſum, poſt num. 4. uerſi. quòd ſi ſententia proferatur, & verſ. nota quòd vbi requiritur expreſſa mentio, de ſenten. excom. lib. 6. Abb. in. c. at ſi clerici, numer. 24. de iudi. Verum, quia hæc non procedunt abſque dubio, præſertim addita illa clauſula, non obſtantibus quibuſcunque, etiam ſi mentio ſpecialis, & indiuidua facienda eſſet, ad con. Bur. 2. Alex. conſil. 134. præuiſo themate lib. 1. & Feli. in. capi. nonnulli, in. 2. fallen. uerſ. addatis primo de reſcr. Caſſa. dec. 28. & 38. ſuper Regulis, Dec. conſ. 341. num. 1. & latè in. l. certum. num. 4. ff. ſi cer. peta: dato etiam quòd hæc clauſula (per eos qui ſapiũt addi ſolita) appoſita eſſet, adhuc in caſu noſtro dicerem mentionem de qua per Sarnen. & Rebu. ubi ſupra, non ſufficere, quia regula noſtra (ut aliàs probaui) inducit formam, quo caſu licet expreſſio per uerba ſimilia fieri poſſit, non tamen ſufficit expreſſio per uiam intellectus. Barto. in l. prætor ait, nume. 2 & ibi Pau. Caſtren. & Roma. ff. de no. ope. nunci. Feli. in c. translato. poſt num. 5. uerſic. & non ſequitur illud. de conſti. Pariſ. cõſ. 9. num. 6. ſeq. lib. 3. Cui autem conſtara debeat, poſſeſſori in beneficio nullum ius competere? reſpondet Sarnen. & bene, quòd papæ, & hoc ad effectum concedendi, uel denegandi, ſi enim papa uel ſignatura uidebit, expreſſum modum uacãdi ſeu cauſam pp quam beneficium annalis poſſeſſoris impetratur, prima facie, ſeu prima fronte concludere neceſſario contra poſſeſſorem, gratiã concedet, ſin minus denegabit. Ego uero uerba illa indiſtinctè hic prolata latius ſumi poſſe põdero, & ita ſumi dẽre de iure, argũ tex. in. l. de precio, & ibi Bart. in ſum. ff. de publi. l. imperator. ff. de poſtu. l. 3. ff. de offici. præſi. l. 1. §. generaliter. ff. de lega. præſtan. capi. quia circa. de priui. Dic igitur ſic, poterit conſtare, ipſi papæ (ut uoluit Sarnen.) Item ipſi iudici qui cauſam cognoſcet, & ſupple ut ſupra dixi, prima facie, primoque aſpectu.

Inſuper poterit conſtare ipſi poſſeſſori, qui ſibi ipſi conſcius aperte cognoſcet ſe deprehenſum nullum fouere ius. Demum poterit conſtare omnibus aliis, & intereſſe prætendentibus, & non prætendentibus, & ſic omnes, ſaltem præſumptiue cognoſcent an gratia concedi debeat, ſeu debuerit, & an impetratio fuerit iuſta, uel iniuſta, & dũ dixi an iuſta uel iniuſta fuerit impetratio & an iuſte, uel iniuſte poſſeſſor beneficiũ teneat prima facie, ſeu prima fronte cognoſci poſſe, ſeu præſumi, ceſſare facit ponderationem Sarn. quæ erat quòd iudici per ſolam expreſſionem in impetratione factam nõ poterit conſtare, an ius impetranti competat, uel ne, & ſic non poterit dici quòd uerba illa, ex qua clare poterit cõſtare &c. non reſpiciant iudicem, ſed ſolum papam, imo ſi hæc ratio, ſeu illatio eſſet uera, nec etiam papæ dicta uerba conuenirent, quia nec papæ clare propterea conſtare poterit, quòd competat ius impetranti, uel non, & propterea ego addebam prima facie, & prima fronte, & ſic non ſolum papæ, ſed & iudici, & detentori, & omnibus aliis conſtare poterit, ſimili modo loquendi, quòd conſtet prima facie, utitur Inno. in. ca. 2. in fi. de dila. & in. ca. fi. & ibi Abb. numer. 5. de libel. obla. Mar. Soci. in dicto. c. 2. poſt numer. 48. uerſi. item prædicta procedunt quòd non ſit neceſſarium exprimere cauſam remotam in reali, niſi ius reſiſteret prima fronte uendicanti, & poſtea num. 49. uerſic. ſed communis opinio hic, & in dicta. l. edita &c. Ex præmiſſis colligitur ratio expreſſionis faciendæ, de qua hic, ex quo conſtare poſſit poſſeſſori nullum ius competere, vel ne forſan uideatur eadem ratio cum dicto, contra tex. in. l. fi. & ibi Bar. poſt prin. ff. de offi. procu. Cæſar. & in. l. qui interrogatus. in prin. ff. de pet. her. gl. in l. 1. in uer. exceptione. in fi. ff. de exceptio. Bal. in. l. non omnium. ff. de leg. dicamus quòd ratio ſit ut papæ, & aliis de quibus ſupra, præſumptiue appateat poſſeſſorem non fouere ius, & impetrantem iuſtè ſupplicare. Item ratio, ſeu cauſa eſt iniuſtos impetrantes reprimere. Inſuper ne quis confuſe, & ſub inuolucro, ac ſub incerto poſſeſſorem annalem uexet, ſed diſcant poſſeſſorum annaliũ beneficia impetrantes, non niſi ex claro, & bono iure impetrationes ſuas obtinere, & poſſeſſores ex eodem ad iudicium euocare, prout ponderãdo prædicta uerba, ſpecificam & determinatam cauſam &c. dicit Sarnen. hic quæſt. 50. poſt num. 3. uerſ. diſcantque pariter. Amplius impetrans reſcriptum ſuper actu regulariter prohibito niſi in certis caſibus, debet exprimere, quòd ipſe eſt in aliquo illorum caſuum. Abb. poſt Inno. in. ca. ad noſtram. poſt numer. 9. de appel. idem Abb. in. c. quoad conſultationem, nu. 32. & ſequ. concludit non ſufficere expreſſionem in genere. Roma. cõſ. 324. in propoſito, num. 5. & ſeq. Fel. in c. ſuper literis, num. 17. in 10. regula, de reſcr. & ſubdit poſtea quod tunc non ſufficit quid in ſpecie narrare, ſed opus eſt qualitatem exprimere. Aliam uel

ſimilem

ſimilem rationem expreſſionis huiuſmodi faciē-
dæ, adducam infra. quæſtio. 82. ſuper illis uerbis
regulæ, nec alius quam præmiſſæ vacationis
modus, &c.

S V M M A R I V M.

1 *Regulæ huic, an derogetur, in qua parte, ſub qua forma,*
& quis ſit derogationis effectus?
2 *Derogationis regulæ de Annali formula.*
3 *Derogatio tollit legem, ſeu conſtitutionem præceden-*
tem.
4 *Expreſſa derogatio plus operatur quam tacita.*

SExageſimotertio, quæro, † an regulæ
1 huic derogetur, in qua parte, ſub
qua forma, & quis ſit derogationis
effectus? Ad primum quæſitum re-
ſpondeo affirmatiuè, & ſuppono ex
notorio ſtilo, regulæ de Annali in quacunque im
petratione, ſiue per obitum, ſiue per reſignatio-
nem, quæ in Roma. Cur. ſunt frequentiores, ſiue
in impetrationibus, quas certo modo nuncupāt,
ſiue ſimus in ſupplicationibus acceſſoriis, uel de
pendentibus, ſeu confirmatoriis, ſeu reualidato-
riis iurium dubiorum, ambiguorum, debilium,
uel infirmorum, prout ſunt oquæ prouiſiones,
perinde ualere, ſi neutri, & id genus, derogatio-
nem huius regulæ peti, & obtineri, & ignauus,
ac frigidus habetur, qui in ſupplicatione non
petit huius regulæ derogationem. Ad ſecundū
reſpondeo, quòd derogatio reſtringitur, ſeu limi-
tatur per ſignaturam, ſeu referendarios, uel alios
ſignaturæ præfectos, quoad primam partem. Ad
tertium dico, quod forma derogationis ſolita, quæ
in clauſulis, & ſic in ſecunda parte ſupplicatio-
nis, in clauſulis, incipientibus. Et cum abſolutio-
ne a cenſuris, & c. poni conſueuit, eſt hæc, uideli-
2 cet. † Et cū derogatione regulæ, de Annali. Ad-
dunt Referendarius, ſeu D. Datarius, uel illi aſſi-
ſtentes, qui hodie ſunt D. Iohannes Cotteſius, &
D. Iohannes Droet, in iis, & omnibus praxim ſup
plicationum concernentibus, ualde experti, clau
ſulam hanc, uidelicet; Quo ad eius primam par-
tem. Aliquando petitur, & obtinetur etiam de-
rogatio alicuius alterius Regulæ cancellariæ, &
tunc derogatio utriuſque ſimul ponitur, hoc mo
do, uidelicet; Cum derogatione, de ſubrogandis
collitigantib. & de Annali S. V. Regularū, ſeu &
cum derogatione de Annali poſſeſſore, ac de ſub
rog. collitigantib. S. V. Regularum, addit ſigna-
tura poſt illa uerba de Annali poſſeſſore, quoad
eius primā partem (ut dixi) poſt alia uerò, ac de
ſubro. collitigantib. addit, quia non in potentio-
rē. Hæc addenda ſunt ad Rebuff. in praxi benefi-
ciaria, in 3. par. ſigna. in uer. ac regula de Anuali,
pag. 126. Et adeo uulgaris eſt hæc petitio dero-
gationis huius reg. & pſata additio ad eam, ut ab
breui atores, imo ſimplices, & puri copiſtæ, utraſ-
que ex ſeipſis apponere ſoleant. Derogationes re
gularū cancellariæ uidere poteris in meo libello
ſigna. Gratiæ, ubi quib. regulis derogari ſoleat, &
per q̄ uerba, ſub tit. de deroga. regularum, ibi ē e
tracto, de derogationib. iuriſpat. & aliis deroga-
tionib. Quis aūt ſit effectus, & potētia dictę dero-
gationis, cū pſata ſolita additione, non oīb. ita pa
tet. & ad pdicta, & infra dicenda aduertant iunio
res quib. ſcribo, quia nullibi hæc, ita clarè tracta-
3 ta inuenient. † Derogatio tollit legē, ſeu conſtitu
tionem pcedentē, in ea parte in qua illi derogat,
remouetq; oē impedimentū, & uinculū, quod in
priore diſpōne erat. Bal. conſil. 495. q̄dā dña. col.
2. nu. 2. uol. 5. Soc. conſi. 52. ſup hac. col. 2. uerſ. ex
iis. & col. 3. nu. 4. li. 3. ubi de ſtatuto derogante, l.
hac edictali. C. de ſec. nup. Pariſ. conſil. 91. uſ pri-
mo. nu. 4. lib. 3. & tāto magis hæc pcedūt in dero
4 gatione † expreſſa, q̄ plus operatur quàm tacita.
Bar. in l. fi. in prin. ff. de legat. 2. pceptor meus D.
Phil, Dec. conſil. 10. uiſo puncto. nu. 7. Pariſ. conſi.
49. Gallaſſino. q. nu. 5. li. 3. Quū derogetur reg. de
annali quo ad eius primam partē, ceſſant oīa il-
lius requiſita, dico illius primæ par. & ſic prima
pars reg. ſtante derogatione hmōi, nihil nocebit
impetranti, illi primæ parti non obtēperanti, &
ſic patet, quod Sarnē. hic. q. 38. dū dixit, quod petens de
rogationē reg. debet narrare, quot annis poſſeſſor
bñficiū detinuit, malè loquutus eſt, ut dixi ſupra
q. 61. poſt nu. 1. ſi enim obtinet derogationē, hæc
expreſsio non eſt neceſſaria, & hoc iure utimur,
ſat eſt ſeruare alia a iure requiſita: poſſet defendi
Sarn. ſi dicamus, quod ſenſerit impetrantē teneri ex-
primere quot annis poſſeſſor detinuerit, ex quo
papa melius deliberare poſſit, an regu. derogare
debeat. Sed replicari pt, quod hæc expreſsio (ſuppoſi
ta derogatione primæ partis reg.) nec ab ea req-
ritur, nec à iure, intelligo extra caſus à iure requi-
ſitos, puta inter alios, quod de poſſeſſione alterius iu
ſta, uel colorata mētio fiat, ad conſil. Cald. 29. ſub
tit. de pb. c. cū nris. ubi oēs. de conceſ. pb. Fel. in c.
in nra. corte. 36. de reſcr. Imo. nego. quod papa diffici
lius cōcederet, imo paſſim (ut pluries dixi) & in-
diſtinctè derogari ſolet, Nec eſt opus oēs qualita
tes exprimere. Fel. in d. c. in nra corte. 24. ſufficiūt
n. expreſſiones à iure, uel ab hac, ſeu aliis reg. req
ſitæ. Quæ autē ſit hæc prima pars regu. dixi ſupra
in pſa. huius reg. & incipit à principio, uſq; ibi,
& infra ſex menſes, Et caueant iuniores ne iuxta
diuiſionem, quam Sarmenſ. dicit communem in
præfa. regulæ, in princip. & quæſtio. 7. & 78. num.
2. credant primam partem principalem durare
vſque ibi, & ſi poſſeſſorem ipſum, quia ſi hoc
uerum eſſet, quum limitatio ſignaturæ ſit quo-
ad primam partem, ſi prima pars ita accipien-
da eſſet, parum regula hæc operaretur, quia
non eſſet neceſſaria vocatio partis infra ſex men-
ſes, & expeditio cauſæ infra annum: dicendum
igitur eſt, ſecundam partem principalem regu-
læ, incipere ibi, & infra ſex menſes. Concludo,
quòd in uim derogationis ſolitæ, tutus erit im-
petrans non ſeruans requiſita huius primæ par-
tis,

tis,aliis autem partibus regulæ omnino parere debebit impetrans: tum quia aliis partibus ſupponimus non derogari, tum quia limitatio illa quoad eius primam partem,neceſſario infert aliis obediendum eſſe, excluſio enim obſeruantię primæ partis, includit tanto magis obſeruantiam aliarum, ad.l.cum prætor.ff.de iudi.cum uulga. Debebit igitur impetrans beneficium per annum pacificè poſſeſſum,infra ſex menſes poſſeſſorem citari facere,& ſententiam infra annum obtinere,princeps enim dum primæ parti derogauit, tacite obligauit impetrantem ad obſeruantiam præciſam aliarum,& ipſe impetrans ſimiliter ſe tacitè ad id obligauit petens derogationem primæ partis.

S V M M A R I V M.

1 *Impetranti obtenta derogatione primæ par. Regulæ in ſupplicatione, ſed in literis nulla facta mentione derogationis, nec ſeruatis requiſitis in eadem prima par. contentis, an obſtabit hęc regula?*

2 *Legi fraus fieri non debet.*

3 *Regulæ de Idio. derogatio per ſolam ſupplicationem probari poteſt.*

1 Sexageſimoquarto quæro an † obtenta derogatione primæ par. huius regulæ in ſupplicatione, in literis uerò nulla de poſſeſſione annali, & aliis de quibus in hac prima par. mentione facta, nec de huiuſmodi derogatione, an impetranti petenti gratiam canonizari, obſtabit hæc prima pars regulæ? Pro parte affirmatiua facit quòd literæ ſubreptitiæ non ſolum canonizari non poſſunt, imò impetrans carere debet commodo reſcripti.c.ſuper literis.cap.poſtulaſti cum uulga.de reſcr.literæ prædictæ ſunt tales nō facta mentione poſſeſſionis alterius,ad.c.cum in noſtris.de conceſ.præben.& ad regulam noſtram in.1.par.ergo commodo literarum carebit, præſertim non ſpecificatis his de quibus in hac regula. Accedit quòd derogatio regulę in ſupplicatione non releuat,niſi literis cum dicta derogatione expeditis, propter aliam regulam de Non.iudi. iux.for.ſup. Et ſupplicatio eſt quid informe, & imperfectum. Oldra conſil.326.quòd articuli,ante num.9.uerſi. Item quis dubitat. Rot.458.num.5.in no. Afflic. Dec Neapo.253.quo regii,colum.2.in princip.& in fin.& ſupplicatio habet tacitam conditionem,ſi literæ deſuper expediantur, conditione autem non exiſtente nihil ponitur in eſſe.l.cedere diem.ff.de uerb. ſigni.& ita impedire debet hęc conditio tacita,ſicut expreſſa,prout etiam dicimus tacitam conditionem natiuitatem obligationis ita impedire, ſicut expreſſam: gloſſ.magna communiter approbata in.l. item quia.ff.de pact. Bald. in.l. ſi ex cautione, prima, quæſtio.8.C.de non numer.pecu. Alexan.in.l.3. numer.2.ff.de lega.1. Amancl. de ela. aq. Sing. 35.caſus eſt quòd in debito.ubi ampliat dictam l.cedere diem. procedere etiam in conditione tacita. Deci.conſil.2.& pro tenui.numer.4. Inſuper non ſolum ſupplicatio non faciet fidem obſtante alia regula de Non iudi.de qua ſupra: imò nec poterunt aliæ literæ expediri, quia facultas conſumitur in primo actu, ſeu in prima uice. ad.l.boues.§.hoc ſermone.ff.de uerb.ſignifi.& ad ea quæ adduco ſupra in.7.quæſt.8.Regulæ,num.2.& ſeq. Et dixit Rebuff.in 3.par.ſigna.ſuæ praxis, in uer. cum derogatione ſtatutorum,nume.4.pag.138. quòd ſi in prima bulla non fuit derogatum ſufficienter ſtatutis, non poterit alia bulla expediri, niſi re integra tranſcribatur,& reformetur. Amplius aduertendum eſt,quòd pro literis quę expediuntur cum præfata derogatione, ſoluitur (ut audiui) plus quàm pro aliis, quæ ſine derogatione tranſeunt,uidelicet, una taxa ſcriptoribus apoſtolicis, & aliis officialibus, unde impetrans qui literas abſque derogatione huiuſmodi expediri fecit, uериſimiliter uoluit officiales in illa taxa fraudare,fraus igitur ſibi obeſſe, ac omni commodo quod aliàs ſi fraudem non commiſiſſet, reportaſſet,priuari debet.c.In noſtra.poſt mediũ, ibi niſi dolo, & fraude &c.de ſepultu.c.auaritiæ ibi,exquiſitis fraudibus vſurpare conantur.de electio.lib.6.c.ex tenore.& ibi Dec.in ult.not.de reſcr. Poſtremo ponderari poteſt,quòd ſi aliter Rota,uel alia tribunalia iudicarent,multum præiudicaretur Cameræ apoſtolicæ, & officialibus cancellariæ, omnes enim impetrantes obtentis derogationibus quibuſcunque, ſucceſſiue literas abſque derogationibus expedirent, ad euitandũ ſolutionem unius taxæ,poſtea vero quando eis obiiceretur in aliqua lite quòd non habeant derogationes,producerēt ſupplicationes, ad illas pro

2 bandum, & ſic fraus † legi fieret, uidelicet dictæ regulæ, de non iudi.iu.for.ſup.contra tex.in.l.hæres meus.§.ſi.ff.de condi.& demon.l.quod in conditionis. iun.gloſſ.in uer.non poterit.ff.de dona. cau.mor.l.1.§.ſed & conſtitutio,& §.pecuniam. ff.de calumnia.l.ſi ſponſus.§.circa uenditionem, ibi idcirco uenditionem commentus ſit, ut donaret &c.ff.de dona.inter ui.& uxo.& fraudaremur nos officiales cancellariæ, quorum maior pars, emimus officia multis pecuniis, magno labore, multoque ſudore acquiſitis. Contraria opi.eſt tenenda,& in praxi ſeruatur,ea ratione, quia regula de non iudi.iux.for.ſup. procedit,quando gratia petitur canonizari,& oſtenditur, ſeu producitur ſola ſupplicatio gratiæ, tunc enim obſtat,ſed quando literę ſuper gratia principali quę petitur canonizari ſunt expeditæ,ad effectum remouendi impedimentũ,ſiue ad coadiuuandum,ſeu probandum aliquam qualitatem ipſius gratiæ principalis,ſufficit producere ſupplicationem,ut uoluit Sarnen.quæſtio.7.numer.6. ſuper illa regula, referens cauſas ita deciſas. Et tanto magis proximè dicta procedunt, quando derogatio ad tollendum aliquod obſtaculum, eſt poſita in

ta in

tà in eademmet gratia prouiſionis, ſuper qua li-
teræ ſunt expeditæ, & quæ canonizari petitur,
ad tradi.per Caſſa.Deci.33.lata fuit, ſuper regu-
lis cancellariæ, colum.penul.a uerſicul.neque ob
ſtat quòd Rota teouit uſque, ad fio.Dec. Et pro
hac opin.negatiua in ſimili caſu ſuper regula de
Idio.cooclufit Rota in Vrgelleu.patro,de Rialp.
ſub die 6.Nouembris 1542.coram R.D.Decano:
in illa enim cauſa datum fuerat de regula, de nõ
indi.iur.for.ſup.ex quo in ſupplicatione proui-
3 ſionis derogatum fuerat † regulæ de Idio.in lite-
ris uero expeditis non fuerat appoſita dicta de-
rogatio, uoluit tamen Rota ſufficere quòd de de-
rogatione conſtaret per ſupplicatiooem. pro præ
miſſis uideantur quæ ſcripſi in 9.q. præfatæ regu
læ, de nõ indi.iu.for.ſup. ubi diſcutio an per ſup
plicatiooem probari poſſint qualitates, & circun
ſtantiæ ipſius gratiæ.

SVMMARIVM.

1 *Sex menſes de quibus hic à quo tempore currant.*
2 *Legislator quando uult idem ſtatuere exprimit.*
3 *Tempus quando a die actus currere incipiat.*
4 *Impetrationis tempus attendi pro numeratione ſex menſium de quibus hic.*

SExageſimoquinto iuxta 1.par.2.par.
prin.ibi & infra ſex menſes ipſum
poſſeſſorem ad iudicium euocari fa
1 cere, † quæro a quo tempore iſti ſex
menſes currant? Gloſſ. antiquus
colum.2.io fi.uerſic.item in quantum hic textus
dicit, concludit quòd a die impetrationis, nihil
autem quod ad rem faciat adducit, ut & bene
ponderat hic Sarnen.quæſt.67.ubi idem Sarnen.
poſt aliqua argumenta contraria, concludit cum
eodem glo.uno præcipuo fundamento, quod in
fi.dictę quæſt.pro ioconuincibili ſubiicit, idem
tenet etiam Rebuff.glo.14.in prin.nihil tamen al
legat. Quum ſcribentes hic teneant hanc opinio.
quòd a die impetrationis, ſequitur quòd hæc ſit
communis opin.quam ſequi omnino debemus,
præſertim cum eam ſeruet etiam Rota ex atteſta-
tione Sarnen.& ita ego indies ſeruari uidi. Ad-
uertendum tamen eſt, quòd fundamentum, ſeu
ponderatio Sarnen.nullius uideatur eſſe ponde-
ris, arguit enim ipſe hoc modo, moderna regula
intelligi, & declarari debet ab aotiqua. l.non eſt
nouum.ff.de legi. regula Eugenii quam deſcrip-
ſit in præfa huius regulæ num.5.loquitur per hęc
uerba, uidelicet a die impetrationis eiuſdem cõ-
putandos infra ſex menſes &c.ergo & hæc iuxta
illam intelligi debet, & ſic ceſſabit omnis diffi-
cultas. Vltra alia quæ contra hoc fuodameotum
Sarnen.adducere poſſem.reſpondeo negando q
ſimus in terminis illius l.non eſt nouum.& duarũ
ſeq.quæ loquuntur in legibus perpetuis, nõ tem-
poralibus, prout ſunt regulę cancellarię, quę cum
ſuo conditore expirant. Inſuper leges abrogatæ
pro decciſionibus cauſarum adduci, & allegari p-
hibentur.l.uni.poſt prin.& ibi glo. in uer.imagi-
nem.C.de lati.liber.tollen.l.uni. §. huic igitur. &
ibi gloſſ.in uer.neceſſe.in fi.C. de Iuſt.Codi.con-
fir.& re iam ſublata abſurdum eſt relinqui ima-
ginem, uel ſimilitudinem, Bal.io.l.de quibus.nu.
33.uerſicu.quo ad tertium.ff.de legi.poterit igi-
tur ſolum haberi in conſideratione dicta regula
Eugenii, pro declaratione, & deciſione cauſa-
tum, quæ habent tractum, originem, ſeu cau-
ſam de præterito, uidelicet a tempore quo ipſa
regula Eugenii uigebat, in auten.ut cum de ap-
pel.cogno.in princ. Bar.in.l.ſi ante.fi.uerſic.ſolu-
tio, aut quis uult allegare &c.ff.de fal.Feli.io.ca.
fraternitatis. num.3.verſic.quarto viſis, de hęret.
Inſuper non licet etiam ſumere argumeorum a
regula cancellariæ prædicta correcta alia, ratione,
uidelicet quia non erat in corpore iuris inſerta,
prout per Bar.in dicta.l.ſi.ad fi.ff.de falſ.per tex.
in.l.uni.cir.prin.C.de lat. liber. tollen. & per eun
dem Bar.in.l.1.nume 4 ff de coniun.cum eman.
2 libe. Rurſus, uerisimiliter eſt, quòd ſi † legislator
noſter uoluiſſet idem ſtatuere nunc, quod tunc
Eugenius Quartus ſtatuit, illud idem expreſſiſ-
ſet, ad.l.1.§ ſin autem ad deficientis. C.de cadu.
tollen.capit.ad audientiam.de deci.& hoc argu-
mento utitur gloſ.io.cap.uni.in uerſic. de poſtu.
præla.lib.6 glo.in c.ut circa.in uer.adherentes, &
in.ca.cupientes.§.ſi uerò. in diſcordia.in uer. pri
uentur. de electio.libr.6.& uideatur omnino per
Clau.de Seyſſel.qui pulchre limitat dictam.l.non
eſt nouum, in.l.ſi quis id quod.nume.21.ff.de iu-
riſ.om.indi. Quum igitur motiuum, ſeu ponde-
ratio Sarnen.non ſtringat, ſequitur quòd opinio
ſcribentium hic in ſola Rotæ obſeruantia funda
tur, & licet Rotę auctoritas magna ſit, & ſtilus Ro.
cu.faciat ius.c.quam graui. de crimi.fal.cum uul
ga.quando tamen poteſt aliqua lex, ſeu ratio ad-
duci, id ualde expedit, præſertim vt omnibus ra
tionibus ſatisfiat, & ne Rota, & Ro.cu.abſque le
ge, & ratione procedere uideatur. Quatuor mihi
nunc rationes occurrunt, quare neceſſario intelli
genda ſit regula prout omnes hic tenẽt, quarum
unam annuere videtur Sarnen. vbi ſupra.ſed non
probat concludentibus mediis, nec in ea perſi-
ſtit. Prima igitur ſit, quia illa dictio, &, ante illa
uerba, infra ſex menſes, poſita, copulat ſub ſimi-
li qualitate, & repetit, ſeu transfert qualitates
præcedentes in ſequentes l.nam quod.ff.de pen.
leg.l.Seiæ.§.Caio.ff.de fun.inſtr. ubi ſi Caio fun-
dos iuſtructos, & domum ſuperiorem lego, ue-
niet domus iuſtructa, licet illa qualitas in dona-
tione domus non ſit repetita, & ibi Bart.num.5.
dat exemplum, Titio ſi nauis ex aſia uenerit, & ſe
io lego fundum, fundus ſub eadem conditione
legatus intelligitur.idem Bart.in l.ſi ita ſtipula-
tus.§.Griſogonus. colum.3.ff.de uer.obli.Socin.
conſi.280.conſiderata.nu.2.lib.2.Grat.reſpon.1.
num.27.Dec.conſil 480.in caſu. numer.4.quum
igitur in.1.par.Regulæ cautum ſit, quòd impe-
trans

trans menſes ipſum poſſeſſorem euocari faciat, neceſſario interpretari debemus, ut numeratio fiat ab ipſa impetratione, & ſic a qualitate quã præmiſit. Altera ratio eſt, quia poſt illa uerba in impetratione, exprimere, ſequuntur alia uidelicet, & infra ſex menſes &c. relatio, ſeu repetitio, & illatio fieri debet ad proximiora, ad. l. ſi quis a filio, in prin. ff. de lega. 1. l. 1. §. deinde adiecit prętor, iun. gloſſ. in uer. ex ſuperioribus. ff. de poſtu. Alcia. in repe. l. uni. C. de ſenten. quę pro, eo quod inte. num. 38. quum igitur regula proximè, & immediatè loquuta ſit de impetratione, & poſtea ſubiiciat, & infra ſex menſes, non poteſt alia ſumi interpretatio, niſi ut a dicta impetratione, ſeu impetrationis tempore computemus, ſeu numeremus huiuſmodi ſex menſes. Tertia ſit, quòd hæc regula noſtra in hac. 1. par. 2. par. prin. diſponit ſuper tempore, reſpectu impetrationis bene

3 ficii anno poſſeſſi, tempus autem à die† actus currere incipit, quando lex de tempore reſpectu actus diſponit, l. annus. ff. de calumnia. l. ait lex. ff. ad leg. aqui. l. 1. §. dies. ff. de alen. libe. Signo. conſ. 81. in quæſt. poſt num. 6. uerſ. nam cum lex. Quar

4 ta & ultima erit, quia in dubio † impetrationis tempus inſpicitur, ſeu attenditur. c. cam te. de reſcrip. cap. ſi eo tempore, & c. duobus. eo. tit. lib. 6. Io. And. in. c. ad aures. poſt medium. eo. Rot. Bellemer. 754. ſuppoſita concluſione. Pariſi. conſil. 45. numer. 2. & conſil. 56. nume. 21. uol. 4. ſi igitur in iſtis beneficialibus impetrationis tempus tantum attenditur, & non id quod poſtea ſequitur, ſex menſes a die impetrationis, non autem expeditionis literarum, uel commiſsionis cauſæ, ſeu citationis decretæ numerabimus.

S V M M A R I V M.

1 *Citatio ſola infra ſex menſes executioni demandata, an ſufficiat pro implemento. 1. par. huius 2. par. prin.*
2 *Non plus exigendum quam lex exigat.*
3 *Prohibitus aliquem in ius uocare, eo ipſo quòd illum citari facit delictum eſt perfectum.*
4 *Citatio ſola iuriſdictionis perpetuationem inducit.*
5 *Dictio, ad, perfectionem rei, ſeu actus deſignat.*
Perfectum quid ſit.
6 *Pœnitere poteſt citari faciens ante ipſius citantis, uel citati comparitionem.*

1 SExageſimoſexto quæro † an ſola citatio infra ſex menſes executioni demãdata, ſufficiat pro implemento huius 1. par. 2. par. princ. Glo. antiquus hic colum. 2. uerſic. ideo quoad iſtam regulam, mouet dubium, ſed non figit pedes, latius igitur tractandum erit quæſitum hoc. Pro opin. affirmatiua faciunt adducta ſupra quæſtio. 35. a prin. uſque ad num. 7. Inſuper lex noſtra exigit tantum partis uocationem infra ſex menſes, non aliud infra illos menſes, unde non plus exi

2 gendum eſt, quam † lex exigat. ad. l. Gallus. §. uidendum, uerſi. nihil enim addidit, & ibi Bald. in 5. nota. ff. de libe. & poſthu. & Bald. in. l. uniuerſa colum. 2. ibi quia lex ubi non imponit onus &c. C. de praeci. impe. offe. l. in teſtamento 1. & ibi Bald. ff. de condi. & demon. Caſſa. Dec. 1. num. 2. de conſti. C. de formu. per totum. Lap. alle. 77. ra bellio, poſt numer. 6. ibi, nec alias, ſeu ulteriores ſolemnitates. Accedit quòd regula noſtra pœnalis eſt, unde quoad fieri poteſt reſtringenda eſt, nec quis pœnam incurrit niſi id expreſſum ſit. §. cum igitur, uerſic. ſin autem. ibi nec qualibet eſt lex aliquid tale dicens, in auten. de non eligen. ſecun. nuben. l. & ſi quis. §. idem labeo, in ſi. ff. de reli. & ſum. fune. Bal. in auten. ex teſtamento, col. ſi. uerſ. iſta allegatio &c. C. de ſecun. nup. c. is qui, primo reſp. in ſi. de ſenten. excom. lib. 6. Cur. iun. conſil. 119. pro clara. numer. 9. Amplius uidemus quod etiam in materia pœnali, & in delictis, ſi quis eſt prohibitus aliquem in ius uocare, eo ip

3 ſo quod illum † citari fecit, delictum eſt perfectum, Bar. in. l. quamuis. per illum tex. ff. de in ius uocan. idem Bart. in. l. amplius non peti. poſt nu. 6. uerſ. quandoque quis promittit in ius non uocare &c. ff. rem. rat. habe. capit. 2. iun. ibi tradi. per Mar. Soc. in 2. not. numer. 2. de lib. obla. Demum

4 habemus † citationem ſolam, nullo alio requiſito, operari perpetuationem iuriſdictionis. l. cum quædam. ff. de iuriſ. om. iudi. cap. ſi. de offi. lega. c. gratum. & c. licet. de off. dele. c. propoſuiſti. de fo. compe. Fede. de Sen. conſ. 97. quoniam ubi, & eſt declaratio dicti c. propoſuiſti. Et per ſolam citationem dicitur iudicium cœptum. l. & quia. & ibi gl. magna. ff. de iuriſ. om. iudi. l. ubi cœptum. iun. glo. ff. de iudi. prealle. c. gratum, iun. glo. 1. de offi. dele. ſat igitur uidetur eſſe, quod impetrans infra ſex menſes citari faciat, & ſic iuriſdictionem perpetuet, ac litem introducat, ac nihil ultra agat. Pro parte negatiua faciunt ea, quæ poſui ſupra in prealle. q. 35. num. 7. cum ſequen. Item quum regula requirat quòd impetrans infra ſex menſes, poſſeſſorem euocari faciat, debemus intelligere de uocatione in ſua perfectione, tanto ma

5 gis propter † dictionem, ad, ibi ad iudicium euocari facere, quę perfectionem rei, ſeu actus deſignat. l. non putabam. & ibi Albe. de Roſa. ff. de cõdi. & demon. iun. gl. in prin. Archi. in. c. presbyter in prin. ubi propter prępoſitionẽ, ad, dicit requiri ibi ętatem perfectã, 78. diſtin. ſequitur Oldra. conſ. 49. conſueuit dubitari. col. 2. in ſi. poſt nu. 5. uerſ. de ad, quod includat &c. cum Archi. tenet et Io. And. in c. ſi gratioſe. poſt prin. & poſtea nume. 4. ubi uult uiſitatorem datum uſque ad ordinationem epiſcopi, durare donec in epiſcopum fuerit ordinatus, de reſcript. libr. 6. Bald. in. l. ex arrali. poſt medium, ubi quod dictio, ad, denotat cauſam finalem, ſeu ſubſtantialem. C. de actio. em. ſequitur igitur quòd ut perfecta, finalis & effectualis, ac completa uocatio ad iudicium dici poſſit, requiratur quòd illa citatio ab impetrante beneficium anno poſſeſſum petita, per

iudicem

iudicem decreta, per nuncium curſorem, ſeu notarium executioni demandata, ad iudicium perueniat, præſentetur iudici, uel notario, ſeu utrique, compareat ipſe euocari faciens, ſeruet terminum dictæ citationis, aduerſariique contumaciam accuſet, quibus omnibus ſeruatis, ſeruata erit forma huius regulę citationem infra ſex menſes requirentis, & hoc caſu citatio, ſeu vocatio ad iudicium (quantum ad hos actus) perfecta dici poterit, quum nihil ultra (quantum ad ipſam uocationem attinet) poſt ſe expectet, alioquin ſi aliquid ex proximè ſpecificatis deſit, non poterit dici aduerſarius ad iudicium perfectè uocatus, quum perfectum dici non poſſit, cui aliqua particula deſit, prout per philoſo. in 5. Methapi. & li. 1. de cœlo, & mundo. ac per Lactan. lib. 1. de falſa religione. & per tex. in. l. ſi is qui quadringenta. §. quædam. ff. ad leg. falci. neque enim aut ullum balneum &c. capitul. quæ ipſis, ibi ex quibus omnibus ſi unum defuerit. 38 diſtin. capitu. nihil contra. ibi quia nec perfecta uideri poſſunt &c. 7. quęſt. 1. l. ſtipulatio. §. upus autem. ff de no. ope: nunci. ſic & totum affirmat eſſe Parmenides cui nulla pars deeſt, ut per Platonem lib. 9. cui titulus eſt Parmenides. Et illud perfectum dicitur quod ex omnibus partibus conſtat, ut dicit text. in. l. 1. ff de ori. iur. perfectum quid uide Luc. de Pen. in l. 1. col. 3. ante medium. C. de agen in reb. lib. 12. & Ludo. Gom. in §. fuerat, num. 28. Inſt. de actio. Hinc dicimus non uideri perfectam donationem mortis cauſam factam, antequam mors ſequatur. l. non uidetur perfecta. ff de mor. cau. dona. ratio eſt, quia reuocari poteſt, prout notat. ibi, & ponderat ad hoc tex. illum Signoro. de Homode. conſi. 8. quæſt. præſupponitur, ante ſi. uerſ. præterea probo, & hoc etiam faciet pro ſequen. fundamento. Perfectum tribus modis dici, uide licet ſecundum tempus, perfectum ſecundum naturam & uniuerſaliter, & ſummè perfectum uide magiſtrum ſenten. lib. 2. diſtin. 4. dum diſcutit an Angeli creati fuerint perfecti, an imperfecti. Rurſus in omni actu humano finis potiſſimũ inſpici debet, ad. l. ſi filia nupta. 1. reſpon. ff. fami. herci. l. ſi mater. in ſi. C. ne de ſta. defun. & Ariſto. in. 3. Metaphi. & alibi dixit finem eſſe perfectionem cuiuslibet rei, & omne agens, propter finem agere, finis autem uocationis alicuius ad iudicium eſt, uel ut ipſe citatus ad iudicium compareat, & ibi eum citari facientem inueniat, ab eoque citante certior reddatur coram ipſo iudice, quid ipſe citans, prætendat, deliberetque poſt ſit ipſe citatus, an cedere, uel contendere malit ad. l. ædita. cum materia. C. de edend. uel ſi non compareat, ipſo actore comparente, contumax, & inobediens iudicetur, ad. l. properandum. C. de iudi. Poſtremo citari faciens, ſeu citationem exe-
6 cutioni demandari curans † pœnitere poteſt, & pedem retrahere, maxime ante comparitionem in iudicio ſuam, uel citati, præalle. l. quamuis, & ibi Bald. & Alex. num. 4. & ſeq. ff. de in ius uocan, l. in criminali. iun. glo. in uer. inueſtito. C. de iuriſ. om. iudi. l. 1. iun. glo. in ſi. ff. de in ius uocan. Paul. Caſtren. in. l. ſi quis maior. C. de tranſa. & facit ratio text. in. l. ſi quis libellos. C. de appel. uidelicet ne iuſtè pęnitentibus humanitas amputetur. ca. fin. §. ſi quis libellos 2. quæſt. 6. Hoſtien. in cap. 2. colum. 2. uerſic. quid ergo ſi aliquis appellauit, de crimi. ſal. Rot. 402. ſi actor, poſt num. 2. verſicu. præterea ſuppoſito quòd reum feciſſet citari &c. in no. Belleme. 456. ſi P. ante ſi. Quid tenendum? Ego diſtinguerem ſic, aut ultima die ſemeſtris citatur poſſeſſor in Rom. cur. ad dicendum contra commiſſionem, & libellandum ad primam dië, & terminus per citari facientem debite poſtea ſeruatur, & dicerem citationem eſſe bonam, & regulæ paritum eſſe, ex quo infra tempus citatur poſſeſſor, licet terminus poſtea teneatur. Aut in quarto, uel quinto menſe ſimiliter in Ro. cu. ut ſupra poſſeſſor citatur, & poſtea terminus non ſeruatur, & putarem citationem euanuiſſe, & nihil operari, & ſic obſtabit regula. Aut citatio in partibus executioni demandatur, uel ultima die ſemeſtris, uel ante non curo, & licet die ſtatuta, ſeu die comparitionis faciendę per citatum, non reproducatur citatio executa, & crederem ſatisfactum eſſe regulæ, & pro iſtis duobus ultimis membris uideantur adducta per me ſupra in præalleg. quæſtio. 55. poſt numer. 10. uſque ad fin quæſiti.

SVMMARIVM.

1 *Citari ad quid debeat poſſeſſor ut regulę ſatisfiat.*

2 *Commiſſio in cauſis beneficialibus, & aliis ſummariis, loco libelli habetur.*

1 SExageſimoſeptimo quæro † ad quid citari debeat poſſeſſor, ut regulæ ſatisfiat? Quatuor opinio. ſubiici poſſunt, prima eſt quòd cum regula ultra non ſpecificet, ſeu declaret, ſed ſimpliciter, ſeu indiſtinctè loquatur, quòd infra ſex menſes poſſeſſorem ad iudicium euocari faciat impetrans, quælibet citatio continens aduerſarium comparere debere in iudicio, ſufficiat, puta ſi poſt titulum, ſeu expreſſionem litis hoc modo: uidelicet Bonon. parro. S. Andreæ dicatur, coram R. P. D. Fabio Acorambono, citetur N. ex aduerſo principalis ad comparendum in iudicio ad primam diem, Inſtante D. Bernardino Philotimo principali, quum enim non plus conſtitutio noſtra exigat quàm euocationem poſſeſſoris ad iudicium, nec nos plus exigere debemus, ſed ea quæ adduco in proxima præceden. quæſtio. numer. 2. Inſuper ſufficere videtur ſi dicat quod compareat, ſeu ſe pręſentet die tali, coram tali, prout in forma citationis delegati per Specul. de citatione. §. iam, de citatione quæ ſit, colum. 3. poſt numer. 10. uerſicul. mandamus quatenus, ibi apud talem eccleſiam, uel domum,

mum, per ſe, uel procuratorem ſuum ſe præſentet &c. Secunda adduci poteſt, ut aliquantulum exprimatur quòd poſſeſſor citetur ut compareat, ad ſe defendẽdum, uel ad reſpondendum de iure B. Spec. ubi ſupra, ibi peremptoriũ terminũ aſsignaueris reſponſuro de iure præsbytero &c. Mar. Soci. de citatio. art. 31. numer. 5. in 5. effectu. Tertia erit quod citetur poſſeſſor, ut die tali ueniat ad libellum recipiendum. Specu. de citatio. §. ult. dum de citationibus D. Auditorum Rotæ tractat, poſt num. 1. ibi compareat in palatio coram eo ad procedendum, uel ad libellum recipiendum &c. uel compareat reſponſurus libello. Mar. Socin. dicto art. 31. colum. 2. poſt medium, uerſic. ſi tamen aliquis fuit citatus ut ueniret ad reſpondendum libello &c. Et bona, ac ſufficiens uidetur hæc citatio, quia dum citatus comparebit, uiſo libello plenè inſtrui poterit, ac certior reddi, quid actor petat, & deliberare an cedere, uel contendere malit, ad l. edita. cum materia. C. eden. Quarta & ultima erit, quòd poſſeſſor in Ro. cu. exiſtens. citetur ad dicendum contra commiſsionem ad primam diem, ſeu ad dicendum contra commiſsionem & libellandum, & hæc citatio tutiſsima erit, & iuxta ſtilum antiquum & modernum, in Ro. cu. ſeruari ſolitum, nec in effectu hæc quarta opinio, ab illa tertia multum diſtat, ſi enim citatur ad dicendum contra commiſsionem, ex ea aduerſarius ſatis inſtrui, ac co-
2 niecturare poterit quò tendat actor, & † commiſsio in cauſis beneficialibus uel aliàs ſummariis, habetur loco libelli. c. prȩterea. & ibi Hoſtien. & Abb. ante nume. 3. de dilatio. Alex. conſil. 201. in cauſa & lite lib. 2. l. 1. & ibi Iaſ. poſt Bal. & alios poſt num. 5. uerſ. fallit in cauſis in quibus uel de iure &c. C. quan. libel. princip. dat. Mil. in reper. in uer. reſcriptum habetur loco libelli Mar. Soci. in c. 2. nume. 77. de libel. obla. Hier. Grat. reſpon. 12. nu. 9 & ſeq. lib. 2. & per alios quos citabo in præludiis commiſsionum. Et ſi huic citationi ad dicendum contra commiſsionem, addatur ad libellandum. i. ad dandum, ſeu producendum libellum, uidendumque illum per actorem dari, ſeu produci, firmior erit citatio, & illi de qua in 3. opin. conformis. Hæc quarta opi. tenẽda eſt, citationes enim de quibus in. 1. & 2. opin. nimis generales, ac incertæ, & dubiæ ſunt, & ſic citatus in incerto uagaretur, ad text. in l. aut qui aliter. §. ſi quis denunciauerit. ff. quod ui aut clam. Roma. conſ. 368. circa primum, nu. 8. Hyp. de Marſ. ſuper rub. C. de prob. nu. 368. & in repe. l. de uno quoque. nume. 143. ff. de re. iudi. Lap. alleg. 8. in fin. & text. in clemen fin. iun. his quæ notat ibi Cardin. in 5. not. & in fin. ut lit. pendent. Nec citatio de qua in 3. opin. mihi ſatisfacit, quia eſt contra ſtilum palatii apoſtolici, qui facit ius, ſeu pro iure habetur. capi. ex literis. ante fi. de conſti. Hoſtien. in capitul. bonæ memoriæ. uerſic. ſed eam quam, de poſtu. prala. Rot. 709. nota quòd ſtilus ſacri palatii in anti. Citationes uerò ad partes tranſmittendæ, & ibi executioni demandandæ diuerſæ ſunt inter ſe, ac præinſertas cauſarum commiſſiones continere debent, & alias habent formas a præmiſsis quæ in Ro. cu. fiunt, iuniores eas in formulario notariorum inuenient.

SVMMARIVM.

1 *Regulæ huic requirenti citationem poſſeſſoris infra ſex menſes, an per illius prȩſentiam in iudicio, ſatisfactum eſſe dicatur?*
2 *Citatio ſit ad finem comparitionis.*
3 *Præſentia & partis citatio a iure æquiparantur.*
4 *Citatio ubi requiritur per partis præſentiam ſuppletur.*
5 *Citatio & præſentia etiam quo ad ſtatuta æquiparantur.*
6 *Mandatum ad unguem impleri debet.*
7 *Procurator ad recipiendum mutuum, non poteſt confiteri ſimpliciter recepiſſe.*
8 *Procurator ad ſolutionem recipiendam an quietare poſſit.*
9 *Procurator ad exigendum non poteſt obligationem nouare.*
10 *Procurator ad emendum Codicem, decem, ſi uiginti expendit, & ſimpliciter conſignauit, non poteſt alia decem petere.*
11 *Mandatum impleri poſſe per id quod mandato uicinum ſit.*
12 *Mandatum excedere non dicitur id faciens, quod a mandato non multum diſtat.*
13 *Forma quȩ ad aliquem certum finem inducta eſt, poteſt per æquipollens impleri, dummodo ille finis ſequatur.*

1 SExageſimooctauo quæro, an † regulæ huic requirenti citationem poſſeſſoris infra ſex menſes, per illius præſentiam in iudicio ſatisfactum eſſe dicatur? Puta Petrus Nunens Hiſpanus poſſeſſor, parum ante finem ſemeſtris a regula hac ad ipſum citandum præfixi, fortè reperitur in Rota, qui coram aliquo D. Auditore ſeruat terminum in alia ipſius cauſa, quo ſeruato latitabit, & quamprimum poterit a Ro. cu. recedet, impetrans data ſibi opportunitate, non habens pœnes ſe curſorem qui talem citet, & ſic illum recedere permittit, dubitat ne amplius cũ ad iudicium euocari faciendi ſibi occaſio offeratur, inſtat coram eodẽ Auditore, cui etiam cauſa ſua commiſſa reperitur, ut parte præſente mandet iuxta formam cõmiſsionis procedi, uel quòd ſeruetur terminus ad libellandum, & articulandum, & id uel aliud obtinet, per quod regulæ ſatisfiat, ſeu per eundem iudicem aduerſarium moneri facit, quatenus prima die compareat ad dicendum contra commiſsionem, & libellandum. Pro opin. negatiuæ quòd regulæ ſatisfactum non ſit, facit, quòd regula citationem, ſeu vocationẽ poſſeſſoris pro forma requirit, & habet decretum

tum irritans,& eſt adiecta pœna ſi ſecusfiat,unde
p ęquipollens impleri non pôt,ſed ad unguem re
gulæ huic formam danti,parēdum ſit, proot hęc
omnia probaui ſupra quæſt.57.& ibi dictis addo
quòd diſtinctio Bal.in d.l.1.ff.de libe. & poſthum.
uidelicet, quòd aut ſtatutum requirit aliquid,
ſeu ſimpliciter ſuper aliquo diſponit, & non pro
cedit ultra expreſſe annullando, & tunc ſufficiat
per æquipollens impleri,aut ſtatutum ultra pro-
cedit annullando,& tunc quia eſſet de forma, &
non de mera demonſtratione, forma non imple-
ta ad unguem omnia corruerent, & hæc eſt ma-
gis communis opinio. ut teſtatur Iaſ.in dicta.l.1.
poſt nume.11.uerſic.& ſic diſtinctio Bald. magis
communiter approbatur.ff. de libe. & poſthum.
cum Bal.tenet etiam Alex.in l.fin.no.3.C.de pro
cu.Pariſ.conſi.19.numero 187.lib.2.patet igitur
quòd iuxta magis communem opin.concluden-
dum eſt,quòd uocatio pro forma a regula noſtra,
quæ ultra procedit annullando,requiſita, omitti
non poſſit,ſeu per æquipollens ſuppleri. Pro par-
te affirmatiua, quæ mihi æquior uidetur,facit q
2 †citatio fit ad finem comparitionis.ioan.And.in
cap.fin.num.4.uerſi.item cum effectus uocatio-
nis.de electio.lib.6.cum Ioan.And.tenet Bal. ſu-
per rub.C.de in ius uocan.& idem uoluit ibi Sa-
lyc.num.2.argu.tex.in l.1.in fi ff.de actio. empt.
Ludo.Roma.in l.1.col.2.in fi.nume. 7. ff. de arbi.
Inſuper nos habemus iura parificantia aliquem
3 eſſe†præſentem,uel eſſe uocatum.l.etiam.§. fina.
ibi præſente,uel ad agēdum a præſide euocato, &
l.in cauſæ.t.§.cauſa autem.ff.de mino.l. de uno-
quoque.in princ.& ibi per glo. & omnes ſcriben.
ff.de re iudi.quum igitur conſtitutio noſtra a iure
communi interpretationem recipere debeat, &
ius commune non conſtituat differentiam inter
uocationem partis ad iudicium,& pręſentiam in
ipſo iudicio,nec nos cōſtituere debemus. Tertio
4 indiſtinctè uidemus, quòd ubi † citatio requiri-
tur,ea per partis præſentiam ſuppletur. Bart.in l.
obſeruare.nu.4.C.de decu.lib.10.Bal.in l.1.num.
3.uer. item an præſens. ubi in libro meo deficit
non,ante uerbum citatus, debet enim dicere,an
præſens non citatus teneatur reſpōdere alioquin
eſſet de indubitabili.ff.de in ius uocā. idem Bal.
in auten.ſi omnes.co.2.ante fi.uer.tu dic.ante nu
me.9.ubi declarans illum tex.dicit eſſe intelligē-
dum,quòd illi erant pręſentes in ciuitate,non au
tem in iudicio,quia tunc non requireretur cita-
tio.C.ſi min.ſe ab hęre.abſti.Bar.& Saly.nume.2.
ſuper rub.C.de in ius uocan.Feli.in c.1.num. 19.
uer.nota etiam quod præſens.de iudi.& in c.gra-
tum.col.2.poſt num.4.uer.ſecundo præſens in iu
dicio non eſt citandus.de offi.deleg.Quarto & ul
timo etiam quoad ſtatuta (quibus regulæ cancel
5 lariæ æquipatantur)†citatio,& præſentia pro eiſ-
dem habentur, & ſtatuto citationem etiam pro
forma requirenti, per partis præſentiam ſatisfit,
Iac.But.in alleg.auten.ſi omnes.in prin. uer. ſta-
tuto cauetur quòd a die citationis, ſequitur ibi
Bal.nu.9.uer.& hoc facit ad quæſtionē. C.ſi min.
ab hære.ſe abſti.& Lud.Rom.in l.1.col.3.in prin.
poſt nu.7.uer.immo adde quod ſi ſtatutum. ff.de
arbi.Alex.in l.fi.col.pen.uerſ.& ſic habes notare.
C.de proco.Iaſ. in l.1.nu.3.& ibi ponit undecim
fundamēta pro hac opi.quod præſentia ſufficiat,
quæ ibi uideri poſſunt.ff.de in ius uocan. Proxi-
mè adducta ſatis pro hac opin.concludere uiden
tur,ſed illa diſtin.Bal.quæ magis communiter te-
netur,pro contraria opi.adducta,uidetur deſtrue
re omnia fundamenta præmiſſa,& quæ fieri poſ-
ſent.Conſiderabam ſubtilius (ut diſtinctionem il
lam euitarem)quod tribus modis reſpōdere poſ-
ſem(quantum ad quæſitum noſtrum attinet)pri-
mo quòd regulæ plenè,propriè, & uerè paritum
eſt per præſentiam,non autem per æquipollens;
ex quo a iure (ut dixi) fit hæc adæquatio citatio-
nis, & præſentiæ, unde eædem qualitates,& po-
tentiæ, & iidem effectus procedent a præſentia,
qui a citatione,& idem iudicandum erit de una,
quod de altera,ad l.1.& ibi Bar.& alios. ff. de leg.
1.Rui.conſi.42.circa primum.nu.1. uol. 5. Pariſ.
conſi.17.nu.3.& 4. uol. 4.quod etiam extenditur
non ſolum ad modum,& res, ſed etiam ad tem-
pus.Iaſ.io præalle.l.1.ff.de lega.1.nume.16. Rui.
conſi.61.num.35.uol.5. Et hoc modo concordan
tur opin. Docto.quæ aliàs rectè intuentibus con
trariæ apparebunt:diximus enim Iac.But.& alios
Docto.tenere ſtatuto requirenti citationem,alio-
quin actum irritanti,ſatisfieri per præſentiam, Di
cimus etiam iuxta diſt. Bal.in l.1.ff.de lib.& poſt-
hu.quæ magis communiter tenetur, ſtatuto, uel
alteri diſpoſitioni aliquid requirenti, quod ſi nō
fiat actum annullanti,per æquipollens pareri nō
poſſe,ſequitur neceſſario ſi opiniones iſtas con-
cordare uelimus, quòd Docto. ſenſerint præſen-
tiam non eſſe q.d æquipollens ad citationē,ſed ut
dixi idem operari eſſe præſentem,uel citatum eſ-
ſe,præſertim quia citatio inſtituta eſt, ut citatus
compareat,ſeu præſens ſit, ergo magis operabi-
tur præſentia,quam citatio.Secundo reſpondeo,
quòd dato,& non conceſſo,q non eſſet idem,prę
ſentem eſſe,& citatum eſſe, adhuc dicam regulæ
per præſentiam paritum, quia ſaltem negari nō
poteſt,quin implens per præſentiam,nō impleat
per quid citationi uicinum, immo per quid cita
tione ipſa fortius,& potentius, nos autem habe-
6 mus quod†mandatum diligenter cuſtodiri,& in
forma ſpecifica,& ad unguem impleri debet.l. p̄-
terea.cum duabus ſeq.ff.mand.c.cum dilecta. de
reſcr.ubi omnes.c.uenerabili.de offi.dele.c. piſa-
nis.de reſti.ſpol.& hæc eſt communis regula, ut p
Dec.conſilio 77.uiſo puncto.numero 2. Et nedū
forma mandati eſt obſeruanda in ſubſtantia, ſed
etiam in qualitate,ut eleganter dixit Bald. in ca-
pitu.cum ueniſſent.columna 3. de eo, qui mit.in
7 poſ.cau.rei ſeruan.Hinc dicimus† procuratorem
conſtitutum ad recipiendum mutuum, non poſ-
ſe confiteri ſimpliciter recepiſſe. Bartol. in l. 2. §.
creditum. ff.ſi certum petat. & in l. ſi debitorem,

ff.de noua. Anto.de But.& Abb.in cap. ſi cautio.
8 de ſi.inſtrum.ſic & † procurator conſtitutus ad ſo
lutionem recipiendam, quietationem facere non
poteſt, niſi id etiam ſic ſibi in mandato conceſ-
ſum. Roma.conſi.352.quæritur primo. nume. 3.
per tex.in l.non abſtulit. C. de noua. qui tamen
tex.magis probare uidetur quòd ultra quantita
tem exactam non poſſit quietare. & Ludo. Rom.
ubi ſupra ſequitur D.meus Phi.Dec.conſi.146.&
pro tenui.colum.penult.uerſicu.Tertio non obſt.
quòd de procuratore dicitur.quia primò reſpon
detur, quòd non habuit mandatum ad hoc, quã-
uis enim haberet mandatum ad recipiendam ſo-
lutionem canonis &c. Sic legendum puto cum
dictione, enim, non autem cum dictione, nõ, quæ
eſt in omnibus libris. Redeo ad illum tex. per Ro
ma. citatum, & alio modo reſpondeo, quòd gene
9 ralius probabit, quòd † procurator ad exigendũ,
non poterit obligationem nouare, ad conſi. Dec.
543.in caſu propoſito.nu.12.& pro præmiſſis ul-
tra Abb.in prælleg.c.ſi cautio, uideantur plures
additiones ibi poſitæ.in uer.ſi conſtitui.de ſi.in-
ſtru.& per Dec.conſi.146.& pro tenui.colum.pe.
ante fin.uer. tertio non obſtat, quòd de procura-
tore dicitur. Et uoluit Bald.in l.fina. C.de nego.
geſt.colum.2.in princip.nume.6.uerſicu.uenio ad
10 quæſtionem. quòd † procurator ad emendum Co
dicem pro decem, ſi expendit uiginti, quia tanti
ualebat, & plus, & ſimpliciter conſignauit librũ
ei pro quo emerat, non poſſit ultra decem pete-
re, per tex.ſingu.in l.qui aliena.§.libertos. ff. neg.
geſt. ſequitur Franc. Cremen. ſingu.72. ſi dedi ti-
11 bi mandatum, uidemus tamen quòd † mandatũ
impleri poteſt, per id quod mandato uicinum
ſit, niſi exceſſus ſit iniuſtus. l. iam tamen. §. in hac
ſtipulatione, ibi quaſi iuxta mandatum, ſi nõ mã
datum fuerit. ff. iudi.ſol.l.fina.in fi.ff. manda. glo.
in cap. licet ergo. 8.q.1. Hoſtien.in c.cauſam quę.
de re iudi. cum quo ibi Docto. communiter tran
12 ſeunt, ubi uolunt quòd non dicatur † mandatum
excedere, faciens id quod non multum a manda-
to diſtat, & quod actus mandato contiguus:, non
dicatur contra, nec præter mandatum, & idem
uult ibi Felin.nu.5.plura ad hoc adducens, & idẽ
Feli.in c.cum dilecta.num.12.in ſimi. Pariſ.con
ſil.20.gratia præſens.numer.19. uerſic. ſuadetur
etiam. uolum. 4. & hanc opin. dicit communem
Cur.Iun.conſil.19.uiſo ac diligenter num. 16.co
lum.8.ubi etiam uolunt faciendam eſſe extenſio-
nem ad ea, quæ dependent a mandato, quod e-
tiam dixit idem Cur. Iun.in l.diligenter.ff.man-
da.& præfatos ſequuta fuit Rot. Put. 63. incipiẽ.
In una Vlixbonẽ.ſub die. 29. Nouembris. 1540.
ubi fuit diſputatum ſuper quodam mandato, in
cuius fine dicebatur, quòd procurator poſſet ap
pellare, & grauamina proſequi uſque ad tertiam
inſtantiam. Tertio dixi ſupra, quòd citatio indu-
cta eſt, ad finem, ut quis compareat, ergo & regu-
la noſtra ad eundem finem tendit, ut poſſeſſor
13 compareat, quando autem † forma inducta eſt,
ad aliquem certum finem, poteſt per æquipol-
lens impleri, dummodo ille finis ſequatur. Barto.
& alii.in l.Gallus.§.& quid ſi tantum.ff. de liber.
& poſthu.Bal.in l.ſi duo patroni.§. ſi quis iurauc
rit.colum.2.ante numerum 2.ubi litera eſt corru
pta, & debet legi hoc modo, quandoque ergo cõ
ditio eſt appoſita ad proprium finem, & debet
impleri in forma, ſed aliquãdo ad certum finẽ, &
ſufficit impleri per æquipollens. ff.de iu.iur.idem
uoluit Pariſ.conſi.33.& ſi prima.numero 34. ubi
plures citat. & hanc opin. dicit eſſe communem
libro 6.& per eundem Pariſ.conſil.99. iſte Ioan-
nes.nu.16.lib.3.ubi optimè conſiderat pro caſu
ſimili noſtro, quòd ſatis dicitur ſeruata forma,
quando forma a ſtatuto tradita uirtualiter, & ef-
fectualiter ineſt in modo qui apparet ſeruatus in
implendo illam, licet ſuperficialiter alius modus
ſeruatus uideatur.

SVVMMARIVM.

1 Procuratoris per citationem, an 1.par. 2.par. huius regu le ſatisfiat?
2 Citatio prima a procuratore incipere poteſt.
3 Iudicium totum cum procuratore fundari poteſt.
4 Abſens ſi ſit principalis, procurator citari poteſt.
5 Principalis ſemper primo citandus eſt.
6 Intimatio appellationis principali, non autem procurato ri fieri debet.
7 Proteſtatio, ſeu denunciatio principali fieri debet.
8 Citatio, intimatio, ſeu proteſtatio prima nunquam procu ratori fieri debet, niſi in ſubſidium.
9 Ipſe, dictio, perſonaliſſima eſt.

1 SExageſimonono quæro, an † per procu
ratoris citationem ſatisfiat primæ
parti, ſecũdæ partis regulæ? Pro opi.
affirmatiua faciunt adducta in proxi
ma præced. quæſt. ubi concludo q̃ re
gulæ noſtræ ſatisfieri dicitur etiam per alia cita-
tioni æquiperata, & per ea quæ parum diſtant re-
quiſito a conſtitutione, ſeu ſtatuto formam indu
2 centi. Inſuper quòd † prima citatio incipere poſ-
ſit a procuratore, probat tex.in l.ſolent. circa me-
dium, ibi ſi conuocatis fauillæ heredib. procura-
toribuſue eorum &c. ff. de ali.lega. l.cum clericis,
& ibi adhoc notat Bal. poſt medium, uer. item no
ta hic de citatione procuratoris, quia etiam pri-
3 ma citatio poteſt incipere a procuratore &c. C.
de epi.& cle.& probat tex.& idem uult ibi gl. Sa-
ly. Alex.& alii in l.3.C.de procu. & licet per Bart.
ibi ponatur duplex praxis citandi, una q̃ princi-
palis citetur, altera q̃ procurator, & ipſe dicat q̃
prima uidetur melior, per hoc tñ non excludit
quin & ſecunda ſit bona, imo id ſupponit, & ita
uolunt ibi doc.& hoc modo intelligit Saly, & ſic
ſecunda praxis potius eſt conſilii, quo caſu quis
non cogitur illud ſequi. c.fin.4.diſtin. cap. omnis
homo.iun. glo. ibi, non enim eſt præceptum, de
conſecra. diſtinctio. 2.cum uulga.& ita ponderat
And. Barba. reſpondens ad dicta Bart. ubi ſupra.
conſi.

conſi.18.clementiſſimi.colum.4.nu.2.& ſeq.uer.
& ſi dicatur, q debuit citatio incipere, &c.lib.1.
Et quòd citatio incipere poſſit a procuratore, ut
ad primum decretũ deueniri poſſit, uoluit Bar.
in l.ſolent.num.17.ff.de ali. lega. uide per eundẽ
Bartol. in l.quamuis.colum.fin. ff. de dam.infec.
& in l. meminerint. per illum tex.C.unde ui. Et
3 q indiſtinctè totum iudicium cum † procurato-
re ſpecialiter, ſeu generaliter conſtituto, fundari
poſſit, & ipſe tantum citari, ipſique intimatio fie
ri debeat, probat clemẽ.cauſam.1.reſpon.ibi cũ
in appellati, aut procuratoris eiuſdem, &c. Rot.
Bellem.309.in executione, ibi quòd non potuit
procuratorem, uel principalem apprehendere, &
376.ſi impetrauit, & in no.413. fuit dubitatum
utrum procurator, ſequitur Cur.iun.conſi.63.nu
me.8.facit Rot.Biſigne.1.de dilatio. in antiquio,
ubi procurator generalis in principio citatus, ha
bet dilationes ad conſulendum ſuum principa-
lem: ſequitur Caſſa.dec.1. eod.titul. At ſi citatio
non ualuiſſet, fruſtra diſputandum erat, an dila-
tio concedi deberet, quia ſi non potuiſſet procu
rator citari, nec dilationi alicui locus eſſe potuiſ-
ſet. Et tanto magis prædicta procederent, ſi ſup-
poneremus procuratorem conſtitutum præſen-
tem, & acceptantem, quo caſu à tali citatio ſem-
per incipere poteſt, prout per Bald.in præalleg.l.
3.uerſi.ueritas eſt, quod ſi conſtat, &c. idem uult
ibi Salyc.& Alexand.poſt princ.C. de procura.&
ſi procurator citatus comparet, & reſpondet, om
ne dubium tollitur. Abb.in c.dilectus. nu.4 ibi,
& ſi procurator nolit reſpondere, non eſt dubiũ,
quòd ualebit iudicium, &c. de procura. Quod ſi
4 principalem à loco iudicii † abſentem ſuppona-
mus, expeditum erit procuratorem citari poſſe,
l.meminerint. poſt princ.ibi procuratoresq; eſſe
quærendos.C.unde ui.l.ſi dictum.§. ſi præſente,
iun.gloſ.in uer. procuratori. ff.de euictio.c. cau-
ſam, quæ.de dolo, & contu.ibi conuoceris procu
ratorem, ſi quem dimiſerit, & ibi glo.& doct. Bar.
in l. quamuis, numero 8. uerſicul. tamen hoc eſt
intelligendum.ff. de damno infecto. Bald. in di-
cta l.3. poſt princip. C. de procurator. uerſicul.
maxime abſente domino, ſequitur ibi Salyce. &
Alexand. ac Abb.in præallega. cap. dilectus, nu.
4.ibi, aut dominus eſt abſens, &c. de procurator.
Barba.dicto conſi.18.poſt num.22.uerſic.& plus
dico.lib.1.Deci. conſil.102.præſtantiſſime.nu.2.
Et pro præmiſſis etiam pondero, quòd partis
appellatione non ſolum uenit ipſe principalis,
ſed etiam illius procurator, ut per doctor. in c.
ſuborta. de re iudi.per Nicol. Mil. in ſuo repert.
in uer. partis appellatione, quem ſequitur Caſ-
ſa.dec.3.num. 3.de reſcrip.affirmans etiam Rotã
pluries tenuiſſe, quòd commiſſa cauſa alicui de
conſenſu partium ſufficiat hoc caſu conſenſus
procuratoris. unde regulariter non uidetur con-
ſtituenda differentia, an citetur principalis, an
procurator. Qui opin.negatiuã tenere uellet, ul-
tra alia fundamenta, quæ adducere poſſet, illud
præcipuè in medium afferet, uidelicet, quòd imò
5 † principalis ſemper primo citandus eſt, ſi inue-
niri poteſt.cap.1.ibi, ſed literis tuis quæſitus.qui
matri.accu.poſſ.c.cauſam quæ, & ibi glo.magna,
& c.ſi.ibi te peremptoriè citare procurent, & ſi
non poteris inueniri, &c. de do. & contu.l.memi
nerint, & ibi Cyn.& Bar. poſt numerum 4. uerſi.
quæro dicitur hic dominos locorum.C. unde ui.
Rot.48.ualet citatio.in princ. in no.Paul.Caſtr.
in l.ad peremptorium.nu.6. & ante.ff.de iudic.
6 Sic & † intimatio appellationis principali, non
autem procuratori fieri debet, clem. cauſam.§.in
timatio.fun.glo.in uer.appellatum, & ibi Cardi.
poſt Paul.& Zenzel.in 3.q.nu.4.de elec.& ibi etiã
Imol.col.pen.nu.78.ſup illa gl.in uer.appellatũ.l.
item ueniunt.§.petitam, per quem text.notat ibi
Bal.non ſufficere denunciationem factam procu
7 ratori.ff.de peti her.ſic, & † proteſtatio, ac denun
ciatio principali fieri debet, non autem procura
tori.l.aut qui aliter. uer.& ſi fortè non ſit cui de-
nuncietur.ff.quod ui, aut clã.l.4.§. p̃tor ait. & ibi
not. Bart. poſt nu. 16.uer.in contrarium uĩ caſus
hic.ff.de dam.infe.idem Bar.in l.non ſolũ.§.mor-
te.nu.61.uer.quæro cui debet fieri talis ꝓteſtatio.
8 ff.de no.ope. nunc.Et in ſumma prima † citatio,
intimatio, ꝓteſtatio, ſeu nunciatio nunq̃ procu-
ratori, niſi in ſubſidium fieri debet, & hoc uĩ tolle
re oĩa fundamenta contraria, prout probatur per
pall.l.aut qui aliter.uerſ.& ſi fortè.ff. quod ui aut
clam.d.l.ſi dictũ.§.ſi præſente. ubi denũciatio fa
cta ꝓcuratori p̃ñte promiſſore, qui de euictione
promiſit, & nõ ignorãte, eſt ualida, & promiſſorẽ
afficit, ergo à contrario ſenſu, aliud dicendũ eſſet
principali abſente, & ignorante.ff.de euict. Albe.
in d.l.4.§.p̃tor ait.ff.de dam.infec.col.1.uer. uidi
dubitari, ubi dicit citationem ad domũ debere
præcedere eam, q̃ fit procuratori, ſubdens ſe ita
obtinuiſſe. idẽ uult glo.magna.in princ.in c.cau-
ſam.1.& ibi docto.de do.& contu.cũ illa gl.tenet
Bar.dicens in prima citatione citandum eſſe do-
minum, non procuratorem, in l.1.nume.3.C.de
iu.reip.lib.11.Demum ponderari poteſt dictio,
ipſum, ut impetrans debeat infra ſex menſes ip-
ſum poſſeſſorem euocari facere in iudicium, &
non dixit ſimpliciter poſſeſſorem, ſed ipſum poſ-
9 ſeſſorem, † quæ dictio eſt perſonaliſſima, & ope-
ratur, ut non ueniat alius a nominato, per text. in
l.ipſe diſpice. C.de edend.l.reſtituta.§. pupillus
autem ipſe.ff.ad Trebellia. & §.fuerat. cum gloſ.
in uer. ipſe.inſti.de actio.ubi etiam uide Gomeſ.
q extendatur ad hæredes.theo. Bal.conſi.304.no
bilis uir.uer.& breuiter ſine argumentis. uolu.5.
quod dictũ pro ſingu.adducit Iaſ.in repe.§.diui.
in l.filiusfa.in 2.lectu.nu.151.uerſ.pro ampliatio
ne huius limitationis aduerte multum ſingulari
ter, &c. & ibi etiam Io.Fran.Rip.poſt numẽ.181.
uerſi.& idem ſi prohibitio eſſet facta.ff.de lega.1.
& facit illud Virgilii, lib. 2. Aeneid.Et ipſe doli
fabricator Epeus. & lib. 5. Deus ipſe faces, ani-
mumque miniſtrat. & Home.4. Odyſſeæ.

Ἀλλὰ τὰ μὲν τοῦ μᾶλλον ἐγ ἀντεδαι θεὸς αὐτός.
Et melius apud Paulum XIII. ad Hebræos, Ieſus Chriſtus heri, & hodie ipſe, & in æternum. Ipſe igitur poſſeſſor citari debebit, & nō procurator, uel alius, quòd ſi non perſonaliter, domi iuxta tex. in l. 4 §. toties. ff. de dam. infect. & c. cauſam, quæ de do. & contu. & utrobique per doct. prout infra quæſt. 71. num. 5. & ſeq. latius tangam. Vel in eccleſia cathedrali, ſeu in loco beneficii, clem. cauſam. §. quod ſi forſan, de elect. Rot. 228. uolue runt. in no. & 522. nota, quòd in cauſa. in antiq. & Belleme 414. quæ incipit utrum ſuper parrochia li, & deciſi. ſequen.

S V M M A R I V M.

1 *Mandati per productionem, per procuratorem poſſeſſoris, an ſatisfiat. 1. par. 2. par. regulæ.*
2 *Iudicium non inchoari per ſolam productionem mandati rei, contra quem cauſa eſt commiſſa, & citatio decreta.*
3 *Citari licet non debeat principalis abſens, citabitur tamen procurator præſens.*

1 SEptuageſimo quarto, † an per ſolam productionem mandati per procuratorem poſſeſſoris, ſatisfactum ſit huic. 1. par. 2. par. Regulę? Pro parte affirmatiua adduco Rot. 637 ſi aliqua. in anti. ubi quòd Auditor ante executionem citationis pro actore decretæ, procedere poteſt contra procuratorem rei mandatum habentem, & ita ēr dicit ſeruare Rotam, Belleme. deciſi. 155. ſi principalis. in fin. ubi quòd ex illo tempore procedi poteſt, & præſentia procuratoris, principalis præſentia habetur, & ſupra in 68 q. concluſum fuit, præſentiam poſſeſſoris ſufficere, ita dicamus præſentiam procuratoris ipſius poſſeſſoris ſufficere, tanto magis, ſi procurator mandatum producat. Adduci etiam poteſt Rota. 402. ſi actor præſens in no. ubi cauſa commiſſa ad inſtātiam actoris, ante illius executionem pductio mandari per procuratorem rei, operatur, ut iudex procedere poſſit, etiam ad ſententiam abſolutoriam contra actorem, & ita maior pars tenuit ut ibi. Pro opin. negatiua pondero, quòd per ſolam productionem mandati nullo modo
2 † iudicium inchoatur, nec aliquis propterea ad iudicium euocatus dicitur, neque productio mādati poteſt dici æquipollens citationi in hac materia, quod ſic probatur, nam procurator rei ante executam citationem comparens, iudicium non inchoat, integrum eſt enim actori pœnitere. l. quamuis. ff. de in ius uoc. l. in criminali. iun. glo. in uerſi. inuetito: C. de iuriſd. om. iud. c. ſi. §. ſiquis libellos. 2. q. 6. Item iudicium non incipit niſi a citatione, ut habetur in rub. de in ius uoca. Inimo in fortioribus terminis Sarn. in materia noſtra in 65. q. huius reg. uult, q̄ reus ex ſua comparitione, ita demū faciat, ut ſatisfactū ſit reg. q̄n reus citaret actorem, quia tunc bene inchoatur iudiciū, & probatur ratione, nam q̄n reus citat, nō eſt, quid imputetur actori non citanti: debebat igitur actor hunc procuratorem cōparentē citare, ſi uolebat oſtendere, ſe diligentia requiſita ad iudiciū inchoandum uſum, & ſic nullo modo talis cōparitio, uel mandati productio, citationi æquipollens dici poteſt. Nec obſtare uī, q̄ ex tunc p̄nte procuratore procedi poſſit, licet nōdum citatio executa appareat, r̄ndetur. n. q̄ p̄t ſi citetur reus, uel reus actorē citet, ſed non ex illo ſolo iudiciū cęptum dici poteſt, & hæc declarāt, & concordāt Dec. Bellem p̄all. 155. cum aliis. 456. ſi P. & 462. q̄ eodem modo incipit, ubi requiritur citatio, nā
3 licet non debeat tunc † citari principalis, qui eſt abſens, citari tamen debet procurator, qui p̄ns eſt ad effectum inchoandi iudicium. Quid tenendum? Hanc opin. negatiuam amplexa eſt Rota de menſe Nouembr. 1544. in Valentin. parro. inter Io. de Gais, & Vincentium Baſſa, corā bo. me. Io. Paulo Ptolomęo, in qua per maiorem partem concluſum fuit, q̄ ſola productio mandari poſſeſſoris, non deuoluat cauſam, ad effectum, ut principalis p̄ citato habeatur, & actor huic regu. quo ad poſſeſſoris uocationem, ſatisfeciſſe uideatur; tāto magis ſi mandati productio, iuxta antiquū Ro. Cu. ſtilum, ſit cum proteſtatione, q̄ nihil fiat niſi ipſo procuratore citato, & ſic procurator nō comparebāt, tāquam eius principalis citatus eſſet, prout conſideratum fuit in deciſione p̄miſſa, ſecus tamen dicebant ſi præceſſiſſet aliqua intelligentia executionis citationis, & ita intellexerunt deciſ. 402. in no. & illas Belleme. de quibus ſupra uideantur deciſ. Ptolom. prædicta, quæ eſt. num. 191. in 2. tomo & quæ dicam infra quæſtio. 73. Videri etiam poterunt Deci; Creſcen. 24. ſub tit. de iudi, incipiens, Confeſſio rei; quòd inter eum, & alium eſt lis. & Deci. Mohed. 12. ſub titul de renunciatio. alias 116. uel 146. incipiens, Inno. de dolo, & contum. deciſ. 402. Si actor præſens iniuria impetrat commiſſionem.

S V M M A R I V M.

1 *Impetrans, an immunis ſit ab hac regula, infra ſex menſes poſſeſſorem, ex quo ad eum nemo propter potentiā accedere audebat, euocari non faciens.*
2 *Citandus ſi faciat ne ad eum citatio perueniat, pro citato habetur.*
3 *Lis pro conteſtata habetur quando reus facit ne conteſtetur.*
4 *Vigilantibus non dormientibus iura ſubueniunt.*
5 *Citatio prima perſonalis eſſe debet.*
6 *Domi citatur qui perſonaliter non reperitur.*
7 *Citari quando quis poſſit in cathedrali, & eccleſia beneficij de quo agitur.*
8 *Citandi per edictum facultas in commiſſione obtineri ſolita.*
9 *Metus concludenter probari debet.*

Metus,

10 *Metus, an ſit probatus, uel ne, arbitrio iudicis committitur.*
11 *Metus probatio quoad decernendum citationem, per edictum exequendam, non requiritur ita exacta.*

1 SEptuageſimoprimo q̃ro,† an ſi poſſeſ-
ſor annualis, ex quo adeo eſt potens
terribilis, uel crudelis, ut nemo ad
eum citandum accedere auderet, in
fra ſex menſes citatus non fuit, im-
petrans immunis ſit ab hac regula, uocationem
poſſeſſoris infra ſex menſes requirente? Pro opin.
affirmatiua adduco regulam.l.ad ea.§.ſemper.ff.
de reg.iu.l.prætor.§.ſi quis paratus.ff.de no.ope.
nun.l.1.§.ſed & Ariſto.& ibi gl.1.dat concordan.
ff.quod ui aut clã.l.ſi ideo.in fi.& l.ſeq.uer.Simili
modo tenetur.ff.de euictio.c. quoniam frequen-
ter.§ porrò, ibi ſeu quia impedit, ut li.non conte.
clem.2.ibi, & ad partem citatam peruenir, uel
per eam factum fuit quominus ad eius notitiam
perueniret, & ibi Cardin.in 2.not & in 8.oppo. &
2 alii colligunt, quòd † citandus ſi facit ne citatio
ad eum perueniat, pro citato habetur, ut li. pen-
den.Rot.271.Si de mandato, poſt num. 2.ibi, vel
impediret quòd non poſſit ad eum citatio, aut
monitio huiuſmodi peruenire, in not. Sic & lis ꝓ
3 conteſtata habetur, quando per reum fiat ne † cõ
teſtetur.l.Si eũ. in fi. ff.ſi quis cautio. & illum tex.
pro ſingulari notat Bal. ibi in 6.not.Lud. Roma.
in ult.nota.& Iaſ.etiam in ult.not.num.9. & licet
poſtea dubdat, quòd non uideatur uerus intelle-
ctus ad illum tex.& contradicat, tamen poſtea nu
me.11.uer. tenendo tamen, dicit hanc eſſe com-
munem concluſionem, idem etiam uoluit Bal. in
l.mora, ante nu.3.uer.hæc eſt quædam.C.de rei
uenditio.idem Bald.in l.final.in princip. & Iaſo.
nume.14.uerſic.nam debes ſcire.ff.de eo per quẽ
fact.erit. Alex in l.ſi inſulam.colum.3.poſt nume.
12.uer.uno tamen caſu.Io.Franc.Balba.in tracta.
præſcrip.in 4.quæſt.princ.6.par.in 3. ſpecie præ-
ſcrip.poſt num.32.in 2.amplia: pro quibus uidea
tur Rebuf.de paci.poſſeſ.nume. 170.uer.ſed non
diceretur pacifice.& per And.Tiraq. de utro.re-
tra.§.4.glo.1.nume.8.& ſeq. pag. 388.& pro hac
opi.affirmatiua ualdè conferunt tex.in l. Lucius.
§.idem reſpondit, ſi per accuſatorem criminum
capitalium non ſtetiſſet quo minus &c.ff. ad mu
nici.& l.reus.ibi, niſi per ipſum ſteterit quomi-
nus cauſa intra annum expediretur. ff. de mune.
& hono.ſic igitur dicamus in caſu noſtro, ſi non
potuit poſſeſſor infra ſex menſes citari, pro cita-
to habeatur, uel ſaltem liceat impetranti poſt di-
ctos ſex menſes, illum quando facultas ſibi conce
detur, euocare facere. Pro opin. negatiua quam
ueriorem puto, pondero quòd regula noſtra re-
quirit uocationem poſſeſſoris infra ſex menſes, &
quia ultra procedit annullando, & pœnam in con
trafacientes ſubiiciendo, dat formam, quæ ſpecifi
cè, & ad unguem impleri debet, ut ſupra in aliis
quæſtionibus dixi. Sequitur, quòd ſi uocatio
partis, infra tempus ſtatutum non interueniat,
omnia corruere debeant. Inſuper impetrans in-
fra illos ſex menſes ſi uideat ſe poſſeſſorem euo-
cari facere non poſſe, debebat prorogationem hu
ius regulæ quærere, & obtinere, de qua proroga-
tione loquar infra q.76.cum igitur impetrans
4 negligens fuerit, nullo modo defendi poterit.† ui
gilantibus enim, non dormientibus iura ſubue-
niunt.l.ſumma.ibi, & licet creditori inuigilare ad
ſuum conſequendum.ff.de pecu. l. qui autem. §.
ſciendum.& l.pupillus.in fi.ff.quæ in frau. credit.
Dec.Neapo. Afflic. 190.pulchrum fuit. nume. 2.
Huc ſpectat uerisſima illa ſententia Platonis Dia
lo 7.de repub.uerſus fi. Laſſitudo, ac ſomnus di-
ſciplinis aduerſi ſunt. Rurſus (& ad hæc iuniores
aduertant) qui tenetur aliquem citari facere. de-
4 bet prius niti ut ille perſonaliter citetur.† l.1.§.
permittitur, ibi, ipſi marito, uel parenti in cuius
poteſtate eſt, uel ad domum nunciare.ff. de libe.
agno.l.ſcire oportet.§.oportet, ibi uel in faciem,
uel ad domum.ff.de excuſa.tuto. l. aut qui alter.
uerſi.& ſi fortè non ſit cui denũcietur. ff. quod ui
aut clam.cap.fin.ante fi.de do.& contum. Intelli-
genda ſunt iura prællega. rectè, & iuxta commu-
nem opin.de qua per Alex.poſt alios.in l.4.§.præ
tor.ff.de dam.infe.quòd non ſufficiat prima ui-
ce citare perſonaliter, uel domi, arbitrio citari fa-
cientis, ſed illa uerba ordinem denotent, ut perſo
naliter quis citetur ſi poteſt, alioquin domi, ut la
tisſime per Tiraquel.de utro.retra.glo.2.§.9.uer.
at maior pars.nume.44.pag. 478.& ſeq. Amplio
etiam ſtante ſtatuto, quòd quis citetur perſonali
ter uel ad domum, ut intelligatur ordine ſucceſ-
ſiuo, & ſic perſonaliter ſi inueniri poteſt. Rui.con-
ſil.68.quia petitur.uol.5.& ita ſtilus Rom.Cu.ha-
bet quòd prius quis pſonaliter citetur.Rot. 48.
ualet citatio in prin.in not. Paul.Caſtren. in l.ad
peremptorium.numero 5.& ſequent. ubi ſubdit
quòd ita ſeruatur in Cu.Roma.ff de iudic. idem
dicit Felin.in capitu.quoniam frequenter.§.por-
rò.poſt nume.20.uerſicu.nota etiam quòd audi-
tores, ut li.non conteſt.& præceptor meus Domi.
Phil.Dec.conſi.460.niſi puncto.nume.25.Quan
do uerò quis reperiri nõ poteſt, tunc domi citari
6 debet, & † citatio præuiis diligentiis de reperien-
do, tenet, & afficit, ſicut perſonalis, prælle.l.4.§.
prætor.ff.de damn.infec.& ita firmat Barto. ibi,
& illam diſtinctionem Barto. uidelicet, aut repe-
riri poteſt, & citetur perſonaliter, aut non, & ſuf-
ficiat citatio domi pro omnibus actibus iudicia
libus, Alexand.ibi, dicit eſſe magis communem,
quam diſtinctionem ſequitur etiam Abba. in ca-
pitu.cauſam.numero 5.de dolo, & contum. idem
uult Mil in repet.in uerſicu.citatio prima debet
fieri perſonaliter.& Lanfran.in capitu. quoniam
contra.in uerſicu.citationes.quæſtio.3.numero 3.
de proba. Quando autem dicatur quis perſona-
liter inueniri non poſſe, eſt duplex opinio, una
quòd, tunc quando citandus non eſt in ciuitate,
nec in prouincia. Altera fuit ex mente Innocent.

in capitu. penult. de eo qui mitti. in poſſesſion.
quæ uidetur uerior, de qua per Abba. in allega.
capitu. cauſam. numero 6. uerſicu. in caſibus autem.
cum iis, quæ poſtea ſubdit, & pro præmisſis
uideatur Tiraquel. ubi ſupra, & Marian. Socin. de
citatio. articu. 17. Poterit dari caſus quòd citandus
ſit ita potens, & formidandus, quòd nec perſonaliter,
nec domi abſque nuncii, ſeu notarii citantis
uériſimili periculo uocari posſit, tunc præſes
uel alius ius dicens adeundus eſt, ac contra talem
potentem ſaltem querimonia infra tempora
a noſtra regula ſtatuta proponi debet, iuxta tex.
in l. penul. poſt princip. C. de præſcrip. trigin. uel
quadra. anno. Vel & melius inſtari poterit coram
7 epiſcopo, ſeu loci uicario † ut in cathedrali eccleſia
ipſius beneficii de quo agitur ille euocetur, ad
ea quæ adduxi ſupra quæſt. 69. in fi. & facit text.
in cap. cum parati. de appel. Rot. Belleme. 309. in
executione citationis. Mil. in reper. in uerſicu. citare
in loco beneficii. Sed ponamus etiam poſſeſſorem
in patria ſua, ſeu loco beneficii adeo potétem
eſſe, & ab omnibus timeri, ut nemo auderet
aliquo modo illum citare, iuxta clemen. cauſam.
uerſi. uerum ſi propter appellati, de electio, quid
faciendum erit? tunc recurratur ad remedium de
quo in dicta clem. ut autem quis per edictum citari
posſit, neceſſaria eſt clauſula in commisſione
8 cauſæ, ſub iis uerbis, uidelicet † cum poteſtate dictum
N. omneſque alios, & ſingulos, etiam in executione
citationis præſentium uigore ad partes
decernendæ nominandos, etiam per edictum publicum
conſtito ſummariè, & extraiudicialiter
de non tuto acceſſu citandi &c. In uim dictæ, uel
ſimilis clauſulæ in reſcripto obtentæ, examinari
debent duo teſtes, & ſufficit per notarium ſolum,
iuxta ſtilum, & abſque interrogatoriis, nulloque
citato, quum nullus iam citari posſit, imo adhoc
fit examen, pro citatione, ſcilicet decernenda, licet
aliàs neceſſaria ſit citatio ad uidendum iurare
teſtes. l. ſi quando. C. de teſti. cap. 2. eo. Pro qua
clauſula, quòd decerni posſit citatio per edictũ
publicum & quid teſtes probare debeant, ut decerni
posſit, & qualiter citatio huiuſmodi demã
danda ſit executioni uidere poteris extra. Boni.
viii. rem non nouam. de dolo, & cõtu. inter commu.
& quæ ſcribo ſuper 4. commiſ. in uerſi. etiam
per edictum publicum. Igitur auditor cauſæ uiſis
teſtium depoſitionibus, citationem per edictum
decernet, concludere autem debent teſtes,
quòd propter potentiam N. citandi, nemo illum
in partibus citare auderet, ſeu in loco in quo
egit, & ipſe teſtis non accederet ad eum citandũ,
ſeu non conſuleret, quòd alius accederet, pro quauis
magna mercede, ſeu recognitione, & bonum
eſt ſi addatur, quòd ipſe teſtis ſcit, quòd aliàs tali
tempore quidam notarius, ſeu nuncius adiens
illum, qui nunc citandus eſt, ut eundem citaret,
fuit uerberatus, ſeu uulneratus ex illius mandato,
uel ſimilia concludenda ſunt. Verum aduertendum
9 eſt, quòd licet aliàs † metus concludenter
probandus ſit, nec ſufficiat probare minas.
l. metum. C. quod met. cau. & l. metum autẽ.
non uani. hominis, cum aliis. ff. eod. l. metus autẽ.
ff. ex qui. cau. maio. l. interpoſitas. & l. tranſactionem.
C. de tranſact. cap. Abbas. & cap. ad audientiam.
de his quę ui metuſue cau. Calde. conſil. 1.
eod. tien. firma tamen concluſio eſt, quòd iudi-
10 cis committitur arbitrio, an † metus ꝓbatus ſit,
uel ne. eſt tex. nota. in præalleg. l. metus autem. in
fi. ff. ex qui. cau. maio. Innoc. Anto. de But. Abb.
& alii in cap. cum dilectus. quod met. cau. Bald.
in l. 2. C. de his qui per met. non appella. Calderi.
præallega. conſilio primo, quod met. cau. Bald.
Alexan. & alii. in dicta. l. interpoſitas. C. de tranſa.
præceptor meus D. Phi. Dec. qui plures adducit.
conſi. 219. uiſo puncto. num. 3. colum. 2. in princ.
& hanc eſſe communem opin. teſtatur Pariſ. conſil.
60. agitur in præſenti. num. 25. uerſicu. & ideo
concluditur. uol. 4. & quantum ad rem noſtram
11 attinet, metus probatio † non requiritur ita exacta,
pulchre per Bellem. dec. 625. ſi habui, ubi plura
ad probationem non tuti acceſſus. Rot. 692.
no. quòd aliquoties, in fi. in anti. Staphi. ſuper ſigna.
fol. 168. iuxta primam impresſionem. uerſic.
qualiter autem debeant deponere teſtes ſuper
non tuto acceſſu &c. Pro quibus uideatur omnino
Caſſa. dec. 1. de appel. & per eundem in omnibus
dec. de do. & contu. excepta ultima. in prædictis
locis inueniri poterunt omnia, quæ in hac citationis
per edictum materia deſiderari poſſunt.
Ego autem addo pulchram deciſionem per R.
Domi. de Rota, coram bonæ memoriæ. Achille,
ſub die Lunæ. 20. Maii 1549. factam, in cauſa
Aſtoricen. canon. & præbend. inter *Franciſcum*
Beltram, & Petrum de Ramales: duo teſtes deponebant
nolle exequi aliquas literas apoſtolicas
citationis, & inhibitionis contra Petrum, attento,
quòd Marchio Aſtoricen. dominus temporalis
præſentauit dictum Petrum, & uigore illius
præſentationis fuit ſibi facta ꝓuiſio, & quòd
eſt publica uox, & fama, quòd canonicatum, &
præbendam poſuit in confidentia, & ei fauet, &
propterea uériſimiliter credunt quòd intimare,
aut exequi dictas literas, aut alias literas apoſtolicas
contra dictum Petrum, eſſet periculoſum,
concluſerunt R. D. de Rota teſtes præfatos
probare non tutum acceſſum. Ex præmisſis, &
ex clemen. 1. de iudic. patet, quòd iſte impetrans
poterat, & debebat euocari facere per edictum,
ut ſupra, ſi perſonaliter, uel domi, ſeu in eccleſia
cathedrali, & eccleſia beneficii citari facere
non poterat, ꝙ cum nõ fecerit ſibi imputet, cum
potius imbecillitate, quàm facto alicuius impeditus
dici posſit. ad l. primã. §. finali. ff. quod
ui aut clam.

SVMMARIVM.

1 *Annus de quo hic. in 2. parte principa. a quo tempore currat.*

2 *Ex tunc, articulus extremitatem temporis ſignificat.*
3 *Actori non dantur induciæ preparatoriæ.*
4 *Dilationis cauſa finita, dilatio finitur, etiam, ſi totum tempus non ſit lapſum, & num. 3.*

SEptuageſimoſecundo, ibi, cauſamq; ex tunc deſuper infra annum, &c.
1 quæro † à quo tempore currat annus, de quo hic in 2. par. 2. par. p̄tincipalis? Tres opiniones adduci poſ
ſunt. Prima eſt, ut annus de quo hic currat a die impetrationis beneficii anno poſſeſſi, quã quinque fundamentis corroboro. primum ſit, prima, & ſecunda pars huius regulæ terminatur ab illis uerbis, debeat, & teneatur, ut ſenſus ſit, impetrãs beneficium anno pacifice poſſeſſum, debeat, & teneatur nomen, & gradum &c. exprimere, ac debeat, & teneatur cauſam infra annum, uſque ad ſententiam proſequi. In impetratione faciendæ ſunt illæ expreſſiones, & termini ſucceſſiuè aſſignati ab eadem impetratione currere debent, ut una terminatio, plura terminabilia reſpiciens, omnia pariformiter terminet. ad. l. nam hoc iure. uerſicu. ſed ſi alter. ubi omnes. ff. de uulga. l. 2. & l. quamuis. C. de impu. Ang. conſil. 143. tria uidentur. ante fi. ubi ampliat ad interpretationem ſtatutorum. c. maiore. §. cæterum ex ui. ibi & ob hoc tota auctoritas hic intelligenda eſt, de adultis, ne ad alios prima, ad alios ſecunda clauſula, referatur, de baptiſ. l. in teſtamento prima, & ibi Iaſ. late. in 2. not. num. 5. C. de mili. teſtam. Secundum fundamentum ſit, terminus ſex menſium ad poſſeſſorem euocari faciendum, iuxta omnium ſententiam a die impetrationis currere incipit, una autem pars conſtitutionis, ſeu diſpoſitionis alteram declarat, ad. l. qui filiab. in prin. ff. de lega. 1. l. cum proponebatur. ff. de leg. 2. Abb conſil. 36. col. ult. lib. 1. hæc igitur ſecunda pars regulæ ſecũdæ partis principalis, ab illa prima parte, ſeu ab illius declaratione interpretationem recipiat, & ſicut illa a die impetrationis incipit, ita & hæc. Tertio per hanc regulam reprimuntur improbi lites exquirentium motus, ut in præfa. regulæ, & ſic ad fauorem poſſeſſorum annalium, ad fauorẽ publicum, & ad fauorem animarum, interpretatio igitur facienda eſt, ut quoad fieri poteſt tales ſic impetrantes coarctentur, & excludãtur, etiam ſi uerborum proprietas aliud ſuaderet, propter fauorem enim publicum plerunque a communibus interpretationib. recedimus. ad. l. ſi quis ingenui. §. utrum, ibi poterunt poſtea hoc, &c. & ibi Bar. ff. ad Sylleni. poſt nu. 4. uerſ. in contrariũ eſt caſus hic. quem ſequitur Rui. conſi. 2. poſt nu. 8. uerſicul. cum actus principaliter geſtus ſit permiſſus in fauorem publicum. uol. 5. idem Bar. in l. 2. §. exercitus. ff. de his qui notan. infami. & in l. quemadmodum. num. 4. C. de agri. & cenſi. lib. 10. Alexan. conſi. 4. uiſis. num. 9. uol. 5. Dec. conſi. 352. uiſo puncto. nume. 1. Quarto regula hæc diſponit intuitu actus impetrationis beneficii ab alio anno pacificè poſſeſſi, ut colligitur ex prohemio, & diſpoſitiua huius regulæ, omnia igitur q̃ ſubiiciuntur, omniſq; in regula contenta intuitu illius actus impetrandi ponuntur, conſequenter omnes termini hic aſſignati ratione, & intuitu illius actus, a die ipſius actus currere incipiẽt. ad. l. annus. ff. de calumnia. l. 1. §. dies. ff. de libe. agno. l. ait lex. ff. ad leg. Aqui. Quinto & ultimo habemus declarationem Samen. hic. q. 66. nu. 2. qui ita ſentire uidetur, dum dicit, quòd illa uerba, cauſamq; ex tunc deſuper, connectuntur prioribus, ratione dictionis, ex tunc, quæ extremum cõiungit, & tempus impetrationis reſpicit, per tex. in c. ſi eo tempore, de reſcrip. lib. 6. Breuiter hanc opin. nunquam Rota recepit, tranſeamus igitur ad aliam. Secunda opin. eſt, quòd annus computari debeat a fine ſex menſium, ad poſſeſſorem euocari faciendum ſtatutorum, hoc ſuadet articu
2 lus ille † ex tunc, extremitatem temporis ſignificans. c. paſtoralis. iun. glo. in uer. ex tunc, quæ exponit poſt terminum ſtatutum a iudice, & finitũ, c. perſonis. ubi glo. fi. exponit ex tunc. i. poſt terminum elapſum, & c. ſuper eo. 2. ubi etiam Abb. ante num. 12. de appel. c. quam ſit. iun. glo. in uer. ex tunc, & c. cupientes ubi glo. declarat ex tunc. i. lapſo prædicto menſe, de electio. li. 6. c. inſuper, & ibi glo. in uer. ex tunc. de appel. eo. lib. clem. 2. iun. glo. in uer. ex tunc, quæ ſupplet, ſcilicet anno elapſo, de æta. & qual. ele. 1. ubi glo. in uer. ex tũc declarat. i. lapſo termino, de iurepa. c. licet. ante fi. ibi ſciturus ex tũc anathematis te uinculo ſubiacere. de noto. Sequitur iuxta præmiſſa, quòd cũ ſtatutus ſit terminus ſex menſium ad citari faciendum, appoſitis uerbis, cauſamq; ex tunc deſuper infra annum, &c. quod annus currere incipit poſt finem illius ſemeſtris, & pro deciſione noſtri quæſiti eſt tex. in l. uxori uſumfructum uillæ. ff. de uſu. lega. ubi legatur uxori uſusfructus uillæ ad quinquennium, quo peracto, tunc uilla prædicta, ſeu fundus in quo uilla erat mandatur dari libertis, uxor infra quinquennium deceſſit, & ſic uſusfructus finitus eſt. l. neceſſario. §. fina. ff. de peri. & commo. rei uendi. § finitur autem. Inſtit. de uſufru. quærit ibi Scæuola, an iam. i. a tempore quo uxor deceſſit, an uerò impleto quinquennio proprietatis, ſeu uillæ, uel fundi petitio libertis competat? reſpondet poſt completum quinquennium fundum ad libertos pertinere, & hoc propter illam dictionem, tunc, ſimilem noſtræ, ſeu eiuſdem effectus. ita dicamus, dato, quòd citatio infra ſex menſes facta ſit, non currere tempus anni, niſi finitis ſex menſibus; Item illi ſex menſes ad poſſeſſorem euocari faciendum, non ad hoc ſolum dari uidentur, ſed etiam ad expediendum literas, illiſq; expeditis ad cõmittendum cauſam, ac ut ipſe actor ſarcinulas cõponere poſſit, & ſe futuræ liti præparare, ſibiq;, & cauſæ monẽdæ conſulere, cũ † ipſi non detur poſtea aliæ induciæ præparatoriæ. l. pen. §. fin uerò. C. de tempo. in integ. reſt. c. induciæ. §. ei autem, & ibi gloſ.

in uer.deneganda.3. quæſtio. 3. Specul. de præ-
pa. iudicio. poſt princip. uerſicul: circa partes.
nume.2.unde illud tempus ſex menſium impe-
tranti conceſſum, minui non debet, argumen-
to text.in l. proſpexit.§.ſextus.ff qui. & á qui. In-
ſuper negligens, qui finem ſex menſium ad ci-
tandum expectat, melioris eſſet conditionis,quã
diligens, qui in principio ſex menſium citari
fecit, contra text.in l.qui autem.§.ſciendum. & l.
pupillus.in fine.ff.de his.quæ in fraud. creditor.
Amplius ſi dicamus actori impetranti non cur-
rere tempus poſt ſex menſes, concludemus tem-
pus currere ſcienti, ſi uerò a die citationis dice-
mus currere ignoranti, contra text. in l.annus ff.
de calumnia.l.quãdiu.& ibi Bald.C. qui admitt.
& ad ea,quæ ſcripſi ſupra quæſt.53.nume.2. & 4.
ponamus enim impetrantem citationem tranſ-
miſiſſe pro citando aduerſario, poterunt uériſi-
militer menſes aliqui præterire, antequam ipſe
ſciat, ſeu certior reddatur an citatio executioni
demandata fuerit,& quando,& qualiter,ipſe au-
tem poſſeſſor certus erit, & ſic actoris. & rei non
erit par conditio,contra tex.in l.non debet acto-
ri.ff.de reg.in cap.nouit ille. uerſic.nec ſi illud.de
iudi.cap. prudentiam.uerſicu.nos uerò,de mut.
petitio. Præterea ponamus poſſeſſorem domi ci
tatum eſſe, uel in eccleſia cathedrali, & eccleſia
beneficii ſuper quo agi debet, ſeu in locis uici-
nioribus per edictum, conſtito de non tuto ac-
ceſſu (quibus modis poſſeſſorem citari poſſe, in
proxima præceden.quæſtio.firmaui) poſſet impe
trans ad omne dubium tollendum expectare il-
lis ſex menſibus,ut interim eundem poſſeſſorem
perſonaliter,pro maiori proceſſus faciendi ui, &
efficacia citari faceret, unde ſi a die citationis
annus incipit,cogetur. uel periculo ſe ſubiicere,
nõ niſi perſonaliter citari faciens fortè expectan-
do finem ſemeſtris;quod qui faceret fatuus eſſet,
ita ſcarctando ad text. in l. 2. uerſicul. ſi quis ta-
men cum poſſet. ff.ſi quis cautio. uel faciens ci-
tari prius ad cautelam domi, uel per edictum,
tempus dicti anni ipſemet ſibi ſubtrahet, ſi ab
illa citatione annum dinumeremus. Rurſus ſi-
cut lex, ſeu ſtatutum ab alia lege,ſeu ſtatuto de-
claratur, ampliatur, & limitatur. ad l. ut grada-
tim, ibi,& ita reſcripto diui Marci. &c.ff.de mu-
ne.& hono.l.fina.C.qui teſtamen.face.poſſ. Pariſ.
conſi.157.nobilis.num.39.uolum.4. ſi nos aduer
tamus ad modum loquendi regularum, uidebi-
mus quòd ubi ſtatuunt certum tempus, ad ali-
quem actum faciendum,& ſucceſsiuè aliud tem-
pus, ad alium actum, ſi nolunt ſecundum tem-
pus a fine temporis primi computari,ſed ab ex-
plicatione actus,id exprimunt,prout patet in re
gula de diligentiis,ſeu de inſinuatione, & publi
catione, quæ (dum expectatiuæ conceduntur)
ab omnibus eadem publicari ſolet. Poſtremò
quaſi omnia fundamenta,quæ Sarnenſ. hic quæ-
ſtio.68. pro alia opinion.quam ſubiiciam facie,
æquè, immo potius huic opinioni, quam tertiæ,

quam ſubdant conueniunt. Tertia opinio fuit
gloſ. antiqui hic, quod annus incipiat a die ci-
tationis executæ, & poſt multa argumenta Sar-
nenſ. hic dicta quæſtio.68.cum eo reſidet, & in
fine, dicit ſe putare, quòd ſi poſſeſſor infra ſex
menſes citetur, ſtatim facta citatione incipiat
annus ad finiendam cauſam. Ego libenter ſub-
ieciſſem reſponſiones ad omnia fundamenta Sar
nenſ. quorum aliqua in illius libro annotaui,
ſed cum perceperim Rotam, tam tempore anti-
quo, quàm moderno tenuiſſe, annum a die uo-
cationis incipere, nolui amplius me in ſcriben-
do, alios uero in legendo grauare. Audiui enim
id concluſum fuiſſe,de menſe Maii. 1540. in Lu-
can. parro. de Granino coram bon. memo. Hie-
ronym. Veralio tunc Rotæ Auditore, pro Anto-
nio Viagitto, contra Iulianum Caroli, & poſtea
idem deciſum reperi de anno 1544. in illa Va-
lentin parrochiali, de qua deciſione loquutus
ſum, ſupra quæſtio.70. nume. 3. Idem etiam in
fortioribus terminis deciſum fuiſſe annotatum
uidi in Aſtoricen. canon. & præbend. pro Dida-
co Rubino de Cœlis, contra Ioannem Garſiam
Galer, coram R. P. D. Caput aquenſ. ſub die 8.
Maii. 1555. Rota enim decreuit a die citatio-
nis computari debere annum, non obſtante,
quòd pro parte Ioannis Garſiæ fieret uis ſuper
quadam ſubrogatione gratioſa, quæ uidebatur
aliquod dubium facere. Pro hac Rotæ opinion.
4 pondero ꝙ finita cauſa † dilationis, finitur di-
latio,eſt tex. ad hoc pulcherrimus. in l. a filia.§.
alumno.ff.ad trebell. Barto.in l.2.ante fin. uerſi.
iſta ſunt uera ff.de re iudic.idem Bartol.in l.ſiue
5 pars. numer. 2. C. de dilatio. ubi quod † cauſa
dilationis finita finitur dilatio, etiam ſi totum
tempus non ſit lapſum, per Bald. in l. fin. col.
2.uerſi.quartò, quod eſt dictum, & ibi Pau. Ca-
ſtrenſ. infert ad ſtatutum, & Alexand. & Iaſon.
num.15.C.qui admitt.idem Pau.de Caſtr.in l.ſi
quis hæres.ita.ff.de acquiren.here. cauſa dilatio-
nis ſex menſium fuit,ut interim poſſeſſor,ſiue in
Roman.curia. ſiue extra eam exiſtens uocari poſ
ſit, eo uocato ceſſauit cauſa dilationis. Inſuper
pondero, quòd poſt illa uerba, euocari facere,
ſubiungitur, cauſamque ex tunc, &c. de cuius ſi-
gnificatu,& effectu ſupra latè tractatum eſt, hæc
dictio, ex tunc, poteſt reſpicere illa uerba remo-
ta, infra ſex menſes, & illa proxima, euocari fa-
cere, interpretatio ſumenda eſt á proximioribus,
ad l.talis ſcriptura.cum materia, & l.ſi quis a fi-
lio.in princ.ff.de leg.1.l.1.§. deinde adiecit præ-
tor.iun.glo.in uer. ex ſuperiorib.ff.de poſtul. Al-
ciat.in repe.l.uni.C.de ſent.quæ pro eo,quod in-
te.nu.38 Quum igitur interpretatio faciẽda ſit,
ut dictio, ex tunc, illa uerba, euocari faciat, reſpi-
ciat, facta ergo euocatione, ſtatim tempus anni
currere debet, ex natura, & potentia illius arti-
culi ex tunc, ad ſupra adducta.

SVMMARIVM.

1 *Citatione contra poſſeſſorem decreta, de illius executione non conſtito, ſi poſſeſſor mittat mandatum, an à die productionis illius incipiat annus de quo hic?*
2 *Notitia vera, vel præſumpta citationis, idem operatur, quod illius executio.*
3 *Opinio vehemens veritati conſona, idem operatur quod certitudo.*

1 SEptuageſimotertio, quæro † decreta citatione contra poſſeſſorem, non conſtito de illius actuali executione, ſi poſſeſſor mittat mandatum, an à die productionis dicti mandati incipiat annus ad proſequendum? Videantur quæ adduxi ſupra quæſtio. 70. ubi ad partes diſputaui, ad effectum primæ partis, ſecundæ partis huius regulæ, an per productionem mandati per procuratorem poſſeſſoris ſatisfactum ſit regulæ. Rota (quantum ad propoſitum quæſitum attinet) in illa cauſa Lucan. parro. de Grsgnino, de menſe Maij. 1540. de qua loquutus ſum in proxima præcedent. quæſtio. concluſit, quòd licet non conſtaret de actuali executione citationis, ſi tamen reus contra quem citatio decreta fuerat mitteret mandatum, illud æquipolleret citationi factæ, & a die productione illius inciperet annus ad proſequendum. In alia uero Valentin. parro. inter Ioannem de Cais, & Vincentium Baſſa, de qua in alleg. quæſtion. 70. cauſa denuo propoſita ſub die 24. Nouembris. 1544. dato dubio, quod ſubijciam, pro maiori parte aliquibus contradicentibus tentum fuit, quod a die productionis mandati annus inciperet, ſi procurator eſſet cõſtitutus poſt commiſsionem cauſæ, & decretum citationis. Dubium a Rota datum fuit hoc. An dicatur ſatisfactum primæ parti, ſecundæ partis regulæ, uidelicet: de uocando poſſeſſorem infra ſex menſes, de quo Ioannes habuit notitiam, quod deberet citari, uel die qua Ioannes conſtituit procuratorem, uel die qua eius procurator comparuit, uel qua fuit citatus, & quo tempore incipiat currere tempus. 2. par. regulæ, uidelicet, de expediendo cauſam infra annum à die citationis. Pro illa opinio. quòd à die productionis mandati annus incipiat, præſertim ſi probaretur præceſsiſſe aliquam intelligentiam executionis,
2 ponderari poteſt, quod † notitia uera, ſeu præſumpta citationis, ſeu intimationis, idem operatur quod ipſa citationis executio. cle. cauſam. §. uerum. & §. intimatio. & Cardinal. in dicto §. intimatio. in 5. quæſtio. de electio. Roma. conſi. 360. circa propoſitum. nume. 4. & conſil. 410. ut clarior. nume. 2. Rot. 281. ſi de mandato. in no. Archi. in cap. propoſuiſti. 82. diſtinctio. nume. 4. uerſicul. ſed pone, quod aliquis. Abb. in cap. bonæ. primo. nume. 17. de electio. Iafred. deciſi. 504. citatus præſumitur. Felyn. in cap. cum contingat. nume. 8. de reſcrip. & in cap. gratum. col. 2. uerſic. ſed nota ubi agitur. de officio. delegat. Rui. conſil. 61. in fine. num. 33. uol. 5. Hipp. de Mar. ſuper rub. C. de prob. nu. 37. & in l. de unoquoq;, poſt nu. 152. ff. de re iud. Imò illa ſola productio mandati poſt cauſam commiſſam, & citationem decretam, ac tranſmiſſam, pro coniectura executionis citationis ſufficere uidetur, licet de ea aliter
3 non appareat, uehemens enim † opinio ueritati conſona, idem quod certitudo operatur. gl. penul. ante fi. in l. ſi quis extraneus. ff. de acqui. hę. Innoc. in c. cum in cauſa. col. 2. uerſ. illud autem, de inta. caium. pulchrè per Anch. conſi. 354. uiſis diligenter. nu. 4. & ſeq. ubi conſuluit, quòd in ſubſtituto caſu quo maſculus non naſcatur, poteſt hæc conditio pro impleta haberi, ſi ex uehementi coniectura fœmina ſit in utero, & adeo ſtrenuè, & ſubtiliter in illo caſu ſe geſſit, ut Iaſ. in l. certũ. nume. 9. & poſt num. 10. de opinione uehementi loquens, diceret illud con. indicare Pet. de Ancharan. habuiſſe aliquid ultra hominẽ. Pro prædictis uideatur etiam per Caſſad. dec. ult. nu. 3. de dolo. & contum.

SVMMARIVM.

1 *Impetranti an obſtet hæc regula ſi infra ſex menſes poſſeſſorem euocari non fecit. ſeu infra annum cauſam, vſque ad ſententiam non eſt proſecutus, ſi infra illos ſex menſes, vel annum poſſeſſor ceſſit beneficio, vel deceſſit.*
2 *Præſcriptio impeditur, ſeu eius effectus ceſſat, defectu in poſſeſſione, ſeu poſſeſſore ſuperueniente.*

1 SEptuageſimoquarto quæro, an † impetranti obſtet hæc regula, ſi infra ſex menſes poſſeſſorem euocari nõ fecit, ſeu infra annum cauſam, uſq; ad ſententiam non eſt proſecutus, ſi infra illos ſex menſes, uel infra illum annum poſſeſſor ceſſit beneficio, ſeu deceſſit? Sarnenſ. hic quæſt. 69. in fi. uerſic. ſed licet iſta opin. quoad ſecundum membrum, uidelicet, ſi infra annũ &c. concludit pro parte affirmatiua, & ſic ut regula obſtet, uideatur per eundem Sarnen. ſupra. q. 56. & q. 62. & 63. Breuiter quoad utrunq; membrũ, & ſic pro toto noſtro quæſito facit tex. & illius ratio in c. commiſſa. & c. præceden. de elect. libr. 6. & conſ. Oldr. 303. factum tale eſt, & pro utroque membro eſt deciſ. Caſſa. 16. & 17. ſuper regulis, ubi pro negatiua concludit, plura adducens, & ponderans, quæ ibi uideri poſſunt, & ita in Rot. deciſum eſſe teſtatur, idem & tenet ſuper utroq; membro, pro negatiua etiam concludens, Reboſ. hic glo. 14. uerſ. ſi poſſeſſor. & glo. 15. in fin. & hæc opin. negatiua eſt uera, & tenenda. Vltra adducta in locis citatis pondero, quòd regula loquitur ſemper de eodem poſſeſſore, de quo præmiſerat, Itero ſicut ſuperueniente defectu in poſſeſſione,
2 ſeu poſſeſſore † præſcriptio impeditur, ſeu eius effectus

effectus ceſſat.l.naturaliter. ubi Bar.& alii; & idē Bart.in.l.ſi is qui pro emptore,§.ſi quis bona.ff. de uſuca.l.cum notiſſimi.§.imo & illud, & ibi Bal. & Ange.C.de præſcrip.trigin.uel quadra.anno.c.fi.& ibi Abb.& omnes.de præſcr.ita in caſu noſtro dum currit hic terminus ſex menſium,ſeu anni, ſi ſuperuenit defectus in ipſo poſſeſſore, quia per obitum, uel ceſſionem deſit eſſe talis, uel in ipſa poſſeſſione, quæ amplius annalis dici non poteſt, quoad eum qui prius poſſidebat,quum non amplius ſit talis, & in eo illa qualitas defecerit, nec in ſucceſſore ea qualitas reperiatur, quum hactenus nunquam talis fuerit, omnis effectus ceſſare debet.Item quia nullus tunc ſit poſſeſſor annalis, res ad eum caſum deuenerit,a quo incipere non poterat, ad.l.inter ſtipulantem.§.ſacram.&.l.pluribus.§.ſi placeat, ff.de uer.obli.l.ſi in metallum in fi.ff.de his quæ pro non ſcrip.haben.l.pro parte.ff.de ſeruit.Rui. conſil.100.uiſis ſtatutis, colum.2.uerſi. Secundo quia non ſit præſtanda.uolum.5.& D.meus Phi. Deci.conſil.24.& pro tenui.num.1.Pro præmiſſa opin.negatiua facit etiam quod notauit Bal.in.l. procurator qui pro euictione, in.1.lectu.cir.medium.uerſicul.& iſta faciunt ad quæſtionem,ego emi &c.ff.de procu.ubi decidit illud quæſitum quòd ſi ab emptore gabellæ augeretur gabella,ille non remaneat amplius obligatus, quia illa obligatio rei ſequela eſt: re igitur finita, finitur obligatio,ad.l.fi.ff.de conſti.pecu.Pro præmiſſis faciunt tradi.per Caſſa.dec.27.ſuper regulis cancel.ubi uult regulam illam de publicanda acceptatione,non procedere quando acceptans ante lapſum termini ceſſit,uel deceſſit, & aliqua adducta per me ſupra in 24.q.

SVMMARIVM.

1 *Intellectus illorum uerborum,uſque ad ſententiam incluſiue proſequi debeat,quis ſit?*

2 *Rotæ Auditor ſententiam ab altero latam, illo abſente, uel defuncto ſubſcribit.*

3 *Declaratio nudum miſterium continens. partis citationem non requirit.*

4 *Citationem in declaratione uoluntatis alienæ declaranti cognitæ non requiri.*

1 SEptuageſimoquinto quæro † quis ſit effectus illorum uerborum,uidelicet uſque ad ſententiam incluſiuè proſequi debeat,& teneatur? Hic plures cadunt intellectus, quos ſi ſigillatim conſideremus, ab illis diuerſa quæſita elicere poterimus. Primus intellectus erit,ut dicamus impetrantem, infra annum teneri ſententiam diffinitiuam obtinere a iudice proferri,& ſubſcribi. Hoc ſuadent duæ tritiſſimæ concluſiones, quarum una eſt,quòd uerba in potiori ſignificatu accipi debent.l.1.§. qui in perpetuum. ff.ſi ag.uecti.uel emphi.peta.ubi appellatione dominii interpretatio ſit de directo,& ſic pleno, & potiori, non autem de utili.Bal.in.l.cum mota.colum.2. num.4.uerſ.ulterius oppono.C.de tranſa.& in c. non liceat.in fi.de præſcr.Altera eſt, quòd uerba cum effectu accipienda ſunt.l.nomen.§.fi.ff.de uerb.ſigni.l.ſi per alium.§.docere.in fi.ff.ne quis eum qui in ius uoca.l.3.§.accuſationem,uerſicu. quid enim.ff.ad Turpili.accipiendo autem ſententiam diffinitiuam in potiori ſignificatu, & cum effectu,de illa Papam ſenſiſſe concludemus, quæ lata ſit inſtante, & procurante eo qui impetrauit, & quæ ab ipſo iudice ſubſcripta ſit, & talis ea ſit,ut ex omni ſui parte ſit perfecta.Pro hoc intellectu pondero etiam illud uerbum, debeat, quod neceſſitatem notat.l.prætor.in princi.ff.de eden.l.debet.ff.nau.caupo.ſtabu.l.3.C.de peda. iudi.c.oblatæ.§.ſuperiori.ibi poteſt utique, imo debet.de appell.cle.attendentes.iun.gloſ.in uer. debeant,de ſta.mona.Signo.conſil.87.factum ſic num.4.quod tanto magis procedit cum hic ponatur affirmatiuè, non in fauorem impetrantis, & nō reſultet prauus intellectus ita declarando, ad diſtin.Bar.in repe.l.creditores poſt num.3.C. de pigno.ſequitur Soc.conſil.73.num.7.uolum. 4.Fel.in.c.nam concupiſcentiam num.6.de conſti.& Dec.conſi.340.pro reſolutione nu.1.Pondero ad idem uerbum,teneatur, de quo hic, quod ſimiliter præceptum, & neceſſitatem oſtendit ad pulcrum tex.in cle.exiui de paradiſo, colum. 4.§.item ordo; ibi, quòd ubicunque ponitur in regula hoc uocabulum, teneantur, obtinet uim præcepti,& obſeruari debet a fratribus, de uerb. ſigni.c.per hoc.iun.glo.in uer.teneantur,& ibi ad hoc not.Gemi.de hæret.libr.6.per Rebuff.ſuper concor.rubr.de collà.§.1.in uer.debeat pag.283. Quæ tanto magis procedunt,cum regula noſtra loquatur per uerba geminata, debeat, & teneatur,ad.l.baliſta.cum uulga.ff.ad trebell.Húc primum intellectum tenere, ſeu ſupponere uidetur Samen.hic quæſtio.50.num.3.dum uult poſſeſſorem infra annum cauſam terminari facere debere, ut ex euentu litis uideatur &c.quod uideri non poteſt niſi ſententia lata, & ſubſcripta. Secundus intellectus erit quòd ſententia diffinitiua feratur impetrante id procurante, licet infra annum non ſit ſubſcripta, nam ſi poſt annum illam ſubſcribi contingat, non a ſubſcriptionis, ſed termini ſeruati,ſeu ſententiæ latæ die,annotatio fiet.

2 Amplio etiam ſi † ſententia ab uno Rotæ Auditore lata, illo defuncto, ſeu abſente, ab altero Auditore ſubſcribatur,& hoc uigore commiſſionis generalis, abſque aliqua noua partis citatione, dummodo quando ſententia lata fuit pars citata fuerit,prout aliàs coram bo.me.Macetaren.in Aſtoricen.cano.& præben.concluſum fuit;& ratio eſt, quia ſententiæ in Rota feruntur de conſilio, & uoto omnium Auditorum, & ſic unus eſt inſtructus de cauſa alterius. Cardi.poſt Specu.in cle.auditor quæſti.14.de reſcrip.quod forſan ſecus eſſet in aliis iudicibus, de quo ulti-

mo,

mo, uidelicet quid in aliis iudicibus dicendum ſit, uideatur per Ange.in.l.ex facto.in princ.ff.de uulga.per Barto.& Alex.in.l.ſtipulantem.§.ſi ſticum.num.10.ff.de uerb.oblig.Rationem autem quare non requiratur noua citatio, R.D.de Rota
3 dixerunt eſſe, quia hæc ſubſcriptio, ſeu † declaratio nudum miſterium facti continet, ad.l.theo pompus. & ibi Bar.nume.9.ff.de do.præle.Bart. Alexand.& alii in.l.ſi quis arbitratu, ubi Iaſ.poſt numer.22.in 4.limit.ff.de uerb.oblig.concludit
4 † citationem non requiri in declaratione uoluntatis alicuius ipſi declaranti cognitæ, ſequitur Curt.Iun.conſil.33.præſupponitur in facto. poſt numerum.10.Tertius intellectus adduci poteſt, quòd ſatisfactum ſit regulæ ſeruato termino ad ſententiam, ſeu diffinitiuè per iudicem pronunciato, etiam quod nunquam ſententia ſubſcribatur, uel iuxta ſtilum Rotæ ſententia in interlocutoriam reducatur, hoc modo uidelicet, Christi nomine &c.In cauſa &c.pronunciamus fore, & eſſe procedendum ad ulteriora. Quartus intellectus ſit, quòd ſufficiat comparitum eſſe per impetrantem, ſeu eius procuratorem, & inſtarum fuiſſe parte citata, ſeu præſente concludi, & pronunciari, & D.Auditor, ſeu iudex non pronunciauerit, ſed reſpondeat (prout ſæpè fit) quod remittit ad primam diem, ſeu ad primam audientiam, ſeu quòd prima die iuridica pronunciabit, non ut per hoc partes ad primam diem pro ſententia ferenda moneat, ſed potius vt in ſpe foueat pro ſententia inſtātem, & ſæpiſſimè accidit quòd Auditor ita reſpondere ſolet, uidelicet ad primam, ſeu ad primam diem, & tamen nec in prima audientia, nec in primo menſe, ſeu anno pronunciat. Quintus & ultimus intellectus dari poſſet, quod ſufficiat impetranti inſtare coram iudice parte citata ut ſententiam ferat, & ſatisfactum ſit regulæ, etiam ſi iudex nec pronunciet, nec remittat ad primam diem, nec terminum recipi, uel admitti mandet, imo etiam ſi nihil reſpondeat, ſeu dicat ſe nolle tunc, ſeu non poſſe pronunciare. Iſte ultimus intellectus literæ noſtræ regulæ magis conſonat, quum dicat cauſam uſque ad ſententiam diffinitiuam proſequi teneatur, non autem dicat cauſam uſque ad ſententiam finire teneatur, ut ſentire uidetur gloſſ. hic colum.3.uerſi.& credo quod iſte annus currat iſti, ut faciat quantum in ſe eſt quoad expeditionem cauſæ, & magis clarè id uoluit, & ponderauit Rebuff.hic gloſſ.12.in princip.pro quibus adduco clement.ſicut.de appel.cum ibi no-
5 ta.per docto.ubi quando quis † proſequi, & finire tenetur, ſatisfacit quantum in ſe eſt faciendo. c.ex ratione.ubi omnes, & Dec.in c.perſonas.col. 4.poſt num.11.uerſ.uidetur tamen quod etiam, eo.Et hic intellectus, quia in benigniorem partem, & ad euitandum pœnam huius regulæ tutior uidetur. Quis autem horum intellectuum uerior ſit, & tenendus, cogitent omnes, quia hæc diſcuſſio, non procedit abſque dubio, quoties enim ad unam legem, uel ſtatutum plures intellectus dari poſſunt, nec per alias leges, uel rationes cōcludenter probatur quis ſit melior, & firmior, omnes periculoſi cenſentur.l.in ambiguo. & ibi Bar.num.2.ff.de reb.dub.Alexand.in.l.ſtipulatio hoc modo.§.alteri.numer.18.ff.de uer.obli.& in.l.diem functo.colum.2.ff.de offic.aſſeſ.Bal.in.l.2. colum.2.C.quando prouo.non eſt neceſ.Tutius eſt, quando cauſa infra annum integrè expediri, & ſententia illiuſque ſubſcriptio obtineri nō poteſt, imo etiam quando infra ſex menſes dubitatur, poſſeſſorem euocari poſſe, utroque caſu prorogationem obtinere, & ita qui ſapiunt ſibi, & cauſis conſulere conſueuere, ad has igitur prorogationes tranſeamus.

SVMMARIVM.

1 *Prorogatio huius regulæ an concedi ſoleat, & an pro prima, & ſecunda parte 2.par.prin. Quæ erit derogationis forma, & quis effectus.*
2 *Prorogatio lapſo tempore non prodeſt.*
3 *Formula prorogationis ſex menſium ad poſſeſſorem euocari faciendum.*
4 *Prorogationis anni ad proſequendum cauſam uſque ad ſententiam formula.*
5 *Prorogatio non debet eſſe maior primo termino.*
6 *Augumenti tempus intelligi debet iuxta naturam, & qualitatem temporis primi.*
7 *Prorogatio facilius quàm noua conceſſio obtinetur.*
8 *Prorogationis effectus quis ſit.*
9 *Tempus prorogatum idem cum primo cenſeri.*
10 *Officium prorogatum idem numero dici.*
11 *Excommunicatus non dicitur infra decem dies non ſoluens, monitus quod ſi infra decem dies non ſoluerit, excommunicatus ſit, prorogato termino decem dierum.*

1 QVinquageſimoquinto quæro, † an regula non ſeruata beneficium idem per eundem iterum impetrari poſſit? Pro opin. negatiua pondero clauſulam illam, nec aliua quàm præmiſſæ uacationis modus, &c. quomodolibet ſuffragetur, illa uerba præmiſſæ uacationis inferunt vt relatio reſtringatur ad modum ſupra ſpecificatum cum ſuis qualitatibus, l. 1. §. cum qui, & ibi Bart. qui illum §. legit, cum §. hoc edicto. nume. 2. ff. de poſtu. idem Bar. in l. talis ſcriptura § ſi. uer. quæro, ergo quid ſi teſtator, num. 4. ff. de lega. 1. Aret. conſi. 21. ſi diligenter. col. 1. uerſi. ex quibus uerbis. Dec. conſ. 277. conſultus. poſt princip. quum igitur impetrans, qui certum modum uacationis expreſſit, prohibeatur alio modo etiam expreſſo uti, ergo denuo impetrare non poterit. Secundo pòdero uerba etiam per literas, ſi neutri, aut ſubrogationis, illa dictio etiam diuerſam ſpeciem ab expreſſis includit. l. etiam. ff. ſolu. matr. l. 2. & ibi glo. in princ. C. de teſti. c. etiam ob chiro. in rub. & nig. c. in tantum. uerſic. prauam etiam de ſimo. cle. uni. ibi etiam ſi dignitas, &c. iuncta glo. in uer. etiam. de ſeque. poſſ. ſequitur q non ſolum gratia ſi neutri, & ſobrogationis, ſed & cuiuſcunque alterius ſpeciei ſuperueniẽs excludatur, quod tantomagis ſuadetur ponderando uerba, immediatè ſequentia, uel aliàs. Tertio non debet vna via prohibitum, alia permiſſum eſſe cenſeri. ad l. 2. C. de reb. alie. non alie. c. cum quid una. de reg. iu. lib. 6. cum uulga. prohibetur impetranti beneficium anno pacificè poſſeſſum regulam nõ ſeruanti, impetratione facta amplius uti poſſe, & idem coercetur, & punitur ut in regula: ſi denuo ſibi imperrare liceret immunis euaderet, & quod primò effectui non demandauit, poſtea cõſequeretur. Quarto cauendum eſt, & interpretatio fieri debet ne legi fraus fiat, ad l. hæres meus. § ſi. ff. de condi. & dem. l. quod in conditionis. iun. gloſ. in uer. non poterit. ff. de dona. cau. mor. l. ſi ſponſus. §. circa uenditionem. ff. de dona. inter uir. & uxo. ſi concedamus iterato eundem impetrãtem admitti, fraus fieret noſtræ cõſtitutioni, quia ſtatim quum inciderit in regulam, iterum impetrabit, & ſi denuo regulæ non paruerit, ruſus, & milies impetrare poterit. Quinto iſte impetrans qui regulę non paruit, & qui in eius pœnas incidit, improbus eſt, iuxta regulæ præfationem, omni igitur iuris auxilio deſtitutus ulterius idem beneficium impetrare prohibitua eſſe cẽſeri debet. Sexto & ultimo arguendo ab una regula, ſeu conſtitutione ad alteram. ad l. uni. in princ. C. de inoffi. doti. l. cũ proponebatur. ff. de leg. 2. in auth. ut clerici apud ꝓpri. epiſ. ante ſi. ibi, & ꝑ hanc ſacrã. &c. l. ſi. C. qui reſt. fac. poſ. l. ut gradatim. uer. & ita reſcripto diui Marci, &c. ff. de mune. & hono. Pariſ. conſi. 157. nobilis. nu. 39. uol. 4. oſtẽdi poteſt per regulam 21. ſupra de impe. bene. uiuen. quæ nõ ſolum excludit, & improbat impetrationem factã de beneficio uiui, immo etiam ſi poſt obitum ruſus idem beneficium impetretur, nullius erit roboris impetratio huiuſmodi, & ſic taliter impetrans contra dictam regulam omnino, & ſemper inhabilis ad illud beneficium redditur, & declaratur, ita dicamus quo ad hanc Regulam. Contrariam opin. & ſic affirmatiuam tenuit hic Rebuſ. glo. 14. ante ſi. uerſic. ſed iterum poterit beneficium impetrari, & gl. 19. ante ſi. uer. ideo fortè, de nouo impetrari poſſet &c. eius tamen opin. non probat, nihilq; pro illa adducit, in eandem ſententiam ego deuenio ex infraſcriptis argumẽtis. Primum erit ponderando illa uerba, vt ea uice, ut dicamus impetrantem prædictum qui regulæ non paruit excludi à quocunque alio uacationis modo, ut illud beneficium conſequi poſſit ea uice, ergo à contrario ſenſu, ad l. 1. cum uulga. o. de offi. eius, alia uice, idẽ qui impetrauerat denuo impetrando idem beneficium aſſequi, ſeu obtinere poterit: & ſic tollũtur duo prima argumenta contraria. Accedit q inhabilitas non inducitur niſi expſſè caueatur, imò qlibet habilis, & idoneus habetur, niſi contrarium probetur, ſeu cautum ſit, argumento l. merito. ff. pro ſocio. c. cum uirũ, ubi Abb. in 4. not. de reg. Preceptor

meus

2 meus conſ.682.in cauſa,nu.14.& ſeq.Inſuper † argo ab uſu patriſfamilias.ad l. uel uniuerſorũ.ff. de pign action.l.qui ſemiſsis.§.fi ff.de uſur.l. hæredes palã § ſed & ſi notum, ibi uel ex cõſuetudine patriſfamilia.ff de teſtam.l.ſi ſeruus plurium, §.fi.ibi ante omnia ipſius patriſfamilias conſuetudo.ff.de leg.1.l.3.§ fi.ff.quod cer.loco.l. ſed Iulianus.§.fi.ff.ad macedo.& de argumento ab uſu papæ per Caſſado.dec.3.num.1.de renun. Videmus, q quando Papa uoluit aliquem inhabilem reddi ad impetrandum,& aſſequẽdum idem beneficium, quod iam impetrauit, id expreſsit, & uerbis claris ſtatuit, prout in præal.regula 21.de impe.ben.uiuen. Poſtremo opin. negatiuam uetam ſuppoſuit Rota in Feretran. Beneficiorum, coram Reuerendiſs. D Cardinali Reumano,tunc præclaro Rotæ Auditore,in fauorem D.Io.Iacobi Piuchij contra D. Veſpaſianum Tibertum: Dato enim dubio, an Piuthius factus ſit inhabilis quo ad omnes prouiſiones,ex eo quod poſt impetrationem certo modo factam contra Michelinum poſſeſſorem nunquam cauſam commiſerit, reſolutum fuit,ut infra,prout per bon.me.Hiero. Nouatum annoratum reperi ſub iis uerbis. Die lunæ.3.Decembris.1548.Rota ſenſit pro negatiua,eo quia regula Pauli nõ ampliat regulam de Annali Scio,q iuniores non perciperet qũo hanc Rotæ deciſionem ad rem meam inducam,illis pmitto,q ſe. re.Paulus 111 Regulam † edidit cõ-
3 tra impetrantes certo modo,quam cõſtauit partim ex regula de ſubrogan. partim ex hac de Annali,imò hanc noſtrã reg in ea inſeruit, ſtatuitq; inter alia,q impetrantes regulam illam non ſeruantes ab ambita beneficia inhabiles efficerentur,& ſi non poterant iterato eadem beneficia impetrare,poſtquam in regulã illam,ſeu in illius pœnas inciderant. Supponebat Rota in cauſa prædicta Pinthium poſt impetrationẽ certo modo cauſam contra poſſeſſorem nunquam commiſiſſe,& ſic regula de Annali ei obſtabat: quærebatur an iuuaretur noua impetratione? uidebatur dicendum,q non,ex quo regula illa certo modo, quam poſteriores ſummi Pontifices non confirmarunt,inhabiles perpetuo reddebat ad ambita beneficia obtinendum,non ſeruantes regulam illam certo modo,quum autem inter alia requiſita regulæ de Annali in illa regulã certo modo cõtenta,ſeu relata illud eſſet, q infra ſex menſes poſſeſſorem ad iudicium euocari facere teneretur, in caſu autem propoſito q Pinthius non ſolũ poſſeſſorem citari,ſeu cauſam infra annum terminari non fecerat,immo nec cauſam commiſiſſet, inhabilis perpetuò effectus uidebatur ad idem beneficium iam impetratum, ita ut noua impetratio eiuſdem beneficii ſibi nõ prodeſſet, uel obſtante regula hac de Annali,uel uerius obſtante regula illa,certo modo,quæ in uentre habebat hanc regulam,ſeu regulam hanc referebat, eãq; extendere,& innouare uidebatur,& ſic qualitas illa inhabilitatis ad ambita beneficia afficeret eũ non ſeruantem reg.de Annali,ex quo relatum in referente cum omnibus ſuis qualitatib. ineſſe dicimus.l.aſſe toto.ff.de her.inſti.l.ſi ita ſcripſero.ff. de condi.& dem. Bar.in l.1 ff.de recepta.& in l.ſi quis ſeruũ.§.fi.uer.ſed q̃ro teſtator.ff de leg.2. Præmiſſis non obſtantib. R. D. de Rota concluſerũt (ut pmiſi) pro negatiua,eo quia regula Pauli nõ ampliabat regulã de Annali,& ſic duo in effectu neceſſario ſupponebatur,unum, uidelicet, q reg. de Annali non redderet inhabiles perpetuo ad obtinendum beneficia iam impetrata non ſeruata for.huius regulæ & ſic deciditur caſus nr. Alterum erat q regula,certo modo, nõ ampliabat regulam de Annali, ut illius uigore pdictam inhabilitatem induceret. Ad duo prima fundamenta in contrarium facta,reſponſum fuit ſupra, & etiã tolluntur ex infra dicendis. Ad tertium reſpondeo qd non ualet conſequentia, impetratio prima regula non ſeruata cum inde ſecutis nullius eſt firmitatis,ergo denuo impetrari idem beneficium per eundẽ non põt,imò potius infertur (& ſic tolluntur etiã contraria) q ſolum impetratio facta,& ab ea pendentia corruunt,non autẽ impetrationes denuo faciendæ. Inſuper non ſolum idẽ titulus inſtaurari,& idemmet beneficiũ ex eodẽ modo uacandi pluries impetrari à iure non phibetur,
4 imò circa idẽ beneficiũ † multiplicatio titulorum in fauorem eiuſdem perſonæ permittitur.c.poſt electionem.ubi oẽs.de conceſ.pb.Lap. alleg.ult.col.fi.uer.ad ſecundam q̃onem, Roma. conſ.435.qupad primũ,latè Fel.in c. in nr̃a. col. 2.uer.titulus multiplicatur de reſcr.D.meus Phi. Dec.in l.nemo ex iis.§.fi uerſus fi.ff. de reg.iur.& conſ.344.uſo,in fi.primi debii.Caſſ.deci.3 item fuit centũ,uerſus fi.de cau.poſſ & propr.& deciſ. 22.pluries,circa med. ſuper reg. Ioan.Sel. de Benefi par 3 q.19.col.6.& ſeq.Ex proximè dictis patet et ſolutio ad quartum contrarium, non.n.fit fraus legi, quũ aliquid fit lege permittente,ad l. graccus.ff.de adul Ad quintũ rñdeo, q nec a regula,& multo minus à iure cõi beneficiũ denuo impetrans improbus ex hoc ſolo hẽtur. Ad ſextũ argm ab illa regula 21.ad hanc rñdeo, q imò retorqueri põt in contrariũ,quia ubi Papa noluit aliquẽ inhabilem ad idem beneficiũ denuo impetrandum reddere, id expreſſit, prout fecit in allega.regula. de impetr. bene. uiuen. (ut ſupra ponderaui.) Inſuper ſatis diuerſi ſunt termini, & rationes illius regulæ a terminis, & rationibus huius conſtitutionis.

S V M M A R I V M.

1 *Regulæ huius illa clauſula,illud nullatenus,&c. an referatur ad omnes caſus præcedentes,& omnia in regula præmiſſa.*
2 *Regula hæc duos caſus principales continet.*
3 *Delinquens grauius maiori afficiendus eſt pœna.*
4 *Punitur grauius,qui per malitiam deliquit, quàm qui per inſcitiam, ſeu negligentiam.*

5 *Vitium litigioſi ex lite iniuſta non induci.*
6 *Propterea, dictio exponitur propter quam cauſam.*

1 OCtuageſimoſexto, ibi illudq́; nullatenus inantea litigioſum ppea cenſeatur, quæro † an clauſula, hæc referatur ad omnes caſus pcedentes, ét in 1. par. reg. contentos, & ad omnia in regula pmiſſa? Sarn. ſub aliis uerbis hoc diſcutit. q. 80. & latius. q. 82. loquens ét quoad pœnã quinquaginta floren. ſuper qua pœna tps non contero, quia (ut pluries dixi) pœna hæc, uel nunq̃ tpe aliquo ſoluta fuit, uel ſaltem tpib. noſtris ſolui nõ conſueuit: dum uerò ſubdit, an referri debeant illæ pęnę quinquaginta flor. & q̃ beneficium non cenſeatur litigioſum, ad ea, q̃ in 2. par. regu. continentur, in qua opin. tandem reſidet, aduertendũ eſt, q̃ ipſe ſecundam partem reg. intelligit (& malè) illam quam ego tertiam partem conſtituo, ibi & ſi poſſeſſorem ipſum &c. Diſſentio igitur ab eo inquantum illam tertiam partem, ſcdam uocat, perea, q̃ dixi ſupra in pfa. huius reg. & in 63. q. melius uocaſſet ſcdm caſum à regu. hac poſitũ, prout infra ſubiiciam. Aſſentior illi in hoc, q̃ dubiũ pmiſſum faciendum ſit circa id, an clauſula præmiſſa, illudq́; nullatenus &c. referatur ad illam, & ſi poſſeſſorem &c. an uerò ad omnia pcedentia, uidelicet, ſi impetrans nomen, cognomen, &c. quot annis poſſederit, & cauſam ſpecificam &c. non expreſſerit, uel infra ſex menſes euocari non fecerit, ſeu cauſam infra annum, uſq; ad ſententiã proſecutus non ſit, uel etiam ſi poſſeſſorẽ ipſum iniuſtè moleſtaſſe repertus fuerit, beneficium nõ cenſeatur litigioſum. Et clarè procedamus, ſup-
2 ponamus † regulam hanc duos caſus principales continere, & decidere. Primus eſt de impetrante non ſatisfaciente regulæ quoad requiſita per eã, quia non fuerunt expreſſa ea, quæ exprimi mandat, uel poſſeſſor (ut dixi) non fuit infra ſex menſes uocatus, uel cauſa infra annum per ſententiã terminata non fuit, & qui in iis defecerit punitur in hoc, q̃ impetratio, & inde ſequuta nullius ſint firmitatis, & ad dãna, & intereſſe condẽnnetur. Alter caſus eſt in uerſ. & ſi poſſeſſorem ipſum, &c. quẽ duob. modis intelligere poſſumus, uno ſupponendo per impetrantem beneficium anno pacificè poſſeſſum omnia expreſſa fuiſſe, ſeu primæ parti reg. derogatum extitiſſe, poſſeſſoremq́; infra ſex menſes citatum eſſe, & infra annum cauſam per ſententiam deciſam fuiſſe, ſed contra ipſum impetrantem, puta ſi pronunciatũ ſit ipſum impetrantem iniuſtè, friuolè, ac indebitè poſſeſſorem moleſtaſſe, & hoc caſu illi pœnę ſit locus, ſeu diſpoſitioni uerſi. illudq́; nullatenus inantea litigioſum propterea cenſeatur, & ſic clauſula illa, illudq́; nullatenus. &c. ad proximiora tantum referatur, ad l. ſi quis à filio. in prin. ff. de leg. 1. l. 1. §. deinde adiecit prætor, qui ex omnib. iun. glo. in uer. ex ſuperioribus. ff. de poſtu. Andr. Alc. in repet. l. uni. C. de ſenten. quæ pro eo, quod inte. nu. 38. Et pro hoc primo intellectu duo principaliora fundamenta adduci poſſunt, unum eſt, q̃ pęna non incurritur niſi expreſsè caueatur, uel niſi idẽtitas caſus, & rationis concurrat. l. & ſi qs. §. idem labeo. in fi. ibi pęna tñ in eum ſtatuta nõ eſt. ff. de reli. & ſump. fun. §. cum igitur. uer. ſin autem, ibi nec quælibet eſt lex aliquid tale dicens, in authen. de non eligen. ſecun. nuben. Bal. in authen. ex teſtamento. col. fi. uer. illa allegatio fundatur. C. de ſecun. nup. c. is qui. 1. reſpon. in fi. de ſenten. excom. lib. 6. Licet igitur, quoad primum caſum, ſeu quoad alias partes regulæ appoſitæ ſint illæ pœnę inualiditatis impetrationis, & condemnationis ad damna, & expenſas, non debet cenſeri appoſita hæc pœna, q̃ beneficium non cenſeatur litigioſum, hoc expreſsè quoad illas partes non cauto, quum igitur aliter conſideretur nullitas, aliter iniuſtitia. l. prolatam, & ibi docto. C. de ſenten. & interlo. pœna nullitatis illis primis partib. regulæ adiecta ſufficere debet. Alte-
3 rum eſt, qui plus † deliquit maiori afficiendus eſt pœna, & contrà. l. capitalium. ff. de pęn. c. ſicut dignum. de homici. c. de cauſis. in fi. de offi. delega. Sed ille qui formam reg. non ſeruat in expreſſionibus, & aliis ab ea requiſitis, imprudentia tñ notatur, ille uerò qui iniuſtè, ſeu indebitè moleſtaſſe repertus eſt, dolo malo, ac malitia arguitur,
4 merito igitur per regulam hanc grauius † punitur qui per malitiam deliquit, quã qui per ignorantiam, ſeu negligentiam, argumen. tex. in l. 2. & l. quod adhibitus. in fi. C. de his qui ſi. aſcri. in teſta. l. quod Nerua. cum ibi nota. ff. depo. Tertium eſt ſumendo interpretationem pro hac regul. ab aliis iuribus, ſeu doctorum auctoritatibus, nos non habemus q̃ ceſſet uitium litigioſi non ſeruata forma alicuius diſpoſitionis circa expreſſiones, uel ſimilia requiſita, de quibus hic, ſed bene
5 q̃ † uitium litioſi non inducatur ex lite iniuſta. Rot. Biſi. 2. de re. permu. in fi. in antiquio. Caſſa. Dec. 7. de dol. & contu. & 5. ut lit. pen. nu. 3. p tex. in l. 1. ff. de litigio. Quum igitur hic cautum inuenimus beneficium non cenſerit ppea litigioſũ, interpretari debemus, non pp requiſita a regula non ſeruata, ſed pp. litem calũnioſam, & iniuſtã contra pacificum poſſeſſorem motam, & illam di-
6 ctionem † ppea, exponere debemus. i. pp quam cauſam, prout Gene. c. 16. ad fi. Propterea appellauit puteum illum puteum uiuentis, & uidentis me. 2. Reg. 5. Propterea uocatum eſt nomen loci illius Baalpharaſim. Ioan. 15. Propterea odit uos mundus. l. 2. poſt princip. & §. iiſdem tpibus. ibi, propterea Quęſtores cõſtituebantur à populo. ff. de orig. iur. & prout apud Terentium. in Andr. Ego uitam Deorum ppea ſempiternam eſſe arbitror. i. propter quam cauſam, ut dicamus, pp quã moleſtiam friuolam poſſeſſori illatam, ſeu litem iniuſtè motam, beneficium litigioſum non cenſeatur. Alter intellectus, qui mihi uerior uidetur, ut beneficium non ſolum non cenſeatur litigioſum quando conſtat impetrantem iniuſtè, & friuolè

uolè poſſeſſorem moleſtaſſe,ſed etiam referendo dictam clauſulam, & ſi poſſeſſorem, &c. ad omnia in reg.hac contenta, & ſic etiam non facta ſpecificatione de qua in regula,non citato infra ſex menſes poſſeſſore,ſeu cauſa infra annum non terminata,in quouis igitur caſu non paritionis regulæ, beneficium ceſſet poſſe dici litigioſum, & ultra,quòd clauſula in fine poſita ad omnia præcedentia referri debeat.l.talis ſcriptura.ff.de leg.1.cum uulga. facit,quod non uſ aſsignari poſſe ratio concludens differentiæ, quare magis beneficium ceſſet poſse dici litigioſum, quando conſtat iniuſtè, ſeu friuolè poſseſſorem turbatum eſſe, quàm quando conſtat regulæ requiſita non eſse ſeruata. Accedit etiam ultra ea, quæ ponderat Sarnenſ. pro hac opin. (qui tamen contrariam tenet) quod ratio prohemii,ut improbi lites exquirentium motus reprimantur,ita conuenit primo caſui reg. ſicut ſecundo,ut dicamus papam ita odio habere nõ ſeruantes requiſita reg.ſicut lites iniuſtas, uel calumnioſas contra pacificos poſſeſſores mouẽtes. Amplius ſi diceremus litigioſi uitium ceſſare in ſecundo caſu,non in primo,plura abſurda ſequerentur,quæ uitare debemus,ad l.cum abſurdum. ff.de bo.liber. Alex.conſi.83.nu.5.lib.2. Dec.cõſ.19.col.3.in fi.qui non ſeruat contenta in regula, ſtatim quod contra eum, de regula datur impeditur,qui litem iniuſtam, uel calumnioſam mouiſſe arguitur,neceſſe eſt, ut per ſententiam conuincatur,& forſan non ſolum per vnam, ſed per tres,abſurdum autem uideretur,quod beneficiũ non cẽſeretur litigioſum,poſt unam,uel tres ſententias,ſed bene commiſſa cauſa, uel citata parte tantum, uel ad paucos actus proceſſo. Inſup ille,qui non ſeruauit contenta in regula, non excluditur quin etiam iniuſtè, uel calumnioſè litẽ introduxiſſe dicẽ poſſit,& ſic daretur caſus,uel quod idem non ſeruans regulam; & iniuſtè litem mouens,minus puniretur,quàm ille qui iniuſtè litẽ mouit,& regulã ſeruaſſet,& ſic pro ſimplici delicto,quis magis puniretur quàm pro geminato, ſeu duplici,uel quod non ſufficeret dare de regula, ſed neceſſario requirerentur una, uel plures ſentẽtiæ,ad oſtendendum poſtq̃ de regula datum eſſet,quod iniuſtè lis mota eſſet, ad effectum excludendi uitium litigioſi. Amplius qui impetrat beneficia pacificè anno poſſeſſa,rei illicitæ operam dare uſ, prout ſuadet præfatio noſtræ regulæ, & ad ea quæ latè adducit Sarnen.in 1.& latius in 2.q. huius reg.& arguẽdo à communiter accidentib. in dies uidemus impetrantes beneficia ab aliis anno,uel longiori tempore pacificè poſſeſſa, malis artibus,& peiori intentione moueri,ad ambiẽdum,& expiſcandum, ac extorquendum beneficia,& ut plurimum tales impetrantes ſperãt, uel propter uicinum collitigantium obitum, uel pp illorum impotentiam in litigando,ſeu pp inſupportabiles ſumptus,inſupportabileſq; poſſeſſoris animi cruciatus beneficia aucupari, & furari, unde merito contra ſimiles plerunq; impios impetrantes, ac deuolutarios alienæq; quietis,& pacis perturbatores, interpretatio facienda ſit, ne delictum præſumamus.ad l.1.cum ibi not.C.ad leg.Corn.de ſica.c.1.de præſum.cum gl.fin.Fel.in c.auditis.nu.32.in 1.lim.de pſcri.c.eſtote,& c.cũ dilect.& ibi Abb.& alii,de accu.pceptor meus.in c.in pñtia.nu.15.uerſic.poſtremo,notandum. de proba. Et Sarnenſ.hic q.45.ante fin. æquiperat litem eſſe nulliter,uel iniuſtè motam, ad alium effectum huius regulæ,uidelicet,interruptionis pacificę poſſeſsionis. Rurſus illa uerba, ante finem primi caſus reg.uidelicet,& idem impetrans &c. ſatisfacere,terminantur ab illo uerbo, ſit adſtrictus in ſecundo caſu (ſeu iuxta Sarnenſ.) in 2. par. regulæ poſito poſt illa uerba, & ſi poſſeſſorẽ ipſum iniuſtè,quum igitur terminatio primum, & ſecundum caſum regulæ reſpiciat,debet vtrunque cum omnibus ſuis qualitatibus pariformiter terminare, ad l.nam hoc iure.§. ſed ſi alter.ff. de uulg.& pupilla.& ibi Bartol. in 1.nota.l.hæreditatem.& l.quamuis.C.de impu.l.in teſtamento.1.reſpon.C.de mil.teſtam. Ang.conſil.143.ante finem.ubi ampliat ad ſtatuta, & ſic tolluntur præcipua fundamenta Sarnenſ. in contrarium facta. Item clauſulæ nuper additæ,uidelicet, qđ etiam extendi uoluit,&c.& poſtea,& ſimiliter ad impetrantes,&c.referuntur ad omnia præcedentia,& ad omnia in hac regula ſupra contenta, ut etiam uoluit Rebuſ. hic gloſ. 21. Arguendo igitur à ſi de quominus, & à fortiori, ſi remotiora ad omnia præcedentia referimus, fortius contigua, & proximiora. Poſtremo hanc opinio. quod ad omnia præcedentia clauſula prædicta, illudque nullatenus, &c. referatur, contra Sarnenſ. uoluit Rota in Gebennen.parroch.Sarauallis coram R. Dom. Puteo, tunc Rotæ Auditore, nunc præclariſsimo Cardinali, prout uidere eſt in 80. deciſi. Ioann. Paul. Ptolomæi incipien. Gebennen. parro.

S V M M A R I V M.

1 *Regulæ verba, illudque nullatenus, &c. quos effectus operentur.*
2 *Videatur, cenſeatur, & ſimilia verba, fictionem denotant.*
3 *Subrogationi locus non erit poſſeſſore mortuo, ſi impetranti obſtabat regula hæc.*
4 *Regula de ſubroga. non prodeſt regulam hanc non ſeruanti.*
5 *Litigioſo beneficio in fauorem alterius, quàm collitigantis, cedi non poſſe.*
6 *Litigioſa res alienari non poteſt.*
7 *Litigioſa res ne alienari poſſit duæ rationes adducuntur.*
8 *Ordinarius beneficia litigioſa non confert.*
9 *Apoſtolicus vigore expectatiuæ beneficia reſeruata acceptare non poteſt.*

1 OCtuageſimoſeptimo quæro † quos ef fectus operentur illa uerba regulæ, illudq; nullatenus in antea litigioſum propterea cẽſeatur. Et uidetur quod nullos, uel parum conſiderabiles, pp illud uerbum cenſeatur, uerba. n. cenſeatur, in-
2 telligatur † uideatur, & ſimilia, fictionem, & improprietatem denotant. l. 1. §. deieciſſe, & §. ſequ. iun. glo. in uer. uideor. ff. de ui, & ui arma. l. ſingularis. in fi. ff. ſi cer. peta. l. ſi quis fundum. ff. de contra. emptio. l. qui per ſucceſsionem, & ibi Deci. num. 3. ff. de reg. iu. l. ſi duo. iun. gloſſ. ff. de acqui. hære. Bar. in. l. ſi is qui pro emptore, num. 5. & ibi Iaſ. numer. 90. & omnes. ff. de uſuca. Contrarium eſt concludendum, quòd imo effectus plures, & magni momenti operentur, dato enim quòd concederem fictionem induci per illud uerbum cenſeatur, quia tamen a lege inducta, omnia operatur, quæ ipſa ueritas. l. filio quem pater. cum ibi nota. ff. de libe. & poſthu. cap. ferrum. iun. gloſſ. fi. 50. diſtin. & ad ea quæ adduxi ſupra in 6. quæſti. 32. Regulæ, num. 2. & 6. ubi probo quòd fictio legislatoris ueritatem ipſam uincit, & de fictione per papam inducta loquitur Pariſ. conſil. 44. nu. 8. uol. 4. ubi concludit quòd poteſt etiam fingere non prius expreſſum. Effectus primus illorum
3 uerborum erit, quòd † ſubrogationi locus non erit ſi poſſeſſor moriatur, & ſic ceſſabit diſpoſitio cap. fi. ut lit. penden. lib. 6. & cle. 1. §. ſi verò eo. & Regula 29 de ſubrogan. ſuper qua late ſcripſi, & ſic concludo quòd non ſeruanti Regulam hanc
4 non proſit † regula de ſubro. Secundus effectus erit circa reſignationem, ſeu ceſsionem, hoc enim
5 non cauto poſſeſſor non potuiſſet beneficio † litigioſo in fauorem alterius quàm ipſius collitigantis cedere, ſeu renunciare, niſi facta mentione de lite. c. inter monaſterium. de re iu. præalleg. ca. 2. ut lit. penden. lib. 6 Rot. 428. nota nunquid ſi mortuo. in anti. Rebuff. in praxi, in. 2. par. ſigna. ubi de clauſula litigioſum cuius litis &c. pag. 113. & in. 3. par. ſigna. num. 1. in uer. quatenus litigioſum. pag. 123. Mil. in reper. in uer. gratia ſi eſt impetrata pendente lite, prout etiam idem uide-
6 mus in prophanis, res enim † litigioſa alienari non poteſt. l. fi. & auten. nunc ſi heres. C. de litigio. l. alienationes. C. fami. herci. l. diuus. ff. de peti. hære. cum ibi nota. c. fi. 11. quæſti. 1. Fab. a Monte. de emptio. & uendi. in 4. quæſt. prin. quæſt. 13. num. 35. uerſ. his præmiſsis. Lap. alle. 136. curioſe. num.
7 3. Duæ † rationes præcipuæ dictæ prohibitionis alienationis adduci poſſunt, una eſt, quia alienatio, ſeu ceſsio plerunque in potentiorem fieret, & ſic colliriganti durior ſuſficeretur aduerſarius, quod prohibitum eſt. l. cum miles, & toto tit. ff. & C. de alie. iudi. mutan. cau. fa. & in reſignatione beneficiorum habemus illam iuſtam clauſulam apponi ſolitam, uidelicet, dummodo non in potentiorem. Alteram rationem aſsignari poſſe exiſtimo, quia aliàs nunquam, uel raro rem meam peterdo, poſſem cauſæ finem attingere, quia li incipere convenire Mæuium nunc poſſeſſorem, ille in Seium alienaret, Seius in Titium, & in infinitũ, unde rem meam, uel mihi debitam, uel nunquam, uel ſi aliquando, magna tamen cum difficultate, & intolerabilibus expenſis uendicarem, ſeu conſequerer. Præmiſsis igitur non obſtantibus, propter illa uerba regulæ, illudque nullatenus, &c. poſſeſſor cedere, uel reſignare poterit, ut ſibi libuerit. Tertius effectus erit, quia ordinarius prouidere poterit de beneficiis ſic im-
8 petratis, quod non † potuiſſet illis uerbis non additis, propter præalle. c. 2. ut lit. penden. libr. 6. & cle. 1. eo. Rebuff. ſuper concor. ſub rub. de manda. apoſto. §. declarantes. in uer. comprehenſa uerſ. quarto non eſt, ubi quòd beneficium litigioſum non ſpectat ad collationem ordinarii, pag. 491. & idem ſupponit Dec. Ptolo. 76. incipit Gebenné. parro. coram D. Puteo. Quartus erit quòd
9 † apoſtolicus uigore grãæ expectatiuæ capiet beneficia ſic impetrata regula non ſeruata, ſeu impetrante, de quo in regula, conuicto de iniuſtitia, ſeu calumnia, qui tamen beneficia litigioſa, & ſic reſeruata acceptare non poſſet. Rot. 531. primo & ſecundo. in anti. ubi de noua prouiſione expectantis, narrantis ſibi aliàs canonice prouiſum fuiſſe, niſi obſtaret reſeruatio, & ſic Rota ſenſit beneficia reſeruata acceptari non poſſe, & per Ludo. Roma conſil. 260. in propoſito caſu. in princ. & in fi. Fel. in c. capitulum. poſt numer. 16. uerſic. Et aduertit. de reſcr. & in c. cum ex officii, colum. fi. uerſic. Nam ſi loqueremur de reſeruato. de præſcrip. Pariſ. conſil. 118. circa materiam, nume. 18. uol. 4. Rebuff. de Nomina quæſt. 15. num. 54. uerſ. ultimo non comprehenduntur beneficia reſeruata. Quintus erit quòd poſſeſſor regulę non parito, ſeu impetrante iniuſto, uel calumnioſo apparente non dicetur attemptare, ſi quid contra litem iam pendentem, ſeu contra inhibitionem iam forſan emanatam aliquid fecerit, unde non obſtabunt ſibi tit. ut lit. penden. nihil inno. & ca. non ſolum. cum mate. de appell. lib. 6. cum aliis iuribus ad idem tendentibus, quum enim hic ſtatuatur nullam eſſe amplius litem, omnes litis effectus, litigioſique uitia ceſſabunt. Alios effectus quis per ſe ipſum colligere poterit, ſat ſit oſtendiſſe uerba illa, illudque nullatenus, &c. prudenter, & maxima cum ratione appoſita fuiſſe, eorumque effectus plures, & notabiles eſſe.

S V M M A R I V M.

1 *Litigioſum an beneficium cenſeatur ad commodum, & utilitatem poſſeſſoris, & damnum impetrantis, illa clauſula, illudque nullatenus, &c. non obſtante.*

2 *Nullo modo, uerba, uniuerſalem negationem inducunt.*

3 *Inæqualitas in iudicijs admitti non debet.*

4 *Inæqualitas culpa, uel facto eius contra quem inſurgit proueniens tolleratur.*

Octuageſi-

1 OCtuageſimnoctauo quæro, † an benefi
cium impetratum clauſula illa (de
qua in proxima præceden. quæſtin.)
non obſtante, litiginſum cenſeri de-
beat ad fauorem, & commodum
poſſeſſoris, & damnum impetrantis? Pro opin.
negatiua ultra adducta in proxima præceden. q.
pondero, ꝙ regula in illis uerbis, illudque nulla-
tenus in autea propretea litiginſum cenſeatur,
indiſtinctè loquitur: ergo indiſtinctè, & nulla con
ſtituta differentia intelligi debeat. ad. l. impera-
tor. ff. de poſtul. l. 3. ff. de offic. præſid. l. de precio
cum ſumma. Bart. ff. de publi. l. generaliter. ff. de
lega. preſtan. c. quia circa. de priuil. Secundo pon
dero dictionem illam, nullatenus, quæ omnimo-
dam, & præciſam oſtendit diſpoſitionem, ad c. 3.
in prin. ibi nullatenus dubites de hæretic. gloſ. in
clem. uni. in uer. nullatenus, & ibi Imol. nu. 20. de
ſeque. poſſeſ. Gemini. poſt Io. And. in c. Romana.
§. penul. de appell. lib. 6. perinde igitur eſt, ac ſi di
xiſſet nullo caſu, ſeu nullo modo beneficium liti-
gioſum cenſeatur, & ſic inducitur uniuerſalis ne-
2 gatio, ſeu prohibitio, prout in verbis † nullo mo
do, probat tex. in cle. 2. §. fin. iun. glo. in uer. nullo
modo, de æta. & qualit. ſequitur præceptor meus.
conſi. 640. reuocatur. poſt nu. 9. pro quibus faciũt
tradi. per Fely. in c. Rodulfus. ante nu. 27. uerſ. nul
latenus fiat. de reſcr. Tertio, ſi conſideremus bene
ficium eſſe litigioſum ad commodum poſſeſſo-
ris, & non litigioſum ad incommodum, & dam-
3 num impetrantis † inæqualitas in iudiciis ad-
mitteretur, contra tex. in l. fi. uerſi. quoniam non
eſt ferendum. C. de fruct. & lit. expen. c. nullus. in
prin. 4. q. 4. c. nouit. uer. cæterum ſcriptum, de iu-
dic. c. 2. de mutu. petitio. c. cum inter. de except. l.
hos accuſare. §. ſi ſeruus, & poſtea. uerſic. ſed cum
natura. ff. de accuſ. Hinc dicimus actoris, & rei cã-
dem eſſe conditionem. l. non debet actori. ff. de
reg. iu. c. non debet actori. eo. lib. 6. glo. in clem. ſę
pè. §. uerũ. in uer. ſi quid petere uoluerit, ubi plu-
ra ad rem. de uerborum ſign. Vt ſeruetur æquali-
tas inter actorem, & reũ, ne iudicium claudicet
dicitur forma, ſeu cauſa naturalis iudicii, prout
declarat Robert. Maran. de ordi. iudiciorum. in 2.
par. prin. nu. 29. uerſic. Tertium exemplum. fol. 6.
Contraria opin. uerior eſt, quam tenuit Sameuſ.
hic. q. 79. in fi. ubi tamen litera eſt corrupta, quia
abundat non, ubi dicit introductum eſſe per hãc
regulam ne beneficium cenſeatur litigioſum in
odium impetrantis, nam ſi hoc illi proficuum fo
ret litigioſum cenſeretur, ne præmium conſequa
tur ex eo, ex quo pœnam meretur, & quòd talis
interpretatio facienda eſt in damnum eius, qui
pœnam meretur, ad tradit. per Barbat. in c. eam
te. colum. 5. de reſcr. Et pro hoc intellectu ponde
ro, ꝙ regula non dicit, quòd non ſit, ſeu non intro
ducatur lis, ſed ſolum, quòd non cenſeatur bene-
ficium litigioſum, quod intelligi non poteſt niſi
ad incommodum ipſius impetrantis, & ad com-
modum poſſeſſoris, quo ad effectus de quibus in
proxima præceden. quæſt. & alios quoſcunque. &
quia alia ratio adduci non poteſt, hæc pro expreſ
ſa haberi debet. ad l. 2. ff. de libe. & poſthum. l. mi
lites agrum. ff. de mili. teſtam. Bal. in l. maximum
uitium. col. 3. C. de liber. præter. & in l. quamuis.
C. de fideicomm. Ad primum, & ſecundum fun-
damentum in contrarium facta, ultra alias ſolu-
tiones communes, quæ dari poſſent, reſponderi
poteſt, ꝙ mens, & ratio regulæ aliud ſuadent. & ra
tio legis, uel ſtatuti reſtringit diſpoſitionem ad li
mites ipſius rationis. l. cum pater. §. dulciſſimis.
ff. de lega. 2. l. ſi is qui ſalrus. iuncta gloſ. in uer. a-
mittere. ff. de acquir. poſſ. Cur. iun. conſi. 157. col.
fi. circa medium, ubi dicit hanc eſſe communem
opinio. inſuper reſpondere poſſum, quòd regula
generaliter, & uniuerſaliter loquitur hoc modo,
uidelicet, ꝙ ſemper beneficium cenſeatur non
litigioſum ad fauorem poſſeſſoris, & in odium
impetrantis, & hæc interpretatio omnino facien-
da eſt, ad euitandum abſurdum. l. nam abſurdũ.
ff. de bo. liber. Dec. conſi. 433. nu. 18. Ad tertium
4 de inæqualitate, reſpondeo quod † inæqualitas
culpa, uel facto eius contra quem inſurgit proue
niens, toleratur. l. & eleganter. poſt prin. cum gl.
in uer. nulla. ff. de dolo. l. non eo minus. C. de pro-
cu. Inſti. de aucto. tuto. in princ. gloſ. in l. iuriſgen
tium. §. prætor ait. in uer. dolo. ff. de pact. gloſ. in c.
1. ne ſe. uacan. in uer. ſede uacante. glo. in l. a diuo
pio. ff. de ritu nupt. Innocen. in c. 1. num. 3. de his
quæ fi. à maio par. cap. Matheſi. ſing. 156. nota ꝙ
ſi minor. Iaſ. poſt Fulgoſ. in l. cum hi. §. eam tran-
ſactionem. numero 3. & ante. ff. de tranſaction.
Aretin. cum quo Felyn. in capit. cauſam, quæ
colum. 4. de iudic.

S V M M A R I V M.

1 *Regulæ additio ibi, quod etiam extendi voluit, &c. ad quæ referatur, & quare emanauerit.*

2 *Quod, pronomen relatiuè poni ad omnia præcedentia.*

3 *Beneficium per priuationem impetratum, ante priuationem non vacat.*

OCtuageſimonono ibi, quod etiam
1 extendi uoluit, &c. quæro ad † quæ
referatur hæc additio noſtræ regulæ,
& quare emanauerit? Quoad pri-
mum uidetur dicendum, quòd re-
ſpiciat proximiora, & immediate præcedentia.
ad tex. in l. ſi quis à filio. in princi. ff. de lega. 1. l. 1.
§. deinde adiecit. cum gloſ. in uer. ex ſuperiorib.
ff. de poſtu. faciunt aliqua ponderata per Sameſ.
in alia clauſula huius regulæ. quæſt. 80. & 82. In-
ſuper pondero illud relatiuum, quod, dicit e-
nim Papa, quod etiam extendi uoluit, non
autem dicit, quæ etiam extendi uoluit, unde de
uno tantum, & ſic immediato ſenſit, nec aliter
ſalua ratione recti ſermonis exponere poſſu-
mus, ad text. in l. plautius. in fine. ff. de auro,
& argen. lega. Bal. in. l. 1. nume. 5. uerſicu. & nota.
quod

quod clauſula.C.de libe.præte.Bar.& alii in.l.talis ſcriptura.ff.de lega.1.ſenſus igitur erit ut beneficium non cenſeatur litigioſum, etiam quoad impetrantes beneficia per priuationem, & amotionem &c.& ſic relatio fiat ad illam clauſulam immediatam, illudque nullatenus &c. Contrarium ego teneo, quòd imo hæc additio non ſolum ad illam clauſulam immediatam, ſed ad omnia præcedentia referatur, tum quia non poteſt dari concludens ratio differentiæ quare magis ad proximiora, quam omnia præcedentia relatio fieri debeat, ad ea quę uolũt omnes in.l.talis ſcriptura.ff.de lega.1.tum quia ratio prohemii omnes regulæ partes indiſtinctè reſpicit, & etiam hanc additionem quæ pars regulæ eſt, prout in ſimili ponderat Feli.conſil.33.utrum regula nu.1. quod tanto magis procedit in caſu noſtro, cum regula hæc tota cum additionibus, & aliis de quibus in ea ab eodem ſummo pontifice eodem tempore promulgata ſit, ut uere additio dici non poſſit, ſed potius pars regulæ. Poſtremo aduertendum eſt, quòd illa uerba additionis regulæ, uidelicet quòd etiam extendi uoluit ad impetrantes beneficia &c.percutiunt, ſeu reſpiciunt principium noſtræ regulæ, ibi quicumque beneficium &c. quod certo modo uacare prætendit impetrauerit. Ex premiſſis tollitur illud contrarium quòd relatio ad proximiora, & immediata facienda ſit. Non ob.illud pronomen, quod, tum quia poſſumus exponere, quod, id eſt omne, & totum id quod præmiſſum, ſeu dictum eſt ſupra,
2 uel etiam reſpõdere poſſumus, pronomen † quod relatiuè poni, ſeu ſubiici ad omnia præcedentia, etiam ſi ſit numeri ſingularis. eſt tex. optimus in. l.heres meus.§.uxori meę, ubi probatur ſententia proculi hoc tenentis contra labeonem, qui uudam ſuperficiem (ut ibi glo.notat) ſequutus cõtrarium aſſerebat.ff.de lega.3.Bar.& alii in.l.plautius ff.de au.& argen.leg. pulchre per præceptorem meum conſil.92.uiſo puncto.in fi.ubi reſpõdet ad illam.l.plautius, quia relatio ibi non poterat fieri ad præcedentia ſalua ratione recti ſermonis. Et quaſi in terminis noſtris notat Rebuff.ſuper concor.ſub.rub.de collatio.§.1.in uer. qui pag.265.uti enim ipſe uult, illud relatiuum ad omnes perſonas præcedentes referri, etiam ſi eſſet numeri ſingularis, ita nos dicamus quòd ad omnia facta, rès, & clauſulas relatio facienda ſit. Quò uero ad ſecundam partem propoſiti quæſiti attinet, reſpondeo quod hæc uerba a Iulio III. immediato ſucceſſore Pauli III. Regulæ certo modo conditoris, de qua loquutus ſum ſupra quæſt.85.numer.3.noſtræ regulæ primo addita fuere, extracta ab illa regula, certo modo, citmedium, ibi etiam uoluit, ſtatuit, & ordinauit quòd de certo impetrantes beneficia eccleſiaſtica, cuiuſcunque qualitatis per priuationem, & amotionem, uel alias propter commiſſa exceſſus, & crimina uacantia, uel uacatura, omiſſis uerbis quæ ibi ſequebantur, uidelicet in ſupplicatione deſuper porrecta &c. Emanauit igitur additio hæc ad generalius frænandum impetrantes beneficia ab aliis anno pacificè poſſeſſa, & ad declarandum aliqua dubia quę prius oriri poterant: & inter alia an regula hęc procedat in omnibus beneficiis, uel in omnibus impetrationibus quorumcunque beneficiorum, prout ponderaui ſupra quæſt.16.ante num.3.ubi infero ab hac additione comprehendi quæuis beneficia, præſertim propter illa uerba, beneficia eccleſiaſtica cuiuſcunque qualitatis, illa enim dictio, cuiuſcunque, eſt uniuerſalis, omnia penitus comprehendens.l.quacunque ratione.ubi nota.ff.de procu. c.nemo poteſt. in fi.iun.glo.in uer.excepit.de pœni.diſtin.1.l.fi.iun.gloſſ.in uer.per quancunque. C.qui leg.perſo.ca.ſolitæ, uer. Quodcunq; ligaueris, & ibi Abb.in ult.not.de maio.& obe.cap.ſi tibi abſenti, & ibi Archi.in uer.quicunque.de præben.lib.6. Oldrad.conſil.322.attento.Luc.de Pen.in l.fi.in prin.C.de exacto.tribu.lib.10.lariſſime Andr.Tiraq.de ut.retra.par.1.in uer.O ualtres.§.1.glo.7.numer.22.& ſequen.cum aliis quę adduco ſupra in.8.quæſt.reg.de non tol.iu.quæſi.nume.2.ubi quòd facit uenire etiam ea quæ ueniunt ſecundum impropriam ſignificationem. alium effectum huius additionis conſiderare poſſumus ſupponendo, quòd ea non appoſita facile ſubſtineri potuiſſet reg. hanc non habere locum in impetratione per priuationem, quæ euentualis dici poteſt, quando quis ſupplicat aliquem propter delictum priuari eius beneficio, in euentumque priuationis petit ſibi illud conferri, unde beneficium de iure niſi aliud caueatur,
3 non cenſetur uacare antequam ille † priuetur, Inno.in.c.cum noſtris de conceſ.præbend.& ibi Abb.col.fi.Gemin.in c.ſtudeat.col.2.50.diſtin. Abb.in.c.quærelam. colum.2.num.3.de iureiur. Felin.in.capitul.2.poſt prin.de reſcrip.& in capi. de quarta. ante numer.36.uerſicu.ſecundo conſidera uerba Pau.de praeſcr. Regula autem hæc nõ uidebatur procedere in impetrante euentali, ſeu in impetrante per modum euentualem, & non certum, præſertim propter illa uerba poſt prin. & quod certo modo uacare prætendit. Et quòd regula requirat certum modum uacandi, imò etiam probationem certi modi uacationis, uoluit Caſſa.Dec.25.numer.2.ſuper regulis. Impetrans autem ob priuationem futuram, tempore impetrationis non prætendit certo modo beneficium uacare, propterea fuit utilis, imo neceſſaria hæc additio.

S V M M A R I V M.

1 *Regulæ huius additionis ultimæ quis ſit effectus, & quomodo uacent, & impetrentur beneficia per deuolutionem.*
2 *Deuolutum ius quando dicatur.*
3 *Deuolutio per negligentiam inducitur.*
4 *Deuolutio per hanc regulam quæ dicatur.*

Deuolutio

5 *Deuolutio ad quid inuenta.*
6 *Deuoluta beneficia Papa duobus modis conferre po-
teſt.*
7 *Clauſula, tanto tempore vacauerit quòd eius colla-
tio &c.*

NOnageſimo, ibi & ſimiliter ad impe-
trantes beneficia tanquam vacantia
per deuolutionem, quæro quis ſit
1 effectus huius † additionis, & quo-
modo uacent, & impetrentur bene
ficia per deuolutionem? reſpondeo quòd pariter
hæc additio ab illa regula, certo modo, Pauli Ter
tii (de qua in proxima præceden. & quæſtio. 85.
numer. 3. loquutus ſum) per Iulium Tertium ex-
tracta fuit: uerba enim in dicta regula certo mo-
do. circ. medium, ſunt hæc uidelicet. Et ſimiliter
impetrantes etiam per modum deuolutionis.
Rationem huius additionis (quantum ad rem no
ſtram attinet) puto eſſe, quia dubitari potuiſſet
dato quod hæc regula contra impetrantes per o-
bitum, per ceſſionem, & per alios modos locum
ſibi uendicaret, an procederet in impetrantibus
beneficia per deuolutionem, ſeu per modum de
uolutionis, quum enim in 1. par. Regulæ dica-
tur, quòd quicunque beneficium anno pacificè
poſſeſſum, & quod certo modo uacare prætendit,
deinceps impetrauerit, ſubiaceat huic regulę. hęc
uerba non uidebantur conuenire impetranti-
bus per deuolutionem, in qua non datur, ſeu no
minatur certus modus uacandi, prout quando
quis impetrat per obitum, per reſignationem, ob
contractum matrimonii, ingreſſum religionis,
& alios modos, qui certi, & ſpecifici ſunt, quum
igitur uerba illa certo modo uacare prætendit,
non uiderentur conuenire impetrantibus per de
uolutionem, ergo nec regula ipſa, argumento tex.
in. l. dies cautioni. §. toties. & ibi nota. Bart. ff. de
admi. tuto. capitul. indemnitatibus. §. penult. de
electio. li. 6. Ad tollendum omne dubium, & in o-
dium ſimilium impetrantium, addita fuerunt
hæc uerba ultima per ipſum Iulium Tertium
quem alii poſtea ſequuti ſunt. Et aduertendum
eſt, quòd licet in prealle. Regula, certo modo, di-
catur per modum deuolutionis, hic tamen licet
idem in effectu dicatur, nihilominus per alia uer
ba, uidelicet per deuolutionem, non autem per
modum deuolutionis, quaſi ille non poſſit dici
certus modus, uel quaſi non comprehenderetur
ſub illis uerbis primæ partis regulæ, de quibus
ſupra, uidelicet certo modo uacare prætendit, ſi
enim deuolutio eſſet certus modus, ſub illis uer-
bis (certo modo uacare prætendit) ueniſſet, & ſic
fruſtra additio hæc emanaſſet, quod non eſt con
cedendum, quum in iure nihil ſuperfluum eſſe
debeat, ad. l. ſi quando. in princ. ff. de lega. 1. l. hæc
ſtipulatio. in fi. ff. ut lega. nomi. §. quibus. in. t.
conſt. C. ſuperflua autem diſpoſitio illa dicitur,
quæ expreſſa nihil efficit, ſeu prodeſt. l. 1. in fin.
ibi, neque enim debuiſſet caueri &c. ff. ad muni.
gl. in. c. ſolitæ. in uer. tanquam. ante fi. de maio. &
obe. ubi quòd nec dictio uacare debet. Vt autem
ſciamus quomodo procedat impetratio per de-
uolutionem, ſupponendum eſt imprimis, quòd
qualitercunque ius uni competens peruenit ad
2 alium, ad illum † deuolutum dicitur. cle. 1. circ.
medium, ibi, & in pœnam pręſententium, ad dio
cœſanos ipſos poteſtas aſſignationis huiuſmodi
deuoluatur. de iu. patro. & clem. 1. iun. glo. in uer.
titulo, quæ exponit, donatione, permutatione,
præſcriptione de cenſi. & per Boni. de Vita. ibi
3 in. 3. not. num. 12. Alio modo & magis ſtrictè † dę
uolutio inducitur per negligentiam (& hic eſt ca
ſus noſter) de hac deuolutione loquitur tex. in. c.
2. de conceſ. præbend. c. ſicut. cum tribus ſeq. de
ſupplen. negl. præla. c. quamquam. in princip. de
electio. lib. 6. & ſic propriè, & iuxta terminos ad
4 ditionis noſtræ regulæ † deuolutio dicitur, quan
do poteſtas ab inferiore propter negligentiam
abdicatur, & ad ſuperiorem deuenit, ſeu transfer
tur. Boniſ. de Vita. dicta clem. 1. num. 26. in 13.
not. de iu. patro. pro deuolutione in alio ſignifi-
catu uide tex. in l. 4. uerſicu. Quamuis deuoluatur
hic geſtus in tutelæ actionem. ff. de eo qui pro tu
to. ſe geſ. & in. l. cum pater. §. cum exiſtimaret
5 ibi poſſeſſione deuoluta. ff. de legat. 2. † Deuolu-
tio autem inuenta eſt ad publicam utilitatem, di
uinumque cultum, ad hoc ne diu eccleſiæ ſeu be-
neficia in ſuſpenſo remaneant, dicto. c. 2. de con-
ceſ. pręben. ibi non diu maneant in ſuſpenſio, ſed
infra ſex menſes perſonis quæ digne adminiſtra-
re ualeant conſerantur. & ibi ſubiicit text. quòd
lapſis ſex menſibus ab epiſcopo ad capitulum,
& contra, poſtea ad proximum ſuperiorem col-
lario deuoluitur, demum ad ipſum ſummum
pontificem deuolutio fit. c. licet. de ſupplen. ne-
gli. præla. Quando autem collatio ſpectaret ad
abbatem, priorem, uel alium, puta ex conſuetu-
dine præſcripta, ſeu ex priuilegio, illo negligen-
te, ad epiſcopum collatio deuolueretur, & ab il-
lo ad archiepiſcopum, ab archiepiſcopo uerò ad
legatum, ſeu ad Papam. Deuolutio etiam ad Pa-
pam fit in maioribus dignitatibus propter deli-
ctum, licet ſecus fit in inferioribus. c. quanquam.
de elect. lib. 6. Bald. & Abb. in c. ne pro defectu. eo.
Nic. Boe. Dec. 70. quæritur an prouiſio, pro præ-
miſſis omnibus, & ad quos fiat deuolutio, uidea
tur omnino diſtin. Abb. in. c. cum in cunctis. §. cle
rici. poſt num. 5. uerſic. & generaliter cum quæri-
tur ad quem fit deuolutio. de electio. & Paul. de
Citadi. de iu. patro. in 3. art. 6. par. quæſti. 26. ubi
docet quomodo deuolutio fiat gradatim. Sed
in quantum ſubdit quòd Papa habet ſex mēſes,
malè loquitur, quia nullus terminus eſt Papæ ad
conſerendum præfixus, nec c. licet. de ſupplen. ne
gli. præla. illud probat. Contrarium autem proba
tur argumento tex. in c. nemo iudicabit. & c. ſeq.
9. q. 3. unde ſequitur quòd nemo Papam de ne-
gligentia arguere poterit, prout eius inferiores.
Aduertere tamen debemus, quòd Papa conferre
poteſt

6 poteſt beneficia † deuoluta duobus modis, uel poſtquam ad eum deuoluta ſint omnibus inferioribus in ſtatutis temporibus ad conferendum negligentibus: uel aliomodo Papa beneficia deuoluta non ſolum ad ſe, ſed ad inferiores conferet, puta ob negligentiam abbatis deuoluta eſt collatio ad epiſcopum, Papa concurrere poterit cum epiſcopo, uel cum capitulo, cum archiepiſcopo, legato, & quocunque alio, & ſic Papa ſemper conferre poterit, uel ratione deuolutionis ad ipſum, ſeu ſedem apoſtolicam, uel ratione concurſus, ad c. cuncta per mundum. 9. quæſt. 3. cap. 2. de præbend. lib. 6. & prout declarat Rebuff. ſuper Concor. rub. de collatio. §. ſi quis uero. in uer. deuolutio. Impetrabit igitur quis per denolutionem, quando ſupponit beneficium tanto tempore uacaſſe quòd eius collatio ad ſedem apoſtolicam deuoluta ſit, iuxta præalle. c. 2. de conceſ. præben. & alia ſupra adducta. Et ex illo c. 2. & aliis in ribus de quibus ſupra, elicitur illa clauſula in omni ſupplicatione beneficiaria poni ſolita, uidelicet
7 † & tanto tempore uacauerit, quòd eius collatio iuxta Lateranen. ſtatuta cõcilii, eſt ad ſedem apoſtolicam legitimè deuoluta, de qua clauſula loquitur clem ſi de beneficio. iun. gl. in uer. ſi ad nos. de præben. Io Fran. Paui. de offi & pote. cap. ſe. uacan. in 7. prælu. poſt num. 19. uerſic. additur etiam clauſula, & ſi tanto tempore uacauerit &c. & Caſſa. Dec. 5. in prin. de præben. & Regula 62. iuxta ordinem antiquum, ibi, & eius collatio deuoluta fuerit, ubi aliqua de deuolutione ultra hic poſitá tractabo Quando quis beneficium ab epiſcopo ad capitulum, ſeu contrà, vel ad archiepiſcopum deuolutum eſſe aſſerit, & ratione concurſus ab ipſo Papa illud impetrat, in iis terminis loquitur hæc ultima additio regulæ. Concludendum igitur eſt in omni impetratione beneficiorum deuolutorum ſeu quæ a Papa tanquam deuoluta impetrantur, ſeruandam eſſe regulam hanc quoad omnes eius partes Rnrſus impetratio per deuolutionem duobus modis fieri poterit, uel cum illa clauſula acceſſoria, & communiter in ſupplicationib. poni ſolita, de qua ſupra, puta, dum obtinetur beneficium tanquam uacans per obitum, uel alio modo expreſſo, inſerta illa clauſula, per quam beneficium acquirere, ſeu conſequi poterit ille impetrans, uel principaliter narrando negligentiam ordinarii, uel alterius ad quem collatio ſpectabat, & expreſſe obtinendo gratiam beneficii tanquam propterea deuoluti. Premiſſa ſufficiant pro declaratione dicę ultimæ additionis, ac pro commento regulæ de Annali, & fine huius ſecundi Tomi.

F I N I S.